pe

basi

no.

nasti

ende.

ssu

tem

[illegible]

De Imitatione Sanctorum:

Reuerendi patris fratris Guillelmi Pepin: sacre theologie professoris Parisiensis: reformati conuentus sancti Ludouici Ebroycen̄. ordinis fratrum Predicatorum alumni & incole perpulcher tractatus: nouissime recognitus.



PARISIIS.

Apud Oudinum Petit: via ad Diuum Jacobum sub Lilio aureo.

M. D. XLI.

¶ Illustrissimo atq; magnanimo viro Thome Boyer, equiti aurato, ac generali Normanie: frater Guillelmus Pepin, ordinis Predicatorum, Salutem.

FErunt Artaxerxem Persarum regem vir excellentissime: aquam a villico quopiã ac rudi homine: cui nihil aliud erat quod donaret: sibi in agro sitienti oblatam: nõ minus leta fronte iucundoq; vultu accepisse: quam quicquid preclarius atque rarius per se/ceterique ditissimi quidez illi tribuissent: quippe qui non rei que dabatur/vel inopia/vel vsu: sed alacriori dãtis affectu gratiam metiretur. Christum quoque quis nescit in Magorum muneribus adeo bene thus atq; myrrham offerentes admisisse/ q̃ qui aurum traderet? Qua ipse et gentili et christiana admonitione ductus: hoc tenue munusculum tue incredibili excellentie dandum dedicandumq; decreui. Neq; (fateor) dedi que tuam deceant amplitudinem: sed que pro mea paupertate potui. Quam quidem paupertatem si equa (vt dicitur) lance perpendas: supplebit nostre voluntatis magnitudo quod defuit largitati. Si vero ad ea que tue debentur laudi/ hec conferas: nihil te accepisse iudicabo. Hoc me dicere cogit amplissimus tuarum virtutum acervus: que tot et tante sunt/ vt si de singulis vel paucula admodum dicere contendero/ ante diem clauso componat vesper olympo. Ita enim virtutes ille tue preclarissime nostro se calamo turmatim offerunt: vt quas priores sim admissurus prorsus nesciam. Nam si de prudentia tua singulari nonnihil dicere attentauero: occurret iustitia ceterarum auriga virtutumque postponi gemebunda dolebit. Si de fortitudine sermo mihi affuerit: tristabitur temperantia. Si clementiam laudauero: indignabitur seueritas. Si liberalitatem laudum preconijs extulero: frugalitas se contẽni existimabit. Ea tamen quantuncunq; reclamante: ipsam tuam permagnificam liberalitatem pertransire nequeo. Que enim pia loca in hoc Normanie solo: haud immerito tuo generalatui credito: presertim religiosa: hoc est que reformata vulgo appellitantur: tuam indies largitatem non experiantur? aut que sacre edes (quarum pro auxilio tua seuiuscule interpellata est magnificentia) non senserint te illis affuisse? Quod si hec tacuero: non silebunt tua arma in eis pendentia: potissimũ aũt in hac nr̃a vrbe Ebroyca: que luce meridiana cunctoꝝ oculis clarius elucescũt. Et cũ multis in locis

amplissima tue misericordie viscera iugiter effundere soleas: videris tamen cōuentum nostrum Ebroyceñ:(sicuti ab ore tuo intellexi)singulari affectū amplexari. Neq3 solum conuentū nostrum: sed et cunctos pauperes quibus nunq̄3 manum denegas adiutricem. Preclare sunt he laudes tue/optima preconia/illustres tituli: vera tamen sunt que scribo: aut adulatoris fungor officio: a quo semper tanq̄3 capite Gorgoneo et spumis Cerbereis abhorrui. Et quoniam (teste Sapiente) in filiis cognoscitur vir: filii tibi sunt a patria virtute minime degenerantes: hoc est variis virtutum pigmentis colorati: qui literarum studio vigilanter incumbunt: qui assidue dant operam ne bone hore male collocentur: ne bona etas per incuriam effluat atq3 desidiā: quorum suauissimi mores/ingenii specimē/nature docilitas/et auiditas inexhausta discendi: satis ostendunt q̄3 vera sit physicorū sententia: quia non solum vitam/sed ingenium/ac morum vestigia/a patre in filios emanare volunt. Nam paterne mentis semi naria ipsis ita fuere ingenita: vt non dubium sit quin ad patriā laudem breui tempore sint accessuri. Suauissimis nempe virtutum odoramentis fragrātes: omnium se oculos conuertunt: qui te tantorum filiorum genitorem admirantur/laudant/extollūt. Id quod(vt conii cio) tibi non mediocri est iucunditati: quando quidem(scriptura teste)filius sapiens patrem letificat. Tua autem pietas fecit vt eisdem filiis tuis erudiendis vir prestantissimus/ac omni laude cumulatissimus Remigius ruffus candidus assidue preficeretur: ex cuius imitatione virtutum omnium facile consequerentur apicem: cum vir ille doctissimus indies elaborare non cesset: vt filii tui prestantissimi/bonis animi suffarcinati/atq3 dolatorio omnium virtutum leuigati: paternam hereditatem faciant cumulatiorem. His rebus subinuitatus: iudicaui me facturum operepretiū: si te huius libelli mei(quem de imitatione sanctorꝝ vtcunq3 cōscripsi)patronum eligerem. Quē tibi dedicatum leta(queso)fronte suscipias/ac in manus sumas: cū a publicis rebus animum tuū exuere volueris. Dii faxint vt sit perpetuum mee erga te obseruantie monimentum. Uale.

Tabula sermonum secundum ordinem alphabeticum.

¶ Finis tabule sermonum.

Tabula materiarum ſecundum ordinem alphabeticum.

De litera A.

De litera G.

De litera H.

¶De litera J.

¶De litera L.

¶ De litera N.

¶ De litera O.

¶ De litera P.

¶De litera Q.

¶De litera R.

¶ De littera T.

¶De litera V.

¶Indicis alphabetici finis.

F

C F W

B

In laudem gloriā & honorem domini nostri Jesu xp̄i: sue quoq intemerate matris virginis Marie: ac patriarche Dominici totiusq celestis curie. Incipiunt sermones de sanctis: precipue quorum festa habentur: editi per fr̄em Guilelmum Pepin sacre theologie professorem in alma facultate Parisien̄. necnon reformati cōuent⁹ sancti Ludouici Ebroycen̄. diui ordinis fratrum predicatorum alumnum ꝛ incolā.

¶ Sermo de sancto Andrea apostolo.

VEnite post me. Matt. iiij. et in euāgelio hodierne festiuitatis. ¶ Notandum quod beatus Andreas audita inuitatione Christi dicentis sibi ꝛ fratri suo Petro: Venite post me/ mox secutus est eum: non tam gressu corporis: quam affectu mentis ita vt merito dicere possit illud Job. xxiij. Vestigia eius. glosa interl. Christi incarnati. secut⁹ est pes meus. i. affectus. Est ergo notandum quod btūs Andreas secutus est magistrum suum Christum sex modis: vcz

Primogeniture dignitate
Obedientie velocitate
Feruenti charitate
Terrenorum cōtemptibilitate
Morum mititate.
Patiendi conformitate.

¶ Primo igitur btūs Andreas secutus est Christum primogeniture dignitate. De Christo enim dicit Apo. ad Ro. viij. q̄d ipse est primogenit⁹ in multis fratribus. Quod non est intelligendum secundum q̄ deus: q̄a vt sic non habet fratres. Hoc ḡ intelligendum est de eo scd̄m q̄ homo. Nā inquantum hm̄oi dr̄ primogenitus in multis fratribus. i. in electis qui per eius primatum in dei grām renascuntur: eo q̄ vt dicit glo. ordi. sup predicto verbo/ prim⁹ sine peccato est natus: ꝛ primus impassibilis resurrexit: in quo habet fratres. In hac igitur dignitate primogeniture aliquo modo beat⁹ Andreas secutus est Christum: q̄d patet sic: ipse em̄ inter omnes apostolos fuit p̄mo a Christo vocatus: vt patz Joan. i. ita vt de eo videretur Christus dicere illud. ps. Ego primogenitum ponam illum.

¶ Pro quo notandū q̄ eo tempore quo btūs Joannes baptista predicabat: et baptizabat trās iordanē: ppl's quoq multus ad eum concurreret: btūs Andreas audita eius fama venit ad eius predicationē. Qui cum semel audisset eum terribiliter clamantem ꝯ obstinatos peccatores: ꝛ dicentē illud Mat. iij. O progenies viperarū quis vos docebit fugere a ventura ira? Item postmodū dulciter admonentem ꝛ dicentem illud vbi supra. Penitentiam agite: appropinquabit regnum celorum. totus perterritus/ fiduciā tamen habens de dei misericordia: finita predicatione accessit multum reuerenter ad

beatum Joannem: petens cum lachrymis vt eius discipulus fieri mereretur: quem pius pater benigne suscepit. Postmodum autem ille totam vitam suam disponere studuit iuxta consilium magistri sui Jo. Nam tres partes faciebat de die: et tres de nocte. Primam enim partem diei exponebat in auditione melliflue predicationis Joan. iuxta illud Mat. vj. Querite primum regnum dei. Secundam exponebat in contemplatione et meditatione diuinorum et eorum que a dicto Jo. audierat: instar beate virginis: de qua legitur Luce. ij. quod conseruabat omnia verba hec: que. s. de filio suo dicebantur: conferens in corde suo. Tertiam vero diei partem expendebat beatus Andreas in opere manuali: vtpote reficiendo retia sua: et ea ad piscationem preparando: tum vt ocium vitaret: tum vt vite necessaria per artem piscatoriam que licite exerceri potest: sibi acquireret: quia vt dicit Apls. ij. ad Tessalo. iij. Qui operari non vult: non manducet. et tex. in. c. nunquam de manu tua. de conse. distinc. v. dicit apostolos laborasse ne quemque grauarent. Ecce quam bene beatus Andreas expendebat diem. Similiter de nocte tres partes faciebat. Primam expendebat in oratione. Secundam in corporali quiete. Tertiam in piscatione. Sic et nos illius exemplo debemus tempus rationabiliter expendere: considerantes quod omne tempus nobis impensum: a nobis exigetur qualiter fuerit expensum. Longe ergo sunt a dicto Apostolo illi qui totum tempus expendunt in congregandis diuitijs huius seculi: vt sunt auari: aut qui vacant comessationibus et ebrietatibus: vt sunt gulosi: aut qui se dant ocio/ vt sunt pigri. Et breuiter homines mundani taliter abutuntur tempore: quod vix volunt dare deo horam vnam in die festo ad audiendum diuina. Quia ergo beatus Andreas tam bene expendebat tempus: ideo in breui meruit videre saluatorem. Hoc autem fuit quando beato Joanne baptista predicante contigit Christum ante eum transire. Quem genu flexo adorans Joan. et digito eum demonstrans ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Ecce de quo dicebam vobis. Post me venit vir qui ante me factus est. Joannis. j.

¶ His ergo prelibatis ostendendum est qualiter beatus Andreas secutus christum sit in dignitate primogeniture: sic. s. quod fuerit inter omnes apostolos primo ab eo vocatus. Nam cum audisset a magistro suo predictum testimonium de Christo: vale faciens ipsi Joan. cepit sequi Christum cum alio discipulo qui non nominatur in euangelio. Dicunt tamen communiter doctores: quod ille fuit Joannes euangelista: qui ex humilitate se non nominat quotiens de seipso loquitur in euangelio: nisi forsan sub hac forma. Discipulus quem diligebat Jesus: vt patet Joannis xiij. xix. xx. xxj. Cum itaque Andreas et Joan. sequerentur. Christum: ipse ad eos conuersus ait. Quem queritis? Cui dixerunt: Rabbi: vbi habitas? Quibus ille: Venite et videte. Venerunt

ergo: et viderũt locum vbi manebat xp̃s: tanq̃ʒ supple hospes ⁊ apud illũ manserunt die illo. ¶ Sed contra predicta potest tripliciter instari. Primo quidem ex forma textus euangelij vbi dr̃ q̄ Andreas ⁊ aliꝰ discipulus pariter venerũt ad christum. Scd̃o vero ex illo textu Matt.x. vbi enumeratis noibꝰ xij. aplorũ: in primo loco ponitur Petrꝰ. Videtur ergo quod ipse petrus fuerit primo a xp̃o vocatus. Tertio aũt pot instari de quibusdam alijs Apostolis qui fuerunt cognati ipsius christi / quales fuerunt filij Marie Cleophe ⁊ Marie Salome sororum beate virginis. Nam de talibus videtur quod rõne consanguinitatis ad Christuʒ debuerint primo ab ipso vocari quam Andreas qui in nullo gradu consanguinitatis illi attinebat: p̃sertim cuʒ dicatur .j. Thim.v. quod si quis suorum: et maxime domesticorum curã non habet fidem negauit: ⁊ est infideli deterior igitur.

¶ Sed ad hec potest faciliter responderi. Ad primam ergo instantiam dr̃ q̄ etsi Andreas et Joannes simul transierint de disciplinatu Joãnis ad apostolatum xp̃i: p̃mo tñ noiatur. Andreas: vt patet ex forma textus Joan.j. Ad scd̃m instantiam dicitur q̄ Mattheus in p̃mo loco noiat Petrum: vt illi deferret tanq̃ʒ futuro vicario Christi. Non ergo in primo loco ponitur tanq̃ʒ prior antiquitate vocationis: sed tanq̃ʒ futurus prior dignitate pastoralis regiminis. Ad tertiam instantiam respondetur per illud decretum quod inseritur .viij.q.j. Moyses: vbi introducunt verba Hierony. dicentis: Moyses amicus dei potuit vtiq̄ successores p̃ricipatus filios suos facere: ⁊ posteris propriam relinquere dignitatẽ: sed extraneus de aliena tribu eligitur Jesus .i. Josue: vt sciremus principatũ in pplo: nõ sanguini deferẽdum esse: sed vite. Sʒ profecto hodie defertur sanguini potiꝰ quam vite. Unde ibidem subditur: At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere: vt non querant eos in ecclesia columnas erigere / quos plꝰ cognoscunt ecclesijs prodesse / sed quos vel ipsi amant / vel q̄rum sunt obsequijs deliniti: vel pro quibus quispiam maiorem rogauerit / et (vt de ceteris taceam) qui vt clerici fierent: muneribus impetrarunt. Hec ibi. Patet ergo quid sit dicendum ad instantias predictas.

¶ Moraliter. Per hoc q̄ beatus Andreas voluit se adiũgere primo Joanni: deinde Christo: habemus exemplum vt q̃ʒtũ possumus sequamur cõsortia sanctorũ virorum: quia vt habetur in Psalmista. Cũ sancto sanctus eris: ⁊ cum viro innocente innocens eris. Cum electo electus eris: ⁊ per oppositum: cũ peruerso peruerteris. Hinc Prouerbiorum .xiij. dicitur. Qui cum sapientibus graditur: sapiẽs erit. Amicus stultorum: id est peccatorum: similis efficietur. Predictis etiam sententijs alludit decretum. xxviij.q.j. sepe malorum. vbi sic dicitur: Sepe malorum cõsortia etiã bonos corrũpunt: q̃to

magis eos qui ad vitia proni sunt. Et.xxiij.q.iiij. q̃squis. sic dicitur: Quomodo incorruptus poteris permanere qui corruptis sociaris? Item Hiero.iij. parte epistolarum suarum epi. lxxxv. Certe (inq̃t) nihil tã nocet homini: quã mala societas. Talis em̃ efficitur homo qualium societate fruitur. Nũquã cum agno lupus habitat. Vir certe castus: luxuriosi societatem aufugit. Plusq̃ impossibile puto virum diutius in bonis p̃manere operibus q̃ mala assidua conuersatione vtif. Hec ille. Propterea moralis ille Seneca ad Luciliũ epl'a.v. salubriter scribit dicens. Cum his cõuersare qui te meliorem facturi sunt. Illos admitte quos tu potes facere meliores. Hec ille Et sic patet de primo.

¶ Scd'o beatus Andreas secutus est xp̃m in obedientie velocitate. De obedientia enim xp̃i ad deum p̃rem: d̃r ad Phili.ij. q̃ factus est obediẽs patri vsq̃ ad mortem. In tali igitur obediẽtia secutus est andreas xp̃z q̃ sic patet. Nam vt refert euãgelium hodiernum: et sumitur ex Mattheo.iiij.c. Cũ ambularet Jesus iuxta mare Galilee: et vidisset Petrum et Andream fratrem eius mittentes rete in mare: ait illis: Venite post me: Faciam enim vos fieri piscatores hominum. At illi relictis retibus et naui secuti sunt eum. Super quo Greg. in homil. hodierna dicit sic. Ad vnius iussionis vocẽ Petrus et Andreas relictis et retibus secuti sunt redemptorẽ. Nulla hunc adhuc facere miracula viderant: nihil ab eo de premio eterne retributionis audierant / et tamen ad vnius domini preceptum hoc quod possidere videbantur: obliti sunt. Hec ille.

¶ Sed hanc velocem Petri et Andree obediẽtiam reprobat Julianus apostata / prout refert Hiero. sup Mat. dicens q̃ fuerunt valde stulti in hoc q̃ tam faciliter crediderũt xp̃o: et secuti sunt eum in promotu oĩa sua relinquẽtes / cũ alibi scriptura dicat Eccl'.xix. Qui cito credit leuis est corde. Unde et Eua vituperatur propter hoc q̃d cito credidit serpenti. Geñ.iij. Sed profecto velox predictorũ obediẽtia nõ stultitie aut leuitati asscribẽda est: sed potius diuine virtuti interius operanti. Nã quos xp̃s exterius vocabat: interius mouebat vt ad se veniret. Et de hoc lõge añ prophetauerat regius propheta Dauid dicẽs: Dabit (supple xp̃s) voci sue vocẽ virtutis. Si em̃ inquit Hiero. vbi. s. In magnete lapide virtus hec esse d̃r: vt annulos et festucas sibi copulet: quãto magis dñs oĩm creaturarũ ad se trahere poterat: quos volebat? Hec Hiero. Ptz g̃ quod btũs Andreas prudenter egit in hoc q̃ tã velociter obediuit voci domini eũ ad se vocãtis.

¶ Sed ex altera parte: videlicet ex parte xp̃i improbat Porphyrius dictam vocationẽ dicens xp̃m in dolo vocasse idiotas et rusticos homĩes ad se sequendũ. Nam cũ (inquit) ipsius Christi facta / dicta et gesta fuerint fraude: deceptione et fallacia plena: voluit simplices et indoctos piscatores habere e•

nites: quos facile erat decipere. Sed taliter de xpo sentire est ipsum grauissime blasphemare. Nõ enim fuit xpus deceptor: sed totius veritatis amator. ideo & paupes poti⁹ q̃ diuites piscatores magis q̃ profundos phos ad se vocauit: vt in conuersione mundi fienda per eos diuina virtus claresceret; et veritas per eos predicãda: diuine gratie: nõ hũanis fauoribus ascriberet. Et hoc est qd loquit apo.j. ad Cor.j. dicens. Que stulta sunt mundi / elegit deus: vt cõfundat sapiẽtes et infirma mundi elegit / vt confundat fortia. Item mundi ignobilia et cõtẽptibilia elegit ipse deus: vt non glorietur omnis caro in cõspectu ei⁹. Un Aug. sup Jo. tracta. vj. satis ad propositum querit quare dñs noster nõ elegit Nathanaelem in apostolum: quem tñ cõmendauit dicens. Ecce vere israelita / in quo dolus nõ est. Joan. j. Et rñdet dicẽs q ideo noluit xps Nathanaelem in lege eruditũ et peritũ inter discipulos ponere: qr idiotas elegit / vnde mundum confunderet. Nam si doctus eligeretur: fortasse id se diceret electum: qr doctrina meruit eligi. Dñs ergo noster xps volens superboꝝ frangere ceruices / non quesiuit per oratorẽ piscatorem: sed de piscatore lucratus est imperatorẽ. Nullus nobilis primo electus est: nullus doctus: quia infirma mũdi elegit deus / vt cõfunderet fortia. Erat autẽ iste Nathanael magnus / et sine dolo / hoc solo non electus / ne cuiq̃ videretur dominus doctos elegisse. Hec Augu. Item Grego. lib. xxxiij. mora. c. xxij. dicit q xps prius collegit indoctos: et postmodũ philosophos. Nec p oratores docuit piscatores: sed mira potẽtia p piscatores subegit oratores. Hec ille.

¶ Moralr. per velocẽ et promptam Andree obediẽtiam instruimur prompte et sine mora obedire diuine vocationi interius nos vocanti et mouenti. Unde ps. Audiã quid loquat in me dñs deus. Uocat etiam nos deus signis et flagellis: nec tamẽ eũ sequi volumus. Unde Greg. in homil. hodier. Quanta nos dei miracula videmus? quot flagellis affligimur? quãtis minaꝝ asperitatibus deterremur? et tñ vocãtem sequi cõtẽnimus. In celo iam sedet: q de ↄuersione nos admonet etc. Hodie nempe miseri peccatores aures habent / et nõ audiũt Uocãtur interius pariter et exterius ad penitentiam: et tamẽ de mille vix conuertitur vnus. Sed respondere solent dicẽtes tacite vel expresse Reuertemur ad dñm in senectute: aut in infirmitate. O indurati peccatores: audite scripturam vos admonentem. Eccli. v. et dicentẽ. Ne tardes conuerti ad dñm: et ne differas de die in diẽ. Subito enim veniet ira eius: et in tempore vindicte disperdet te. Hodie igitur si vocem dñi audieritis: nolite obdurare corda vr̃a. Et nota q dicit hodie: non cras: qr de futuro nihil certum habemus. Tñ enim vn̄s tẽpus est nostrũ ad penitendũ et bene operandũ. Et ideo dum tẽpus habem⁹: operemur bonũ: prout

nos admonet apo. ad Gala. vi. Pre ceteris autē religiosi debēt imitari beatum andreā in prompta obedientia: dicentes prelato id qđ paulus ait ad dominum. Domine qđ me iubes facere? Act. ix. vnde Augu. ad fratres in eremo ser. xl. dicit ꝙ sicut obediendū est libēter / sic hilariter: sic ⁊ velociter. Obedientia enim sine mora esse dꝫ. Huiꝰ autē promptitudinis rōnē assignat idē Aug. vbi supra ita dicēs. Nō placet deo morosa ⁊ disceptatrix obediētia: que cū quid precipit: qrit cur: quare: ꝙobrem precipiatur. Hec ille. Pōt etiam hic aliquid dici de obediētia filiorū ad parentes: seruorum ad dominos suos: et ancillarum ad dominas ⁊ magistras suas: ⁊ huiusmodi.

¶ Tertio beatꝰ andreas secutus est xp̄m in feruēti charitate. In xp̄o eñ fuit maxia charitas: scđm ꝙ ipsemet testatur Jo. xv. dicēs. Sicut dilexit me pater: ⁊ ego dilexi vos. Silr in btō Andrea fuit maxima charitas ad deū ⁊ ad proximum. Primo quidē ad deū: ⁊ hoc probauit signo idē aposto. triplr. vꝫ ex pte principij / medij / ⁊ finis. Prio qdē ex pte principij / qꝛ pp xp̄m summe dilectum reliqt retia sua ⁊ nauē: atꝙ oīa q̄ habere poterat: vt sic nudus nudū sequeret xp̄m. Qđ aūt dicūt nōnulli eū reliqsse vxorem: hoc nō est multū authenticum maxime cū dicat Hiero. prima parte epłarū suarū epła. v. ꝙ excepto Petro non est manifestum alios apostolos habuisse vxores. Et cum de vno scriptū sit: ac de ceteris tacitū: intelligere debemꝰ sine vxoribus eos fuisse: de quibus nihil tale scriptura significat. Hec Hiero. in forma. Secundo ex parte medij: quia non obstantibus aduersis ⁊ asperitate multa quaꝫ passus est sequēdo magistrum suum xp̄m: ipsum tñ non dereliquit preterꝙ in passione. Tertio ex parte finis: qꝛ voluit pro nomine eiꝰ cruci affigi. Signū eñ maxime charitatis est velle mori pro dilecto. Ecce triplex argumentum ferūentis charitatis beati Andree ad deum. Secūdo fuit in eo feruens charitas ad proximū. Hoc autem specialiter patuit ī dura abstinētia quam assumpsit pro quodam lubrico viro cui nomen Nicolaus erat. Hic enim Nicolaus. lxx. annis vixerat incōtinenter: qui ad predicationem viri dei cepit proponere ammō finē dare tāte turpitudini: cui cum diceret sua cogitatio ꝙ hoc nō posset (dicente sapiēte: Nō possum esse continens: nisi deꝰ det. Sap. viij.) rogauit apostolū vt eū suis orōnibus ⁊ bñficijs iuuaret apud dñm. Et ille ieiunauit pro eo tribus diebus continuis nihil comedēs. Quibus expletis facta est vox ad eū dicēs. Obtines Andrea pro sene. Sed sicut tu pro eo ieiunasti: ita ⁊ ipse se ieiunijs affligat vt saluetur. Qđ cū ille fecisset sex mensibus: tādē mortuus est. Et ecce facta est vox ad andreā dicēs: Andrea p te lucratꝰ sū nicolaū q̄ pditꝰ erat.

¶ Moralit. Ex predictis datur nobis multiplex documentum. Primum est sequēdi xp̄m cum apo. per feruētem charitatem

dei ꝛ proximi. Unde Matth. xx. ait ipse Christus cuidam adolescenti: ꝛ cuilibet nostrum. Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo ꝛc. et proximũ tuum sicut teipsum. In his enim duobus mandatis tota lex pendet ꝛ prophete. Secũdũ documẽtũ sumitur ex pdicta historia Nicolai: p quã nobis insinuatur ꝙ assueti in malis / difficulter corriguntur. Propter quod talibus loquẽs Hier. xxiij. Si / ait potest Ethiops mutare pellem suam sic ꝛ vos poteritis benefacere cum didiceritis malũ. Itẽ Prouerbio. xxij. prouerbiũ est. Adolescens ambulans iuxta viã suam: etiã cum senuerit ꝛc. Tertiũ documentũ quod similiter sumitur ex predicta historia: est ꝙ nullus peccator ꝗtuncunq; grauis aut assiduus in peccato: debet desperare de dei misericordia: maxime cũ dict⁹ Nicolaus. lxx. annis permanserit in fecibus sue luxurie qui tamen tandẽ veniam promeruit a dño. Quartum documentum est ꝙ peccatores ꝗto grauiores: tãto diligẽtius debent implorare orationes ꝛ suffragia atq; pia subsidia iustorum atq; sanctorum virorum. Job. v. Ad aliquẽ sanctorũ cõuertere. Nam vt habet Iac. v. Multum valet oratio iusti assidua. Quintũ documentũ est ꝙ no sufficit ad conuersionẽ ꝛ salutem peccatoris vt alius etiã ꝗtumcunq; iustus oret pro eo aut ieiunet: siue qdcunq; aliud bonũ faciat: nisi et iam ipse in propria cooperet bñfaciendo. Nam si velit in malis perseuerare: nihil sibi ꝓderũt bona facta hominis iusti. vnde Eccli. xxxiiij. Unus edificans: ꝛ vnus destruens: ꝗd prodest illis nisi labor? Unus orans: ꝛ vnus maledicens: cuius vocẽ exaudiet deus? Patet ergo de quintuplici documento.

¶ Quarto beatus Andreas secutus est Christũ in terrenorũ cõtẽptibilitate. Qualr̃ eñ xp̃s terrena cõtẽpserit: liquet aperte in hoc ꝙ paup nasci voluit: qꝛ in presepio. paup viuere voluit. qꝛ domũ ad sũũ caput reclinandũ nõ habuit: vt ipsemet testat̃ Matth. viij. Paup deniq; mori voluit. vnde et in alieno sepulchro repositũ fuit sacrum ipsius corpus. Ecce quõ xp̃us terrena contẽpsit. In hoc autẽ genere secutus est cũ btũs Andreas: qđ probat̃ ex illis vbis Euãgelij hodierni: in quib⁹ dicitur ꝙ relictis retibus ꝛ naui secuti sunt eum: vcꝫ Andreas ꝛ Petr⁹ xp̃m. Sed vt inꝗt Greg. in homilia hodierna: fortassis aliꝗs tacitis secũ cogitationibus dicet: Ad vocem dñicam vterq; iste piscator quid aut ꝗtũ dimisit: qui pene nihil habuit? Sed hac in re (inꝗt idem Greg.) affectũ debemus potius pẽsare ꝗ cẽsum. Multũ eñ reliquit: ꝗ sibi nihil retinuit. Multum reliꝗt: ꝗ ꝗtũ libet parũ totum deseruit. De predicta etiã sequela xp̃i per terrenorũ contẽptũ / loquẽs Petr⁹ ad ipsum xp̃m ait. Ecce nos dñe reliquimus omnia / ꝛ secuti sumus te. ¶ Moralr̃. Exẽplo xp̃i ꝛ discipulor̃ ei⁹ instruimur contẽnere terrena si velimus habere celestia: maxime cũ dicat ipse xp̃s Matt. v. Beati pauperes

spũ:quoniã ipsoꝝ est regnũ celorum. Et per oppositũ de illis qui ponunt cor suum et amorẽ in diuitijs hui⁹ seculi: loquens idem mũdi saluator Matt.ix. dicit ꝙ facilius est camelũ per foramen acus trãsire ꝙ̃ ꝛc. Et certe magna est vesania nõnullorum Christianorũ / qui adeo figunt cor suũ in rebus huius seculi / ꝙ vix de alio cogitant: quasi essent semp in hoc mũdo victuri: aut non esset alia vita post presentem. Hos itaqꝫ solo nomine Christianos condẽnat egregiũ factum Diogenis philosophi / sed pagani. Nã de eo refert Hiero. prima parte epistolarũ suarũ epl'a.vi.ca.xix. ꝙ solo duplici palliolo propt̃ frigus vtebat̃.itẽ habebat pro cellario perã. Portabat quoqꝫ clauã ob corpusculi sustẽtamentũ eo ꝙ senex esset: insup habitabat in porticib⁹ ciuitatũ: doliũ pro domo habẽs. Cũqꝫ se contorqueret in dolio: volubilẽ se habere domum iocabatur: ꝛ se cũ tẽpore volutari. Frigore eñ ingruente os doliĳ vertebat in meridiẽ: sed estate adueniente ad septẽtrionẽ. Et vbicũqꝫ sol se inclinauerat: Diogenis simil' pretoriũ vertebat̃. Ceterũ quodam tempore habebat ad potandum vas ligneum: at vero cum vidisset puerũ manu concauata bibẽtẽ: predictũ vasculum elisit in terram: dicens. Nesciebam ꝙ natura dedisset homini vasculum ad bibendũ. Hec Hieronym⁹ de Diogenis paupertate: que vt dictum est condẽnat multorum Christianorum auaritiam.

¶ Quinto beatus Andreas secutus est Christũ in morum mititate et mansuetudine. Christus enim mitissim⁹ fuit. Unde de seipso loquens Matthei.xi. ait. Discite a me qꝛ mitis sum. Sic ꝛ beat⁹ iste apl's Andreas mitissimus fuit. Unde ecclesia in eius laudem cantat dicens. Uir iste in populo suo mitissimus apparuit: sanctitate autẽ ꝛ gratia plenus. Ad illius etiã mãsuetudinis ꝛ dulcedinis probationẽ facit ꝙ post eius mortem de sepulchro ipsius mãna ꝛ oleum cum suauissimo odore dicitur emanare. Manna enim omnem saporis suauitatem in se habet vt legitur Sap̃.xvi. Oleũ aũt pietatẽ ꝛ misericordiam significat. Per predicta ergo designat̃ ꝙ iste gloriosus Christi apl's pre ceteris morũ benignitate mansuetudine ac dulcedine enituit. Quod etiam facto ostẽdit cum penderet in cruce. Tũc enim factus est maximus concursus populi volentis eum deponere de cruce viuum et Egeam lapidare: ipse autem vtrunqꝫ prohibuit.

¶ Moraliter. Exẽplo hui⁹ apostoli instruimur ad mititatem mansuetudinem ꝛ benignitatẽ: maxime cum talib⁹ benedicat Christus Matth.v. dicẽs. Beati mites: qm̃ ipsi possidebunt terram. Terram inquã quam terũt: quã gerũt: quã querunt: id est terrã huius mundi: terrã proprĳ corporis: terram paradisi. Practica singula. vnde. ps. Mansueti autem hereditabunt terram. Et nota ꝙ mitis siue mãsuetus est quem rancor vel ira nõ deĳcit: sed oĩa equanimiter sustinet. Uel dic ꝙ mi-

tis proprie est qui non irritat nec irritatur. Non nocet: nec nocere cogitat. Uer⁹ ergo mitis fuit Abraham: qui audiens litem increscere inter pastores suos ⁊ pastores Loth: dixit eidem Loth. Non sit queso iurgiũ inter me ⁊ te: nec inter pastores meos et pastores tuos: Fratres enim sumus. Geñ.xiij. Itẽ mitis fuit Joseph qñ post venditionẽ suam fudit lachrymas corã fratribus suis dicẽs illis. Nolite timere ⁊c. Itẽ mitis fuit David: qui cum aliquãdo potuisset impune occidere Saul querentẽ eum ad mortẽ: hoc tñ noluit. Propter quod dicebat ad dñm in psalm̃. Memẽto domine David: et omnis mansuetudinis ei⁹. Bene ergo ad propositũ loquitur Cassiodorus/ dicens/ ꝙ ille mitis est qui malũ pro malo non reddit: nec nocet/ nec nocere desiderat. Itẽ qui improbitatibus et iniurijs cedit patienter. Sed profecto in oĩbus istis possum⁹ euidenter concludere paucos esse hodie mites super terram: eo ꝙ valde rari sunt qui velint cõformiter agere ad predicta. ¶ Sexto ⁊ vltimo beatus Andreas secutus est Christum in patiẽdi cõformitate. Christus enim passus est volũtarie/ pie/ fructuose/ religiose. Primũ patet per illud Esa.liij. Oblatus est quia ipse voluit. Secũdum patet ex verbis. Luce.xxiij. dicentis ꝙ cũ duceretur christus vt crucifigeret̃: sequebat̃ eum multitudo mulierum que plangebant ⁊ lamentabant̃ eũ. Quibus ait. Filie Hierusalẽ nolite flere super me. Tertiũ probat multitudo iudeorum reuertentiũ in ciuitatẽ xp̃o mortuo: et percutientium pectora sua in signum doloris. Ecce fruct⁹ dominice passionis. Quartũ patz per hoc ꝙ Joseph ab arimathia obtenta licentia a pilato deposuit corp⁹ Jesu: et inuoluit ipsum in sindone munda: ⁊ posuit illd in monumẽto nouo ⁊c. In his itaqꝫ quatuor punctis secut⁹ est beat⁹ Andreas christum. Primo igit̃ volũtarie patiẽdo. Hoc aũt probat̃ ex legenda Lombardica/ alias legẽda aurea: vbi legit̃ ꝙ post Christi ascensionẽ ⁊ spũssancti missionem/ beatus Andreas primo cepit predicare in Hierusalem: deinde per totã Judeam Galileam et Samariam. Postremo iuit in Greciam: in regionem Achaie. Sic enim preceperat apl'is Christ⁹ Act.j. dicẽs. Eritis mihi testes in Hierl'm et in oĩ Judea ⁊ Samaria: ⁊ vsqꝫ ad vltimum terre. Cumqꝫ Christi apl's venisset in Achaiam/ ⁊ cepisset p̃dicare de mysterijs legis gr̃e: ⁊ signãter de Christo: erant ibi multi magni ⁊ docti p̃hi stupentes sup sermonib⁹ et doctrina ei⁹: dicẽtes illd Actu. xvij. Que est hec noua que a te dicitur doctrina? At vero illi cooperabat̃ dñs/ qui sermonẽ illius cõfirmabat sequẽtib⁹ signis: vt habet̃ Mar.vlti. Uerisimile em̃ est ꝙ his vel similib⁹ verbis vtebat̃ ad gentẽ illã: vt cognoscatis et credatis ꝙ est ita sicut predico vobis: adducite huc aliquẽ surdũ: aut mutũ cecũ aut paralyticum: ⁊ ego in p̃optu ip̃m sanabo in noĩe dñi mei Jesu xp̃i. Cũqꝫ tales ac si-

miles ad ipsum adducerētur: mox facto signo crucis sup eos cum inuocatione nominis xp̄i: continuo sanabātur. Quo viso multi conuertebantur dicētes: Uerus est deus quē Andreas predicat. Cūq3 aliqui adulatores literis denūciassent Neroni Romano imperatori christianorum maximo ꝛ crudelissimo psecutori: q in Achaia esset vnus de discipulis Jesu christi crucifixi qui destruebat sectam deorum:ꝛ attrahebat populum ad sectam christianoꝝ: illuc festināter destinauit vnū pessimū cōmissariū: cui nomen Egeas erat. Cūq3 illuc venisset et apostolū in patras ciuitate inuētum multis sermonib9 interrogasset: tādē cepit sibi minari mortē crucis casu quo dicta sua nō reuocaret:cui apl's. Si crucis patibulū expauescerem:crucis gloriā nō p̄dicarē. quo audito impius tyrannus / fecit eū a.xx. satellitibus durissime flagellari:ita vt fatigarētur. Quo nō obstāte dei famulus immobilis pmāsit in cōfessione dñi. Propter qd Egeas adiudicauit eū alligari funib9 cruci:ꝛ ibi longo dolore mori. Cū itaq3 duceretur ad crucem quā p̄mū eā vidit a lōge: mox genibus flexis eā adorauit dicens. Salue crux preciosa:q̄ in corpore xp̄i dedicata es:et ex mēbris ei9 tāq3 ex margaritis ornata: suscipe me discipulum eius qui pepēdit in te magister me9 xp̄s:vt per te me suscipiat qui per te me redemit. O crux inenarrabilis. O crux ineffabilis. O crux que per totū mūdū fulges:nō me dimittas errantē sicut ouem nō habētē pastorē. Letus eñ ꝛ gaudens venio ad te. Ita ꝛ tu exultans suscipias me:ꝛ reddas me magistro meo Quūq3 ad locū crucifixiōis venisset :seip̄m mox exuit pp̄ijs vestimētis. Quē carnifices apprehēdētes alligauerūt ipsum manibus ꝛ pedib9 cruci. Ecce quomodo voluntarie p̄parauit se ad mortem. Secundo passus est pie. Nam cum duceretur ad crucem:factus est cōcursus populorū clamantiū ꝛ dicētium: Innocēs eius sanguis sine causa dānatur. Cūq3 vellet populus eum liberare:ꝛ Egeā lapidare:vtrūq3 prohibuit apostolus. Tertio passus est fructuose. Nā vt canit ecclesia: Biduo viuens pendebat in cruce pro Christi noīe : ꝛ docebat pp'lm. Nec quidē inaniter docuit populū: qm̄ multa hominū milia ad fidem Christi conuertit: vt potc.xx. millia. Ecce copiosus sue passionis fructus. Quarto passus est religiose. Nam in hora transitus sui circūdedit eū immensum lumen de celo per mediā horā:quod eo transeūte pariter defecit. Quo facto cum Egeas tentaret domū redire: arreptus subito a demone: in via corā oībus expirauit. Maximilla vero eius vxor que ad predicationē apostoli crediderat:tulit corpus eiusdē apostoli:ꝛ opportuno loco ipsum cum aromatibus sepeliuit.

¶ Moraliter. Ex predictis possumus elicere multa ꝛ pulchra documenta. Primum est q debemus gaudere in aduersis:et signanter quādo inferūtur nobis propter iustitiam. Unde

talibus bñdicit dñs Matthei v. dicēs: Beati qui persecutionem patiunt propter iustitiā: quoniam ipsorum est regnum celorum. Secundum est q3 debemus reuerenter adorare dominicam crucem quotiens nobis occurrit: siue in via: siue in ecclesia: siue alias: etiā in quacunq3 existat materia. Precipue autem debemus eam adorare z amplecti cum fuerimus in extremis constituti. Uñ Augustinus in .iij. sermone de annūciatione dñi: sic ait. Qui hoc mare magnū z spaciosum (in quo sunt reptilia quorum non est numerus) absq3 naufragio transire desiderat: crucem sequatur/ crucē teneat: z eā non deserat donec ad optatum salutis portum perueniat. Deinde subdit magnum verbum dicēs: Quod enim faciebat i terris corporis xp̄i presentia: hoc facit cū fideli inuocatione nominis xp̄i victoriose crucis insignita memoria. Hec ille. Tertium documentū est q3 cum alloquimur xp̄i crucē: debemus intentionem nostrā referre in Christum qui in ea pependit. Nam cū sit res inanimata: ad eā propter se nō est dirigendus sermo noster. Quartum documentum est q3 debem9 pro posse nostro rationabiliter tamen succurrere illis qui iniuste opprimūtur. Eccli. iiij. Libera eū qui iniustitiam patitur/ de manu superbi. Quintum documētum est q3 patres z matres in extremis constituti debent dare salubria documēta filijs suis: instar beati Andree docētis populum cum penderet in cruce: instar etiam Thobie senioris: qui ad extrema deueniens dixit Thobie filio suo vt honorem deferret matri sue omib9 diebus vite sue. Itē docuit eū cauere ab omni peccato: similiter vacare operib9 pietatis: z huiusmodi. Sextum documētum est q3 summopere cauere debemus a persecutione iustorum z electorū dei. Nā q̄ talia agunt: vt in pluribus crudeli z mala morte pereunt: sicut ptz in proposito de Egea: vt dictū est. Nota etiā de Dioscoro pr̄e diue Barbare. Itē de pharaone z pene infinitis alijs. Predicta igitur documēta obseruando acquiremus quidē gratiam dei in presenti: z gloriā in futuro. Quam nobis concedat qui in trinitate perfecta viuit z regnat. Amen.

¶ Sermo de beata Barbara.

Secundū nomen tuū sic et laus tua. ps̄. xlvij. Apud logicos describuntur tres figure: quarū prima noue modos habet. Quorum quatuor directe ɔcludūt. Quibus prefertur primusmodus q̄ dicitur Barbara. Tres figure tres sūt stat9: vz v̄ginū/ viduarum/ cōiugatorū. Quatuor primi modi prime figure directe cōcludētes designant quatuor speciales modos v̄ginitatis: q̄ debite obseruati ɔcludūt corā deo hmōi virgines ꝑuenturas ad celeste regnū. Hi ergo quatuor modi sunt vt obseruet virginitas integraliter/ rōnabiliter/ hūiliter/ finalit. Prio q̄dez integralit: vz mēte z corpore.

Quod est cōtra nonnullas mu-
lieres que gloriantur de virgi-
nitate carnis: vbi tñ sunt men
te corrupte per ardorem ⁊ con-
sensum praue tentationis: cum
tñ dicat Isid. de summo bono
libro. ij. capi. xl. ꝙ virgo carne
non mente: nullū premium ha-
bet in remissione. Unde virgi-
nibus talibꝰ que fatue vocant
in euāgelio: dicet xp̄s in iudi-
cio. Amē dico vobꝫ nescio vos.
Matt. xxv. Scđo rationabilit:
id est propter deū. Et qꝛ sibyl-
le obseruauerunt virginitatē:
sed nō propt deū: ideo apđ eū
laudem non meruerunt. Ter-
tio humiliter. Unde humilitas
beate ꝟgis magis placuit deo
ꝙ quecūqꝫ alia virtus in ea exi
stens: vt dicit Hiero. ij. pte epi-
stolarū suarū epl'a. lv. Quarto
finaliter siue pseueranter. So-
la eñ perseuerantia dat operi
virtuoso laudē ⁊ premiū eter-
nū: dicēte xp̄o Mat. x. Qui per-
seuerauerit vsqꝫ in finē: hic sal
uus erit. Isti sūt ergo quatuor
modi prime figure directe con-
cludentes ꝙ quicūqꝫ predictis
modis seruauerit virginitatē:
habebit vitam eternā. Sed qđ
sibi vult ꝙ inter predictos qua
tuor modos Barbara prefert:
nisi ꝙ ceteris virginibus post
dei genitricem prefertur chri-
sti spōsa barbara: ita vt illi di-
cere merito possimus illđ pro-
uerbiorꝫ. xxxj. Multe filie con-
gregauerunt diuitias: tu vero
supergressa es vniuersas. Me-
rito ergo de ea in themate pre
misimus. Scđm nomen tuū sic
⁊c. Ut aūt aliquo ordine proce
damus: decreui cōformiter ad
literas huiꝰ nois Barbara pro
cedere in p̄nti sermone. Sunt
ergo septē litere in hoc nomine
Barbara: que hec indicāt: vꝫ
Barbaricam originationem.
Amoris indiscretionem
Rerum admirationem.
Baptismi collationem
Ardentem indignationem
Rigorosam cruciationem
Altam impetrationem.
¶ Prima igit lr̄a huius nomis
Barbara est B. et siḡt barbari
cam originationem xp̄i sponse
Barbare. Fuit enim de ciuita-
te Nicomedie q̄ est in grecia.
Cuius pr̄ dictus Dioscorus: di
ues valde ⁊ nobilis scđm secu-
li fastū: maximus cultor idolo-
rū extitit. De mr̄e aūt idē cre-
ditur: ꝙuis non nominet in le-
genda ipsius: sed tm̄ pr̄: non tñ
ad honorē ipsius: quin potius
ad contumeliam: sicut impia
mors ipsius palam ostendit.
¶ Moraliter. Ex p̄dictis aper-
te insinuatur ꝙ sepe fallit illud
prouerbiū. Pr̄ez seq̄tur sua pro
les. Quatuor eñ modis ⁊ non
pluribꝰ ꝯtingit humanā origi-
nationē deriuari. Primo enim
contingit ex bono pr̄e bonū fi-
lium siue bonā filiā procedere:
sicut ex Adam / Abel. ex Abra-
ham / Isaac. ex Isaac / Jacob.
ex Jacob / Joseph. Itē ex Joa-
chim ⁊ Anna: btā ꝟgo Maria
orta est cū sororibus suis Ma-
ria Cleophe / ⁊ Salome. Et de
tali originatione pōt intelligi
illđ ps. Hec est gn̄atio ꝗrentiū
dn̄m. Itē illud eiusdem ps. Ge-
neratio rectorū bn̄dicetur. Et
alibi. Dn̄s in gn̄atiōe iusta est.
supp. per specialem assistentiā.
Secūdo contingit similiter ex
malo pr̄e iniquā prolem proce-

cere, & hoc cōiter accidit: quan uis non semp. Hoc aūt probāt multe historie libri Reg. & Paralip. in quibus legitur de multis filijs qꝫ nō recesserūt ab iniquitatibus & vitijs patrū suoꝝ. Et de hac gñatiōe recte potest intelligi illud Deute. xxxij. Generatio puersa est: & infideles filij. Et sicut confert ad gloriā & honorem bonoꝝ filioꝝ processisse ex bonis parētibus: ita cōfert ad vituperium: & dedecus puersoꝝ filioꝝ processisse ex nequissimis parentibus. Hoc eīm expsse dicit Augu. lib. j. qstionū noui & veteris testamēti. q. xiiij vbi sic ait. Sicut iustoꝝ filij et ipsi iusti nobilitant in se genus iustitie dnm et patris & sua iustitia sublimantur: ita nequissimoꝝ & ipsi filij nequissimi crementū faciunt malitie: qr & malo ꝝ filij sunt: & nequitiam illoꝝ exēplarunt ad perditionē multoꝝ. Quis eīm malū & mali hominis filiū nō duplici gñe exeretur? Quis etiā bonū & boni hois filiū non duplici mercede censet honorandum? Hec ille. Tertio contingit qñqꝫ ex bono pre malū filiū procedere: sicut ex Abrahā Ismahel: ex Isaac Esau: ex Dauid Absalon: et sic de multis alijs. Quarto contingit qñqꝫ opposito modo: scz ex malo patre filium aut filiā bonam procedere. Et de istis duobus simul loquēs Aug. de verbis dñi ser. v. dicit qꝫ possumus esse ex parentibus bonis mali: et ex malis boni. Hoc aūt manifeste ptz in proposito de beata Barbara, q̄ barbaricam habuit generationē: vt dictū est. ¶ Scda litera predicti nominis Barbara est A. per quam intelligitur amoris indiscretio vcz Dioscori ad Barbaram filiam suam. Erat enim dicta filia mire pulchritudinis: & mire sapientie. Insuper erat vnica patris filia: vtpote ad quā tota pris hereditas deuoluendā erat. Propter que pater nimio amore ducebatur ad eā. Cūqꝫ vocatus esset ab Imperatore pro reb⁹ bellicis: priusqꝫ domū egrederetur: iussit fieri fortissimam turrim: & in ea precepit recludi dictam filiam: ne forte raperetur: aut quicqꝫ inhonesti illi ꝯtingeret. Ecce idiscret⁹ amor pris ad filiam. Plus eīm solicitus erat de eius corpore: qꝫ de spū. Plus de carne moritura: qꝫ de spū semper victuro. Plus de cōseruāda carnis integritate, quam de aīe salute. ¶ Moraliter. Hodie multi: et ferme oēs parētes carnales videntur imitari facto et opere dictū paganū & idololatrā pessimū Dioscoꝝ. Nam si viderint filios suos aut filias corporaliter egrotare: solicitantur de eoꝝ conualescentia & sanitate: et tamen si viderint eos mortuos peccato: & multis insolentijs deditos, de hoc non videntur curare. Item si viderint eos inopes & egenos: angustiātur & cruciātur in cordib⁹ suis per compassionem: et tamen si viderint eos omni gratia & virtute destitutos: inde non dolent, cum & ipsi in se mali sint: Itē si viderint eos in carcerē duci propt debita aut similia: illis succurrunt iuxta posse: et tamen vbi vident eos male viuendo ad carcerē inferni spon

tanee currere/eos non retrahunt. Nec quidem mirũ/qr cũ cis illuc festinanter currunt/ꝛ breuiter indulgent eis perperã agere. De multis loquor. contra quos inuehit Aug. ad fratres in eremo ser. xxxiij. qui intitulaẗ de ebrietate: ita dicẽs O dolosa libertas. O grandis filiorum perditio. O paternus amor mortifer. Ecce filios se dicunt diligere: quos veraciter iugulari procurãt. Dicunt eos amare: quibus iam suspendia parãt. Hec ille. Sed dicũt mul ti patres ꝛ matres tolerare de filijs suis malis ex quadaꝫ pietate: ne. s. eos contristẽt: aut ne egritudinem incurrant ex verbere. Sed tales deberent attẽdere quod grãdis i suos filios pietas/impietas in deuꝫ est: vt dicit Hiero. iij. parte epistolaꝝ suarum epistola. lxv. ad Paulã scribens. Tales ergo parentes diligentes carnaliter filios suos/non autem spũaliter: longe sunt a sancta illa vidua Monica noĩe: matre beati Augustini. Hanc eñ cum semel conspexisset beatus Ambrosius vberrime ante pedes suos flentem: et causam tanti fletus inquisisset/illa pia voce ait ad eum. O pater venerande perditionem filij mei Augustini plãgo. Hec ex lib. iij. cõfes. Item longe sũt tales a regina blanca mr̃e beati Ludouici: que sepiꝰ dicebat ei quod tolerabiliꝰ videret eũ mortuum deferri ad sepulchrũ quam mortaliter suuꝫ offendere creatorem. Longe denique sunt a sancto illo propheta dauid. De eo eñ dicit Augu. lib. iij. de doctria christiana: quod non doluit orbitatem filij sui Absalon in eius interitu: sed quia nouerat in quas penas tã impij filij adultera et patricidalis anima raperetur. Hec ille.

¶ Tertia litera predicti nõis Barbara: est R. per quã intelligitur rerum admiratio. Propter enim admirari: ceperunt homines philosophari. Sic beata Barbara postquam fuisset i dicta turri reclusa: vt vidisset ad ornatum loci/solem: lunam ꝛ stellas ꝛ similia miro ꝛ exquisito colore atque figura colorata et depicta/cepit inde admirari: ꝛ apud se tacita cogitare quod si hec tanto decore: ꝛ splendore fulgeãt: quod multo plus splendet qui talia operatus est. Item cum considerabat motum planetarum: cogitabat apud se quod a se non mouebãtur: sed ab alio. Et cũ non esset processus in infinitũ: eo quod natura abhorret infinitum: concludebat quod erat vnus primꝰ motor: omnino in se immobilis: a quo omnia: per quẽ omnia: in quo oĩa. Unde ex tunc deliberauit intra se inquirere quis eẽt ille a quo omnia cum tanto decore procedunt: protestans se velle eum adorare: ꝛ illi seruire oĩbus diebꝰ vite sue. Ecce quomodo primo tracta est ad fidem.

¶ Moraliter notandum iuxta p̄dicta ꝙ inuisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt: intellecta conspiciuntur: vt habeẗ ad Ro. j. Unde mirabilis dispositio rerum visibilium debet nos ducere in qualẽcunque notitiam diuine potentie: ꝑfectionis ꝛ sapientie. Pri-

tno quidem in cognitionem diuine potentie. Cum enim legimus terram ferri super aquas ex hoc arguimus dei potentiã valde mirabilẽ. Unde ad propositum loquens Chrysostom⁹ homil.ix. dicit sic. Omnes nature cursum cõsiderantes concederent aquam super terram ferri: ꝛ non ediuerso. Nam terra: cum sit densa: potest facile naturã aque sustinere. Aqua vero cum sit liquidissima: nullum corpus videtur sustinere posse. Et tamen apertum argumentum habemus terram sup aquam ferri: dicẽte psalmista. Ipse (scilz deus) super Maria fundauit eam: scilicet terram et super flumina preparauit eã videlicet orbem vniuersum. Et iterum. Qui fundauit terram sup aquas. Quid dicis? Lapillum exiguum aqua in superficie ferre non potest: et terram tantam gerit: ꝛ montes ꝛ colles: ꝛ vrbes ꝛ plantas: ꝛ homines atqꝫ bruta: et non submergit? Quis ergo hec non obstupescat ꝛ superadmiretur: et cũ fiducia dicat hec non esse natu re opera: sed potius altissime prouidentie naturam excedentis? Ecce quomodo mirabilis rerũ dispositio debet nos inducere in aliqualem notitiam diuine potentie. Secundo predicta admirabilis dispositio rerum debet nos inducere in notitiam pfectionis et pulchritudinis diuine. Cum enĩ videm⁹ solem tanto splẽdore vestitum: merito possumus concludere auctorẽ illi⁹ multo pulchriorẽ: Propter qꝺ dicebat beata illa virgo xp̄i sponsa agnes. Illi so li seruio: cuius pulchritudinem sol ꝛ luna mirãtur: vñ Sapiẽs Sap.xiij. postqꝫ recitauit errorem eoꝝ q̃ celestia corpa colebant: vtpote solẽ. lunã et cursum stellarum: putãtes talia esse deos ob eoꝝ pulchritudinẽ: tãdẽ concludit ꝙ dñator eorũ multo speciosior est: et per ꝯñs colẽdus: ꝛ non illa. Deinde subdit dicens qꝺ a magnitudine speciei: et creature cognoscibiliter poterit creator hoꝝ videri. Ecce quõ mirabilis reꝝ dispositio debet nos inducere in notitiã pulchritudinis diuine. Tertio p̄dicta reꝝ admirabilis dispositio dꝫ nos manuducere in cognitionem sapientie diuine. Ubi gr̃a. Cũ cõsideramus solẽ per sui approximationem ꝛ reuersionẽ ad nos fecundare terram: herbas: segetes: vites: arbores ꝛ silua: debemus ꝯsiderare ꝙ hec oĩa fiunt ex ordine diuine sapiẽtie: atqꝫ prouidẽtie ꝓm ꝙ scriptũ est de dei sapientia ꝙ attingit a fine vsqꝫ ad finẽ fortiter: ꝛ disponit oĩa suauiter. Sap.viij. Ecce igit quõ inuisibilia dei a creatura mundi.i. ab hoĩe (q̃ est nobilior creatura mundi: et propter quẽ factus est mũdus) per ea q̃ facta sunt: intellecta conspiciuntur. ¶ Quarta lr̃a p̄dicti nois barbara: est B. p qꝫ designatur baptismi collatio. Nã cũ p̄dicta puella fuisset intra dictam turrim firmissime clausa: atqꝫ ex aspectu sideꝝ ibi depictoꝝ fuisset in admirationẽ deducta ita vt ꝯcluderet vnũ esse oĩm p̄ncipiũ in se pfectissimũ: a quo oĩs pfectio depẽdet: ad hoc instructa a doctore itrĩseco: q̃ docet

de oibus ad salutē necessariīs iussit cementariīs in testimonium sue recte fidei vt tertiam fenestram dicte turri adderēt. Qui cū aliquātulū recusassent hoc facere metuentes indignationē pr̄is q̄ illis p̄ceperat tm̄ duas fenestras ibidem facere: tandem importunitate precum ipsius virginis victi: tertiam addiderunt. His ergo diligenter peractis: cū dicta puella esset in dicta turri reclusa: conuertit se ad oronem: rogās dominū vt inundatione sacri baptismatis mereref p̄fundi ⁊ ablui. Iā em̄ nouerat diuinit⁹ instructa sacramētū baptismi ad salutē necessarium: ḃm illd̄ xp̄i ꝟbū. Io.iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spū sctō: non potest ⁊c. Et ecce diuino nutu (vt aiunt quidā) illic affuit beatus Ualentinus presbyter: qui eā baptizauit. Aliī autē dicunt ꝙ seipsam baptizauit: vt refert dn̄s Antoninus in prima parte chronice sue. tit.viij.co.j.§.xv. Nam dn̄s q̄ est supra ritum sacramentoꝝ: potuit ita cum ea dispensasse vt seipsam baptizauerit. Hoc tamen non est trahēdum in consuetudinem: vt.s.q̄s seipsum baptizet. Sꝫ vbi deest minister q̄ baptizet: sufficit habere baptismum in voto vt hr̄ extra de baptism.cap.debitum.

¶ Moraliter. Ex p̄dictis datur nobis triplex fructuosa instructio. Prima est ꝙ si velim⁹ seq̄ hanc sacratissimam virginē in celum: debemus primū cum ea habitare intra turrim sancte spei: que eleuat hominē supra se: dicēs illud Psalmiste. In te dn̄e speraui/ non confundar in eternū. Secunda instructio est ꝙ non solū spes sufficit ad salutem: verū etiam prerequiritur firma fides sanctissime trinitatis/ que per tres fenestras designatur/ quia vt dicit Apl's ad Heb.xj. Sine fide impossibile ē placere deo. Unde postquam Athanasius descripsit mysteriū sanctissime trinitatis ī illo symbolo. Quicūqꝫ vult saluus esse ⁊c. tandē concludit in fine dicens. Hec est fides catholica quam nisi quisqꝫ integram inuiolatāqꝫ seruauerit: absqꝫ dubio in eternum peribit. Tertia instructio est quod facienti qd̄ in se est: deus non denegat gratiam: sicut presens historia sufficientissime probat.

¶ Quinta litera predicti nois Barbara est secundū A. p quā quidem literā designaī ardēs et furiosa indignatio: supple Dioscori. Hic em̄ cum rediisset de seruitio imperatoris cui nomen Maximianus: et intrasset turrim vt videret filiam suam Barbarā: hincinde conspiciēs vidit tres fenestras in camera. Et vocatis ad se cementariīs interrogauit cur tertiam fenestram contra eius voluntatem addidissent. Qui cum rn̄dissent hoc fecisse ad importūas p̄ces filie sue Barbare: eam interrogat si ita esset. Qua rn̄dēte qd̄ sic: vlteri⁹ interrogat q̄re hoc iussisset fieri. Cui illa: Tres fenestre in turri mihi rep̄sentant trinitatē p̄sonarū diuinarū cū vnitate essentie. Noueris ergo pr̄ me esse xp̄ianam: nec amodo velle adorare idola tua: q̄a scriptū est in p̄s. Confundantur omnes qui adorāt sculpti

lia: et qui gloriantur in simula
cris suis. Et alibi. Oēs dij gen
tium demonia: dñs āt celos fe
cit: quem nos christiani adora=
mus: bñdicentes prēm & filium
cū sancto spū: quem laudamus
& superexaltamus in secula. Et
breuiter si scire desideras mi
pater quales sunt dij tui: audi
Psalmistam eos describentē ī
hunc modū. Simulacra gētiū
argentū & aur: opera manuū
hoim. Os habent & non loquē=
tur. Oculos habent & non vide
bunt. Aures habent & non au=
dient. Nares habent & nō odo
rabunt. Manus habent et non
palpabūt. Pedes habent & non
ambulabunt. Non clamabunt
in gutture suo. Siles illis fiāt
q̄ faciunt ea: & oēs q̄ confidunt
in eis. Ecce quales sunt dij q̄s
adoras. Hec igit̄ audiēs Dio=
scorus furere cepit: & spumare
ad modū apri. Et accepto gla=
dio: voluit propriam interfice=
re filiam. Sed nutu diuino mu
rus turris illi cessit. Qua per=
transeunte: mox in pristinā re=
paratus est formam. Nota q̄=
modo cruēt9 pater gladio eua
ginato post eā cucurrit. Nota
de primo pastore qui officiose
mentitus est illi: vt vitā cōser=
uaret innocētis filie. Cui tamē
non licuit propter hoc mētiri:
Quicunq ergo de aliquo vitio tentatur: semper dz respondere per cōtrariū: ⁊ sic respondendo cōfutabit oēs aduersarios su-os. i. oīa gnā tētationū vel etiā ipsos demones quorum officiū est tentare homines. Non enim potuerunt resistere sapientie et spiritui qui loquitur.

¶ Tertio deus fecit btūm Stephanū similē Hieremie in gloria superationis false et dolose accusationis. De Hieremia eni scribif eiusdē. xviij. q iudei videntes ⁊ audientes qualr ipse eos rephēderet de pctis ⁊ ipietatibus suis: dixerūt adinuicē. Uenite percutiam⁹ cū lingua: vez imponendo sibi aliqd gran de piaculum dignū morte. Nihilominus ipse Hieremias glo riose superauit falsos accusatores suos: recurrēdo ad diuinuz auxiliū. Unde ait ad dominū. Attende domine ⁊ audiui vocē aduersariorum meorum. i. falsam eoz depositionē ꝯ me. In hac itaq glia superationis false accusationis imitat⁹ est beatus stephan⁹ pphām dñi Hieremiam: quod qualiter factum sit videamus. Nam vt dt text⁹ actus aploz: predicti rapini q de diuersis synagogis erāt: videntes se confusos eo q non poterant resistere sapientie ⁊ spiritui qui loquebatur per os viri dei: submiserūt falsos testes qui dixerūt se audiuisse eum dicētē verba blasphemie i Moysen ⁊ deū. Item q Jesus nazarenus deberet destruere locum istum: et mutare traditiones qs dederat illis Moyses. At vero vir dei superauit hanc falsam accusationē cōmendando siue magnificando deū, Moysen, et legē. Uide textū: qz plixus est.

¶ Moralr. Adhuc multi sunt falsi testes sup terram, falsum sciēter deponētes ꝯtra ṽitatem ⁊ equitatem. Quoꝝ aliqui ad hoc inducūtur promissionibus ⁊ muneribus: ⁊ hi multi sunt: qz vt dt Isido. lib. iij. de summo bono. c. huius. Non deerit multiplex ꝯuentus falsoꝝ testium si tamen assit ṗsentia nummorū. Alij aūt inducuntur amore inordinato: alij vero econtrario odio iniquo: alij deniq timore nocumenti inferendi: cū tn dicat idem Isid. vbi. s. ⁊ silr recitat. xj. q. iij. qsquis. q qui metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat: eiusdē veritatis iracundiam sibi celitus prouocat qz plus pertimescit hominem q diuinā trepidet indignationē. Hec ille. Et breuiter testes debent esse tales q debent preferre ṽitatē gre et potentatui: vt notat. C. de testib⁹. l. eos testes. De pena aūt falsoꝝ testiuz aliqua notaui in tractatu de secretis secreto. in sermo. hodierno. sub tertio puncto. Patet ḡ ex dictis qūo. deus fecit beatum Stephanum similem trib⁹ sanctis prophetis quo ad legē scriptam.

¶ Tertio principaliter deus fecit eūdem martyrē in lege gre similem aplis: ⁊ hoc in multiplici gloria. precipue autem fecit illum similem his trib⁹ apostolis: vez

Paulo

Joanni

Petro.

¶ Prio igit fecit illū similē paulo i glia lūinositatis siue clari-

tatis. De Paulo enim legitur Act. ix. q cum iret in Damascum ad persequendum xpianos: subito circumfulsit eum lux de celo. ita et de beato Stephano legitur in Actibus apostolorum: q cum adductus fuisset in consilium coram principibus sacerdotum et scribis: et falso accusaretur de predictis: statim apparuit facies eius clara tanq facies angeli stantis inter illos. Talis aut claritas tunc ibi apparuit in facie diui Stephani pre fulgore terribili vel pulchritudine candoris: vt dicit glos. interli. Hoc aut merito ita factum est: qr reuera ipse angelus erat: non quidem natura: sed officio: qr nuncius voluntatis dei: vt dicit eadem glos. Et nota q ex hac claritate apparuit maior malitia astantium in consilio qui tali signo no fuerunt repressi a malignitate sua.

¶ Moraliter. Hac tempestate multi iudices/aduocati et procuratores sunt similes predictis iudeis: in hoc scz q cognita veritate clara: non propterea desistunt fouere partem aduersam seu falsitatem: et scienter persequi veritatem: opprimentes iustum: forte quia pauper est et inops. Ad hoc autem vt comunius eos inducit auaritia et cupiditas: siue dona q illis fiunt a diuitibus et potentibus: aut saltem que sperant ab illis fieri. Unde Isido. et recitatur. xj. q. iij. pauper. Pauper inquit dum non hz qd offerat / no solum audiri contennitur: sed etiam contra veritatem opprimitur: cito violatur auro iustitia: nullaq reus pertimescit culpam: quam redimere nummis existimat. Hec ille.

¶ Moraliter et aliter. Claritas faciei beati Stephani dum esset in consilio siue coram iudice: designat q ille qui pro aliquo casu adducitur ad iudicium: debet fateri claram et nudam veritatem: presertim quando interrogatur sm ordinem iuris: et casus est notus/ siue etiam tantum semiprobatus contra eum videlicet per vnum testem qui deponit de visu: et presertim si talis sic accusatus ab vno sit sit et infamatus aut scandalizatus: siue pro simili casu: siue pro alio: qr ille qui est conuictus iuridice de vno maleficio: pot interrogari et inquiri de aliis: et tunc tenetur veritatem dicere sm dominum Petrum de Pal. in quarto senten. Secus aut dicendum est qn casus est omnino occultus. Ista autem sunt de mente beati Thome. ij. ij. questi. lxix. arti. j. Item quodlibeto. v. arti. xvj. vbi mouet difficultatem de muliere accusata de adulterio coram suo iudice: an teneatur dicere peccatum suum occultum. Et respondet dicens q si pctum suum sit omnino occultum: no debet illud in iudicio confiteri: neq etiam debet iudex ab ea exigere iuramentum de veritate dicenda/ eo q occulta soli diuino iudicio reseruantur: sed qn adulterium precessit infamia: vel apparent aliqua signa que possunt facere vehementem suspitionem: vel etiam quando ipsum adulterium est semiprobatum: tunc debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda: et tunc ipsa tenetur confiteri plenam veritatem. Hec ille.

Et nota q̄ ista intelliguntur tā in causa ciuili q̄ criminali. Et similiter tam corā iudice ecclesiastico q̄ seculari: dūmodo talis p̄cedat f̄m ordinē iuris: vt dictum est. Supposito semper q̄ iudex sit superior respectu illius qui interrogatur: al's nō tenetur illi respōdere: neq̄ veritatē dicēdo: cū non sit iudex illius: neq̄ veritatē negando: quia sic mentiret̄: quod nunq̄ licet. Ecce quid significat claritas faciei bti Stephani stantis in consilio Judeorum.

¶ Secundo dn̄s fecit beatum Stephanū silem beato Joanni euāgeliste in gloria diuine visionis. De ipso em̄ Joan. legit̄ Apoca. iiij. q̄ vidit ostiū apertum in celo. Item q̄ ipse illic ascendit in spū: ⁊ tunc vidit ibi sedē positam ⁊c. Sed q̄r posset dici q̄ talis visio fuit imaginaria: ⁊ non beatifica: ideo aliud testimonium ad propositū afferamus de eodem Joan. Nam Matt. xvij. legitur q̄ ipse beatus Joannes interfuit dn̄ice transfigurationi in mōte Thabor: cum Jacobo et Petro: et tunc vidit x̄p̄m valde gloriosum: vtpote cui⁹ facies resplendebat sicut sol: ita ⁊ btūs Stephanus postq̄ multum cōmendauit deū ⁊ Moyse: ⁊ Judeos de incredulitate: ⁊ credulitate sua valde egregie reprehēdit: tādem suspiciens in celū: vidit gloriam dei: glo. interli: vt tribulatus carne/cōsolaret̄ spū: ⁊ Jesum stantē quasi paratū sibi auxilium ferre: stantem inq̄ a dextris v̄tutis dei: supple p̄ris: ⁊ ait. Ecce video celos aptos. Nō referatione elementor̄: sed reuelatione spūali q̄ fiebat in mente iusti: vt exponit glo. interli. E qb⁹ v̄bis videt̄ sequi q̄ beat⁹ Stephan⁹ habuit, tm̄ visionē imaginariā de x̄p̄o stāte a dextris v̄tut; dei. Alij aūt dicūt q̄ nō imaginarie: s; beatifice vidit secreta celestia. Utrunq̄ pōt probabiliter sustineri.

¶ Moral'r. Si velim⁹ post beatum Stephanum videre x̄p̄m ad dexterā dei p̄ris sedentē: necesse est vt habeam⁹ tria q̄ fuerunt in eo. Primum est nois sui interpretatio. Stephan⁹ enim interp̄tat̄ vno modo quasi laudabiliter fans siue loquens. Secundū est presentia spūscti per gratiā: qd̄ notat̄ cum de eo dr̄: Stephanus plenus spūsancto. Tertiū est aduersorū pro x̄p̄o tolleratio: qd̄ notat cum dicit̄ q̄ Judei eijcientes eū extra ciuitatē lapidabāt. Debemus ergo laudabiliter fari per deuotam orationem. ⁊ ad p̄ximor̄ edificationem. j. Pet. iiij. Si q̄s loq̄tur quasi sermones dei. Item debem⁹ habere spūscti presentiā per gratiā. Un̄ Ro. vi. Gratia dei vita eterna. Item debemus equanimiter ferre aduersa propter x̄p̄m. Act. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos itroire i regnū dei. Sic em̄ fecit Petr⁹ p̄ ipso x̄p̄o in cruce suspensus. Sic ⁊ Bartolomeus viuus decoriat⁹. Sic ⁊ Paulus capite trūcatus. Sic ⁊ Laurentius in craticula assatus. Sic ⁊ Stephanus lapidibus obrut⁹.

¶ Tertio dn̄s fecit beatū Stephanū similem btō Petro apostolo in gloria feruentis charitatis. De beato em̄ Petro legitur q̄ habuerit charitatem ad

ximu: scz ad deū/ ad ꝓximū / ad seipsum. De primo habet Jo. xxi. vbi legit ꝙ cū xp̄s interro garet ipsum Petrū dicēs. Simon Joannis diligis me plus his? Rn̄dit illi Petrus. Tu scis dn̄e quia amo te. De scd̄o scribit vbi supra: ꝙ xp̄s cōmisit illi vniuersā eccl'iam: dicēs. Pasce oues meas: pasce agnos meos. Ista aūt commissio erat argumentū in Petro magne charitatis ad ꝓximos suos. De tertio sil'r scribit. Mat. xiiij. ꝙ ait Petrus ad xp̄m. Dn̄e saluū me fac: In hac ergo gl'ia feruentis charitatis ad deū/ad ꝓximum ⁊ ad seipsum: imitat⁹ est glorio sus xp̄i protomartyr Stephanus btm̄ Petrum apostolū. Qn̄ ptz sic inductiue. Primo enim habuit feruētem charitatē ad xp̄m: pro cui⁹ fide mori voluit. Unde illi poterat dicere illud psal. Propter te mortificor tota die. Signū em̄ maxime charitatis ad amicum est velle mori pro querela illi⁹: iuxta illd̄ Jo. xv. Maiorem dilectionē nemo hz ꝗꝫ ⁊c. Scd̄o habuit charitatem ad proximū. Hoc aūt permaxime patuit qn̄ instar xp̄i ꝓ inimicis suis eū lapidātib⁹ orauit dicēs. Dn̄e ne statuas illis hoc pctm̄. Nec certe talis orō Stephani fuit cassa/ ianis/ aut vacua: qz ꝓfuit persecutori suo Paulo. vn̄ btūs Augu. in. i. ser. huius diei: dicit sic. Ut noueritis ꝗtū valuerit oratio sancti huius martyris: recurrite nobiscū ad illū adolescētē q̇ oim̄ vestimēta seruabat: ⁊ tāꝗ manibus oim̄ lapidabat: cui dictū est a dn̄o. Saule Saule q̇d me perseqūris? Ob hoc quidē debui perdere te: sed Stephanus me⁹ orauit ꝓ te. Nā si martyr Stephanus non sic orasset: ecclesia Paulū non habuisset. Hec Augu. vbi supra. Ex quib⁹ verbis euidēter ꝯcludit ꝙ predestinatio pōt iuuari ṗcib⁹ sctōꝝ. Hoc idē etiā dicit btūs Grego. lib. i. dialogoꝝ. Ecce ergo quō beatus Stephan⁹ habuit charitatem ad ꝓximū: etiā inimicum. Tertio habuit charitatem ad seipsum. Qd̄ ostēdit qn̄ in mortis articulo posit⁹: ait ad xp̄m. Dn̄e Jesu suscipe sp̄m meum. In hoc imitās eundē xp̄m: qui cū pēderet in cruce: ait ad patrem. Pater in man⁹ tuas commendo sp̄m meum. Luce. xxiij.

¶ Moral'r. Exemplo diui Stephani debem⁹ habere feruentē charitatē ad deū super oia: ad nosmetipsos: ⁊ ad ꝓximos nostros: sicut ad nosipsos. Matt. xxij. Diliges dn̄m deū tuum ex toto corde tuo: ⁊ ꝓximū tuum sicut teip̄m. Noie aūt proximi etiā inimic⁹ intelligit: q̇ ꝗdiu est in hac vita: diligēdus est: cū sit capax gratie ⁊ glorie. Circa hoc ergo illi grauiter deficiunt ⁊ delinquunt q̇ vltionē de inimicis suis querunt: interdū dicentes. Precor deū vt talis vel talis possit male mori: vel damnari cū mille demonib⁹ nō sic aūt egit btūs Stephanus. Un̄ de eo loquēs Augu. ser. ij. hui⁹ diei ait. Cū lapidaret Stephanus: nō solū non expetebat de suis persecutoribus reportare vindictā: sed eis potius a deo postulabat veniā. Meminerat enim dn̄m dixisse. Mihi vindictam: ⁊ ego retribuam. Ipse em̄ Stephanus homo erat sicut

& tu: de massa peccati creatus: sicut & tu: eo pretio redemptus quo & tu. Diaconus erat. Euangelia legerat: que legis vel audis & tu. Ibi inuenit scriptum. Diligite inimicos vestros. Nam diligendo inimicum tuum: facis deum amicum tuum. Sed qualiter oras pro inimico tuo? Certe plerumque dicendo. Oro dominum vt moriatur inimicus meus. Attende o peccator quia iudex per seipsum reum non occidit: sed iubet/ & tortor exequitur. Tu ergo cum oras dominum vt occidat inimicum tuum: te facis iudicem: & deum constituis tortorem. Sed tibi respondet deus. Non ergo pro sensu non ero petoris tortor: sed liberator: quia nolo mortem peccatoris: sed vt conuertatur & viuat. Si enim inimicos meos mori vellem sicut & tu: iam & nunc te occiderem: quia querendo vltionem de inimico tuo: inimicus meus factus es. Item: nonne me blasphemasti? Nonne me in tuis malis operibus frequenter irritasti? Nonne me in preceptis meis vel in seruis contempsisti? Quid ergo? male orando doces me quod non feci in te. Quinimmo docui te exemplo meo inimicos diligere cum in cruce pendens oraui patrem dicens. Pater dimitte eis &c. Hoc enim docui milites meos: hoc docui martyres meos. Esto ergo primo martyr & tyro meus aduersus diabolum pro inimicis tuis orando: & sic mecum perpetuo regnabis. Hec Aug. vbi supra. Aliqua etiam sumpta sunt de eodem Aug. ser. iiij. vnde supra. Patet ergo quomodo debemus imitari beatum Stephanum per dilectionem inimicorum. Multa autem miracula refert Augusti. in de ciui. dei lib. &c. vlti. meritis huius gloriosi martyris fuisse facta que inserunt in legenda aurea. Que quia communis est clericis & laicis: ideo illa pertranseo. Commendemus igitur nos charissimi meritis & precibus huius sanctissimi protomartyris Stephani: quatenus post eum possimus peruenire ad regnum celorum. Prestante domino nostro Jesu Christo. Qui cum patre &c.

Sermo primus de beato Joanne euangelista.

In capite eius corona stellarum duodecim. Apocal. xij. Legimus multos egregios viros huius nominis Joannes. Et horum quidam polluerunt insigni dignitate. Unde ad summum pontificium peruenerunt huius nominis viri numero. xxiij. Qui autem alijs nominibus appellati sunt: & ad dictum summum gradum peruenerunt: nunquam ad dictum numerum peruenerunt. Alij autem floruerunt doctrine profunditate: qualis fuit: Joannes Chrys. doctor solidissimus: qui ob doctrine excellentiam cognominatus est os aureum: vel quia Chrysostomus grece: os aureum dicitur latine. Hic enim fuit grecus: & episcopus Constantinopolitanus: qui vt refert dominus Anto. Florentinus in. ij. parte chro. sue. tit. x. ca. ix. valde copiose scripsit in greco: sed pauca ex eius operibus in latinum sunt translata. Hic autem doctor tante authoritatis est apud ipsos grecos vt eum ceteris doctoribus preferant in expositione sacre scripture: vt refert beatus Tho. super Joan. De eo ergo non incongrue potest verificari illud

Eccli.l. Quasi vas auri solidū: ornatum omni lapide precioso virtutum: extitit supple. Joan. os aureum. Fuit ⁊ alius Joannes cognominata Cassianus: etiam grecus: q̄ scripsit librum intitulatum collationes patrū. qui quidem liber agit de cordis puritate: de vitijs: ⁊ de omi perfectione virtutum. Uerūtamen dictus liber inter apocryphos connumerat̄ in decretis. distin.xv. sancta romana ecclesia. Taceo de Joanne Damasceno pariter doctore Greco: qui scripsit notabilem librum ⁊ valde scientificum hodie intitulatum liber sententiarum Damasceni: cuius dicta sepe allegantur a modernis doctoribus. Dictauit ēt psas/ antiphonas/ respōsoria/ orationes/ carmina/ ⁊ similia ad honorē beate ꝟginis: cui deuotissim⁹ erat: Pertranseo similiter Joan. andree virū in iure canonico peritissimum. Similiter ⁊ fratrem Joan. dñici: ordinis fratrū predicatorum: qui ob vite sanctitatem ⁊ doctrine profunditatē factus est cardinalis Romane ecclesie a Gregorio duodecimo Taceo etiam de Jo. Scoto: ordinis fratrum minoꝝ. Qui ob doctrine subtilitatem ꝫ doctor subtilis appellat̄. Alij vero viri huius nōis Joannes decorati sunt vite sanctitate: qualis fuit Jo. patriarcha Alexandrinus qui ob insignē pietatē ad pauperes ⁊ subuentionē Jo. eleemosynarius est nuncupatus. Hic etiam fuit grecus ⁊ vir totius sanctitatꝭ. Sꝫ hi oēs multo inferiores fuerūt Jo. baptista ⁊ Joā. euangelistā: qui forsam nō sunt dispares in gloria. Nam etsi saluator testimoniū dederit de Joanne baptista dicens neminē maiorē inter natos mulieꝝ eo surrexisse: vt patet Matth. xi. non tamen negauit aliquē sibi in merito equalem. Uñ ⁊ eccl'ia videtur in aliquo eos coequare: in hoc. s. q̄ de vtroq̄ facit duplex festum. Nā de Jo. baptista facit festum natiuitatis ⁊ decollatiōis ipsi⁹ Silr ⁊ de Joan. euangelista facit hodie festū. Itē aliud sexto die Maij: qd̄ d̄r festū Jo. ante portam latinā. Hic est ꝙ Joan. de quo premissum est in themate/ q. s. hꝫ in capite suo coronā stellaꝝ duodecim. Et q̄uis per hmōi coronā stellaꝝ duodecim possint mystice intelligi. xij. xp̄i apostoli: qui decorant mulierē id est eccl'iam militātē: vel etiā possint moralr intelligi. xij. fructus spūssancti q̄ ornant aiam deuotā: vel ēt. xij. articuli fidei q̄ silr eandē mulierē decorant: nihilomin⁹ ad ꝓpositū descendētes: nō immerito p hmōi coronā stellaꝝ. xij. pñt designari. xij. magne ꝓrogatiue decorantes btm̄ Joā. aptm ⁊ euāgeli. q̄ his noībus pñt appellari: vcꝫ stella

Generationis
Nominationis
Preseruationis
Uocationis
Comparationis
Prophetationis
Reuelationis
Dilectionis
Commissionis
Consolationis
Inuitationis
Glorificationis.

¶ Prima igitur stella corona

beati Joānis vocatur generationis. Habuit enim ortū ex honestis ⁊ virtuosis parentib⁹: vt pote descendens de stirpe dauid: saltē ex pte mr̄is. Hoc autē patet sic. Nā Anna que de domo dauid descēderat: tres maritos habuit. Primus fuit Joachim de quo genuit beatā virginem: que postmodū desponsata fuit Joseph. Ex ea aūt sine virili semie: sed mystico spiramine: natus est saluator mūdi. Mortuo autē Joachim btā Anna alium duxit virū: cui nomē cleophas frat Joseph predicti. De dicto aūt cleopha genuit Anna scdam filiā: cui nomen imposuit Mariā cleophaz pp̄ter patrē. Hec aūt maria duxit spōsum dictū Alpheū: de q̄ genuit quatuor filios: vcz Jacobū minorē / Simonē / Judam ⁊ Joseph. Hoꝝ tres fuerūt xp̄i ap̄l'i: quart⁹ aūt ei⁹ discipulus extitit q̄ ob vite meritū dictus est Joseph iust⁹. Mortuo autē cleopha: anna tertiū duxit sponsum: cui nomen Salome: de q̄ genuit filiā dictā Mariā salome: q̄ nomē pr̄is retinuit sicut ⁊ p̄cedēs. Hec aūt filia duxit in spōsū zebedeū: de q̄ genuit Jacobū maiorē ⁊ Jo. euangelistā: ambos xp̄i ap̄l'os. Ex q̄b⁹ oib⁹ patet ꝙ btūs Jo. habuit ortum valde sctm̄ ⁊ honestū. Nā mat eius sctā fuit. Item frater. itē auia. s. beata Anna. item amite seu auuncule illius. s. V̄go Maria ⁊ Maria Cleophe. item cognati illius: filij. s. Marie cleophe. Similit cleophas fuit discipulus xp̄i: cui etiā apparuit xp̄s cū iret in emaus ipsa die resurrectionis Lu. xxiiij. Verissimile etiā est ꝙ Salome fuerit ꝓbate vite. Idē etiā pie credendū est de pr̄e suo zebedeo. Item de alpheo. Et breuiter hec est generatio querentium dn̄m.

¶ Moral'r. Per hoc instruimur ꝙ sicut ex malis parentib⁹ cōiter sequuntur mali filij: ita etiā ex bonis boni / qr cōiter patrem sequit sua ples. Ista ergo consequētia: parētes sunt boni: g̃ proles bona: valet p locum a cōiter accidētibus. Nā vt dt Chryso. super Matt. in opere incōpleto. homil. xlvij. sicut fructus p arborē demōstratur: sic filij p parētes. Et post pauca. Testimonia inquit de filijs sunt parentes. Et ad hoc adducit talem similitudinē dicēs. Ecce regula hūane nature est vt omnis hō nascat duos oclos habens: ⁊ quinos digitos. Nihilomin⁹ aliqn̄: vt manifestent opera dei: nascitur homo aut oculos non habēs: aut sex digitos hn̄s. Sicut ergo extra regulam nature raro euēit vt deformis aut mōstrosus nascat hō: sic etiam extra regulā nature raro ꝓcedit vt dissimilis nascat fili⁹ parētibus suis. Hec ille. Specialius autem ⁊ ꝯmunius filius sequit patrē: et filia matrem: vt dicit gloss. super legem ꝙ si nolit. ff. ge edilicio edic. Unde poeta. Nam sequitur leuiter: filia matris iter. Et sequitur leuius / patris iter filius.

¶ Secunda stella corone beati Joannis vocat noīationis: qr Joannes est nomen ei⁹. Joannes tribus modis interp̄tatur: vcz dn̄i gratia: cui donatio a dn̄o facta est ⁊ in quo est gr̄a: Juste ergo iste xp̄i ap̄l's appel-

latur Joan. quia domini gratia fecit eum virum iustum et sanctum atq; Christi discipulū ita vt merito dicere posset cum Paulo illud.i.ad Cor.xv. Gratia dei sum id quod sum. Item illi datum est a domino vt bene vteretur gratia dei. Ecce cui donatio a domino facta est: propter quod potest merito dicere illud quod sequit in textu Pauli. Et gratia eius in me vacua non fuit. Item habuit gratiam non communi modo aliorum iustorum/ qui aliquando p pctm̄ cadūt: sz habuit eam perseueranter. Ecce in quo est gratia. Ideo sequitur. Et gratia eius semp in me manet. Merito ergo possumus huic sanctissimo xpi aplo dicere illud ps. Secūdum nomē tuum sic ꝛ laus tua in fines .i. vbicūq; extēditur fides christiana: quia festum ei9 celebre habetur per vniuersam christianitatem. Patet etiam quō nomē consonat rei in beato Joāne: conformiter ad legē ciuil. inst. d don atio. §. ē ꝛ aliō.

¶ Moralr. Sciendum qd nisi fuerimus Joānes per nois interpretationem .i. in quibus sit gratia dei: nunquā intrabim9 celum: maxime cū dicat Apls ad Ro.vj. Gratia dei vita eterna. Et tamen pauci hoc attendunt ꝛ ad hoc laborant. Multos eñ reperire est qui laborāt vt habeant grām principū ac magnatum/ nihilq; illis difficile est dummodo talem gratiaz habeāt: sed heu de grā dei/ non videntur curam habere: cū tamen Salomon Prouer. vl. vocet grām huius mundi fallacē eo q; non potest hominem preseruare a veris malis: ꝛ presertim a damnatione eterna: neq; etiam illi conferre vera bona: scilicet gloriam celestē. De gratia autem dei dicit Apostolus vt supra allegatum est: q; Gratia dei vita eterna.

¶ Uel dic ad ppositum redeūdo de Joan. q; beatus Joānes per vite meritum visus est perdidisse quodammodo nomen vulgare: ita vt in sacro euangelio non vocetur Joā. preterquam in duobus locis. Prim9 est Matt. x. vbi enumerant nomina aploꝝ. Secūdus ē Matt. x. vbi legit q; Jacobus ꝛ Joānes petierunt a xpo vt essent primi in regno suo. Deinde ibi subditur q; alij decem discipuli indignati sunt de Jacobo et Joanne. Alibi autē non memini me legisse in euāgelio quod hic discipulus vocetur Joann. sed tantū discipulus quem diligebat Jesus. Et de hoc multa extant testimonia/ et precipue in euāgelio eius. Primo enim Jo.xiij. dr q; in cena erat recūbens in sinu Jesu vnus ex discipulis quem diligebat ipse Jesus. Item secundo Joā.xix. sic legit. Cum vidisset Jesus matrem: ꝛ discipulum quem diligebat ꝛc. Item tertio Joan.xx. sic legitur. Uenit Maria Magdalene ad Simonem Petruz et ad alium discipulum quem diligebat Jesus. Item quarto Joan.xxj. sic legitur. Dixit ille discipulus quem diligebat Jesus Petro. Dñs est. Item quinto vbi. s. sic legitur. Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Jesus sequentem. Super quo dicit Beda ith

homilia hodierna:et silr recitatur in glo.ordi.ꝙ xp̄s pre ceteris apl'is quos diligebat/familiari⁹ diligebat Jo. quē specialis ꝓrogatiua castitatis ampliori dilectiōe fecerat dignū. Cū itaqꝫ ipse Joan.tam frequēter vocetur in euangelio discipulus quem diligebat Jesus: patet ꝙ illius nomen antiquū ꝙ est Joannes: in nouum mutatum est.: quod est discipulus quem diligebat Jesus. De eo itaqꝫ non incōgrue videbatur prophetare Esaias.lxij. dicēs: Uocabitur tibi nomen nouum quod os domini nominauit.

¶ Moraliter. Sicut Joannes per vite meritum nomen nouum acquisiuit:qđ est discipulus quem diligebat Jesus:ita ⁊ multi per vite demeritum nomen sup sacros fontes illis impositū quodāmodo admittunt ⁊ aliud nouum sibi acquirunt: ita vt gallice vn⁹ vocetur Finverius:alius Uerdelet:ali⁹ Tatevin:alius Capitaine: alius Halebardier:⁊ sic đ alijs multis noib⁹ vsitatis apud ruffianos ⁊ infames homines. Nam vt dicit Aug.super psalterium: exponens illū passum. Nō mouebor a generatione in gñatione sine malo.animus perditus ⁊ expers bonarum artium atqꝫ a iustitie lumie alien⁹ malis artibus sibi molitur adiutorium ad famam tā diuturnam vt etiā apud posteros celebretur.Et qui non possunt bene innotescere:cupiunt vel male de se homines loqui: dummō nomen eorum latissime peruagetur/ita vt quilibet talis dicere videatur:Non mouebor a gña tione in generationē sine malo.Hec Aug.Refert etiā Ualerius lib.viij.ca.xv.de quodam qui vulgo erat ignotus.Qui vidēs ꝙ nihil boni facere posset quo famosus ⁊ notus fieret:incēdit templū Diane : qđ valde pulchrum erat ⁊ sumptuosum. Qui cum postea ad iudicium tractus fuisset:interrogatus respōdit dicēs. Qr cū nō poterā hoibus bene innotescere:volui male agendo notus haberi:et ꝙ de me sermo in vulgo fieret. Hec valerius.Non sic charissimi non sic celebremus nomen nr̄m male viuendo : sed potius acq̄ramus nobis nomen bonū bene ⁊ religiose conuersando: qr vt dicit Prouerb.xxij.melius ē nomen bonū ꝙ̄ diuitie multe.

¶ Tertia stella corone beati Joā.vocat stella ꝓseruationis supple a corruptione ꝟginitatis qđ fuit magnū dei donuz ⁊ bn̄ficiū.De eo enī loquens Isido. de vita ⁊ obitu sctōꝝ/dicit sic. Joannes apl's ⁊ euāgelista virgo est electus a dn̄o/atqꝫ inter ceteros magis dilect⁹.Hoc idē etiā canit eccl'ia de eodē aplo in officio hodierno. Item Hieronyi.in prologo sup euangeliū eiusdem ad propositum loq̄ns dicit sic.Hic est Joā.euangelista vnus ex discipulis dn̄i:qui virgo a deo electus est : quem de nuptijs volente nubere vocauit deus.Cui ꝟginitatis duplex testimonium in hoc datur euangelio:ꝙ ⁊ pre ceteris dilectus a deo dicitur:⁊ huic mrēz suam pendens in cruce commēdauit dominus/vt virginē virgo seruaret.Hec ille.

¶ Queritur primo circa istud

de quib⁹ nuptijs vocauerit xp̄s Joan. Responsio. de hoc nō loquit̄ Hie. Nihilominus cōiter tenet̄/ vt refert de Lyra: ꝙ iste fuerūt nuptie de quibus fit mētio Joan. ij. vbi dicitur ꝙ nuptie facte sunt in Chana Galilee. Insup dicūt aliq̄ ꝙ Joan. erat sponsus illaꝝ nuptiarum: sed istud non est multū authenticū: maxime cū in eodē textu dicatur ꝙ vocat⁹ est Jesus ad dictas nuptias/ ⁊ discipuli ei⁹. Cum ḡ Joannes fuerit de numero discipuloꝝ xp̄i: cōsequēs est dicere ꝙ illic venit cum Jesu. Et ita nō pōt stare ꝙ fuerit sponsus: et venerit ad nuptias sponsi/ nisi forsan diceretur qđ tūc xp̄s paucos habebat discipulos vcz illos qui primo vocati sunt ab eo: vt fuerūt Petrus et Andreas fratres. Post hos autem duos ⁊ ante ceteros vocauit Christus Jacobum zebedei: et Joannem fratrem eius: vt patet Matth. iiij.

¶ Queritur secundo que fuerit sponsa Jo. Respondent ad hoc aliqui ꝙ fuerit Magdalena. Sed profecto magis credo hoc esse fabulā ⁊ fictitiū q̄ verum: vt scripsi in alio sermone de eodē Joan. in opere de secretis secretorum. Et hoc propter multa. Primo quidem ꝓp moꝝ disparitatem. Nam Joannes mitis erat ⁊ simplex. Magdalena aūt tota mundana ⁊ pomposa. Secūdo vero propter generis ⁊ ort⁹ variā ɔditionē. nā Joann. filius erat simplicis ac pauperis piscatoris: videlicet zebedei. Magdalena aūt valde nobilis et diues erat. Tertio autē ꝓpter friuolā excusationem. Si enim ita fuisset qđ Christus tam speciosum elegātem sponsum qualis erat Joannes a Magdalena abstulisset: faciēdo eum discipulū suū: illa vtiqꝫ suā turpitudinē palliare potuisset dicēs. Ideo me voluptati dedi et amatores habui/ eo ꝙ xp̄s a me sponsū abstulit. Patet ergo non esse verisimile sponsam Joan. Magdaleuam extitisse. Que autē illa fuerit: magis diuinare possumus q̄ aliq̄d certitudinaliter diffinire.

¶ Querit̄ tertio si btūs Joannes licite reliq̄rit sponsam suā vt xp̄m sequeret̄. Videt̄ ꝙ non Nam Ma. xix. dicit xp̄s. Quos deus cōiunxit hō non separet. Itē Magister sentē. dist. xxvij. quarti. dicit ꝙ matrimoniū est viri ⁊ mulieris ɔiūctio maritalis inter legitimas ꝑsonas: indiuiduā vite cōsuetudinē retinens. Eadē etiā diffinitio ponitur institu. de pat. potesta. §. i. Similiter idem ht̄ extra de ꝑsumpti. ca. illud. Ad hoc dubiū respōdetur per tres veritates.

¶ Prima igr̄ veritas xp̄s cum esset de⁹ ⁊ hō: potuit sine spōse iniuria Joan. traxisse ad vitaꝫ celibē ⁊ ad apostolatū. Nā vt habet̄. C. de legibus. l. vlti. que incipit. Si imperialis maiestas. lex interpretari hꝫ ꝑ eū qui eā ɔdidit/ eo ꝙ illius est legē interpretari cuius est eā cōdere. xp̄s ḡ qui secundum ꝙ de⁹ instituit mr̄imoniū nō dissoluendū potuit p̄dictū mr̄imoniū oīno dissoluere. maxīe cū nō alligauerit ꝟtutē suam sacramentis.

¶ Scđa veritas. Utriqꝫ ɔiugū ante cōsummatū mr̄imoniū licꝫ religionē intrare. Cū ḡ religio

christi ꝛ aplorum fuerit pfectissima: consequens est dicere eque licuit Joa. vxore dimissa ad xpi collegium transire. Quod autem liceat cōiugibus ante consummatum matrimonium religionem intrare: manifeste patz ex communi disputatione iuris: vt ptz. xxvij. q. ij. despōsatā. Item ibidē. c. scripsit nobis. Ubi etiā adducit exēplū de duob⁹ sctis viris: vcz Machario ꝛ Alexio: q̄ dimissis vxorib⁹ suis vitā solitariā duxerūt. Ad idem est. c. cō missum. extra de sponsalib⁹: Et silr. c. preterea. ꝛ. c. verū extra de cōuersatione cōiugatorum. Qz si queratur infra qd tps cōiugatus tenet religionem intrare: aut matrimoniū ꝯsummare si petat debituz. Respondetur conformiter ad ius canonicuz q prefigitur tps duorum mensiū: vt patet in predicta rubrica de conuersione coniugatorū. c. ex publico. Ubi ponitur casus de quadam que nolebat habitare cum viro suo: dicens se velle virginitatem seruare in paterna domo. de qua mādat Papa Alexander. iij. q aut religionē ingrediatur: aut ad virum suū infra duorum mensium spatiū redire teneatur. Et sic patet de secunda veritate.

❡ Tertia veritas. Uno coniugū an̄ carnalē copulā religionē intrāte: ille q̄ remanet in seculo siue sit vir: aut mulier: pōt alteri parti mrīmonialiter copulari. Cuius ratio est: qꝛ q̄ ingreditur religionez: reputatur mortuus. Hoc tamen non habet verum post consummatum matrimoniū. Ex his oib⁹ infertur q licuit btō Jo. relicta vxore ad religionem xpi euolare. Et ad auctoritates in oppositū sufficienter ptz ex dictis. Tū qꝛ xp̄s erat supra ius. Tū quia intelligunt de mrīmonio consummato. Modo btūs Jo. mrīmonium non consummauerat: ideo potuit relicta vxore religionē xpi seu collegium intrare. Insuper potest dici q predicta iura nondum erant scripta. Preterea pōt dici q Jo. nunq̄ cōtraxitō pn̄ti: nec hoc dt Hier. sz tm̄ q voluerit nubere: vt ptz verba eius intuenti vbi supra.

❡ Moralr p hoc q beatus Jo. specialr vocatus est a Christo de nuptijs ne pderet integritatem carnis: nobis insinuatur q nullus pōt pudicitiam integre seruare: nisi deo specialiter cooperāte. Propterea sapiens dicebat. Non possum esse continens nisi de⁹ det. Sap. viij. Et ideo rogandus est deus vt det efficaciter: hmōi continentiaz. Cuius cōtrariū faciunt illi qui de propria virtute confidētes, aut fortefomitē libidinis: siue p abstinentiā: siue per debilitatem. aut senectam etatem in se extinctum credentes a cetero presumunt familiariter cōuersari cū mulieribus iuuenib⁹ ac senibus. Et exide interdū pdit cōtinētia. Un̄ noui quādā mulierem: q̄ multo tp̄e cōtinenter vixerat. Tādē autē ex charitate volens seruire cuidam religioso grauiter egrotanti: ꝛ ille paululum reuixisset ab eo impregnata est. Et ita merces sui obsequij: fuit fructus ventris. Illa autem more multarum taliū simulauit se egrotare in lecto quousque silenter peperit.

¶ Quarta stella corone beati Joan. dicitur vocationis. Fuit enim a xpo vocatus de nuptijs ad apl'atū vt dictū est. Verūtamen postea redijt ad seculum quamuis nō ad vxorē. Et q̄uis postillatores dicant tantum ter apl'os a xpo fuisse vocatos: primo ad aliqualem notitiā: scd'o ad familiaritatem: tertio ad apostolatū: tn̄ si velimus saluare dictū Hiero. necesse est dicere de Jo. q̄ fuerit quater vocatus. Primo quidem ad aliqualē notitiā. Hoc aūt fuit immediate p⁹ xpi baptismum. Et de hac vocatione scibit Jo. i. vbi legit q̄ Andreas et vnus ex discipulis. Jo. euang. (qui suum nomē tacet eo q̄ scripsit euangeliū) audiētes a magr̄o suo q̄ diceret de xpo digito eū ondendo. Ecce agnus dei/ relicto eo secuti sūt xp̄z. Quos videns sequi ait illis. Quid q̄ritis? Qui dixerūt ei. Rabbi: vbi habitas. At ille ait. Venite et videte. Venerūt ergo: et viderunt vbi maneret. s. per modum hospitis/ et manserunt apud eum die illo. Hec ex textu Joan. in quibus verbis ostenditur q̄ Andreas et Jo. tunc ceperunt habere aliqualē de xpo notitiā: forte ex bonis verbis que ab eo audierunt in hmōi hospitio: postera tn̄ die redijt vterq̄ ad propria. Scd'o btūs Joan. fuit vocatus a xpo specialr' et sol⁹: et hoc fuit qn̄ vocauit eū xp̄s de nuptijs. vt dictū est: sed tn̄ postea redijt ad propria: q̄uis non ad sponsam: vt dictum est: nec etiam tenebatur ad eā redire: eo q̄ non contraxerat cum ea per verba de presenti vt prius dictum est. Tertio fuit vocatus ad apostolatum: et de hac vocatione legit̄ Mat. iiij. vbi dicit̄ q̄ ambulās/ Jesus iuxta mare Galilee: vidit Petrū et andreā fratrē ei⁹ mittentes rete in mare: et ait illis. Venite post me etc. At illi continuo relictis retibus et naui secuti sunt eum. Deinde seq̄tur. Et procedens inde eodem .s. die: vidit alios duos fratres .s. Jacobum zebedei: et Jo. fratrem eius in naui cum zebedeo patre eorum: reficientes retia sua: et vocauit eos. Illi aūt statim relictis retibus et patre secuti sunt eum. Post hāc tn̄ vocationē iter̄ redierūt ad p̄pa. Quarto fuit btūs Joan. vocatus a xpo ad familia ritatē. et de hac vocatiōe scribitur. Lu. v. vbi legr̄ q̄ cum xp̄s stās sec⁹ stagnum Genezareth vidisset duas naues secus stagnū: intrauit in nauim que erat Simonis Petri: et ait illi. Duc in altū nauim: et laxate retia vestra in capturā pisciū. Quod cū fecissent: concluserūt pisciū multitudinem copiosam: ita vt Petrus et qui cū eo erāt vocarent illos qui erāt in alia naui i auxiliū. Deinde seq̄r. Et subductis ad terrā nauib⁹: relictis oibus secuti sunt eū. Ecce q̄rta Joann. vocatio. In hoc tn̄ est varietas q̄ aliq̄ expositores ponūt hanc vltimā vocationē ante precedentem. Alij aūt ediuerso. Hoc tn̄ certum accipe q̄ Joan. post q̄rtā vocationē nūq̄ deinceps ad p̄pria redijt: sed xpo inseparabilr' adhesit vsq̄ ad crucem. ¶ Circa cuius vocationē nota q̄ vocatus est difficilior: q̄r de nuptijs/ non q̄dē iam celebra-

tis: sed celebrādis: vt dictū est. Magna ergo fuit virtus in verbis xp̄i Joan. vocatis: maxime cū ipse pulcherrimus pulcherrimā vt credi pōt: ꝛ valde ornatam sponsam in puncto ducendi esset. Poterant ergo tunc esse in illo maxima delectationū incentiua: sed Christus interi⁹ in eo operās oia illa sedauit: ꝛ absorbuit. Item vocatus ē pmptior. legit em̄ Mat. viij. ꝙ cum xp̄s vocasset quēdā vt eum sequeret: ille rn̄dit ei dicēs. Dn̄e pmitte me primum ire ꝛ sepelire patrē meū. At vero Joānes audito illo xp̄i vbo ad eum et Andreā: Uenite post me: mox relictis retibus: ꝛ naui: secutus est eū. Item vocatus est iunior: in etate. s. xxij. annorum. Hoc autē sic patz. Nā vt refert dn̄s Antonius in chronica sua parte pma. titu. vi. cap. vi. §. ij. Hic Joā. mortuus est etatis sue anno. xc. a passione vero xp̄i anno lxviij. Ex quo potest manifeste inferri: quod fuerit vocatus a Christo: anno etatis sue. xxij. Jacobus autem frater eius senior eo erat. Item Petrus iam barbarus qn̄ vocatus fuit/ ꝛ sic de alijs xp̄i discipulis. Juuentus autem vt cōiter non est ita imbibita humana malitia: sicut virilis etas aut senectus.

¶ Moraliter. Ex dictis nobis datur multiplex documētū. pmū est sequēdi xp̄m: nō obstante quocunqꝫ retrahente: siue seculi: aut parentū amore. In cuius rei signū xp̄s dixit Mat. x. Qui amat patrem aut matrem plusꝗ me/ nō est me dign⁹. Secundum est sequēdi xp̄m velociter ꝛ prōpte: vt. s. ipe xp̄s possit merito dicere de vnoquoqꝫ nostrum illud ps. In auditu auris obediuit mihi. Sed pfecto multi sunt similes malis seruis qui mane recalcitrant surgere etiam non obstante quod interdum pluries vocentur a dominis suis et magistris. Propter qd̄ dicti magistri aliqn̄ irascuntur: ꝛ ad eos veniūt cum baculo: vt sic eos surgere compellant. Ita ꝛ dn̄s nos vocat multipliciter: nunc bonis inspirationibus: nunc predicationib⁹: ꝛ exterioribus virorum proborum monitionibus: nunc minis ꝛ terroribus: nunc blandis sermonibus ꝛ pollicitationib⁹ cum scilꝫ nobis loquitur in sacra scriptura. Si ergo neglexerimus eum sequi: ꝛ ad ipsum velociter currere: timeo ne vna dierum dure contra nos agat. Tertiū documentū est sequendi xp̄m in iuuenili etate: ꝛ ꝗ͂ pmum quis est doli capax/ qꝛ vt dicitur Thren. iij. Bonum est viro cum portauerit iugū dn̄i ab adolescentia sua.

¶ Quinta stella corone bti Jo. dicitur comparationis. Elegit enim Christus quatuor euangelistas: velut quatuor secretarios q̄ scriberent ad vtilitatem futurorꝫ christianorꝫ/ gesta xp̄i inter quos precipuus fuit Joā. ꝗuis vltim⁹ scripserit. Et ideo merito cōpatur aquile: vt patz Ezech. j. Nam sicut aquila inter aues habet in volatu sublimitatem: sic ꝛ beatus Jo. ceteris euangelistis altius volauit. Hoc autē euidenter attestatur exordium sui euangelii: in quo describit xp̄i natiuitatem eternā ꝛ diuinam dicens. In prin-

cipio erat verbuz. Ceteri enim euangeliste per animalia terrestria figurantur. quia que xp̄s gessit in terris: narrant: sed iste suum euangelium a supnis ꝛ diuinis inchoauit vt dictum est: vn̄ Aug. sup Joā. de eodem loquens dicit sic. Transcēdit Joannes: oia cacumina terrarum oēs campos: oēs latitudines siderum: ꝛ omnes choros atq; legiones angeloꝝ. Nisi eñ transiret omnia ista q̄ creata sunt: non perueniret ad deum / per quem oia facta sunt. Item Orige. in homilia super illo verbo: In pn̄cipio erat verbuz. dt sic. O beate Paule: raptus es (vt tu ipse asseris) vsq; ad tertiū celum: sz non es raptus vltra omne celū / raptus es in paradisum: sed non es raptus vltra omnē paradisum. Joānes vero omne celum auditum: omnem paradisum. i. omnem humanam angelicāq; naturam transgreditur. In tertio celo audisti ꝟba mellisflua que non licet homini loqui Joānes ꝟbo intime veritatis cōspector vltra omne celuz in paradiso paradisoꝝ: in causa oim audiuit vnum verbuz p̄ quod omnia facta sunt. Non ḡ Joannes erat homo sed plusq̄ quam homo: quando quidem ꝛ seipsum ꝛ oia que sunt superauit. s. penetrando personarum trinitatem cum essentie vnitate. Hec Origenes vbi supra. Patet ergo quam bene Joannes comparatur aquile grandi ꝓpter volandi sublimitatem.

¶ Moraliter. Debemus imitari pro posse nostro btm̄ Joannem in volādi sublimitate per celestiū ꝛ eternoꝝ contēplationem ꝛ sanctam meditationem vt merito dicere possimus cum Aplo ad Phili. iij. Nostra conuersatio in celis est. Ad hoc etiam nos quodammodo admonet nr̄a corporalis figura: ꝓut pulchre declarat Augu. lib. de disciplina christiana ita dicēs. Beluas deus prostratas in faciem fecit pastuz querentes de terra. Te aūt o homo in duos pedes erexit de terra. Tuā faciem sursum attendere voluit: Non igitur discordet cor tuū a facie tua. Non habeas faciem sursum: ꝛ cor deorsum. Ad idē etiā propositum loquitur Boetius de consolat. libr. metro. v. ita dicēs. Unica gēs hoim celsum leuat altius cacumen. i. caput. Atq; leuis recto stat corpore: despicitq; terras. Hec nisi terrenus male desipis: admonet figura. Qui recto celū vultu petis: exerisq; frontem. i. erigis: In subli me feras aiam ꝛc. Ecce quamodo debemus ad instar aquile Joānis volare ī altum: atq; (vt dicit ps) in salicibus que sunt arbores alte / per quas intelligunt̄ gaudia celestia: siue sancti in celo regnantes: debemus suspendere organa nostra. Unde et sanctus ille Job adhuc in terris cōuersans dicebat. Suspendium elegit anima mea. Job. vij. vbi glossa interli. Suspendium desiderij ad alta. Suspendium ergo vocat hic Job quietem contemplationis per quam suspenditur animus ab his que mundi sunt ꝛ carnis.

¶ Sexta stella corone bti Joannis dicitur prophetationis: Habuit eñ donum prophetie

qd alij euangeliste non habuerũt. Scripserũt ei Mattheus & Marcus eius abbreuiator euãgelia: sed nihil aliud. Scripsit aũt Lucas euangelia et actus aplorũ: et hoc totũ fuit. At vero Jo. plus ceteris laborauit & ecclesiam illuminauit. Nam fuit euãgelista in euangelio: aplus in eplis seu canonicis suis, & pter hoc fuit propheta in apocalypsi: quam apud Pathmos insulam in exiliũ a Domitiano imperatore relegatus: angelo reuelante dictauit. Quam qdẽ Apocalypsim nemo post eum plene intellexit: qr vt dt Hiero. in epistola ad Paulinum: Apocalypsis Joannis tot habet sacramenta quot verba. Parum (inqt) dixit, & pro merito voluminis laus ois inferior est. In verbis singulis multiplices latẽt itelligẽtie. Hec ille. Fuit igitur Jo. pplia in sua Apocaly. qr vt dicit Gilbert9 Pictauen. in prefatione sup dictam Apocaly. Apocalypsis grece reuelatio dr latine: qr in ea cõtinentur ea que de9 reuelauit. Joã. & Joannes ecclesie: quãta. s. passa sit ecclesia tpe primitiuo, et nunc patiatur: atqz in futuro passura sit: & signanter sub antixpo: qñ. s. tanta erit tribulatio vt si fieri potest moueantur et electi. Et post pauca subdit idem Gilbertus dicens. Iste liber inter reliquas scripturas noui testamenti prophetie noie censetur: que etiã excellentior est alijs prophetijs. Sicut eñ testamẽtum nouum prestat veteri: & euangeliũ legi: ita & hec prophetia pphetijs veteris testamẽti: quia de xpo & ecclesia magna ex parte iam adimpleta sacramenta denũciant. Hec ille. Ecce ergo quomodo beat9 Joannes habuit in corona sua stellam prophetationis.

¶ Moraliter. Ex quo btũs Joan. fuit ppheta in apocalypsi: consequens est vt quecunqz ibi predixit de consummatione seculi, de die iudicij, de gaudijs paradisi: et de penis inferni: omni semota dubitatiõe illa credamus. In cuius rei testimoniũ ipse Apoc. j. dicit sic. Beatus qui legit & q audit vba pphetie hui9: & seruat ea q in ea scripta sunt. At vero p vitanda prolixitate que tediũ legentib9 generat: poterat diligẽs lector de predictis sex stellis vnum facere sermonem: et de alijs sex aliũ. et ideo de primo sermone dicta sufficiãt ad laudem xpi euãgeliste & prophete Jo. cui9 meritis & precibus Jesus Xpus nobis largiatur in pñti grãm et in futuro gloriam. Qui cum patre & spiritu sancto viuit &c.

¶ Sermo secundus de btõ Joanne euangelista.

In capite eius corona stellarum duodecim. Apoc. xij. Dicto in precedenti sermone de sex stellis corone capitis beati Joannis: superest loqui de reliquis sex stellis: adiũgẽdo eas priorib9.

¶ Septima igitur stella corone beati Joannis dicitur reuelationis. Huic enim soli Christus in cena suum proditorem reuelauit: vt ptz Joannis. xiij. Et in hoc apparet quãtũ Christus dilexit ipsum: et similiter quantum eum honorauit: & qñtum de eo confidit. Hoc enim

Christus petro futuro vicario suo non reuelauit. Non etiam Jacobo germano ipsius Joan. non denique alijs cognatis suis scilicet filijs Marie Cleophe sed soli Joanni. Una aūt de causis cur ipsum proditorē iudā xp̄us Petro reuelare noluit/ fuit: quia vt testatur Aug. ad fratres in eremo ser.xxvij. si Petrus hoc sciuisset: ipsum iudam dentibus dilaniasset et occidisset. Hoc autem xp̄s nolebat.

¶ Moraliter. Per hoc quod vni soli scilicet Jo. xp̄s suū proditorē reuelauit: datur nobis intelligi quod non debemus oibus passim et indifferenter pandere nr̄a secreta: sed solum paucis et probatis amicis. Propter quod sapiens vnūquemque nostrū circa hoc incantat. Ecclesiastici.vi. dicens. Consiliarius sit tibi vnus de mille. Huius autē ratio est: quia difficillimum est reperire virum fidelem in secretis: vt hr̄. Prouerb.xx. Quinimmo multi quos putabamus fidelissimos amicos: modica occasione habita efficiunt pessimi inimici: etiā interdū reuelantes alijs secreta nostra. Propter quod dicebat Vegetius de re mili.lib.iij.c.xxix. Quid fieri debeat: tractato cum multis. Quid vero facturus sis: cū paucissimis ac fidelissimis: vel potius ipse tecum. Hec ille.

¶ Octaua stella corone b. Jo. dr̄ dilectionis. Habuit em̄ feruentē dilectionē ad deum et ad proximum. De quo patet ex verbis ipsius: cui non sufficit vt solus deū diligat: nisi etiā ad hoc ipsum alios hortetur: vt ptz in sua prima canoñ.c.iiij. vbi ait. Diligamus deū: quia ipse prior dilexit nos. Itē quadruplici signo ostendit se habere feruentem dilectionem ad magistrum suū: qui verus deus et dei pr̄is filius erat. Primū signū fuit cum relictis retibus suis et naui: atque patre suo zebedeo: secutus est eum. Secundum signum fuit quod sponsam cū qua in pūcto contrahere disposuerat: intactam reliquit: et virginitatē incorruptam seruare voluit. Tertiū signum fuit voluntas patiēdi propter eundem magistrū suū. Unde Mat.xx. legitur quod cū xp̄s eū vna cum fratre suo iacobo interrogasset dicēs. Potestis bibere calicē quem ego bibiturus sum? Simul responderunt dicentes. Possumus.i. parati sumus mori pro te. Sextum signū fuit fidelitas in aduersis. Signū em̄ maxime dilectionis est cū quis tenet fidelitatē et comitatū dilecto in aduersis sicut et in prosperis: quia vt habetur Prouer.xvij Omni tēpore diligit qui amicus est: et frater in angustijs cōprobatur. Joannes aūt secutus est xp̄m vsque ad pedē crucis. Ecce igitur quadruplex signum sue magne charitatis ad ip̄m xp̄m. Similiter idē Joā. habuit magnā dilectionē ad proximum. Unde in sua prima canonica.ij. capi. vocat discipulos suos filiolos: et hoc ex abundanti charitate ad eos. Item in eadem cano.c. iiij. nos admonet ad mutuam charitatem dicens. Charissimi diligamus inuicē: quoniam charitas ex deo est. Et breuiter inter om̄es euāgelistas siue apostolos qui scripserunt: nemo est qui tam frequenter et feruēter nos moneat ad dilectionē dei et proxi-

mi sicut ipse. Ex abundantia aũt cordis os loquitur: ꝛ bonꝰ homo de bono thesauro: supp. charitatis: profert bona. Matthei. xij.

¶ Moralr. Debemꝰ instar Joan. habere stellam dilectionis tam ad deum ꝗ ad proximum. Sic eñ ꝑcipit nobis xp̃s Mat. xxij. dicens. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo: et proximum tuũ sicut teip̃m. In his eñ duobus mãdatis vniuersa lex pendet ꝛ prophete. Sꝫ forsan dicet auarus: diligo deum ꝛ proximum: sed profecto hunc dementitur ipse Jo. in sua pria canoni. c. iij. ita dicens. Si q̃s habuerit substantiã huiꝰ mundi: ꝛ viderit fratrẽ suũ necessitatẽ habere: ꝛ clauserit viscera sua ab eo: quõ charitas dei manet in illo? Ac si aperte diceret ꝙ in eo non manet: qꝛ vt dicit Grego. in quadam homil. signum dilectionis exhibitio est operis. Idẽ etiã põt practicari de ceteris peccatoribus.

¶ Nona stella corone beati Joannis appellatur cõmissionis. Nã xp̃s cõmisit illi curam matris sue cum penderet in cruce dicẽs illi. Fili: ecce mater tua. Jo. xix. Qð ṽbũ exponẽs Chry. in sermo. de passiõe dñi. dt sic. Tu o sancte Joannes ad hoc eligeris vt ministres ꝛ obsequaris Marie ea dilectiõe q̃ filius: ea obedientia qua discipulus: ea subiectiõe qua minister ꝛ famulus. Petro cõmẽdat ecclesia tibi maria: illi tumultuosa negotia: tibi mater pacifica ꝛ q̃eta. Hec ille. Et nota ꝙ in hoc plus est commissum Jo. ꝗ Petro cui cõmissa est ecclesia: pro quãto plus est esse matrẽ xp̃i ꝗ matrẽ xp̃ianoꝝ. Quid enim est multitudo xp̃ianorum respectu xp̃i? Certe cõstat ꝙ nihil. Consideremꝰ ꝗ ꝗtum excellat genuisse deum (qð in maria fuit) super hoc qð est hoies sp̃ũaliter gñare: qð eccl̃ie cõpetit. Et ita ptꝫ ꝙ plus est a xp̃o Jo. cõmissum ꝗ Petro. Insup debemus circa hanc cõmissionẽ pensare modum illius. Nõ enim ait xp̃s matri de Joanne. Ecce nepos tuus: sed ecce filiꝰ tuus: neqꝫ ẽt dixit discipulo. Ecce auuncula tua: sed ecce mater tua: vt sic deinceps iũgerent tãꝗ mr ꝛ filius: qð ꝛ factum est. Nã ex illa hora accepit eã discipulꝰ i suã. Jo. xix. vbi glos. interli. in suam matrẽ. Christus ꝗ matri quam reliquit: alterũ ꝑ se filium quodãmõ tribuit: vt dicit ibi gl. or.

¶ Notandũ est ꝗ ꝙ ex ꝑdictis possumus inferre multa corollaria. Primũ est ꝙ Joannes est valde honorandus a nobis: q̃a frater est saluatoris. Si eñ sit filius matris illius ineuitabiliter sequit ꝙ sit frater eius. Hoc idẽ etiã dicit Petrus damianꝰ in ser. de eodem apl̃o. Joannes (inquit) qm̃ ab ipsa ṽitate marie dictꝰ est filiꝰ: quodam sp̃ali g̃ra frater est saluatoris. Scðm corollariũ est ꝙ Joannes multũ põt ꝑ suis famulis apð xp̃m dñm nostrum: cum sit eius frater. Neqꝫ ei fas est talẽ frẽm tã dilecto fratri aliq̃d denegare. Tertium corollarium est ꝙ Joannes põt multũ apud reginã celoꝝ ꝛ dominã angeloꝝ: cum sit eius dilectꝰ filius. Quartum corollariũ est ꝙ Joannes valde abũdauit in g̃ra ꝛ charitate

atq; ceteris spūalibus bonis. Nā sicut magis appropinquās igni/pl⁹ de eius calore partici- pat: sic Joānes magis approxi- mans saluatori ac matri ei⁹ si⁹: plus de eorum grā & sanctitate participauit. Si eñ tangentes fimbriā vestimēti xp̄i/salui fie- bant & corpore & spū: quid cen- sendum erit de sanctitate & pu- ritate hui⁹ xp̄i apl'i qui tanto vinculo illi ɔiunctus extitit vt filius matris sue esse dicatur? Quintū corollariū est q̄ beata virgo hʒ tria filiorꝫ genera: scʒ Christū/ Joānē/ & oēm deuotū Christianū: cuius etiā filie sunt deuote xp̄iane. Est tñ lata in- ter hos filios sacratissime ma- tris Marie differētia. Primus eñ fuit filius ei⁹ naturalis. Se- cundus adoptiu⁹. Terti⁹ sil'r adoptiu⁹: sʒ longe min⁹ a p̄mo. Itē primus fili⁹ simul est filius naturalis dei patris: scd's filius pauperis piscatoris: terti⁹ fili⁹ sordidi peccatoris. Sextum co rollariū est q̄ illi valde turpi- ter errant q̄ dicūt xp̄m per illa verba ad Joan. Fili ecce mater tua: conuertisse et fecisse ipsum Joannem verū naturalē filium eiusdē virginis/ dicētes in hoc esse sil'r sicut de forma conse- cratiōis sacramēti altaris. Di- cunt ergo q̄ sicut xp̄us in cena dicendo super panem. Hoc est corpus meū: ip̄m panē trāsub- stantiauit in verum & naturale corpus suum: & similiter vinum in p̄prium suū sanguinem: ita etiā dicēdo Jo. Fili ecce mater tua: transubstantiauit Joannē in verū & naturalē filiū v̄ginis Marie. Et q̄uis iste mod⁹ dicē- di possit multipl'r impugnari: ipsum tñ pertranseo tanq̄ fatue ridiculose & absq; rōne dictum. De hac etiā plura dixi in ope- re de secretis secretorūʒ. in ser. de eodem Joanne.

¶ Moral'r. Sicut Joanni mul- tum commissum est: vt dictum est: qui etiam in cōmissione sibi facta est inuentus fidelis vsque ad obitū christifere Marie: vt pote eā nō relinquēs/ atq; vite necessaria eidē procurans: sic etiam cuilibet nostrum multuʒ commissum est a deo: qui nobis dedit aīas ad imaginē & simi- litudinem suā creatas: atq; suo cruore preciosissimo redēptas: vt scʒ eas a peccato immunes custodiam⁹: et fructu bonorum operū eas repleam⁹: ideo ipse met dn̄s vnūquēq; nostrum ad- monet dicens illud Deuter. iiij. Custodi temetipsum: & animaʒ tuā sollicite serua. Specialius autem diuitibus huius seculi cōmisit dn̄s bona temporalia: vt illa post sufficientē suā pro- uisionē & sustentationem distri buant in pios vsus pro aiarum suarum salute. Et ad hoc pro- positum persuadendum addu- cit Christus Matth. xxv. simi- litudinem de quodam diuite homine qui peregre profici- scens vocauit seruos suos: et tradidit illis bona sua: et vni dedit quinq; talenta: alij autē duo: alij vero vnum: vnicuiq; ꝺm propriam virtutem. Horum autem seruorꝫ aliqui bene vsi sunt pecunia domini sui: expo- nendo eā in mercantijs varijs: alij vero abusi sunt huiusmodi pecunia per quod significa- tur q̄ aliqui diuites bene vtun- tur bonis temporalibus a do-

mino sibi cõmissis:quia vt dicit lex ciuilis:institutis de non alienãdis aut permutandis ecclesie reb⁹.§.si nimis. Cui plura dedit de⁹:facile dare debet. Alij vero talibus abutũtur:vt sunt prodigi ꝛ auari. Primi ergo tandem premiabunt a dño tanꝗ̃ fideles negotiatores. Et hoc erit cum vnicuiqꝫ eorũ in mortis articulo dicet a dño illud quod ibi subdit. Intra in gaudium dñi tui. Scdi aũt spoliabunt donis suis in mortꝫ articulo: ꝛ ꝑpter abusum detrudentur in carcerẽ inferni. Hoc igit debent diuites ꝛ potentes hui⁹ seculi diligenter attẽdere. Specialissime aũt cõmisit dñs prelatis ecclesie aĩas subditoꝝ suoꝝ:dicens cuilibet eoꝝ illud iij.Reg.xx. Custodi virũ istum qui si lapsus fuerit:erit aĩa tua pro aĩa illius. O terribile ꝛ tremendũ pastorib⁹ verbũ:ad qḋ valde pauci attẽdũt/cũ aliorũ curã suscipiunt. Et qḋ grauius est:cui plus cõmittit: ab eo pl⁹ exigit vt notat. C.de epis ꝛ clericis.l.presbyteri. Sed heu (vt inqt Paul⁹.j.ad Coꝝ.iiij.) hic iam ꝗritur inter dispẽsatores: vt fidelis qs inueniat. Hoc autem dicit ꝑpter paucitatẽ bonoꝝ prelatoꝝ. Nam proh dolor multi prelati expendunt bona et ꝓuentus suoꝝ beneficioꝝ in impios vsus:scꝫ in mulierib⁹ ꝛ fructib⁹ vẽtris. Nõ ergo tales sunt dispẽsatores:sꝫ poti⁹ dissipatores. Sed de hoc hacten⁹.

¶ Decima stella corone beati Joan. dicit cõsolationis. Nam pater misericordiarũ ꝛ de⁹ totius cõsolationis:consolat⁹ est eũ in omni tribulatiõe sua. Qḋ sic patet inductiue. In primis em̃ grauis illi desolatio et meroris causa affuit:qñ vidit magistrũ suũ ꝛ cognatũ: qui etiam illi in cena mirabilẽ familiaritatẽ ostẽderat: ꝛ propter quem patrẽ suũ carnalem reliq̃rat: in cruce affigi: ꝛ lamentabilr nũc ad patrẽ:nunc ad matrẽ: nunc ad iudeos de siti ꝯquerendo loqui. Sed illũ in tãta angustia ꝛ merore ꝯsolatus est xp̃s: cũ ait illi. Fili ecce mater tua. Scḋo magnã tribulationẽ passus est qñ ad mãdatũ impatoris Domitiani missus est in exilium apud insulã dictam pathmos. At vero tũc cum illo fuit dñs: quia in tali tribulatiõe meruit diuina cõsolatiõe reuelari. Nã ibi angelo dictante Apocalypsim scripsit. Insup tunc ad eũ scripsit beat⁹ Dionysius in spũ ꝓphetico illi prenuncians suaꝫ liberationẽ in hũc modũ. Amice dei Joãnes ex parte dei tibi prenũcio qm̃ a pathmo carcere dimitteris: ꝛ in Asiaticam terram reuerteris. Tertio magnam tribulationem passus est qñ fuit in dolium feruentis olei missus. Sed tũc illũ ꝯsolat⁹ est dñs:cũ eum inde illesum exire fecit. Idẽ dic de veneno quod hausit absqꝫ piculo:de cuius tñ haustu pauloante duo homies subito extincti fuerãt. Merito ergo de eo tunc dicere potuit dñs illud Psal. Cũ ipso sum in tribulatiõe:eripiã eũ.s.de omni tribulatiõe: ꝛ glorificabo eũ.i. gloriosum faciam ꝛ ostendam.

¶ Moralr. Sicut dñs fuit cum beato Joã. in omni tribulatiõe sua:ꝛ inde eũ eripuit:sic etiam est cũ omni iusto iniustitiã pa-

tiente/siue a penis eũ liberan-do: sicut de multis sanctis mar tyrib⁹ patuit: siue penas miti-gando:ne sub illis succũbat iu stus:siue/fortitudinem ⁊ robur ad eas equaminiter sufferendũ tribuẽdo. Sap.x. Descendit cũ illo in foueã: scz dñs cum iusto aduersa patiente: ⁊ in vinculis eũ non dereliqt donec afferret illi sceptrũ regni.i.gloriã eter-nam in morte. Unde in figura hui⁹ legit̃ Dañ.iij. ꝙ cũ rex Ba bylonis iussisset tres pueros ia ctari in medium fornacis: ⁊ vi-disset ꝙ nõ cõburerent̃: accessit propius ⁊ ait. Ecce video qua-tuor viros solutos ⁊ ambulan-tes in medio ignis: ⁊ nihil cor-ruptionis est in eis: et species q̃rti silis filio dei: cuius supple ꝟtute ignis impedit̃ ne agat in dictos tres pueros. Ecce qũo dñs est cum iustis in tribula-tione positus.

¶ Undecima stella corone bea ti Joan. appellat̃ inuitationis. Nã cũ esset annoꝝ nonaginta: apparuit illi xp̃s inuitãs cũ ad ꝯuiuiũ eternũ ⁊ dicẽs. Ueni di lecte mi ad me: quia tp̃s est vt epuleris in ꝯuiuio meo cũ fra-trib⁹ tuis. Dñica eni die ad me venies. Quo audito se ꝑparat ad tantũ ⁊ tale cõuiuiũ sacra-menta eccl̃iastica suscipiendo. Dñica igit̃ sequente ꝯuenit ad ecclesiã: q̃ fuerat ipsius noĩe fa bricata. Illic etiã cõuenit vni-uersus ppl̃s. Tandẽ deuotissi-ma ꝑdicatione ⁊ exhortatione facta ad ppl̃m: descendit in fo-ueam quã sibi parari fecerat. Et expãsis manib⁹ in celũ ait. Inuitat⁹ ad conuiuiũ tuũ dñe Jesu ecce venio: gratias agens quia dignatus es me: ad tuas e pulas iuitare: sciẽs ꝙ ex toto corde meo desiderabã te. Cũq; orationẽ finisset: tanta lux sup eũ emicuit. ꝙ nullus sup ipsum respicere potuit. Ecce quõ inui tat⁹ est a dño in fine dieꝝ suoꝝ.

¶ De numero aũt annoꝝ vite sue diuersi diuersimode sentiũt in nonnullis enim libris repe-ritur ꝙ mortuus est anno vite sue nonagesimonono. Sed hoc stare non põt supposito dicto Isidori lib. de obitu sctõꝝ: vbi dicit eũdẽ Joan. vixisse annis lxviij. a passione dñi. Qđ si sic: ꝯsequẽs esset dicere eũ habuis-se annos.xxxi. ipso anno, q̃ dñs passus est: vt ptz diligẽter cal-culãti. Hoc aũt nõ põt stare in veritate: qđ sic patet. Nã con-stat ex cõi ⁊ vulgata historia ꝙ beata Anna habuit tres viros. Ex p̃io genuit beatã virginẽ. Et scdo btãm Mariã cleophã. Ex tertio beatã Mariã Salo-me: de qua nat⁹ est primo bea-tus Jacobus maior: ⁊ postre-mo beat⁹ Joan. euãgelista. Ex quib⁹ oĩbus ptz/ꝙ beata virgo Maria erat senior sorore/sua Maria Salome plusquã duo-bus annis: ⁊ presertim quia nõ est ꝟisimile Annã statim mor-tuo Joachim ꝯxisse cum Cleo-pha. Nec sil̃r mortuo Cleopha statim contraxisse cũ Salome. Insup incertũ est si mox nata beata virgine mortu⁹ sit Joa-chim: ⁊ idẽ iudiciũ est de Cleo pha. Nec potest rõnabilit̃ dici ꝙ inter nuptias beate virginis et sororis sue Salome fluxerit tantum annus vnus: quia ex quo erat senior: verisimile est ꝙ etiã primo fuerit despon sata

n Joseph: ꝛ hoc etatis sue anno circiter. xiiij. vt cōiter dicit. Non est aūt verisile ꝙ ante illam etatem soror sua Salome ꝯtraxerit eū zebedeo. Et ideo cōiter tenet ꝙ beat⁹ Joannes erat. xx. annorum qñ xp̄s anno etatis sue circiter trigesimo eū vocauit. Postea autem fluxerunt duo anni vel paulo plus vsq ad xp̄i passionē: post quaz vixit ipse Joā. annis. lxvij. qui in toto faciūt annos. xc. Qđ autem aliqui ponūt. xcix. hoc processit ex errore scriptorum. Et sic patet de etate Joannis.

¶ Moraliter. Si velimus inuitari a dño ad celeste conuiuiū cum beato Joan. necesse habemus primo eū sequi in hac vita per vite puritatē / feruētem charitatē / carnalē munditiā: ꝛ signāter hi qui sunt extra limites matrimonij: qꝛ vt dicit Augu. li. viij. de trinitate. ca. xvij. summa religionis perfectio est imitari quē colis. Et Ambro. lib. de Joseph patriarcha. ca. j. Sanctoꝝ inquit vita: ceteris norma viuēdi est. Jn hoc tamē multi se decipiūt qui credūt ꝙ virtute aliquaꝝ orationū quas singulis diebus dicunt: tādem imitabunt ipsum Joan. in hoc scz ꝙ dñs illis reuelabit diem ꝛ horam mortis sue: cum tñ dicat dñs Mat. xxv. Uigilate: qꝛ nescitis diem neq horam. Qđ ergo factum est circa Joan. et specialissima gratia: ꝛ priuilegio singularissimo factum est. Modo vt dicitur de regulis iuris. lib. vj. quod alicui gratiose conceditur: trahi non debet ab alijs in exemplum.

¶ Duodecia stella corone beati Joan. appellat glorificationis. lōge em altius glorificatus est post vite terminuz ꝙ̄ ceteri apl̄i: quia in corpore ꝛ aīa: ceteri autē in aīa tm̄: expectant tñ beatā spem ꝛ aduētum glorie magni dei qui reformabit corpus hūilitatis sue: ipsum tunc cōfigurādo corpora claritatis eiusdē magni dei. Nihilomin⁹ circa predictā glorificationem ipsius diui Joannis euāgeliste sunt quattuor opiniones.

¶ Prima igitur opinio dicit ꝙ nōdū obijt mortē: sz sub terra latet: ꝛ hoc ī loco in quo apud Ephesum sepulture tradit⁹ est in cuius rei testimoniū fertur māna in sepulchro ipsi⁹ scaturire: ꝛ hoc ad modum arenule: sicut plerunq in fontibus fieri consueuit: Jstud aūt contingit fm hanc opinionē ex anhelitu ꝛ flatu ipsius Joan. sub terra dormientis. Sed ista opinio cōmuniter reprobat: ꝛ hoc ꝓpter multa. Primo quidem: qꝛ talis scaturitio manne potest aliter causari ꝙ̄ ex humano anhelitu Joan. ꝛ maxime cum fiat diuina virtute. Et ideo non est sufficiens argumentū ad ꝓbādum adhuc ibi adesse Joā. viuū. Scđo vero: qꝛ si visitantes hmōi sepulchrū arbitrati fuissent ibidē occultari beatū Jo. viuū: verisile est ꝙ nonnulli eorum attentassent fodere in eodem loco ad ꝓbandā rei veritatē: siue ex curiositate quadā. Tertio aūt: qꝛ per talē modum min⁹ honoraret xp̄i amic⁹ Jo. ꝙ̄ ceteri apl̄i quorum aīe nunc regnant cum deo in celis / corpora autez maximo honore venerantur a christicolis in ter=

ris vt satis constat.
¶ Scđa opinio dicit btm̄ Joan. nondum mortē obiisse: sed de dicta fouea ī quā viuꝰ itrauit: miraculose in paradisuz terrestrē trāslatū fuisse cū Enoch ꝛ Helia: ibiq; a dño viuum reseruari cū p̄dictis cū quibus in fine seculi veniet p̄dicaturꝰ ꝯtra antichristū: sic. s. ꝙ Enoch defensabit legē nature sub qua ipse deguit: Helias legem scriptam: Joan. aūt legē grē. Quas q̄dez leges in aliquo corrumpere studebit ip̄e antixp̄s. Uel dic ꝙ iō predicti tres sancti viri veniēt ante iudiciū diē: quasi testimoniū fidele de xp̄o ferentes scđm triplicē legē. Primo q̄dē Enoch ostensurus ꝙ ipse xp̄s fuit in lege nature a p̄triarchis preuisus Unde ꝛ de Abrahā expresse loquitur ipsemet xp̄s Jo. viij. dicēs. Abrahā vidit diē meū: vidit ꝛ gauisus est. Scđo vero Helias ostensurus xp̄m fuisse multipliciť in lege scripta ꝓphetarū tā p Esaiam q̄ per Hieremiā ac ceteros prophetas. Tertio aūt Jo. veniet q̄ affirmabit legē euāgelicā veridicā/ mansuetam/ rationabilē: ꝛ in nullo de falsitate suspectā. Ecce quare p̄dicta opinio tenet beatū Joā. esse in paradisum trāslatū: ꝛ per consequēs nondum mortuum. Hunc tamē tandē crudeli morte cū Helia et Enoch occidi faciet antixp̄s. Et tūc verificabiť illud xp̄i ꝟbū ad ip̄m Jo. ꝛ Jacobū fratrē eius Mat. xx. Calicē meū bibetis. i. mortē p noie meo sustinebitis. Nā statutū est oībus hoībꝰ semel mori: vt habeť Heb. ix. Et hec opinio videtur esse satz ꝓbabilis: q̄ et p̄t fulciri ex ꝟbis eiusdē xp̄i. Matt. xvj. itē Luc. ix. dicētis. Sunt q̄dā de hic stantibꝰ q̄ non gustabūt mortē donec videāt filium hois venietē i regno suo. i. illis apparētē in forma gl'iosa q̄lem se exhibebit electis ī die iudicij.
¶ Tertia opinio dt btm̄ Joan. mortuū: cuiꝰ aīa regnat in cel': corpꝰ aūt occultatū adhuc detineť in t'ris. Et allegāt sil'r de corpe moysi/ qđ occulto dei iudicio manet incognitū hoibus: cuiꝰ tñ aīa regnat in celo. Sed hec opinio nō videť multū probabilis. Nō em̄ videť xp̄s minꝰ honorasse suū dilectū Joā. post mortē q̄ in vita. Sic ē aūt ꝙ in vita multū eū honorauit: etiam pre ceteris ap'lis quo ad multa: vtpote ꝯseruādo eū in ꝟginitate. Itē in cena qñ pmisit ꝙ recumberet sup pectꝰ eiꝰ. Itē in cruce ꝯmendādo sibi matrē suā. Cum ergo videamus cetera corpora sanctoꝝ ap'loꝝ cum ingēti honore venerari in terris: sicut experientia docet de Petro ꝛ paulo apud romā: item de Jacobo apud ꝯpostellā: item de multis alijs apud Tholosam: ꝯsequēs est dicere ꝙ deus nequaq̄ permitteret corpꝰ tā dilecti Joan. absq; vllo hōre in t'ris si adhuc apđ nos eēt. Et hec rō ē multū ꝑsuasiua. Qđ aūt adduciť p simili de corpe moysi nō est simile. Nam rō ꝓpť quā voluit detale corpꝰ abscōdi a cōi notitia hoim: hec ē: ne. s. Judei indiscreto honore ipsum venerarentur
¶ Quarta opinio est dicentium btm̄ Jo. mortuū q̄dē fuisse carne: absq; tñ dolore s̄m Hier. in ꝓlogo sup euāgeliū eiusdē. Et sil'r in ꝓlo. sup Apoca. sed non

multo post occulte a mortuis resurrexisse: atq̃ cũ corpore et aĩa celũ ascendisse: sicut coĩter tenet ecclĩa de btã virgine fctũm fuisse. Nõ em̃ decuit eius venerabile corpus corruptiõi ⁊ vermibus subiacere post mortem quod in vita virgineum semper mãserat. Tria ḡ de btõ Joan. dicit hec opinio: vcʒ q̃ subijt mortẽ: q̃ tunc non est expertus dolorem: q̃ postmodum resuscitatus in corpore ⁊ aĩa peruenit ad celestem gloriã. Primum patet ex preallegatiſ verbis apostoli ad Heb. ix. dicentiſ q̃ statutum est ⁊c. Si enim christus mortuus est: simil'r et eius pia mater: cõsequẽs est omnes aliquãdo morituros si iam mortui non sunt. Non enim est discipulus sup magistrũ. Secundum aũt probatur ex glo. ordi. sup illo verbo Jo. xxj. Domine quis est q̃ tradet te? vbi sic legitur. Quia enim Petrus audierat a christo se crucifigendũ cum ait illi. Sequere me: voluit etiam cognoscere fratris exitum. Cui dixit christus. Sic eũ volo manere donec veniã. Ac si aperte diceret. Nolo eũ per martyriũ consummari: sʒ ipũm expectare placidam sue carnis absolutionem: quando scilicet ego veniens recipiam eum in eternam beatitudinẽ. Tertium vero ptʒ sufficienter ex dictis.

¶ Moral'r. Sicut beatus Joannes cito a mortuis resurrexit corporal'r: vt dicit quarta opinio: ita ⁊ quicunq̃ moritur per peccatum: cito debet resurgere ad gratiam: dicente scriptura Eccli. v. Ne tardes conuerti ad dñm: ⁊ ne differas de die in diẽ. Et hoc propter vitãdũ periculum. ideo mox subdit. Subito enim veniet ira eius: ⁊ in tempore vindicte disperdet te. Itẽ velociter resurgẽdũ est a morte peccati ꝑpter aliam rationem: ne scʒ diu in ipso manendo: postea vlteri⁹ resurgere nõ possim⁹. Et ad hoc dat Chrys. homi. lxxx. exemplum de planta q̃ nuper humi consita facile euellit: sed ꝑ multũ tẽporis radicibus firmata non itidẽ. item dat ibi aliud exemplum: vcʒ de fera q̃ difficulter euellitur ab illis locis in q̃b⁹ multo tp̃e est cõuersata. Studeamus ḡ charissimi cito post lapsum resurgere: vt tandem post diuũ Joan. valeamus ad celeste regnũ peruenire. Prestante dño nostro Jesu xp̃o qui cum patre ⁊c.

¶ Ser. de Innocentibus.

Pueros percusserunt gladio: et ego fugi solus. Job. j. Uerba predicta que historialiter intelligũtur de nuncio veniente ad Job / et illi referente persecutionem grauissimam / que eidem acciderat super crudeli morte pastorum suorũ facta a chaldeis: possunt transsumptiue congruo intelligi de nece sctõꝝ innocentũ q̃ erant in bethleẽ ⁊ in confinibus illius: quos oẽs occiderunt crudeles ministri et satrape Herodis. Ab hac tñ strage liberatus est puer christus: qui solus directe querebatur inter tantam multitudinem occidine. s. tempore suo magn⁹ factus eriperet regnum galilee qd̃ occupabat ipse Herodes dictus ascalonita: q̃ fuit pat Herodis

antipe sub quo mortu⁹ est xp̄s: ꝛ q̄ Joannem decollari fecit. ¶ Circa aūt hoc festū notādū ꝙ conueniēter nobis traditur obseruādū inter festa natalia: vt ptz extra de ferijs.c.cōquestus. Istud aūt possumus sic ꝑsuadere. Uidem⁹ ei ꝙ qn̄ creatur aliqs nou⁹ rex/tūc assumit ꝛ eligit sibi tria gn̄a officiariorum siue ministroꝝ. Primo em̄ creat nouos milites. Scd̄o eligit vnū cācellariū. Tertio assumit māgones honoris filios.s. nobiliū. Ita in ꝑposito xp̄s q̄ est rex regū ꝛ dn̄s dominātium vt hꝫ Apoc.xix. fecit secundum ecclie repsentationē introitum suū in hūc mūdū in die natiuitatis sue. Et ideo predictam solēnitatē cōcomitanꝫ tria festa. Pmāo q̄dē festū diui Stephani q̄ fuit pmus miles eius siue vexillifer. Nam inter oēs sanctos martyres q̄ mortui sunt p⁹ xp̄i passionem: iste prim⁹ portauit vexillū rubeū/qꝛ mortem quaz ip̄e xp̄s ꝑ nobis oib⁹ tulit: hāc iste reddidit pmus. Propter qd̄ merito vocatur protomartyr: a protos qd̄ est pmus ꝛ martyr testis: quasi primus testis fidei xp̄i/nō q̄dē v̄bo tm̄: verū etiaz facto ꝛ opere. Scd̄o sequiꝫ festum beati Jo. euangeliste: qui fuit quasi cancellarius ꝛ secretarius xp̄i: vt ptz i eius euāgelijs: canonicis et apocalypsi. Tertio subdiꝫ hodiernū festuz qd̄ est sctōꝝ innocentū qui fuerunt quasi mangones honoris ipsius xp̄i: eo ꝙ sunt sine macula ante thronū eius in celi palatio: vt habeꝫ Apocal. xiiij. Et de istis intelligitur thema ꝑpositum: cum diciꝫ. Pueros percusserunt ꝛc. Et ꝗuis satis prolixum sermonē de hmōi innocentibus scripserimus i aduētu intitulato de secretꝫ secretoꝝ: nō tn̄ possumus nō loqui d̄ eisdē i p̄nti loco ꝛ ope. De ipsis itaqꝫ tria breuiꝫ transcurrem⁹.

Que sunt: Distinctionis. Passionis. Retributionis.

¶ Primo igiꝫ videndum est de distinctione ꝛ varietate innocentū. Est ꝫ notanduz ꝙ innocentes sunt in multiplici dr̄ia ꝛ varietate: vtpote innocentes.

Statu. Natura. Gratia. Etate. Debilitate. Fictione. Uiolētia. Gloria.

¶ Primo igr̄ sunt quidam innocentes statu: et tales tm̄ fuerunt duo.s. Adam et Eua: q̄s creauit dominus et condidit in statu innocentie. Et bene dr̄: in statu: a stando: quia tunc habebāt sufficiēs adiutorium ad perseuerandum in tali statu.s. iustitiam originalem per quam vires inferiores subdebātur ꝛ regulabātur a superioribus. Unde dicit btūs thomas prima parte summe sue.q. xcv. arti.ij. ꝙ in statu innocentie inferior appetitus erat totaliter subiectus rationi/ita.s. ꝙ non erāt in Adam passiones vlle: nisi ex rationis iudicio cōsequentes. Ex quo ꝫ caro tunc non insurgebat aduersus spiritum/merito prima cōditio primoꝝ parentum status innocētie vocatur: eo ꝙ de facili stare poterant ꝛ perseuerare in bono virtutis: maxime cum nihil esset interi⁹ qd̄ impelleret eos ad malū. Secus autem de nobis: qꝛ etiā in hoīb⁹ iustis caro

concupiscit aduersus spm̄:sicut testatur apostolus ad Gala.v. Talis ergo innocentia valde paucis/cōicata est:nec ex quo deꝑdita ē vnq̄ recuperari pōt. ¶ Scd̄o quidam sunt innocentes natura.s.deus pater:filius ꝛ spūssanctus/q̄ tres sunt vnus deus innocēs per naturam. Et nota q̄ hic capitur innocens natura:ꝑ eo q̄ ꝑ naturā peccare non potest. Et talis est solus deus/q̄ sibiipsi lex est ꝛ regula nec illi dici pōt. Cur ita facis? vt hr̄ Job.xi. Ceteri autem qui operantur ꝑ intellectum ꝛ voluntatem:habēt liberū arbitriū ex natura sua flexibile in bonū ꝛ malum.iuxta illud Eccl'i.xv. Apposuit tibi de⁹ aquā ꝛ ignē ad qđ volueris porrige manū tuā. Item ibidem. Ante hoiem vita ꝛ mors:bonum ꝛ malū:qđ placuerit ei:dabitur illi. Item Hiero.in ꝑte epl'aꝝ suaꝝ:epl'a vi.ad propositum loquens dicit sic. Liberi arbitrij nos ꝯdidit deus : nec ad virtutes : nec ad vitia necessitate trahimur. Alioquin vbi necessitas est:nec dānatio:nec corona ē. Hec ille. ¶ Tertio quidā sunt innocentes grā.i.qui in innocentia sola dei grā absq̄ vllo piaculo ꝑmanserūt. Et tales innocentes fuerunt boni angeli qui in grā in q̄ ꝯditi sunt:iugiter permanserūt:a qua tn̄ mali angeli turpiter ꝛ dānabiliter ceciderunt. Taliter etiā innocēs per grām fuit dei genitrix virgo. Vn̄ deuotus Bern.epl'a.clxxiij.ad canonicos. Lugdunenses de ea scribēs ait. Ego puto q̄ copiosior sanctificationis benedictio in eā descēderit : que ipsius nō solum sanctificaret ortum : sed et vitam ei⁹ deinceps ab omni petō immunē custodiret:quod nemini alteri in natis quidem mulierum creditur esse donatum. Hec ille. Ex quibus v̄bis liquet aperte q̄ predicta innocētia per grām(prout excludit culpam tam mortalem quā venialem) nulli adulto post beatām virginē communicata est. ¶ Quarto quidam sunt innocentes etate:quales sūt omnes paruuli qui nō sunt doli capaces. Non eīn in talibus regnat superbia:non auaritia:non luxuria:non furtū:non ebrietas: non inuidia : ꝛ sic de alijs peccatis per que quis efficitur nocens quo ad deum. Et ideo de talibus loquēs dn̄s Matt.xix. ait:Sinite paruulos venire ad me:talium enim est regnum celorum. Et in Psalm̄. Innocentes et recti adheserunt mihi. Et alibi loquitur idem Psalm̄. ad dn̄m dicens ex quadam cōfidentia. Non priuabis bonis: supple celestibus:eos qui ambulant in innocentia. Certum est ergo omnes innocentes etate sic decedentes:supposita tamen gratia baptismali : celum ascendere.

¶ Quinto quidam sunt innocentes debilitate.s.nature que in eis est alterata seu diminuta:sicut pater de amentibus et insensatis. Et isti sunt in dupliei differētia. Primi sunt qui sic nati sunt:ꝛ tales non differunt a brutis quantum ad meritum vel demeritum. Tandē tamen saluabuntur virtute baptismi quod perceperunt . Secundi sunt qui aliquando habuerunt

plenum rationis vsum: sed ex aliquo accidenti in amentiam versi sunt. Et tūc dicēdū est de talibus qꝫ si eo tpe quo vsi sūt in amētia/erāt in grā: tunc qcquid operātur in tali amētia qd habēti vsum rōnis imputaret ad culpā: et demeritū: illius nō imputatur: sicut neqꝫ ꝑ contrariū illis taliter se habētib9 imputatur ad vite meritū qd imputat hūti plenū rōnis vsum. Tales ḡ in predicto casu non merentur neqꝫ demerentur. Si vero pro illo tpe pro quo versi sunt in amētia: erāt in peccato mortali/tunc qcquid operant in tali amētia qd de se est mortale: illis etiā imputat ad mortale scdm cōem doctrinā theologorum. Et presertim istud habet veꝛ qn̄ ex culpa sua versi sunt in huiusmodi amentiā. da exemplum de Saule volente occidere Dauid/cum eum agitabat et dementem reddebat spiritus nequam. ij. Reg. xix.

¶ Sexto quidam sunt innocentes fictione: sicut sunt hypocrite: simulātes exterius magnam vite sctitatem et perfectionem: cum tamen interius sint vacui grā et merito: qu inimmo sunt in conspectu dei grauissimi peccatores. Et tales comparat xp̄s Mat. xxiij. sepulchris dealbatis et ornatis exterius: q̄ interi9 plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. Tales etiam sunt similes pomo pulchro in superficie: qd tamen interius corruptum est et putridum. Itē sunt similes oui gestanti exterius lanam albam: que tamen interius est morbida. Predicti ergo sunt innocentes/non qdē dei: sed diaboli: qui legitur multis apparuisse in veste sanctitatis. De quo etiam dicit Apostolus. ij. ad Cor. xi. qꝫ aliquando transfigurat se in angelū lucis.

¶ Septimo qdam sunt innocētes violentia/quales sunt illi q libenter facerēt malū si possent siue de inimicis suis se vindicādo: siue adulterādo: siue furando: et hmōi. Et tales sunt similes leoni catenis religato: q iō non nocet qꝛ nocere nō potest. Tales ergo quamuis q ad iudicium humanum sint innocentes. i. non reputētur nocentes: secus tamen quo ad dei iudicium: qui intuetur corda hominū. Da exemplum de lupo veniente nocturno tempore ad ouile ouium: et qui repellitur a canibus. Talis ergo quamuis nihil rapuerit: quia non potuit nihilomin9 lupus recedit. Sic qui vult furari/ sed nō furatur quia prohibetur: aut quia non inuenit quod rapiat: talis est innocens per violentiam: sed tamen nocens quo ad Deum. Idem dic de volente occidere. Ista sunt de mente beati Augustini super Psalt. ps. cxxv. et similiter recitatur in decretis de peni. dist. i. c. si propterea. Idem dicitur vbi supra. c. ois iniqtas.

¶ Octauo quidam sunt innocētes gloria: id est per apertam dei visionem. Tum quia ad huiusmodi beatificam visionem nullus admittitur qui non fuerit innocens dicente Christo Matt. xviij. Nisi efficiamini sicut paruuli. supp. per verā cordis mundiciam. non intrabitis in regnū celoꝝ. Uñ postqꝫ regius pphēta Dauid pre admira-

tione celestis glorie dixisset: q̃s
ascendet in mõtem domini: aut
q̃s stab. ⁊c. statim audiuit diui-
nũ rñsum q̃ illi dictum est. In-
nocẽs manibus: ⁊ mũdo corde:
supple illic ascendet. Tũ quia
beatifica dei visio totaliter sa-
tiat humanũ appetitum. ſm il-
lud ps. Satiabor cũ apparue-
rit gl'ia tua. Tum quia beati ex
nulla parte habent materiam
peccãdi. Primo quidẽ nõ a dia
bolo: qꝛ inde proiectus est: illic
vltra nõ reuersurus. Scdo non
a carne: que post generalem re-
surrectionem erit oĩno subdita
anime. Tertio nõ a mundo / qꝛ
beati reputãt mundanas diui-
tias tãq̃ stercora. Ex q̃bꝰ oĩbꝰ
ↄcludit q habitantes in celesti
gloria: sunt simpliciter ⁊ omni
no innocentes. De quoꝝ nume
ro sunt illi sanctissimi innocen
tes quoꝝ hodie solẽnia agimꝰ
in terris. Et sic patet de primo.

¶ Secũdo principaliter viden-
dum est de passione sctõꝝ inno
centium. Que q̃dem passio põt
describi ex parte trium: videlꝫ.
Agentium
Patientium
Cõpatiẽtium.

¶ Primo igitur ex parte agen-
tiũ: qui fuerunt
satellites et tortores Herodis.
Et q̃uis dicatur Mat. ij. q ipse
Herodes vidẽs q illusꝰ esset a
Magis: quia. s. ad eũ nõ redie-
rant: ⁊ inde valde iratus occi-
derit oẽs pueros qui erant in
bethleẽ ⁊ in oĩbꝰ finibus eius:
hoc tñ debet intelligi quod ta-
lẽ executionẽ fieri mandauerit
et non q in propria eã fecerit
illi tamen principaliter impu-
tatur. Nam vt dꝛ de reg. iur. li-
bro. vj. Qui facit per alium / est
perinde ac si faciat per seipsuꝫ.
Motiuum ergo ipsius Herodis
ad iubẽdũ occidi / tot innocen-
tes: valde iniquũ fuit: quia hoc
fecit vt saltẽ inter tãtam mul-
titudinem ↄprehẽderetur / xp̃s
quẽ in pticulari non nouerat:
et tamen hunc solũ querebat.
Hic ergo grauissime peccauit
maxime cum barbari seuissimi
alienas et rebelles nationes in
uadentes seuiãt tñ ⁊ interfici-
ant iam etate prouectos infan-
tibus ⁊ paruulis parcẽtes. Un
de et imperator Constantinus
priusq̃ sacro baptismate ꝑfun-
deretur: statuerat legẽ: vt qui-
cũq̃ suoꝝ militum in bello ali-
quem occidisset infantem: capi
tali sententia puniretur: vt le-
git in legenda bti Siluestri. Si
militer grauissime peccauerũt
eius satellites impijssime iussi-
oni eius obtemperantes. Et ideo
valde dispares fuerunt cuidam
prefecto infideli: de quo legit
in historia scholastica: quod cũ
imperator: qui ⁊ infidelis erat
illi precepisset vt vnam magnã
multitudinem christianorũ in
odium fidei Christi interfice-
ret: ille cernẽs dictos xp̃ianos
tã viros q̃ mulieres inter bra-
chia amplexãtes puulos suos
vt simul cum illis martyrio co
ronarent. pietate victus: ad im
peratorem rediẽs / ait. Serenis
sime imperator mori possum: sꝫ
hos christianos cũ paruulis su
is occidere non possũ. Sicq̃ po
tius elegit ab imperatore cru-
deliter occidi: q̃ tam crudele
preceptum exequi. Et sic patet
descriptio passionis sanctoruꝫ
innocentũ ex parte agentium.

¶ Scdo describitur dicta pas-
sio ex parte ipsoꝝ patientium.

De qbus tria dubia mouebūt.
¶ Primū igr dubium est de numero sanctor̄ innocentiū. Ad qd respōdetur q dictus numerus non est nobis hucusq certus: sed tm̄ illi cui soli cognit⁹ est numerus elector̄ in superna felicitate locandus. Neq ei valet qd aliq̄ qdā dictū numerū posse trahi ex illis verbis Apoca. xiiij. prout legit in epl'a hodierna: vbi sic dicit Joan. Uidi et ecce agnus stabat supra montē syō: et cū eo centū quadragin. ta quatuor milia: habentes nomen &c. Q; ḡ ex illis verbis nō possit trahi determinatus numerus sanctor̄ innocentiū: ptz tripliciter. Primo quidē qr valde improbabile est q in Bethleem ciuitate parua vna cum oppidulis circumadiacentibus potuissent inueniri tot infantes sub etate duorū annorū. Quinimmo forsan in tota terra iudee vix tot inueniri potuissent. Secundo pz idē ppositū ex textu Jo. q in p̄dicto ca. loqtur d nūero elector̄: vt ptz ex postilla dn̄i Hugo. car. tertio ptz idē ex mō loqndi sacre scripture: q frequēter vtit nūero determinato p indeterminato: sicut ptz ex illis verbis xp̄i ad interrogationem Petri. Non dico inqt tibi vt dimittas fratri tuo peccāti in te vsq septies: sed vsq septuagesies septies. Matthei. xviij. Qd v̄bū ptractās beatus Aug. de verbis dn̄i. ser. xxv. dt sic. Audeo dicere vt et si septuagies octies peccauerit in te frater tu⁹: illi igscas. Et si centies peccauerit: cēties ignoscas. Et qd dicā? Certe qties peccauerit: toties igsce. Ptz ḡ intentū.

¶ Secundum dubiū est de etate sanctorum innocentium. Ad quod rn̄detur ex verbis euangelij hodierni q erant a bimatu et infra. i. non transiebant duos annos. Nec quidem xp̄o nato mox occisi sunt: sed post annum et dies quatuor. Nam interim Herodes fuit vocatus ad imperatorem Rome degentem: et hoc ad instantiam filiorum suorum: responsurus petitioni eorum. Postulabant eni3 partem regni sui illis impartiri. atq de plena successione in regnum: assecurari. At vero obtenta pro se sn̄ia: tandē ad propria remeauit. Quo redeunte et cōperto q tres magi occulte in regionē suam fuissent reuersi: iussit oēs paruulos qui nc̄dum attigerāt duos annos / occidi. Alij v̄o dicūt (prout refert Petrus comestor in historia scolastica) q stella apparuit magis per annum ante xp̄i natiuitatē: et ex tunc se disposuerunt ad veniēdū ipsum xp̄m adorare. Ad quem peruenerunt die quarto post illius natiuitate3. Herodes ḡ credebat xp̄m tunc fuisse natū / cū primū magi viderūt stellā ei⁹ in oriēte / et ita credebat eundē xp̄m iam incepisse annū secundū: propter qd occidit pueros qui erant a bimatu et infra. Propterea vt recitat in p̄dicta historia scolastica: nōnulli dicunt inter illos q erāt intra duos annos: quosdā alios maior3 etat3 occisos fuisse: vtpote trium aut quatuor annorum. Hoc autem probant a signo: videlicet per nonnulla ossa dictorum innocētium que sunt maioris quantitatis q̄ so

ita sint esse ossa infantū duorū annorum. Nisi forsan dicat qd paruuli duorum annorum tūc erant maioris q̄titatis q̄ nūc Quod forsan est voluntarie dictum: et palliatio veritatis potius q̄ veritas. Et sic patet de etate sanctorum innocentium.

¶ Tertiū dubium est de cognitione: an. s. ipi paruuli habuerint vsū liberi arbitrij. Ad hoc dubium dicunt aliqui q sic: et hoc ex speciali dei bono: q̄ ante debitā etatē accelerauit in eis rationis vsum: sicut cōmuniter tenetur factum fuisse de beato Jo. baptista adhuc i vtero matris existente: qn̄. s. virgo Maria salutauit materteram suaȝ Elizabeth. Luc. i. Sed contrarium communiter tenetur: maxime cū istud ex nullo passu sacre scriptūre trahi possit. De Joanne aūt expsse habetur vbi supra q exultauit in gaudio i vtero mris. Et si dicat q aureola martyrij: quam nunc habēt in celo beati innocentes: non debetur nisi pro voluntaria ppessione mortis ppter xp̄m: aut iusticie defensionem. Respondet hoc habere verum in adultis: secus aūt de paruulis. Et ideo vt dicit beatus Thomas. ij. ij. q. cxxiiij. art. j. in sol. ad primū: predicti Innocentes sunt assecuti per dei grām illā gloriam martyrū: quam in adultis propria voluntas meretur. Nam effusio sanguinis propter xp̄m vicem gerit baptismatis. Unde sicut in paruulis baptizatis meritum xp̄i operatur per gratiam baptismalem: ad gloriam obtinendam: ita et in occisis ppter Christuȝ: meritum martyrij xp̄i operatur ad palmam et aureolā martyrij consequendā Uñ Aug. in quodam sermo. de epiphania: quasi eos alloquēs dicit sic. Ille de vestra corona dubitauit in passione pro xp̄o: qui etiā puulis baptismū prodesse nō existimat xp̄i. Nō habebatis etatē q̄ in passurū xp̄m crederetis: sȝ habebatis carnem in qua pro xp̄o passuro passionē sustineretis. Hec vbi supra. Idem etiā dicit beatus Thomas iiij. sen. dist. xlix. q. v. ar. iij. questiūcula. ij. in solitudine ad. xij. vbi addit q dicti innocentes nō ptingūt ad perfectā rōnem martyrij. Habēt tñ aliqd martyrij/ quia. s. passi sunt pro xp̄o opere: q̄uis non voluntate. Et ideo etiā in celo habēt aureolā martyrij: non q̄dē pfectam: sȝ scdm quādā participationē inquantum. s. nunc gaudēt se i obsequiū Xp̄i esse occisos. Hec ille. Ex qbus oibus relinquitur q dicti innocentes nō habuerīt vsum liberi arbitrij cū paterentur. Et hoc etiā videt innuere ecclesia q̄ in collecta de eisdem orat dicens. Deus cuius hodierna die p̄conium Innocentes martyres nō loquēdo: sed moriendo cōfessi sunt. Confirmat idem per beatum Ber. qui ser. vnico hui9 diei dicit sic. Si qdē aduertere est in his tribus solennitatibus triplicem quandā speciem sanctitatis. Habemus in beato Stephano martyrij simul et operis voluntatem. Habemus solā voluntatem in beato Joā. Solū in beatis Innocentibus opus. Biberūt hi oēs calicem salutaris: aut corpore simul et spū: aut solo spiritu: aut

corpore solum. Hec ille. Et sic patet ad tertium dubium.
¶ Tertio describitur passio sanctorum innocentum ex parte compatientium/ que fuerunt tres.
Proprie matres.
scilicet Uirgo Maria.
Mater ecclesia.
¶ Primo itaque dictis innocentibus morientibus compatiebantur ipse matres et genitrices cum videbant suos natos in tam tenera etate violenter de manibus suis a tortoribus extrahi et crudeliter occidi. Quenam enim mater super terram: que non nimio dolore in corde afficeretur si filia in puulo suo videret fieri: maxime cum videamus inter bruta et aues: femellas contabescere ex raptu natorum suorum et nece eorum: quinimo se morti interdum exponere pro saluanda paruulorum suorum vita: vnde Aug. in .j. ser. huius diei ad propositum loquens et exponens illud verbum. Uox in rama audita est dicit sic: Pugnabat mater et carnifex: ille trahebat: illa tenebat. Ad carnificem mater clamabat dicens: Quid separas a me quem genui ex me: Alia clamabat dicens: Cur me non trucidas cum filio meo? Ut quid me dimittis inanem? Alia dicebat: Quid queritis? vnum queritis: et multos occiditis: et ad illum quem vnus est: attingere non potestis. Alia econtra clamabat: Ueni iam veni saluator mundi: quamdiu quereris? nullum enim times videat ergo te miles: et nostros non occidat infantes. Miscebatur ergo lamentatio matrum: et ad celum transibat oblatio paruulorum. Sed ille qui agnum christum in tentauit/ ipse per herodem agnos iugulauit. Hec Aug. vbi. s. Item ad idem propositum loquens Chrys. sup Matt. in opere incompleto: vbi exponit predictam auctoritatem. Uox in rama audita est: ploratus et vlulatus multus: dicit sic. Ploratus. puulorum fletum ondit: vlulatus vero matrum signat lamentum. Plorabant ergo paruuli quando separabantur a matribus: vlulabant vero matres: quoniam desolabantur a filiis/ et quasi eorum viscera separabantur ab eis. Et erat videre maiorem dolorem in matribus remanentibus quam in puulis morientibus. Paruuli enim vnum patiebantur dolorem: quia .s. separabantur a matribus: non quia ducebantur ad mortem/ non enim adhuc sciebant mortis timorem: matres autem duplicem habebant dolorem. Unum quidem: quia videbant puulos suos interfici/ alterum autem/ quia ipse desolabantur a filiis. in paruulis quidem mors eorum beata finem faciebat doloris: in matribus vero memoria puulorum reuocatio semper erat doloris. Hec Chryso. in forma. Pie autem credendum est quod in tali conflictu multe matres volentes tueri puulos suos a morte: a tyrannis occise sunt: quibus mors profuit ad salutem / et forte ad martyrii palmam.
¶ Secundo dictis innocentibus pro christo morientibus compassa est virgo Maria. Uerisimile est enim quod postquam descendit in egyptum: audiuit loqui de illa a sceleris inaudita strage puulorum innocentum occisorum occasione benedicti filii sui: quem inter eos querebat occidi. Nesciebat enim herodes quod Joseph de mandato angeli fugisset in Egyptum vna cum puulo et pia matre illius. Unde illa tunc dicere poterat illud Hie. ix. Quis dabit capiti meo aquam

et ocl'is meis fontē lachrymarum.i.abundantiam:⁊ plorabo die ac nocte.i.assidue interfectos filie popl'i mei.i.ciuitatis Bethleem. Ac si illa aperte diceret: Si tota vertar in fletum ⁊ gutte lachrymarum non cessēt distillare ab oculis meis: adhuc non potero dignē deflere desolationē ciuitatis Bethleē in qua nutrita sum:⁊ peperi benedictum filiū meū: cum.s.audio tātā necē factā paruulorū dicte ciuitatis:⁊ signanter occasione filij mei innocētissimi. Silr poterat eadē pia xp̄i mater dicere tunc illud Threñ.ij. Defecerūt pre lachrymis ocl'i mei: sup cōtritione.i. dolore: filie ppl'i mei.i. predicte ciuitatis Bethleē: cū deficeret paruulus ⁊ lactās in plateis oppidi: qr ad literā paruuli tunc occisi sunt nō solū intra domos et in cunis / verūetiā in plateis: ita vt pauimentū rubricatuz esset sanguine eorum: quinimmo riui sanguinis tūc decurrebant per mediū platearum eiusdem ciuitatis. Et quanuis ipsa xp̄i mr pia oculis suis corporeis nō viderit tā crudele factum: ipsum tñ plene cognouit siue per diuinā reuelationē: siue p superuenientium reuelationē. Et ideo mirum in modum inde compassa est.

¶ Tertio p̄dictis innocentib⁹ cōpassa est mater eccl'ia: ⁊ vsq3 in hodiernū diē p modum compatientis se habet: dum.s.reducit ad memoriā non solum dirum eorum cruciatū: verūetiam eorūdem descensum ad limbum. Propter qđ hodie tacet cantuz letitie. Non ei dr in matutinis Te deum laudamus: nec silr in missa Gloria in excelsis deo nec etiā cantatur Alleluya in missa: sz loco illi⁹ dr Laus tua de⁹. Et ideo in euāgelio huius diei introducit prophetia Hiere.xxxi. dicētis. Uox in rama.i. in excelso: audita est: ploratus ⁊ vlulatus multus. Rachel.i.ecclesia plorās filios suos.i. sctōs innocentes: ⁊ noluit consolari: qr non sunt: supple in loco felicitatis eterne: sed in limbo expectantes beatam spem. Istud tñ intelligēdū est vt prius: vez referēdo ad statum quē habuerunt postq3 occisi sunt / et non ad statū in quo nūc sunt: qr reuera nūc sunt sine macula ante thronū dei in excelsis. Ecce quō descripta est passio sctōrum innocētum ex pte ꝯpatientiū.

¶ Tertio p̄ncipaliter videndū est de retributiōe. Nā ille q̄ est iustus retributor post hūc vite terminū: retribuet paruulis celeste gaudiū: Herodi aūt eternum supplicium. Et de hoc longe ante prophetauerat regius ppha dicens. Judicabit deus supple pauperes ppl'i: ⁊ hoc in bonā partē: et saluos faciet filios pauperum.i.innocentes: qui pro maiori parte fuerunt de infima plebe / et humiliabit.s.per eternā dānationez: calūniatorem.i.herodem q̄ calumniatus est Bethleemitas occidendo puulos eorum.vñ Augu.in.j.sermone hui⁹ diei inuehit in ip̄m Herodem: ita dicens ad eum. O Herodes: quid putas acturus eris qñ contra te tantoruz classes infantium iudiciale ceperint exercere litigium: cum stare ceperint ante eū quem putaueras occidēdū: pro quo fu-

derũt sanguinẽ suũ? Ipsm videbis throno igneo presidentẽ: illos solium dñicũ circundantes cãdore rubeo splendentes ppt cãdidã etatẽ ⁊ sãguinẽ passionis. Quid actur⁹ es? Quid dicturus? Certe tacebis reus dũ tantus cõstabit exercit⁹ sanctorũ dicẽtiũ sedẽti in throno. Vindica dñe sanguinẽ seruoꝝ tuorũ qui effusus est. Hec ille. Ecce qualis retributio reseruaꝫ in futurũ Herodi. Habuit iã ⁊ aliã retributionẽ in pñti: de qua refert Chryso. sup Matt. in opere incõpleto: homil. iij. que iterum fuit duplex: ſm ꝙ fuit punitus in ppo corpore: ⁊ in filijs suis. Et de prima q̃dẽ retributione loquẽs idẽ Chrys. vbi supra dicit ꝙ multis doloribus apprehensus est. Nã q̃ta corpis membra habebat: tot dolorib⁹ torquebatur: ⁊ qz multotiẽs mori non poterat qui multos infantes occiderat: ideo in plurimis doloribus ei reddebatur. Item qñ vidit se morti ppinquũ: sciens qz odibilis erat apud oẽs iudeos: ⁊ qz mors eius multis gaudiũ erat factura: congregauit oẽs principes iudeoꝝ: et iussit vt cũ ipse mortu⁹ fuerit: oẽs occidantur: vt in morte eius oẽs ciuitates lugerent: ⁊ si non propter amorẽ illi⁹: vel pp̃ter suuz dolorẽ. Hec ille. De secũda etiã retributiõe loquẽs idẽ Chrys. vbi supra: dicit ꝙ in illa strage quã de innocẽtib⁹ fecit: tres filios suos interfecit. Quo audito Augustus cesar dixit. Mallẽ esse porc⁹ Herodis q̃ fili⁹. Naz porcꝫ parcit: filios aũt suos morti tradit. Ptz ḡ qũo diuina iustitia delictũ Herodis puniuit duplr in pñti: et multo acrius punitura est in futuro. s. per ruborẽ quẽ passurus est in extremo iudicio: dũ est descensurus in abyssum inferni in corpore ⁊ anima. A quo quidez supplicio dignetur nos preseruare innocẽtissimus xp̃s. Qui cũ patre et spũ sancto viuit ⁊ regnat per eterna secula. Amen.

¶ Ser. de circuncisione dñi.

Benedices corone anni. Psalm. lxiiij. Notandum ꝙ in sacra scriptura inuenimus multiplicem annum: videlicet

Afflictionis
Perfectionis
Saluationis
Reuelationis:

¶ Primus annus q̃ dicit afflictionis: designat totũ statũ presentis vite ⁊ durationis: q̃ est p̄mus ⁊ principiũ alioꝝ annoꝝ. De quo põt intelligi illud Exo. xij. Hic annus primi⁹ erit in mẽsibus anni. Item illd̓ ps. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni. Si aũt in potẽtatibus: octoginta anni ⁊c. Et istud tempus proprie figuraꝫ in sex annis humani laboris: de quibus legiꝫ Leui. xxv. Sex annis seres agrum tuũ: et sex annis putabis vineam tuam: septimo vero anno cessabis serere ⁊ metere. Ac si apte dñs diceret. Tu homo in senario annorum vite pñtis laborabis: in septenario vero future quietis a labore cessabis. Corona autẽ. i. caput huius anni fuit initium mundi et creationis vniuersoꝝ. Et huic corone anni benedixit dominus: quandoqui-

dem productis cunctis rebus s̄m species suas benedixit il-lis: vt patz Gen̄.j. Postmodum tn̄ in vltionē peccati Ade: h̄moi bn̄dictio ɔuersā est in maledi-ctionē: vt patz Gen̄.iij. cum ait dn̄s ad eū. Maledicta terra in opere tuo: in laboribus come-des ex ea cūctis dieb⁹ vite tue. Spinas ꝛ tribulos germinabit tibi. In sudore vultus tui ꝛc.

¶ Secūdus ann⁹ q̄ dr perfectio nis: significat annū gr̄e. De quo potest intelligi illud Deut.xv. Anno septimo facies remissio-nem. Ubi notādū ꝙ prim⁹ an-nus mundi durauit ab Adam vsqꝫ ad Noe. Secundus a Noe vsqꝫ ad Abraham. Tertius ab Abrahā vsqꝫ ad Moysē. Quar-tus a Moyse vsque ad Dauid. Quintus a Dauid vsqꝫ ad trās-migrationē Babylonis. Sext⁹ a dicta transmigratione vsque ad xp̄i aduentum. Septimus ab aduentu xp̄i vsqꝫ ad finē se-culi. In hoc itaqꝫ anno septimo fecit dn̄s remissionē: q̄nquidem misit filiū suum factū ex mulie-re: factū sub lege: vt eos q̄ sub lege erant redimeret: vt habe-tur ad Gal.iiij. Corona aūt si-ue caput hui⁹ anni gr̄e siue per-fectiōis fuit dies dn̄ice natiui-tatis. Et huic corōe p̄dicti anni bn̄dixit dn̄s nr̄ Jesus xp̄s.i. to-ti mūdo. Da exēplū de ep̄o qui in die introit⁹ sui i suā ciuitatē ꝛ eccl'iam: bn̄dicit populo vni-uerso. Un̄ de hac xp̄i bn̄dictio-ne pōt recte intelligi verbū pre assumptum cum sequela: ita vt de hac bn̄dictione videat pro-phetizare p̄s. Et dicere. O fili dei viui: certe bn̄dices corone anni benignitatis tue. Anni in-quā legis gr̄e: in quo quidē an-no apparuit benignitas ꝛ hūa-nitas saluatorꝫ nostri dei: vt hr̄ ad Titū.iij. Insuper campi tui: id est Apostoli vel electi reple-buntur vbertate gratiarum et virtutum.

¶ Tertius ann⁹ q̄ dr saluatio-nis: significat annum eterne beatitudinis ꝛ salutis. De quo pōt intelligi illud Gen̄.xxvj. In uenit in ipso anno centuplum: qꝛ vt dicit saluator Matth.xix. Omnis qui reliquerit domum aut agros vel fratres aut soro-res ꝛc. centuplum accipiet: sup-ple in celo: ꝛ vitā eternā possi-debit. Corona aūt huius anni saluatiōis eterne.i. caput ꝛ ini-tium erit illa celestis inuitatio ad cenam agni q̄ fiet in die iu-dicij quo ad electos. Et tunc huic corone anni eterni benedi cet xp̄s cum dicet ipsis electis illud Matt.xxv. Uenite bn̄dicti p̄ris mei ꝛc. Tūc ergo quilibet electus merito cum letitia et exultatione dicere poterit illud Esa.lxiij. Annus retributionis mee venit. O q̄tū igit̄ et q̄ di-ligēter debem⁹ in p̄nti labora-re in spe retributiōis anni eter-ni. Propt̄ qd̄ Psal. de seipso lo-quēs aiebat. Cogitaui dies an tiquos: ꝛ annos eternos in men te habui.

¶ Quartus annus qui dr reuo-lutionis: siḡt annum vsualem q̄ currit velociter per quatuor tē pora.s. per ver/estatem/ autun-num/ꝛ hyemem. Et de isto an-no pōt intelligi illud p̄s. Defe-cerunt in vanitate dies eorum: ꝛ anni eorum cum festinatione. Corona aūt huius anni.i. prin cipium ꝛ caput est primus dies

mensis Januarij: qui quidem mẽsis est primus oim mensium. Et ideo merito dicit Januari⁹ eo scz ꝙ sit ianua et introitus totius anni. Uerum apud antiquos annus incipiebat in capite martij. Sic eñ ordinauerat Romulus conditor vrbis: et hoc ob reuerentiam patris sui qui dictus est Mars/ habẽs in genitiuo marcis: et non martis. In corona itaq̃ huius anni .i. prima die ianuarij solent sibi mutuo benedicere hoies strenas dando. Sed talis benedictio tp̃alis est: et interdũ male exercet: ideo opus est alia benedictione. Tunc ergo salubriter benedicim⁹ corone anni .i. diei hodierne: cum referimus nos: et quicquid boni facturi sumus per totũ anni circulum: in laudẽ et gloriã et honorẽ illi⁹ q̃ fecit nos. Uel dic ꝙ tunc rationabiliter benedicimus corone anni: cũ religiose et deuote colimus hodiernam celebritatem dñice circũcisionis: in qua etiã circũcisione ipse xp̃s benedixit nobis per modicã effusionẽ sui p̃tiosi sanguinis. Bñ ergo p̃missum est de xp̃o in themate p̃cedẽti. Bñdices corone anni.

¶ Notandũ est autẽ ꝙ presens dies conuenienter tribus nominibus appellatur: videlicet dies.

Circũcisionis
Strenationis
Primitatis.

¶ Primo igitur vocatur dies circũcisionis: eo scz ꝙ ipse xp̃s tali die circuncisus fuerit. Cuius q̃dem circuncisionis potest assignari q̃druplex causa seu ratio s̃m ꝙ quadruplex est sensus sacre scripture: scz

Literalis
Moralis
Allegoricalis
Anagogicalis.

¶ Prima igitur ratio dnice circuncisionis est literalis: vt scz ipse xp̃s in hoc se veteri legi cõformaret que iubebat masculũ octauo die a natiuitate sua debere circũcidi: vt ptz Geñ. xvij. Itẽ Leuit. xij. Nõ autem licebat peruenire diem octauũ propter teneritudinem carnis paruulorum: q: sic de facili potuissent incurrere mortem: sed qui ante octauũ diem moriebant: in fide parentũ sine sacramẽto saluabant. Nec sil'r licebat post diẽ octauũ differre hmõi circũcisionem propter p̃ceptũ de hoc a deo datũ. Si aũt xp̃s sacramẽtũ circuncisionis in se non suscepisset: forsan de eo scandalizati fuissent iudei: et dixissent: Nõ est hic hõ a deo: qui circũcisionẽ non suscipit. Ne ḡ ipse xp̃s queq̃ scandalizaret: circuncidi voluit.

¶ Moraliter. Per hoc docemur nos conformare illis cum q̃bus cõuersamur: dũmodo id sine dei offensa fiat: et hoc ne singulares in factis nostris videamur. Propterea in constitutionib⁹ fratrũ p̃dicatorum habet ꝙ fratres dicti ordinis debent esse cõtenti officio ecclesiarũ: ad quas interdũ declinãt: siue sint ecclesie regulariũ: siue secularium: vt eñ dr. ff. de legibus. l. sed ca ꝯsuetudo patrie est attendẽda. Sil'r legit in decre. dist. xij. illa. ꝙ cõsuetudo illorum cũ q̃bus cõuersamur: si nõ est peruersa/ obseruanda est. Et sunt verba Augu. ad Januarij inquisitiones: vbi sic loquitur dicẽs. Qđ neq̃ contra fidem: neq̃ contra

bonos mores iniūgit:pro eorū inter quos viuit societate seruandū est. Mater (inquit) mea Mediolanū me cōsecuta inuenit ecclesiam sabbato nō ieiunantē. Et ex hoc cepit turbari ꝙ̄d ageret. Tunc ego talia non curabā:sꝫ ꝓpter ipsam cōsului de hac re beatissime memorie virū Ambrosium. qui respōdit se nihil super hoc me docere posse: nisi qđ ipse faceret. Ait ergo. Cū Romā venio: ieiuno sabbato. Cū vo hic sum:nō ieiuno. Sic ꝛ tu ad quam forte ecclesiam veneris:eius morem serua:si cuiꝙ̄ non vis esse scandalo. Hoc cū mr̄i renūciassem. libēter amplexata est. Hec ibi. Patet ergo intentum.

¶ Secūda ratio dn̄ice circuncisionis est moralis:vt scꝫ ipse xp̄s per suā carnalē circūcisionem doceret nos facere circuncisionē spiritualē. Tum a cordibus nostris per ablationem oīs culpe ꝛ iniq̄tatꝫ. Deut. xxx. Circuncidet dn̄s cor tuum: vt diligas ipsum ex toto corde tuo ꝛc. Tum a sensibus nostris corporeis:qđ sic ptꝫ inductiue.

¶ Primo enim debemus circuncidere oculos nostros cauendo nobis ab incautis aspectibus. Unde talē circuncisionē facere optabat Psal. cum rogabat dominū dicens: Auerte oculos meos ne videant vanitatē. Ecōtrario aūt illi sunt incircuncisi oculis/ qui oculos suos figunt in mulieres cōcupiscendo eas. Propterea dicit xp̄s Matth. v. ꝙ qui viderit mulierē ad cōcupiscendū eā: iam mechatus ꝛc.

¶ Secūdo debem⁹ circuncidere aures nostras ab omni curioso ꝛ seculari auditu: sic scilꝫ ꝙ possit de nobis dici illud ps. Aures habēt ꝛ nō audiēt: supple nociua ꝛc. Econtra aūt illi sunt incircūcisi aurib⁹ qui libēter prebēt aures ad detractiones: ad turpiloquia: ad vaniloquia et scurrilia:atꝙ̄ similia. De oibus ergo talibus potest dici illud Hiere. vi. ꝙ incircuncise sunt aures eorum.

¶ Tertio debem⁹ circuncidere linguā nostrā: cauēdo nobis a blasphemia ꝛ periurio: a detractione ꝛ mendacio: a stultiloquio ꝛ vbo ocioso: quia si quis putat se religiosum esse: et non refrenat linguā suā: scꝫ ab omi illicita locutione: huius vana est religio. vt habet Iac. i. Econtra aūt illi sunt incircūcisi lingua q̄ laxāt habenas ad loquēdum mala de primis suis. Itē qui adulatorie loquunt ad primos suos vt eos decipiāt. Item incircuncisi lingua sunt omnes mali aduocati scienter defendētes causas iniustas. Itē qui scienter ferūt falsū testimoniū: Itē dolosi mercatores et siles.

¶ Quarto debem⁹ circuncidere guttur nr̄m:cauēdo nobis a crapula et ebrietate. Itē obseruādo abstinētias et ieiunia ab ecclesia instituta. Itē cauendo nobis a delicatis cibis ꝛ potibus. Econtra aūt illi sunt incircūcisi gustu:quorꝫ deus venter est/ ꝛ qui se ingurgitant cibis ꝛ potib⁹ vsꝙ̄ ad os: etiā vsꝙ̄ ad nauseā: quos reprehēdit ꝓpheta Esa. v. dicēs. Ue qui cōsurgitis mane ad sectandam ebrietatē:ꝛ potandū vsꝙ̄ ad vesperam vt vino estuetis.

¶ Quinto debemus circūcide-

re nares nostras siue olfactum cauendo nobis a nimio odore vnguentorum pretiosorum: et specierum aromaticarum. Econtrario sunt multi mundani viri ac mulieres sunt incircuncisi olfactu qui dicunt illud Sapie. ij. Vino pretioso: quod supple est delectabile non tam gustui quam olfactui et vnguentis nos impleamus: et non pretereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis antequam marcescant: que supple valde suaues sunt olfactui. Ecce quomodo debemus circuncidere quinque sensus corporeos. Nec certe sufficit talia circuncidere: verum etiam oportet circuncidere bursam restituendo aliena: et pauperibus largiendo superflua: exemplo zachei qui ait ad christum. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: et si quid aliquem defraudaui: reddo quadruplum. Luc. xix. Item oportet circuncidere largas manicas et longas caudas a vestibus nobilium mulierum: et sic de multis alijs superfluitatibusque omnino sunt resecande. Patet ergo de ratione morali propter quam voluit Christus circuncidi.

¶ Tertia ratio dominice circuncisionis est allegoricalis: vt scilicet per hoc denotetur quod ipse christus in suo benedicto aduentu resecauit et totaliter abstulit multitudinem obseruantiarum ceremonialium: cuiusmodi sunt circuncisio: agni paschalis oblatio: sabbati obseruatio: et huiusmodi. Hec enim tanquam superflua et nociua sunt a veris christianis abijcienda: si non velint Judaizare. Propter quod dicebat Apostolus ad Gal. v. Si circuncidimini: christus vobis nihil proderit. Et idem iudicium est de alijs ceremonijs legis antique. Nam vt dicit idem Apostolus ad Gala. iiij. Misit deus pater filium suum in mundum: factum ex muliere: factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret.

¶ Quarta ratio est anagogicalis. Nam per predictam christi circuncisionem factam die octauo: significatur quod in octaua etate que erit post iudicij diem: auferetur a corporibus electorum omnis superfluitas et indecentia. Sunt enim pro nunc in huiusmodi corporibus quatuor imperfectiones que sunt obscuritas/grauitas/passibilitas/tarditas/sicut quotidie experimur et videmus. Sed in die octauo. i. in octaua mundi etate auferetur obscuritas per dotem claritatis. Nam tunc fulgebunt iusti sicut sol: vt habetur Matt. xiij. Item auferetur grauitas et ponderositas per dotem agilitatis. Propter quod propheta Esa. preuidens in spiritu prophetico futuram agilitatem electorum post generalem resurrectionem: pre admiratione loquitur dicens. Qui sunt isti qui vt nubes volant: et quasi columbe etc. Esa. lx. Tunc ergo vniuersi electi assument pennas vt aquile: volabunt. et non deficient. Item in dicta etate auferet passibilitas et mortalitas per dotem immortalitatis et impassibilitatis. Deuterono. vij. Auferet dominus a te omnem languorem. Item auferetur a dictis corporibus tarditas seu difficultas per dotem subtilitatis per quam huiusmodi corpora tunc subijcientur plene et perfecte animabus beatis: non solum quantum ad motum: quod habebunt per dotem agilitatis: sed

ptum ad esse substantiale. Ecce igit quid anagogice significat Christi circuncisio quã suscepit die octauo. Unde de huiusmodi circuncisione futura quo ad corpora electorum: dat Chrysosto. tractatu de reparatione lapsi: similitudinem de filio regis: qui primo traditur alendus sub tugurio pauperis hois: qui vilibus induit. Postmodũ aũt cum aduenerit tempus vt aulã regiã ingrediat: et sceptrũ paterne potestatis assumat: abiectis oibus illis indumẽtis vilib9: repente in habitum regiũ ac paterne dignitatis infulã transformat: ministroꝝ etiam succedit ambitio: simulq; honoris potestas inualescit: ⁊ efficitur totus alter: ita ⁊ in immutatiõe gloriosa fiet. Hec ille. Unde in figurã huius legitur Geñ. xli. q; serui regis Pharaonis ad eius imperium eduxerunt Joseph de carcere in quo reclusus fuerat biẽnio. Quẽ tondentes ⁊ veste mutata obtulerunt eũ regi. Applicatio est facilis. Patet ergo quadruplex ratio circũcisionis antiq. Et sic ptz de pmo principali.

¶ Secundo principaliter hec dies vocatur dies strenatiõis. Solent eñ hodie pleriq; hilariter strenas cognatis ⁊ amicis dare: vnus sic: alius sic: vt sic mutuo inter eos amicitia conseruetur.

¶ Moraliter. Debemus hodie in capite anni strenas dare diuersas ⁊ diuersis. Nam debemus strenare

Deum auro charitatis:
Propriam conscientiã argẽto puritatis:
Proximum plumbo pietatis.

¶ Primo igitur debemus strenare deũ in hac pma die anni auro charitatis; ordinãdo nos ⁊ nostra in ipsum principaliter tanq; in finem: vt sic per totum annũ exultãtes in ei9 laudib9 iugiter delectemur. Itẽ debemus hodie ad ipsum orare et dicere in hũc modũ. Dñe deus omnipotẽs qui nos ad principiũ huius anni puenire fecisti: tua nos salua virtute: vt i hoc anno ad nullũ declinem9 peccatũ: sed semp ad tuã iustitiam faciẽdã nostra procedant eloquia: dirigãtur cogitationes ⁊ opa. Ad hoc etiã faciendũ nos admonet Apls. j. ad Corint. x. dicẽs: Siue mãducatis siue bibitis: vl aliud quid facitis: oia in gloriam dei facite: id est ad laudẽ nois sui. Nam vt habet xij. Metaph. tota creatura ordinatur ad deũ: sicut exercitus ad ducem. Exercitus aũt bene ordinatus: primo ⁊ principaliter querit gloriaz sui ducis: qd est victoria. Ita ⁊ eodem modo ois creatura ⁊ potissime q agit per intellectũ ⁊ voluntatẽ vt est homo: debet in oib9 suis operib9 querere primo ⁊ principaliter gloriã sui conditoris ⁊ ad illi9 honorẽ se ⁊ sua referre. Huic etiam est sile illud qd dicit idem Apls ad Colos. iij. Omne (inquit) quodcũq; facitis in verbo aut in opere: omia in nomine domini nostri Jesu Christi facite. Super quo dicit glo. ordi. q; non solũ verba ⁊ opera debemus in deũ referre: verũetiam cogitationes: et siqua sunt similia. Ecce quomodo debemus dare strenas deo

in hac prima die anni cum auro charitatis.

¶ Secdo debem⁹ strenare propriam conscientiã argento puritatis et munditie. Eccli.xxx. Miserere aie tue placens deo: id est si deo placere desideras cõgrega cor tuum in sanctitate eius: vcz sensus tuos exteriores diligenter custodiendo: ne per eos aliquid intret quod sit contrarium sanctitati. De predictis aũt strenis argenti puritatis potest intelligi illud Ps. Argentum igne examinatum probatum terre: purgatum septuplum. In quibus verbis tria notantur de pura conscientia. Primum est ꝙ est tanꝗ argentum igne examinatum: quia sicut argentum examinatur per ignem naturalem: sic pura conscientia per ignem tribulationis. Scdm est ꝙ huiõi argentum munde conscientie debet esse probatũ terre: id est a terrena affectione. Tertium est ꝙ predictum argentum debet esse purgatum septuplum: id est pfecte. Uel septuplum: id est per septiformem spiritum. De quo Esa.xj. Requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapientie et intellectus: spiritus consilij ꝛ fortitudinis: spiritus scientie et pietatis. Pulchras ergo et diuites strenas argenti ille dat hodie anime sue qui conteritur corde/et confitetur ore: vt scilz deo placeant opera que facturus est per totum anni circulum.

¶ Tertio debem⁹ strenare proximum nostrum plumbo pietatis: id est tẽporalia illi largiendo. Bona enim temporalia comparantur ad duo precedentia: scilicz ad dei dilectionem: ꝛ conscientie puritatem: sicut plumbum ad aurum et argentum: immo multo minus sunt. Tunc ergo quodammodo strenamus pauperes plumbo: cũ illis propter deum porrigimus temporalem substãtiam. Ad quod faciendum nos admonet Augustinus in ser. in Kalendis ianuarij: dicens strenas esse dandas pauperibus: ꝛ non diuitibus q̃ refundunt aliquando in duplo his qui illis aliquid tribuunt. Pauperes aũt non habent qđ refundant nisi forsan spiritualia: ꝛ ideo valde expedit illis hodie strenas dare: vt sic saltem deus ob cuius amorem damus strenas huiusmodi pauperibus det nobis centuplum in celo. Tales enim strenas fecit ille princeps publicanoꝝ zacheus qui dixit ad xp̄m. Domine ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. Luc.xix. Certe non credo ꝙ sit vnus secundus zache⁹ inter diuites super terram qui paratus sit tales strenas dare pauperibus: scz dimidium bonorum suorũ. Quinimmo maxima pars illorum parata est extorquere a pauperibus subditorum suorum modicam et exiguam substantiam suam seu hereditatem. Nec talibus est cure vndecũꝗ veniat: dum modo in immensum ditentur. Patet ꝗ de morali expositione strenaꝝ q̃ hodie dari ꝯsueuit.

¶ Tertio principalit̃ hec dies vocat̃ dies p̄mitatꝫ.i. pria dies anni. Ab hac enim die incipit ann⁹ solarꝫ ſm catholicos: quãuis aliter sit scd̃m Hebreos:

vt prius dictum est. Qr igitur est primus dies anni: ideo merito consecratur domino tanquam actori dierum et annorum.

¶ Pro quo notandum quod dominus in signum quod est supremus respectu omnium que sunt: rationabiliter sibi reseruauit primitias omnium: et signanter trium. vz

Uiuentium

Terre nascentium

Temporum.

¶ Primo igitur dominus in signum supremitatis reseruauit sibi primitias viuentium: et hoc saltem quantum ad legem veterem. In cuius rei testimonium legitur Exo. xiij. et eiusdem. xxxiiij. item Nume. xviij. quod omne masculinum adaperiens vuluam sanctum domino vocabitur. i. consecrabitur et offeretur domino. Quod quidem preceptum intelligitur non tantum de primogenitis hominum: verumetiam iumentorum atque pecorum: vt dicit textus. Uerumtamen primogeniti omnium tribuum preter tribum leui poterant redimi certo pretio argenti: vz quinque siclis: vt patet Nume. xviij. Hodie autem dominus pro primitijs hominum reseruauit sibi xpianos: et signanter clericos atque religiosas personas. Nam omnes xpiani eidem consecrantur et dedicantur in baptismo. Clerici autem in susceptione sacrorum ordinum. Religiosi vero per votorum solennem emissionem. Et isti designantur per leuitas: quorum primogeniti nullo pacto redimi poterant. Per quod designatur quod in voto solenizato per ingressum religionis approbate: non cadit dispensatio: vt patet extra de statu monacho. cum ad monasterium: vbi in fine dicitur quod abdicatio proprietatis sicut et custodia castitatis adeo est anne xa regule monachali: vt contra eam nec summus pontifex possit licentiam indulgere. Hanc etiam partem tenet beatus Thom. ij. ij. q. lxxxviij. arti. xi. vbi adducit auctoritatem ex lib. Leui. vlti. c. vbi dicitur quod illud quod semel sanctificatum est domino: non potest in alios vsus comutari. Et dat ibi exemplum de calice consecrato: de quo non potest facere papa quod desinat esse consecratus quamdiu manet integer. ita in proposito. Huius tamen cotrarium tenent multi doctores. Sed de hoc non plus ad presens.

¶ Secundo dominus reseruauit sibi primitias terre nascentium. Et hoc similiter quantum ad legem veterem: vt patz Exo. xxij. vbi ipse precipit primitias sine tardatione sibi offerri. Hoc etiam preceptum sepe repetitur in antiqua lege: tam in exodo: quam in leuitico: et numerorum atque Deutero. ij. Ex quo patet quod lex antiqua erat grauior quantum ad hoc quam lex noua in qua non repetuntur primitie terre nascentium: sed tantum decime que etiam in veteri lege exigebantur: insuper et decime decimarum que omni anno soluebantur summo sacerdoti a leuitis. Moraliter autem per primitias frugum que olim offerebantur domino: intelligitur bonum propositum et bona voluntas que precedit opus: quam quidem bonam voluntatem debemus deo offerre recognoscendo quod ab eo procedit: quia vt habetur Jacob. j. Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum etc.

¶ Tertio dominus reseruauit sibi primitias temporum. Hoc autem dupliciter possumus probare. Primo

quidem de die dominico qui ẽ primus dies hebdomade. Iudei enim olim festiuabant in fine hebdomade: videlicet i die sabbati: sed christiani festiuãt in principio hebdomade / videlicet die dominico: ꝛ hoc ideo vt offerant deo primitias temporis toti⁹ hebdomade. Scḋo possumus idẽ propositum ꝓbare per practicam huius diei / q̄ est prima dies totius anni: ꝛ q̄ precipitur nobis coli ꝛ solẽniter festiuari: vt patet extra de ferijs.c.conquestus. Donet ergo nobis ille qui hodie pro nobis est circũcisus / vt merito sui sanguinis ad regnum celeste ꝑuenire possimus. Quod nobis concedat ille qui in trinitate perfecta viuit ꝛ regnat ꝛc.

¶ Sermo.j.in die Regum.

Reges terre congregati sunt: conuenerunt in vnum ps. xlvij. Regius propheta Dauid preuidens in spiritu prophetico mysterium hodierne solennitatis: prorupit in hec verba. Reges terre ꝯgregati sunt ꝛc. vsq; ibi exclusiue: Suscepimus deus misericordiam tuam. Que quidẽ verba exponuntur de presentatione Christi in templo post dies quadraginta a natiuitate sua. In predictis itaq; verbis dict⁹ Dauid tangit de mysterio hodierno principaliter quatuor: que sunt:

Regum orientalium vnanimitas: quia conuenerunt in vnũ.
Eorundem stupor ꝛ admirabilitas: quia ipsi videntes sic admirati sunt.
Herodis ꝛ iudeoꝝ anxietas: q꞉ cõturbati sunt cõmoti sunt ꝛc.
Regum ad propria redeuntiũ testimonij veritas. ibi: sicut audiuimus sic ꝛc.

¶ Primo igit in predictis verbis tangitur trium regum proponentium venire ad Christũ recenter natũ adorandum vnanimitas: q꞉ ꝯuenerunt in vnũ. Circa qḋ notãdum ꝙ ly vnum potest adiectiue sumi ꝛ substantiue / ꝛ vtroq; modo ad propositum. Primo igitur si ly vnum capiatur adiectiue: tũc erit sẽsus: Reges terre ꝯgregati sunt conuenerunt in vnum: supple locum. Sed in quem locum: nescitur determinate. Uerisimil ẽ tamen est eos conuenisse primo in eodem loco priusq; iter arripuerint ad Christum visitandum: Quis non desint q̄ dicant eos venisse seorsum ꝛ per vias diuersas: quousq; venerũt Hierosolymam: vbi primo sibi mutuo in introitu ciuitatis occurrerunt: vno nesciente de alio: hoc agente et eos dirigente spiritu sancto / qui iustum deducit per vias rectas. Scḋo ly vnum pot teneri substantiue: ꝛ tũc erit sensus: Reges terre cõgregati sunt: de diuersis locis: conuenerunt in vnum. i. fuerũt eiusdem animi quo ad xp̄m visitandum ꝛ adorãdum / et hoc ex diuina inspiratione que sepe tãgit ꝛ illuminat nedũ corda fideliũ: verũ etiã infideliũ. Hic possent multa dici ꝛ queri vtpote de noib⁹ dictoꝝ regũ. Item quare appellãtur magi. Item vnde descenderant. Itẽ quando primo apparuit illis stella: ꝛ multa similia: que pertransco / eo ꝙ de talibus prolixe tractatur in legẽda aurea.

¶ Moraliter. Per hoc quod reges orientales cōgregati conuenerūt in vnū: instruuntur pn̄cipes huius seculi: et signāter si fuerint catholici: ad pacem et ꝯcordiam mutuo inter se habēdaz. Hoc em̄ acceptissimum est xp̄o: qui intm̄ diligit pacem qꝺ eā fecit ꝓclamari per vocē angeloꝝ multoꝛū q̄n primum ingressus est hūc mūdum nascendo/vt ptz Luc. ij. Item eā verbo docuit Matth. x. dicens: In quācūqꝫ domum intraueritis pmū dicite: Pax huic domui. Itē illam quasi pro testamēto aplis reliquit dicens illud Jo. xiiij. Pacē relinquo vobis. Itē post suā resurrectionem eosdē apl'os cū ꝟbo pacis ter salutauit dicens: Pax vobis. Joā. xx. Habeāt ꝰ principes catholici pacē ad inuicē/et bellum contra inimicos noīs xp̄i. Ut autē in tali bello illis cedat victoria virtute ex alto: fundende sunt preces ab vniuersali eccl'ia ad dominum: dicendo in hunc modum. O domine deus: effunde iram tuam in gentes que te nō nouerunt: et in regna que nomen tuum non inuocauerunt.

¶ Moraliter et opposito modo possunt predicta verba exponi de regibus et principibus infidelibus qui congregantur indies et cōuenitūt in vnum. i. in vnam prauam voluntatem: vt s. destruant fidē, ꝯfideles christianos. Uel conueniunt in vnū. i. contra vnum. s. contra vnitatem fidei catholice. Sed faciāt dicti reges et tyranni quecunqꝫ volunt contra fidem et fideles: non tamen preualebunt: eo qꝫ eccl'ia catholica habet optimū defensorē. s. xp̄m: q̄ dixit Matt. xxviij. Ecce ego vobiscum sum vsqꝫ ad consummationem seculi. Ipse etiam xp̄s promisit Petro Matt. xvi. qꝫ porte inferi. i. principes infideles et tyranni: q̄ iam adiudicati sunt supplicijs inferni: dicente xp̄o Joann. iij. Qui non credit: iam iudicatus est. Hmōi inquam porte inferi non preualebunt aduersus eaz scz eccl'iam catholicā vel fidē. In cuius rei figurā legit' Mat. viij. qꝫ nauis intra quā dormiebat Christus: operiebatur fluctibus: sed tn̄ nō est submersa.

¶ Scđo in predictis ꝟbis psalmiste tāgitur eorūdem Regum admirabilitas: qꝛ ipi videntes sīc. s. signum in celo per stellam ductricē eoꝝ ad puerum Jesuz adorandum: admirati sunt: scz de tā insolito signo. Nā vt alij qui referunt: predicta stella apparuit tribus regibus in nocte natiuitatis dn̄i: hn̄s intra se effigiē cuiusdā pueli amplexantis crucē q̄ desuper eminebat. Quā mox flexis genibus et depositis diadematibus de capitibus suis adorātes: statim audierunt vocē dicentem eis. Ite in iudeā/et inuenietis regē natū quē tā sollicite queritis. quo audito/statim q̄libet cū decēti comitatu arripuit viaz versus Judeā: equitando dromedarios q̄ sunt velocissimi motus: ita vt tm̄ spatiū pābulēt vno die q̄ztū bonus et diligēs equus i trib9. Quo factum est vt ꝯm vnā opinionem in tredecim diebus venerint vsqꝫ in Judeam. Insup aliunde iuuabant ad debitam viaꝝ expeditionem / in hoc scz qꝫ de nocte eque bene equitas=

bāt sic̄ de die:claritatē illꝰ ꝑstā-
te dicta stella desup irradiāte.
Preterea vt dt qdā author:dicti
reges nō pausabāt : neqꝫ ꝓpter
qetē corpalē:neqꝫ propter refe
ctionē sumēdā:illos ꝛ sua iumē
ta sustētāte sllo ad quē adoran
dū tā studiose ꝑgebāt. Ipi ita-
qꝫ reges vidētes sic.i.stellā talr
dispositā vt prius dictū ē admi
rati sūt. Ubi nota ꝙ cōis opio
est ꝙ dicta stella apparuit ipis
regibꝰ sepatī. i. qlibet exnte in
regno suo:tn̄ sup eūdē montē q
valde lōgꝰ erat ꝛ extensus:vt-
pote ꝑ tria regna:sicut cōit cō-
tigit de multis mōtibꝰ Arabie.
¶ Dubitari pōt et qri d ꝑdicta
stella qdnā fuerit. De hoc re-
fert dn̄s Anto.in.ij. parte sūme
sue.tit.xij.§.iij.vbi agit de fato
qtuor opiniones. Pria ē qrūdā
astrologoꝝ siue mathematico
rū dicētiū:illā fuisse ꝯstellatio-
nē sub q natꝰ est xp̄s: q fecit eū
tā pfecte ꝛ virtuose ꝯuersari in
mūdo:ꝛ tā mirabilia ope face-
re. Quā ēt opionē (si tn̄ opinio
ꝛ nō potiꝰ heresis appellari de
beat) aliqn̄ visꝰ est tueri dn̄s pe
trus de alliaco in sua mystica
theologia : q in hoc reprobat.
Non cm̄ (vt inquit Aug. in die
epiph. dn̄i) illa stella fecit xp̄m
mirabiliter viuere:sed xp̄s fecit
eā mirabilr apparere. Scda opi-
nio ē coꝝ q dicūt hmōi stellam
fuisse āgelū illū q apparuit pa-
storibꝰ nūciās eis xp̄i natiuita
tem. Qui ideo apparuit magis
in specie stelle:pastoribus autē
q iudei erant: in forma hūana:
eo ꝙ gētiles rōne non vtebant:
vnde et adorabāt insensibilia:
vtpote solem:lunam:stellas/ et
hmōi.iudei autē rōne vtebant.

In cuiꝰ rei signū:vnū solū verū
deū colebāt. Tertia opinio di-
cit ꝙ predicta stella erat spūs
sctūs:q apparuit alia vice sup
xp̄m in specie columbe:dum. s.
baptizatꝰ fuit in iordane a Jo-
āne. Luc.iij. Quarta opinio di
cit ꝙ predicta stella non erat
stella fatalis:nec angelus:nec
spūssanctus : sed qd erat stella
de nouo creata:non in celo / sꝫ
in aere vicino terre: que ſꝫ dei
voluntatem mouebat. Et hanc
partē sustinet beatus Tho. iij.
parte.q.xxxvj.arti.vij. Et hoc
ꝓbat quinqꝫ rōnibus quas assū
mit ex dictis Chrys.sup Matt.
Item idez probat auctoritate
Aug.q in lib.contra Faustum
dicit sic.Non ex illis erat stel-
la que ab initio creature itine-
rum suoꝝ ordinē sub creatio-
nis lege custodiūt:sꝫ nouo vir
ginis partu nouū sidus appa-
ruit. Hec ille. Predicta autem
stella peracto officio ꝓpter qd
de nouo creata fuerat: scilꝫ ad
manifestādum xp̄i natiuitatem
in terra:ꝛ dirigendum magos
qbꝰ apparuit in via.vt ꝑduce-
ret eos in locū natiuitatis:tan
dē resoluta ē in preiacētē ma-
teriā. Un̄ sicut ān talē adora-
tionē nusq̄ visa fuerat : ita nec
post . Forsan āt apparebit in die
iudicij ad gl'iam regū:qui ea vi
sa venerūt a finibus terre ado
rare xp̄z natū: ꝛ ꝑ oppositū ad
vituperiū ꝛ iustam reprobatio-
nem iudeoꝝ q presentem con-
tempserūt ꝛ blasphemauerunt.
¶ Tertio in ꝑdictis ꝟbis tāgit
Herodis atqꝫ impioꝝ iudeorū
anxietas:quia conturbati sunt
cōmoti sunt:tremor apprehen-
dit eos. Que omnia referūtur

ad impijssimū regem Herodē: et hierosolimitanos fautores suos. Nam predicti audientes reges sollicite inquirentes: et dicētes. Ubi est qui natus est rex iudeorum? fuerunt supra modum turbati: vt hr̄ in Euangelio hodierno. Insuper tremor apprehēdit eos: et precipue Herodē. Timebat enī perdere regnum suum pp aduentum noui regis recēter nati. Cuius vesaniam irridens sancta mater ecclesia in hymno hodierno: sic canit dicens. Hostis Herodes impie: xp̄m venire q̄ d̄ times? Nō eripit mortalia: qui regna dat celestia. Sequitur in Psal. Ibi.s.i. corde Herodis et iudeorum. Uel ibi.i.in predicta conturbatione: commotione et tremore: fuerūt dolores non mediocres.s.vt parturientis in spiritu vehementi cōterens naues tharsis. Hic expsse pphetabat Dauid de Herode rege: qui audito q reges orientales adorato dn̄o/per aliam viam reuersi fuissent in regionem suam: tūc cōcepit dolorē: q in vindictam iussit igne cōburi naues tharsis.i.que ad tharsum ducebant credēs q hm̄oi naues transportassent dictos reges in regionem suam et patriā: vt dr in historia scolastica. Se habuit ergo Herodes in hoc facto admodum canis: qui vidēs q nō pōt commode mordere hominem transeuntem: mordet lapidem cōtra eum proiectum: in signū quod peius faceret si posset.

¶ Moraliter. Predicta verba Cōturbati sunt rc. possunt recte exponi de veris penitentibus: q̄ cōsiderantes pctōꝝ suoꝝ multitudinem: magnitudinem et enormitatem: insuper et penarum infernalium grauitatē et eternitatē: merito cōturbant. Sed quia hoc non sufficit ad salutem nisi etiam sequatur bona operatio: ideo sequit. Commoti sunt/supple penitentes: ad bene agendum / vt sic euadere possint penas alterius seculi. Sequitur. Tremor supple mortis incerte et iudicij futuri: in quo reddet deus iustus iudex vnicuiqꝫ iuxta opera sua: apprehēdit eos.i.inuasit: ibi.s. in dicto gnāli iudicio / et sic r in inferno dolores vt parturientis. Ac si aperte diceret q sicut mulier naturaliter saltem nō pōt euadere dolores ptus: sic nec peccatores sic morientes euadere potuerūt predicta mala. Qd̄ autem subditur: In spiritu vehementi cōterens naues tharsis: exponitur de corporibus impiorū: q̄ sunt vasa peccatricum animarum. Quas quidem naues conteret dn̄s in spiritu vehemēti: qn̄quidem dicet reprobis illud Mat.xxv. Ite maledicti in ignem eternum: qui paratus rc. O quaꝫ benedictus erit qui poterit euadere talem spiritum vehementem: et iram districti iudicis Jesu Christi.

¶ Quarto in p̄dictis v̄bis tangitur regū ad ppria remeātiū testimonij veritas. Cum enim ad propria rediissent: et a magnatib9 atqꝫ amicis interrogati fuisset quiduā in iudea vidissent/et si verum erat qd̄ rex iudeoꝝ: et non solum iudeorum verum etiam celi et terre natus fuisset. Respōderunt dicentes: Sicut audiuimus: supple ex di-

uina reuelatione nobis facta ĩ apparitione stelle priusꝗ̃ domos nr̃as exiremus ⁊ patriam relinqueremus vt iremus in iudeã: sic vidim⁹. s. postꝗ̃ illic puenimus. Et hoc signanter in ciuitate dñi virtutum: in ciuitate dei nr̃i. i. in Bethleem que hic appellatur ciuitas domini virtutũ: ⁊ ciuitas dei nostri: qꝛ Jesus xp̃s in Bethleẽ iude nascit. Seq̃tur. Deus fundauit eã ineternũ. i. ad hoc vt in ea nasceret xp̃s: ipsam ab eterno pre elegit et preordinauit. Non ergo fortuitu hoc factum est: sed magno dei consilio et eterna electione. Cur autem hoc: nõ est presentis speculationis.

¶ Moraliter. Multa hoim genera merito possunt dicere predictũ ỽbũ. sicut audiuimus ⁊c. Primo q̃dẽ viri literati et theologi recte possũt dicere. Sicut audiuimus ex serie veteris testamẽti tã ex figuris ꝗ̃ ex prophetijs q̃ de xp̃o ⁊ mysterijs noui testamenti scripte sunt: sic vidimus: supp. impletum. s. inter legendum dictum testamentũ. Secundo defunctoꝝ aie aliq̃d purgabile secũ deferentes post ꝗ̃ euaserunt penas purgatorij rõnabil'r possunt dicere. Sicut audiuimus: cum. s. adhuc essemus in mundo: de grauitate penaꝝ purgatorij: sic vidim⁹. i. taliter experte sum⁹: immo mł'to plura: eo ꝙ tales pene sufficienter narrari nõ possunt. Tertio btĩ in celo regnãtes iuste dicere possunt. Sicut audiuim⁹ de ĩeffabilitate gaudii celestis: sic vidimus: quinimo multo plura videm⁹ nũc ꝗ̃ audierim⁹ cũ in terris adhuc degeremus. In cuius figuraꝫ legr̃. iij. Reg. x. ꝙ postquã regina Saba venit ad Salomonẽ et vidit dispositionẽ dom⁹ sue: dixit ad eũ. Uer⁹ est sermo quem audiui in terra mea sup sermonib⁹ tuis: et sup sapiẽtia tua: ⁊ nõ credebã narrãtibus mihi donec ipsa veni/ et vidi oculis meis: ⁊ pbaui q̃d media pars mihi nunciata non fuerit. Et breuiter vt dr̃ Esaie lxiiij. itẽ. i. ad Coꝝ. ij: Oculus nõ vidit: nec auris audiuit: nec in coꝛ hominis ascendit: q̃ ꝑparauit deus his qui diligunt illū. Quorum bonorum nos participes efficiat ille qui in trinitate perfecta viuit ⁊c.

¶ Sermo secundus in die regum.

P Rocidẽtes adorauerunt eum. Matth. ij. Mos est presentis seculi quod nouo rege creato omnes vassalli eius festinant venire ad eum ad prestandum illi homagium in signum subiectionis: et fidelitatis: quia vt habetur. C. de inofficioso testamento. l. liberi: vassallus faciens amicitias cũ inimicis domini sui: perdit feudum: ita et rege Christo nato vassalli eius venerunt ad prestandum illi homagium. Sunt autem huiusmodi vassalli in triplici differentia: videlicet angeli/ iudei/ gentiles. Pro parte ergo angelorum venit illa multitudo celestis militie de qua legitur Luce. ij. Pro parte Judeoꝝ venerunt pastores: de q̃bus vbi supra. Pro parte autem gentilium venerunt tres reges orientales: secundum ꝙ longe ante prophetauerat p̃s.

dicens. Uenient legati ex Egypto: Ethiopia preueniet manus eius deo. Et notanter dicit ethiopia preueniet: quia reuera predicti reges qui erant ethiopes: preuenerunt quousque alios gentiles in susceptione fidei xpiane: et in muneribus offerendis regi xpo: q per manus designat. Et de pdictis regibus dr in themate preassumpto: q procidentes adorauerunt eu. Ecce homagiu qd xpo exhibuerunt.

¶ In pnti sermone deducendo euangelium hodierne celebritatis/ intedo tenere modu que obseruant iuuenes/ scholares parisieses in ludis et solatijs q hac die exercere solent vt freno scholastici laboris aliquantisper laxato et remisso: fiant postmodum in studio feruetiores et promptiores. Solent itaque tria gna ludo exercere. Horu aute noia vt facilius a lectoribus et auditoribus capiant: exprimere curaui iuxta vulgarem modu. Hec igitur sunt

Moralitas

Stultitia

Morisqua.

¶ Primus igr ludus vocat moralitas: q fit ad edificationem assistentium. Ad ppositu nrm huc ludu exercuerunt tres reges q venert adorare Xpm. Et iterum hic ludus multipliciter ptitus est: fm q dicti reges in tali veneratione multa obseruauerut: put tangit in pnti euangelio. Quemadmodum ergo in ludo moralitatis multa psonagia requiruntur: ita et suo modo in moralitate dicti euangelij multa psonagia reperiuntur admisso modo loquendi.

¶ Primu igit psonagiu vocatur promptitudo boni operis. Istud personagium exprimitur in euagelio cu in principio dr. Cu natus esset Jesus in bethlee in diebus Herodis/ regis: ecce magi ab oriente etc. Ac si aperte diceret euagelista q qrprimum dicti magi cognouerunt idicio stelle illis apparetis xpi natiuitatem: tuc subito aggressi sunt iter vt veniétes adorarent eu. Modus aut dicendi Chrys. super Mat. in opere incompleto homil. ij. est q stella apparuit magis plusque per annum ante xpi natiuitate. Sic enim dicit se inuenisse scriptu apud quendam auctore: que non expmit. sed comunior et pbabilior modus dicedi est q ipso die dnice natiuitatis pmo apparuit stella ipsis magis. Et consequenter. xiij. Die applicuerunt in Bethleem/ vt dicit Glos. ordin.

¶ Querit quare potius euagelista describit presens mysteriu factu fuisse in diebus Herodis regis: q in diebus Augusti imperatoris: maxie cu a digniori debeat fieri denoiatio. Responsio: ita dictum est ad ostendendum prophetiam Jacob esse copletam de qua Gen. xlix. Non auferetur sceptrum de Juda: et dux de femore eius: donec veniat q mittendus est: et ipse erit expectatio gentium. Ita autem tpe ipsius Herodis ablatu erat sceptru regale de Juda: quia ipse Herodes erat alienigena: constitutus tn super Juda per impatore Romanu. Et ideo patet q ille natus erat qui erat i lege promissus iudeis.

¶ Moralr. Per hoc q ta prom=

pte ꝛ diligẽter Magi venerunt ad xp̃m adorãdum ꝛ munerã-dum: dat nobis itelligi ꝙ prõ-pte ꝛ sine recalcitratione atqꝫ mora debemus querere dñm: ꝛ venire ad ipsum: etiam ab o-riente.i.ꝗꝫ primũ incipit ĩ nobis oriri sol discretionis ꝛ vsus rõ-nis. Sic em̃ agẽtes facile cum cum Magis inuenim⁹/ dicente scriptura Prouer.viij. Qui ma-ne vigilauerint ad me: inueni-ent me. Sic ꝫ quesiuit dominũ rex Josias: de quo legit.ij. Pa-rali.xxxiiij. ꝙ octauo anno re-gni sui cũ adhuc esset puer ce-pit q̃rere Deũ pr̃is sui Dauid. Sed pfecto multi tardãt q̃re-re dñm ꝛ venire ad ip̃m ꝗusqꝫ sol occidat sup eos.i. vsqꝫ in fi-nem vite. Et tales vix aut nũqꝫ inueniant ip̃m: et hoc regulari-ter: sed tales derelinquuntur a dño: ꝛ moriuntur in pctis suis. Ne tardem⁹ igit charissimi cõ-uerti ad dñm: ꝛ ne differamus de die in diẽ: ne subito veniat ira eius ꝛc. Eccl'i.v. Propterea de regu.iur.li.vj. dicitur quod mora sua cuilibet est nociua.

¶ Scdm psonagium p̃ntis mo-ralitatis vocat prudẽs inquisi-tio. Et istud psonagium tãgit i p̃nti euang. cum dr: Ecce magi ab oriẽte venerũt hierosolymã dicentes. Ubi est q̃ nat⁹ ꝛc. Po-tius aũt venerunt in hierusalẽ ꝗꝫ in aliã ciuitatem: eo ꝙ erat metropolis Judee et precipua ciuitas: in qua Herodes rex re-sidebat: pariter ꝛ pontifices tẽ-pli. Modo in talibus ciuitati-bus cõiter audiuntur noua de reb⁹ magne importantie ꝛ seq̃-le: cuiusmodi erat i proposito.

¶ Et nota ꝙ iste terminus ma-gus est nomen equiuocũ ad il-lusorem: maleficũ: ꝛ sapientem. Dicũt ꝫ aliqui ꝙ isti reges q̃x ista sunt noĩa: Melchior: Bal-thasar/ Jaspar: prio q̃dẽ dicun-tur magi.i. illusores ab effectu eo ꝙ illuserũt Herodẽ.s. reuer-tẽdo p aliã viã in regionẽ suã. vñ Mat.ij. dr de Herode ꝙ vi-dẽs ꝙ illusus esset a magis ꝛc. Scdo dñr magi.i. malefici. vñ Exo.vij. magi Pharaonis vo-cant malefici ꝛ incantatores. Isti ꝫ reges prius q̃dẽ fuerant malefici ꝛ incantatores: scdm Chrysost. vbi supra: sed postea conuersi sunt a maleficijs suis. Quibus etiã voluit dñs reuela-re natiuitatem suã: ꝛ eos ad se adducere/ vt per hoc preberet pctõribus fiduciam reuertendi ad eũ. Tertio dicũtur magi.i. sapientes siue in sapientia ma-gni. Erãt enim astrologi ꝯtem-plantes cursum sidex: ꝛ expe-ctãtes videre illã stellã de qua predixerat lõge ante Balaam: de cuius semine descenderant. Orietur inquit stella ex Jacob. Num.xxiiij. Hanc itaqꝫ stellaꝫ cũ vidissent in celo aereo resi-dẽtem: mox venerũt ab oriente Hierosolymã dicentes. Ubi est qui nat⁹ est, rex iudeox? Tem-pus quidem natiuitatis Chri-sti cognouerãt. pariter ꝛ regio-nem: sed locum in particulari seu ciuitatem ignorabant.

¶ Moraliter. Per p̃cedẽtia in-struimur libẽter inq̃rere a pe-ritis ꝛ doctis de his q̃ ꝯferunt ad fidem catholicã ꝛ salutem/ modo tñ: ꝛ fine debito: vez vt pficiamus: ꝛ nõ ex humana cu-riositate. Deu.xxxij. Interro-ga p̃rem tuum: ꝛ annũciabit ti-

bi/maiores tuos:ꝛ dicent tibi. Istud est contra multos elatos ꝛ presumptuosos q̄ erubescunt ignari et indocti videri: sicut sunt multi imperiti clerici:predicatores / medici / chirurgici / causidici:confessores ꝛ prelati. Ob quam causam multa incōmoda tam spiritualia quam tēporalia ꝛ corporalia sequūtur frequēter ex consilijs taliū presumptuosoꝝ:cum tamen dicat Job.xxix. Causam quam nesciebā:diligētissime inuestigabā. ❡ Tertium personagium hui⁹ moralitatis appellatur mirabilis ꝯstātia. Et istud personagiū tāgit in ṽbis p̄dictis:cuȝ dicti magi aiūt ad Herodem regem Ubi est q̄ nat⁹ est rex iudeorū? Non ḡ xp̄m occulte querebant sed palā interrogabant. Herodis crudelitatem nō formidantes: q̄ tot innocentes postea ꝓpter xp̄m occidit. Et quāuis regnuȝ iudeoꝝ inuasisset:non tñ formidabāt eū nō legitimū regem ostendere. cum. s. alium ab eo regē legitimū:et cui ex natiuitate regnum debebatur/aperte ꝓnūciāt. Ipse ṽo alien⁹ erat a gente iudeorum vt prius dictū est. Chry. aūt vbi. s. vcȝ sup Mat. in ope incōpleto. homilia iij. facit talem admirationem. Nūquid nesciebāt Magi qꝛ in Hierl'm regnabat herodes? nūquid non intelligebant iustitiā legis:quia quicūqȝ rege viuēte alterꝝ regem pronunciat aut adorat: punit morte. Sed ꝓfecto dū considerabant regē futuꝝ:nō timebāt regem p̄ntem. Sȝ nūq̄d habebant pre oculis periculū mortis cū talia dicebāt? Certe nō curabāt de morte. Si enim curassent de morte nunq̄ȝ talia loqui ausi fuissent. Nōdum eñ viderāt xp̄m:et tñ iam parati erant mori pro eo. O beati magi:qui ante conspectum crudelissimi regis anteq̄ȝ xp̄ȝ cognoscerent:ipsius xp̄i facti sunt confessores. Hec Chry. vbi. s. Ecce Magoꝝ constantia mirabilis ꝛ insuperabilis.

❡ Moraliter. Debem⁹ imitari hos venerabiles ꝛ sctōs reges in virtute ꝯstātie:ita. s. q̄ metu potētie magne non desistamus a ꝯfessione veritatis: Nā ꝛ sancti dei martyres per hunc modum ad regna celestia peruenire meruerunt. Et vt dicit beatus Thomas. ij. ij. q. clxxiij. ar. iij. constantia est virtus faciēs firmiter ꝑsistere in bono inceꝑto: non obstantibus exteriori bus periculis ꝛ impedimentis. Sed profecto in valde paucis reperitur hec constantia quinimmo maior pars hoim q̄ bonū inchoauerit:ab illo cito modica occasiōe data desistūt. ps. defecit i salutare tuū aīa mea.

❡ Quartum personagium moralitatis euangelij hodierni appellatur veritatis confessio. Et istud ꝑsonagiū tāgit cū subditur. Uidimus stellā ei⁹ i oriēte: ꝛ venimus ꝛc. Qꝛ enim interrogare eos poterat Herodes cur. s. inquirūt vbi natus sit rex iudeoꝝ:ideo interrogationem eius ꝑueniētes:veritatē ꝯfitentur dicētes. Uidim⁹ stellā eius in oriēte:ꝛ venim⁹ adorare eū. Duo ḡ cōfitentur. Primum est indiciū de celo:qꝛ vidimus stellam eius. Scdm:bona ꝛ sancta intētio/qꝛ venim⁹ adorare eū. Quo ad primū notanduȝ scdm

beatum Maximum in quodam ser. q̄ incipit. Salutare. ꝙ magi recte loquunt̄ dicentes. Vidimus stellam eius: q2 reuera bene eius d2: q̄ specialiter eius nunciabat aduentum. Nā cetere stelle facte sunt vt mundi huius cursus tp̄a ꝗ distinguerent. Hec aūt ꝑdire iussa est vt ipsuz mūdi dn̄m ꝛ regni celestis ad esse tēpus ostenderet. Hec ille. Quo ad scd̄m sil'r notandum ꝙ dicti magi rationabilit̄ loquuntur cum subiungunt. Et venimus adorare eum.s.xp̄m: q2 in noīe eius oīe genu flecti debet tam celestiū q̄ terrestrium: q̄ deniq̄ infernoꝝ: vt h̄r ad Philip.ij.ꝛ in ps.lt. Adorabunt eū oēs reges: oēs gentes seruient ei:saltem de iure: q̄uis nō vniuersaliter de facto.

¶ Moralit̄. Per liberam et veram magoꝝ confessionē instruimur fateri veritatem quotiens opus fuerit:nūq̄ aūt loqui mēdacium: aut scienter negare veritatē agnitā:q2 vt h̄r ad Rom. x. Ore confessio fit ad salutem. Et istud est contra mendaces periuros ꝛ falsos testes.

¶ Quintum personagium presentis moralitatis appellatur celica ꝓductio. Et istud ꝑsonagium tangit̄ cū subdit̄ in euāgelio paucis interpositis. Et ecce stella quā viderant in oriente: antecedebat eos vsq̄ dū veniēs staret supra vbi erat puer. Super quo maxim⁹ vbi supra: Nūquid nō dicere videbatur: Hic est puer quem natum testabar e celo? Hic est rex ille magnus qui venit celesti imperio regnū sociare terrenū. Hec ille. Et nota ꝙ predicta stelle statio supra locum in quo puer xp̄us erat:facta est ministerio angeli ꝯducēt̄ eā: vl' forsan solo nutu diuino. Non est tn̄ intelligendum ꝙ steterit immediate supra presepe in quo iacebat puer cum matre sua: sed aliquantulum eleuata erat in aere respiciente predictum presepe.

¶ Moraliter. Stella cōducens magos vsq̄ ad locum in q̄ erat christus: designat fidem q̄ conducit fideles vsq̄ ad portam paradisi vbi regnat puer xp̄s gloriose. Predictum tamen locum minime ingreditur. q̄a ipsa in patria enacuat̄. dicente ap'lo.j. ad Coꝛ.xiij. Cū venerit qd̄ ꝑfectuz est euacuabitur quod ex parte est. Est ergo simile quodammodo de fide sicut de amicis defunctorum qui conducūt corpora eorum vsq̄ ad sepulchrum:sed illic cum illis nō ingrediuntur.

¶ Sextum personagiū presentꝭ moralitatis vocatur cordis leticia. Quod quidē personagiū tangitur cum subditur in euangelio. Videtes autē stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Forsan enim credebant magi ꝙ stella se abscōdisset ab eis in introitu ciuitatis hierusalē propter eorum culpam:aut q2 consuluissent regem Herodem de loco natiuitatis regis iudeorū. ꝛ ꝙ vlterius non essent eam visuri. Postq̄ ergo illis egressis de dicta ciuitate eam iterū viderunt:gauisi sunt.

¶ Queritur quare h̄mōi stella subtraxit se ab oculis magorū: cum primum ingressi sunt ciuitatem Hierl'm. R̄ndetur ad hoc ꝙ ꝑpter tria. Primo q̄dem

hiū

ad insinuandum q in percipiendis diuinis illuminationib⁹ et secretis: interdum simplices et illiterati preferuntur doctis et sapientibus: fm illud Luce.x. Abscōdisti hec a sapientibus ꝛ prudētibus: ꝛ reuelasti ea paruulis. Et si dicat q hec rō non habet locū in ꝓposito: maxime cum ipsi magi essent in sapientia magni: respondetur q erant sapientes astrologi: erant tñ in sacra scriptura imperiti quam optime nouerant sapientes iudeoꝝ. Secūdo dicta stella tunc se subtraxit ab oculis magoruꝫ vt cogerentur xp̄um inquirere ꝛ sue natiuitatis locū ex ipsa lege: ꝛ et sic haberent de hoc duplex testimonium: scꝫ stelle ꝛ legis. Tertio hoc ideo factum est quia signū gentibus datum nō debuit apparere domesticis legū ꝛ ꝓphetarū. i. iudeis: quia si ipsi Moysen et prophetas non audiunt: neqꝫ si q̄s ex mortuis resurrexerit: credunt. vt dictum est diuiti epuloni in tormentis existenti. Luc. xvj.

¶ Queri etiam posset quid factū sit de predicta stella completo officio suo. Respondetur sustinendo illam cōmunem opinionem que dicit q dicta stella fuerat de nouo ꝓducta: q completo officio propter quod producta fuerat: tūc mox rediȷt in preiacentē materiam: sicut creditur factū fuisse de columba ī qua apparuit spiritussanctus super xp̄m dum baptizaretur. Aliȷ aūt dicūt (put refert Guilielmus in suo ratiōali) q cecidit in puteum quēdam: vbi adhuc dicitur apparere: solis tamen virginibus.

¶ Moraliter. Notandum iuxta predictum verbum. Videntes stellam gauisi sunt ꝛc. q triplex est stella: vcꝫ sp̄ūalis, virginalis, diuinalis. Prima est fides catholica. Scđa virgo Maria. Tertia xp̄us. De prima scribit Apoc. vlt. Ego sum stella splendida ꝛ matutina. De scđa canit ecclesia in hymno dicens. Aue maris stella dei mater alma. De tertia pōt intelligi illud Eccli. l. Quasi stella matutina in medio nebule. Ac si apte diceret q xp̄i diuinitas est in medio sue humanitatis p vnioneꝫ hypostaticā: sicut stella matutina in medio nebule latitans. Nos ḡ xp̄iani videntes in cordib⁹ nr̄is stellā fidei catholice debemus gaudere gaudio magno: de hoc grās deo agentes q̄ dictā stellā posuit intra nos Causa aūt tanti gaudiȷ est: qꝛ deus non fecit taliter omni nationi. Secūdā aūt stellam pariter ꝛ tertiam vident aperte clare ꝛ nude beati in celo: ꝛ inde gaudēt gaudio magno valde. Plus tñ multo gaudēt de visione tertie stelle q̄ꝫ secūde: qꝛ visio tertie stelle est tota merces.

¶ Septimū personagium presentis moralitatis vocat societatis honestas. Et istud ꝑsonagiū tangitur in presenti euangelio cū dicitur de magis q intrantes domum. i. locum pauperculum in quo natus est xp̄s inuenerunt puerū cum Maria matre eius. Querit autem glosa ordina. cur puer xp̄s non est inuentus a magis cum Maria ꝛ Joseph. Et respondet q hoc ideo factum est ne inde daretur aliqua suspicio mali ipsis regi-

bus. De loco aūt in quo reges xp̄m inuenerūt loquēs Chrys. vbi supra dicit sic. Nunquid reges viderūt palatiū marmoribus splendidū? Nunquid inferm eius diademate coronatā? aut in lecto aureo recumbentem? Nūquid inuenerūt puerum auro ꝛ purpura inuolutū? Nūq̄d regiam diuersis populis resonantē? Non. Sed quid? pandochium tenebrosum ꝛ sordidum atq magis aīalibus q̄ hoibus aptum: in quod nemo contētus erat secedere: nisi itineris necessitate coactus. Matrem ei⁹ vix tunicā vnā habentem: non ad ornamentū corporis: sed ad tegumētū nuditatis ꝓficientē: ꝛ qualē habere poterat carpentarij vxor peregre constituta. Viderūt etiā puerū pannis sordidis inuolutum: et in sordidiore presepio reclinatum: q2 loc⁹ ille sic erat angustus vt nec ponendi infantis spatium inueniretur. His ergo non obstātibus nihilominus ipsum puerum crediderunt esse dei filiū et regem celoꝝ: solius stelle testimonio contenti. Quem etiā spūs in corde eorum loquens monstrabat. Hec ille.

¶ Octauū personagiū hodierne moralitatis appellat honoris exhibitio. Et istud personagium tangitur in Euāgelio cū dicit. Et procidentes adorauerunt eū: scʒ adoratione latrie q̄ soli deo debetur. Et nota q dicit ꝓcidentes .i. procul cadentes: ꝛ hoc in signum humilitatis: sine qua nullus vere adorat: vt dicit glo. interli. Et nota q humilitas regū qui cadentes in terram .i. genu flectentes adorauerunt puerū Jesum: est valde commendabilis eo q reges erāt. Secus autē de pastoribus venietibus ad xp̄m recenter natum: qui simplices erant ꝛ de infima plebe. De quibus tn̄ non legit q ꝓcidētes adorauerint xp̄m: vt ptʒ intuenti textuʒ Luc. ij. Ex quo ptʒ q magi cognouerunt xp̄i diuinitatem per interiorē reuelationē. Cum eñ viderēt puerum pannis inuolutum: in gremio paupercule matris positū: nullū regie dignitatis super se habentē signum: non est verisimile q tantam ac talem reuerentiā illi exhibuissent nisi interiori reuelatione in eo aliq̄d supra hoiem cognouissent. Unde Leo papa in sermone huius diei dicit sic. Adorant magi in carne verbum: in infantia sapientiā: in infirmitate virtutem: in veritate homis thronū maiestatis. Itē Chrys. super. Mat. in opere incōpleto. Putas inquit q magi adorassent infantem nō intelligentem adorationis honorē: nisi aliq̄d diuinū credidissent in eo? Ergo non pueritie detulerunt honorē nihil intelligenti: sed eius diuinitati omnia cognoscenti. Hec ille.

¶ Moralr. Reges et principes nobiles atq potētes huius sc̄li habēt in istis regib⁹ exēplū humilitatis: etiā q̄tuncūq magni sint dicente etiā scriptura Eccle. iij. q̄to magis es: humilia te in omnibus: ꝛ corā deo inuenies grām: qm̄ magn⁹ potentia dei soli⁹: ꝛ ab hūilib⁹ honorat. Nā vt dicit deuot⁹ Berñ. super Missus est. nō magnum est esse hūilē in abiectione: sed magna

⁊ rara virtus est humilitas honorata. Item Grego. in mora. lib.xxi. ca.xi. Potētibus(inq̄t) viris magna est virtus humilitatis:cōsiderata qualitate conditionis.hec ille.

¶ Moral'r. Qui vult inuenire Iesum.i.salutē eternam:oportet ꝙ ipsum querat in societate Marie.i.cū amaritudine ⁊ dolore de peccatis. Item oportet ꝙ ipsum querat in p̄sepio.i.in loco paupertatis:quia vt dicit Augusti. ad fratres in eremo ser.xliiij.qui intitulatur de modo querendi xp̄m:magi non inuenerunt xp̄m natū in preciositate pannoꝝ:non in multitudine seruorum: nō in thalamo picto:nō in lecto eburneo:non in aula regia.Hec ille.

¶ Nonū personagiū presentis moralitatis vocat̄ copiosa liberalitas. Et istud personagium tangitur in euāgelio cū subditur. Et apertis thesauris suis obtulerūt ⁊c. Queri potest cur reges regi xp̄o obtulerūt munera. Respōdet Guillelmus in rationali diuinoꝝ officioꝝ:allegando venerabilē Bedam: ꝙ hoc ideo: quia antiq̄tus nullus vacuus intrabat ad regem. Et hanc consuetudinem Perse et Chaldei maxime obseruabant Potest etiam ad hoc assignari ratio moralis: vt scilz per hoc significet̄ ꝙ populus Christianus veniēs in domū ecclesie:et signanter in die festo: dz aliq̄d dn̄o offerre: maxime cum scriptum sit Exod.xxiij. Item Ecclesi.xxxv. Non apparebis in conspectu dn̄i vacuus.

¶ Moraliter. Notandum ꝙ de oblatione magorū facta Christo: multa laude digna exprimuntur in presenti euangelio. Primū est donoꝝ magnificentia: q2 (apertis thesauris.i.) Et istud militat contra nobiles et diuites auaros qui tp̄e egestatis claudunt horrea sua: expectantes ampliorem bonoꝝ caristiā. Et talesmaledicunt̄ tam a deo q̄ȝ a populo: iuxta illud Prouerb.xi. Qui abscondit frumēta: maledicetur in populis. benedictio autem super caput vendentiū. Secūdum est donoꝝ p̄prietas:q2 (suis.) Et istud est cōtra multos q̄ faciūt eleemosynas ⁊ oblationes suas de rapina ⁊ vsura:cum tamen dicat scriptura Eccli. xxxiiij. ꝙ qui offert sacrificium ex substantia pauperis: quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Tertiū est in dando discretio: quia (obtulerunt ei) scilz Iesu xp̄o in pauperculo ⁊ exiguo diuersorio cōstituto: et multā penuriā patienti vna cū pia matre sua. Et istud est cōtra morē hoīm mundanorū qui faciunt magna banqueta diuitib⁹ qui vix dant micam panis pauperibus:cum tn̄ dicat p̄s. de viro iusto: ꝙ dispersit dedit pauperibus:⁊ ideo iusticia eius ⁊c. id est premiū celeste quod redditur pro tali bono ope iustitie: manet in seculū seculi. Et ideo xp̄s Luc.xiiij. circa hoc dat salubre cōsiliū dicēs. Cum facis prandium aut cenam: noli vocare amicos tuos: neq3 fratres tuos:neq3 cognatos tuos / neq3 vicinos/neq3 diuites/ne forte ⁊ ipsi te reinuitēt: et fiat tibi retributio. Sed cū facis conuiuium:voca pauperes / debiles

claudos/ et cecos: et beatus eris: quia nō habent retribuere tibi: retribuet enim tibi in retributione iustorum. Hec ibi. Quartum est grata oblatio: quia (munera) gratis enim obtulerunt xpo quicqd ei obtulerūt: et non spe mercedis temporalis. Et istud est contra multos/ qui aliis benefaciunt vt beneficium maius recipiant: cū tamen dicat Seneca libro primo de beneficiis. Hec inquit est virtus dare beneficia non vtiq3 reditura. Quintum est donorum et oblationis copia: quia (aurū: thus/ et myrrham.) Et de istis tribus muneribus canit ecclesia in vltimo responsorio matutinarū huius festi: ita dicens. Tria sunt munera pretiosa que obtulerunt magi dño in die ista: et habent in se diuina mysteria. In auro ostenditur regis potentia: in thure sacerdotē magnū considera: et in myrrha dominicam sepulturā. Isti ergo reges obtulerunt Christo aurum tanquā regi magno: quia etiam antiquitus Perse a quibus processerant dicti reges: quoties intrabant ad regē: illi offerebant aurum si erant diuites. Thus quod in sacrificio dei ponitur. immolabāt vt deo. Myrrham in signū q erat moriturus pro salute hominum. O quis explicet quali gestu: q3 blanda facie infantulus ille Jesus magos excipiebat? Quis etiam excogitare valeat q3 grauissima et admiranda fuerunt ad magos responsa modestissime virginis? Quis denique digne inuestigare sufficiat magorū ad puerū xp̄m reuerentiam/ pium intuitum/ et honorem?

¶ Queritur circa hoc vtrum quilibet regum obtulerit tria predicta: vel vnus vnū: et alius aliud: atq3 alius aliud. Rñdet ad hoc diuersimode a diuersis. Quidā enim dicūt q vnus eorum obtulit singula munera pro omnibus. Alij dicunt q vnus obtulit aurū: alius thus alius myrrham. Alij dicunt: vt de lyra: q quilibet eorū obtulit tria predicta. Aurū quidem ad sustentationē pauperis matris et filij. Thus cōtra fetorem loci. Myrrham ad solidandū tenera mēbra pueri recenter nati. Et sic patet ad quesitum.

¶ Moraliter. Notādū q quilibet nostrum debet tria predicta munera offerre dño: videlicet aurum/ thus/ et myrrham Per aurū quod est pretiosum inter omnia metalla: item virtuosum: quia medicinale: item vtile/ quia cum illo emitur pinguis hereditas: intelligit charitas: que pretiosior et maior est inter omnes virtutes. i. ad Cor. xiij. Maior horū est charitas. Item est valde virtuosa: quia operit multitudinem peccatorum: vt habetur. i. Petri. iiij. Item est valde vtilis ad emendum hereditatem celestē. Unde de anima deuota dicitur Prouerb. vltimo q considerauit agrum: supple celestem: et emit eum: scz per opera charitate informata. Per thus quod solet in sacrificio offerri domino: designatur deuota oratio: et hoc propter tria. Est enim thus positum super viuos carbones redolens / purgans diffundens supple seipsum. Sic et

oratio facta in charitate que est tanq̄ carbo viuus: valde re dolet in cōspectu dei ꝛ sanctorum eius. Psalmista. Dirigatur oratio mea sicut incensum ꝛc. Item hmōi oratio purgat: et fugat serpentes infernales: iuxta illud Marc.ix. Hoc genus demoniorum non eijcitur nisi in oratione ꝛ ieiunio. Item huiusmodi thus orationis debet esse omnibus commune: et ad omnem partem diffundi: scȝ a dextris ꝛ sinistris. Hoc est dicere ꝙ debem⁹ orare pro amicis ꝛ inimicis nostris: put nobis precepit Christus Mat.v. Per myrrham que est vnguentum amarum: designatur penitentia que est vnguentū anime peccatricis. Qḋ quidē vnguentum dȝ esse amarum: ſm illud Hiere.ij. Scito ꝛ vide quia malum ꝛ amarū est: id est esse dȝ: reliquisse te dn̄m deum tuum. Studeat ergo vnusquisq̄ offerre Jesu Christo aurum preciose charitatis: thus deuote orationis: ꝛ myrrham contritionis cordialis.

¶ Decimum personagiuȝ sepe dicte moralitatis hodierni euāgelij dicitur prompta obedientia. Quod quidē personagium exprimitur in fine euangelij cum de regibus dicitur ꝙ responso accepto in somnis ne redirent ad herodem: per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Conceperat enim fallax Herodes interficere puerum inuentum a magis: similiter et eosdē de ipso Christo loquentes. Propter qḋ bonitas ꝛ benignitas dei huic tante malitie obuiare volēs monuit ip̄os magos ne ad Herodem redirent. Nec vt dicit Chrysostom⁹ vbi supra frequenter allegatū est: scandalizati sunt dicti magi in seipsis dicentes: Si puer iste magnus est vt signū testatur de celo: que necessitas fuge est ꝛ occulte recessionis? In super q̄uis via reditus eorum quam acceperūt in somnis siue immediate a deo: siue forte ab angelo dei nuncio: fuerit prolixior: ꝛ forsan difficilior priori via qua venerant: non tn̄ contradixerunt: sed protinus eam arripuerunt. Per quod instruimur in oibus operibus nostris q̄tūcūq̄ difficilibus ꝛ arduis diuinā voluntatē acceptare: et nostram postponere.

¶ Moraliter. Per magos qui per vnam viam venerūt: ꝛ per aliam viam reuersi sunt in regionem suaȝ: designatur ꝙ illi qui per viam diaboli seu vitij ambulauerunt/ tendētes in infernum: debēt per aliam viam priori contrariam: vcȝ per viā penitentie ꝛ virtutis redire in regionem suam: id est in paradisum: siue ad priorem statū in quo erant quo ad vite meritū priusq̄ peccarent: quia inuento Christo per gratiā / nō licet redire ad Herodem: id est ad diabolū. Uerbi gratia: si cecidisti per superbiā: debes redire ad deum per obedientiam ꝛ humilitatē. Si per auaritiā et rapinā: debes ad deum redire per liberalitatē ꝛ eleemosynarum largitionem. Si per luxuriam: debes redire per castitatem. Si per gulam: debes redire per ieiunium ꝛ abstinentiā. Si per iram/ ꝛ rancorē: debes

redire per fraternam charita-
tē: ⁊ sic de alijs vitijs ⁊ ỽtutib⁹
sibi oppositis. Est tamen vnus
communis ⁊ generalis modus
reuertendi ad deum qui fit per
penitentiam: a quo tamen con
tingit recedere per septem vias
id est per septem peccata mor-
talia. Et ad hoc propositū po-
test intelligi illud Deuterono-
mij.xxviij. Per vnā viam egre-
diaris cōtra hostes tuos: ⁊ per
septem fugias: ⁊ dispergaris per
omnia regna terre. Ad propo-
situm via per quam egredimur
cōtra hostes nostros demones:
est via penitentie. Septem au-
tē vie per quas fugimus: supp.
a domino: septē sunt capitalia
peccata per que dispergimur
et ruimus de peccato in pctm̄.
⁊ de malo in peius. Et sic patet
diffuse moralitas euangelij hu
ius diei cum decem persona-
gijs suis.

¶ Secundus ludus quem ex-
ercent scholares parrhisienses
in festis regum: vocatur stulti-
tia. Hunc autem ludum ad pro
positum nostrum exercuit in
ppria rex Herodes: quod fuit
valde vituperabile cōsiderata
ↄditione persone: ⁊ officij qua-
litate. Hui⁹ ergo stultitia osten
dit dupliciter in presenti euan-
gelio.

¶ Primo quidē quia audiens
magos inquirētes et dicentes.
Ubi est qui natus est rex iudeo
rum? turbatus est: timens for-
san ne Christus vellet subripe-
re regnū eius: videlicet regnū
iude quod tenebat a Romano
imperatore. Nā vt dicit hic gl.
ord. cum ipse esset alienigena:
volebat tanq̄ legitimus rex vi-
deri. Propter qđ codices qui-
bus genealogia regum iudeo-
rum texitur: cremauit. Sed val
de stulte agebat dū de hoc an-
xiabatur ⁊ turbabatur: q2 xp̄s
non veniebat eripere mortalia
⁊ caduca: q̄ regna dat celestia
Unde cum Pilatus eum inter-
rogasset si rex esset: respondit
sic esse. Ueruntamē regnū meū
(inquit) non est de hoc mundo.
Joan.xviij.

¶ Moralit. Per hoc q Hero-
des rex turbatus est forte arbi
trans insidias sibi parari: desi-
gnat q reges ⁊ pricipes viuūt
semper cum periculo ⁊ timore:
q2 vt dicit Chry. vbi supra: sem
per grandis potestas maiori
timori subiecta est. Et dat ibi
exēplum de arboribus in alto
plātatis: que magis pelluntur
a ventis ⁊ facilius eradicātur
e terra q̄ q̄ in loco humili sunt
plantate.

¶ Secūdo stultitia herodis in
hoc ostēdit q cū audisset a do-
ctorib⁹ legis q xp̄s in bethleē
iuxt pphetiā Michee nasci de-
beret: dixit magis: ite et inter-
rogate diligenter de puero: vt
ego veniens ⁊c. Magna certe
stultitia: deuotionem promitte
re ⁊ gladiū acuere: atq3 mali-
tiā cordis depingere colore hu
militatis: vt dicit glo. ordi. Nō
enim intendebat ad xp̄um ve-
nire vt ipsum adoraret: sed vt
eum occideret. O magna He-
rodis stultitia. Nō enim est con
silium aduersus dominū. Dic
si vis de alijs duabus stultitijs
Herodis. Prima fuit de strage
Innocētū cū quibus interfecti
sūt pprij filij sui. Scđa de ↄdu
ctione nauiū tharsensiū: et hoc

Postq̄ vidit q̄ magi non redibant ad eū. Nam per talē adustionem voluit impedire reditū eorū ad propria: eo q̄ oporteret eos transfretare mare. vñ ps. In spū vehementi cōterens naues tharsis. Et sic ptz de quadruplici eius stultitia.

¶ Tertius ludus quē exercent iuuenes scholares parisiēses i festis regū: vocatur morisqua. Hunc autem ludum quodammodo exercuit stella que apparuit magis. Nam sicut in ludo seu chorea que morisqua vulgo dicitur: personagia aliquando antecedūt: ⁊ aliquando retrocedūt: aliquādo nō videntur: et aliquando palā se manifestant: nec vniformiter incedunt: sic etiam suo modo fuit de stella que magis apparuit. Nam eam viderūt in oriente, et deinceps quousq̄ ingressi sunt Hierusalē. Et tunc eam non viderunt. Tandē illis inde egressis iterū eā viderunt quousq̄ staret supra vbi erat puer. Cōpleta aūt adoratione nusq̄ cōparuit: sed redijt in preiacentem materiā ⁊ naturalem: vt dictum est.

¶ Moralr. Notandum q̄ sicut est triplex differentia stellarum materialium: scilicet stantium sicut sunt stelle celo affixe: que etiam dicuntur stelle a stando: errantium sicut sunt comete q̄ vulgo appellantur et nominantur stelle: ⁊ qui non mouentur vniformiter: fantasticarum sicut sunt quedam impressiones aeree que interdum descendūt ad modum stellarum. Ita etiam triplex est differentia stellarum spiritualium. Prime vocantur stantes: quales sunt iusti qui stant ⁊ perseuerant in bono quod inceperunt. Et tales sunt valde pauci quia vt dicit Augusti. ad fratres in eremo. ser. viij. qui intitulatur de perseuerātia. Multorum incipere fuit: sed perseuerantium paruus est numerus. Secunde stelle spirituales vocantur errantes: quales prohdolor sunt multi inconstantes in bono: qui hodie lachrymantur cum Magdalena peccatrice: et cras saltāt cum herodiade. Tertie vocantur stelle fantastice: quales sūt hypocrite q̄ aliter apparent ⁊ aliter existūt. Auertat ergo dñs a nobis ne sim⁹ tales stelle fantastice aut errātes: sed poti⁹ simus de forma ⁊ cōditione stellarū stātiū vt perseuerādo in bono incepto: tādē peruenire valeamus cū trib⁹ magis (quorū corpora habentur. Colonie) ad regnum celestis glorie. Quod nobis concedat qui ⁊c.

¶ Sermo de beato Sebastiano.

Posuit me quasi signum ad sagittam. Threnorum tertio. Hodie in sancta ecclesia fit festum de duobus gloriosis martyribus: Fabiano. s. ⁊ Sebastiano: quorū primus fuit pontifex summus: secundus miles egregius. Non est tamen intelligendum quod eodem tempore passi sint siue in eodem loco: aut sub eodem tyranno. Nam beatus Fabianus passus est anno domini. ccliiij. Beatus autem Sebastianus anno domini. cclxxxvij. Similiter non sunt passi in eo-

dem loco: quia Fabianus Rome: Sebastianus apud cathacumbas. Item non sunt passi sub eodem tyranno: quia Fabianus sub Decio imperatore: Sebastianus vero sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus. Ueruntamen sub eodem die colitur eorum festum: eo scilicet quod eodem die post plurium annorum revolutionem passi sunt. Sed omissa historia beati Fabiani tamen ad presens loquemur de beato Sebastiano: quem precipuo honore veneratur vniuersus populus christianus: et hoc propter singularem gratiam quam obtinet apud dominum pro suis famulis: vt scilicet preseruentur a peste. De quo dicit thema preassumptum in persona illius. Posuit me supple dominus quasi signum ad sagittam.

¶ Notandum est ergo quod dominus posuit beatum Sebastianum quasi signum

Humiliationis
Discretionis.
Uirtutis.
Perfectionis.
Operationis.
Tolerationis.

¶ Primo igitur dominus posuit beatum Sebastianum tanquam signum humiliationis. Sunt enim quatuor que multis sunt occasio superbiendi:

videlicet
Generis nobilitas.
Corporis formositas.
Officij sublimitas.
Diuitiarum largitas.

De primo loquens Gregorius in suo dialogo lib. ij. dicit quod nonnullis solet nobilitas generis parere ignobilitatem mentis: vt minus se in hoc mundo despiciant/qui plus se ceteris aliquid fuisse meminerint. De secundo loquens Ouidius libro de Fastis: dicit quod fastus inest pulchris: sequiturque superbia formam. De tertio loquens Aug. lib. viij. confes. dicit quod hostis antiquus plures tenet superbos nomine auctoritatis. De quarto loquens idem Aug. homilia. xiij. dicit quod vermis diuitiarum est superbia. Difficile ei est vt non sit superbus qui diues est. Hec ille. De hoc etiam loquens apostolus j. ad Tim. iiij. et alloquens discipulum suum Timotheum dicit sic. Precipe diuitibus huius seculi non alte sapere. Beatus autem Sebastianus habuit hec quatuor nec tamen inde superbiuit. Primo quidem fuit nobilis generis. Erat enim Narbonensis genere: ciuis mediolanus. Tunc autem temporis genealogia Narbonensium florebat apud Longobardos. Secundo habuit corporis egregiam formam. Tertio habuit officium sublimitate. Fuit enim capitaneus et director prime cohortis exercitus Diocletiani Imperatoris. Quarto habuit diuitiarum copiositatem: quia heres paterne successionis: que multa erat. Sed in his omnibus obseruauit veram humilitatem. Primo quidem non superbiuit de generis nobilitate considerans quod omnium est vna nascendi conditio: et moriendi vna conclusio: vt dicit Aug. ad fratres in eremo. sermo. xlviij. qui intitulatur de cura aie. Unde recte dicere poterat illud Sap. vij. Sum quidem et ego mortalis homo similis omnibus: et ex genere terreno illius qui prior factus est. s. Adam. Item ibidem. Unus est introitus omnibus ad vitam: et similis exitus. Secundo non super-

biuit de corporis formositate: attendens q vana est corporis pulchritudo: vt habetur Prouerb.xxxi. Hoc autem manifeste patet p hoc q corporis formositas ad modicam egritudinem tabescit et marcescit. Tertio non superbiuit de officij sublimitate animaduertēs quod omnis potentatus vita breuis. Quarto non superbiuit de diuitiarum abundantia: quia eas arbitrabatur tanq stercora. patet ergo quomodo in omnibus obseruauit humilitatem. Sic et diuites atq nobiles huius seculi illius exemplo debent facere si cupiunt post eum celū conscendere: quia datus est illis tanquam signum humiliationis.

¶ Secundo dominus posuit beatum Sebastianum quasi signum discretionis. Eius autē discretio apparuit precipue in tribus. Primo quidem quia elegit fieri miles Imperatoris: vt sub tali colore et palliatione commodius posset confortare pauperes christianos in carceribus imperatoris detentos et similiter in tormentis constitutos: ne scilicet victi asperitate cruciatuum: abnegarent fidem Jesu Christi. Et ideo quantum ad hoc fuit quodam modo similis illi sancto Thobie seniori, de quo legitur eiusdem .j.cap. q tempore captiuitatis Babylonice pergebat per singulas domos filiorum Israel qui erant in captiuitate: et monita salutis illis dabat. Item diuidebat illis de suis facultatibus prout poterat. Rursum corpora Judeorum qui ab inimicis trucidabantur, colligebat: et noctis silentio sepeliebat. Practica quomodo beatus Sebastianus in curia Diocletiani et Maximiani crudelissimorum tyrannorum degens sub militari habitu: hec oia exercebat circa captiuos christianos Ecce quomodo primo apparuit eius discretio. Nota circa hāc historiam de duobus fratribus christianis: vez Marcelliano et Marco: qui cum iussi essent decollari casu quo fidem non abnegarent: ad eos venerunt pater et mater: vxores ac filij, vt ipsorum animos a suo sancto proposito reuocarent. Cunque ad predictorum blanda verba cepissent sanctorum virorum corda mollescere: mox beatus Sebastianus qui aderat: prosiliens in medium dixit. O fortissimi milites Christi: nolite per misera blandimenta coronam deponere sempiternam. Nota de pulchro sermone quem tunc fecit btūs Sebastianus de contēptu mundi: vide in legenda aurea. Secundo discretio beati Sebastiani in hoc apparuit qr contempsit blanditias et pmissiones imperatoris terreni vt mereretur fieri miles imperatoris celestis: videlicet Jesu Christi. Tertio discretio eiusdem in hoc manifestata est qd contempsit vitam temporalem vt inueniret vitam eternā. Sic et nos facere debemus si cupimus esse milites Christi Practica singula.

¶ Tertio dominus posuit btm̄ Sebastianum quasi signum totius virtutis. Nam vt legitur in eius historia: erat mirabiliter moribus ornatus: et vir, to-

tius prudentie. In sermone verax: in iudicio iustus: in consilio prouidus: in commisso fidelis: in bello strenuus: aspectu angelicus: corpore integer: pietate magnificus: in bonitate conspicuus: in vniuersa morum honestate preclarus. Et per hec et his similia omnium in se prouocabat amorē. Vn̄ de eo legitur ꝙ Diocletianus Imperator ipsum inter omnes primos palatij sui semper habebat / et multa eius consilio agebat. Insup milites eum tanquam patrem venerabantur: et vniuersi qui preerāt palatio / precipuo ad ipsum ducebantur affectu. Et certe dignum erat vt quem deus perfuderat gratia: et tot prerogatiuis dotauerat: a cunctis amaretur.

¶ Moraliter. Cū audimus tot gloriosos titulos laudum ⁊ virtutum referri de sanctis dei amicis. debem⁹ toto cordis affectu anhelare post eos ad virtutum perfectionem: quia vt dicit Ambrosius libro de Joseph patriarcha cap. i. Sctōrū vita ceteris norma viuendi est ⁊ August. lib. viij. de trini. c. xvij. Summa inquit religionis est imitari quē colis. Sed ab imitatione vite sanctorum multi se excusant: dicentes illos fuisse multo nobis altiores: atque nobis esse impossibile illos imitari: et virtutis illorum tenere mensuras. Sed vt dicit Chrysostom. lib. i. de compunctione cordis. Nonne sancti dei amici eiusdē nature erāt cuius et nos? Nonne eadem via ingressi sunt hūc mūdum / qua et nos? Nōne eisdem cibis vtebātur: atque eisdem respirabant aerem? Nonne eisdem vite vsibus agebantur? Nonne aliqui eorum etiā coniugia experti sunt: et liberos procrearunt? Quidam vero ipsorum etiam opifices communium artium erant. Alij vero et lapsus perpessi sunt peccatorum. Sed multum insuper gratie illi acceperunt a domino. Sed quid dicis? Si enī mortuos suscitare iuberemur: aut oculos aperire cecorū / aut leprosos curare: aut claudos erigere: aut demones effugare / aliasque similes sanare egritudines: si operationum virtus quereretur: locum haberet tua responsio. Sed si vite atque conuersationis obseruantia a nobis requiritur: quid facit hec tua responsio? Tu enim accepisti gratiam per baptismum: et si non ad hoc vt signa faceres: tantum tamen quantum sufficeret ad hoc vt recte vite innocentiam custodires. Et ideo perditionis nostre nulla causa alia est quam negligētia atque desidia nostra. Nam Christus in die iudicij remuneraturum se dicit: non eos qui signa et prodigia fecerunt: sed tantum eos qui sua precepta seruauerunt: dicens: Venite benedicti patris mei. ⁊c. Nō dicet: quia mirabilia fecistis: sed quia esuriui: et dedistis mihi manducare: sitiui ⁊c. Ceterum ipsi sancti ꝙ miracula fecerunt: non proponuntur nobis in exemplū imitationis hac ratione quia signa fecerunt: hoc enī totum gratie dei fuit: sed in hoc ꝙ virtuosi extiterūt. Hec ille.

¶ Quarto dominus posuit btm̄ Sebastianū quasi signum apostolice gratie et perfectionis. De apostolis enim dñi legitur Act. ij. q̄ spūssanctus illis apparuit: et in eos descendit in specie ignis. Et tunc ceperunt loqui varijs linguis prout spiritussanctus dabat eloqui illis. Sic et de beato Sebastiano legitur q̄ cū hortaretur beatos martyres xp̄i Marcū et Marcellianū ad perseuerantiā: pariter ꝛ gētiles astātes ad fidē: subito per vnā fere horā splendore nimio de celo veniente: illuminatus est: ꝛ a septem angelis clarissimis/pallio candidissimo amictus/prout refert magister Martinus Francisci ordinis fratrū p̄dicatorū in ser. de eodē. Unde per illam illuminationē de celo descendentem super virū dei Sebastianum/denotabat q̄ erat repletus spūsācto: sicut Apl'i in die pentecostes. Et p hoc q̄ erat ab angelis amictus pallio cādidissimo oñdebatur summa eius puritas: ꝛ q̄ angelicam ducebat vitam. ¶ Moraliter. Si velimus q̄ ad nos descēdat spūssanctus inuisibiliter q̄ ad btm̄ Sebastianū descendit visibiliter: opus ē vt purā habeamus mētem: ꝛ vitemus oēm carnalitatem: maxime cum de eo' scriptū sit Sap. vij. q̄ in aīas sctās se transfert. Item q̄ non habitat in corpore subdito peccatis. Eiusdem vij. ꝛ Gen. vj. Non permanebit spūs meus in hoīe ineternum: q꞉ caro est. In cuius etiā figurā legit̄ vbi. s. viij. ca. q̄ cum Noe postdiluuium misisset colūbam de arca/nō reqeuit super cadauera more corui: sed ad arcam reuersa ē. Applicatio ē facilis. ¶ Quinto dñs posuit beatum Sebastianum quasi signū operatiōis: supple miraculose. Nā de gr̄a operationis miraculose quā in eo posuit dñs/possum recte vobis auditoribus aut lectoribus dicere illō p̄s. Scitote qm̄ dñs sctm̄ suum mirificauit. i. mirabilē effecit apud omnes recte credentes. Hoc autē possumus persuadere per plura miracula que de eo legūtur. Primum fuit de apparitione celica sup eum facta: preter illam de qua dictum est. Legitur em̄ de eo q̄ cū hortaret̄. predictos martyres Marcum ꝛ Marcellianū ad martyrij tolerantiam apparuit illi angelus iuxta eū dans ei pacē: ꝛ dicēs: Charissime Sebastiane: tu semper mecum eris. Item dictus angelus tenebat librum apertum ante oculos illius: ex cuius lectiōe decurrebāt vniuersa verba dicti sancti. Propter qd̄ de eo merito dicere possumus illud p̄s. Diffusa ē gratia in labiis tuis. Fuit etiam tunc in eo impleta illa xp̄i promissio Luc. xxi. Dabo vobis os et sapientiam cui non ꝛc. Secundum miraculum fuit de loquela quam per eum dominus restituit zoe vxori Nicostarti. Nā cum dicta mulier que muta erat: et in cuius domo predicta agebantur: vidisset dictum angelum tenentem librū apertum corā oculis beati viri dei: pedibus eius puoluta nutibus veniam postulabat. Quam videns Sebastianus ait. Si ego seruus Christi sum: et si vera sunt q̄ hec mulier modo

ex ore meo audiuit et credidit: dñs q̄ aperuit os zacharie patris Joan.baptiste: aperiat os eius. Et factū est ita. Nā contināuo illa cepit loqui et dicere. benedictus sermo oris tui: ⁊ bñdicti qui credunt oibus que locutus es. Uidi enim angelum dei tenentem librum ante te: i quo oia q̄ dixisti scp̄ta erant Nicostratus autem videns qm̄ vxor eius illuminata esset/ credidit ⁊ baptizatus est a beato Polycarpo p̄sbytero. Sil'r et plures aliȷ̄ tunc baptizati sunt. Tertium miraculum fuit de tarquinino p̄re Marci ⁊ Marcelliani: q̄ grauissimo morbo laborabat Sȝ q̄primū baptizatus est: sanitatem vtriusq̄ hois recepit: Erat em̄ p̄us podagricus. Idē miraculum cōtigit circa cromacium p̄fectū vrbis Rome. Non potuit tn̄ per baptismum sanari quousq̄ omnia idola que in domo sua curiose seruabat/ penitus ꝯflauit ⁊ destruxit. Multa ⁊ alia miracula operatus est dñs meritis fui sui Sebastiāi/ Sȝ d̄ mult; ista pauca sufficiāt. ¶ Sexto dñs posuit btm̄ Sebastianum quasi signum tolerationis. Diros enim cruciat⁹ tolerauit p̄ noīe dñi. Nam diocletianus videns eius constantiam insuperabilem circa fidei confessionem iussit eum in medium campum ligari: ⁊ a militibus sagittari: qui ita eū sagittis repleuerunt vt quasi hericius videretur. Et existimātes illum mortuum abierūt. Predictus autē cruciatus fuit valde grauis propter multa. Pri̊o q̄dē pp̄ diuturnitatem. Non vno em̄ ictu cito trāseūte percussus est sicut qui capite truncantur. Scd̄o p̄o ex multitudine ⁊ generalitate vulnerum. Nam nulla pars corporis illi⁹ erat que vulnerata ⁊ cruentata nō esset. Tertio aūt ex acerbitate: nam sagitte oīa interiora eius penetrabant. Dei tamen gr̄a in tali cruciatu mortuus non est: sed aliquāto tempore superuixit et cōualuit. Quod cernentes deuoti xp̄iani: instanter hortabātur eū vt discederet: sicut facile poterat facere. Ille p̄o renuit: q̄nimmo quasi a mortuis resurgēs iterum ad bellum processit: in q̄ facto apparuit eius mirabilis constantia. Nā rursus Diocletiano et Maximiano imperatoribus se obiecit: et eos de infidelitate et crudelitate sua increpauit. Tandem iussu eoꝝ: tādiu fustibus cesus est quousq̄ spiritū exhalauit. Quo facto de mandato impijssimorū Imperatoꝝ venerabile corpus eius in cloacā piectum est: ne a deuotis christianis p̄ martyre coleret̄. Sed sequenti nocte vir Dei apparuit beate Lucie precipiens vt inde tolleret corpus eius: atq̄ iuxta vestigia apl'oꝝ Petri ⁊ Pauli illud sepeliret. Qd̄ et factum est. ¶ Nota q̄ inter oīs sanctos quos colit eccl'ia/ iste solet reclamari ꝯ pestē: nec absq̄ causa: sicut sequens declarat exemplū. Refert em̄ legenda Lōbardica siue aurea: q̄ in Lombardie partib⁹ tp̄e regis Gouberti tam crudelis pestis viguit et maxie Papie/ vt vix viui sufficerēt sepelire mortuos. Reuelatum est aūt cuidā q̄ neq̄ hec pestis cessaret donec in dicta

ciuitate apd eccl'iam diui Petri altare ɔsecraretur in honorem beati Sebastiani. Quo facto mox pestis cessauit. Et illuc a roma reliquie sancti viri dei sunt delate. Ob quam et pestē vitandā hodie pene infinita altaria noi bti Sebastiani sūt dedicata: sup q̄ plurime misse iuxta deuotionē xp̄ifideliū i dies celebrantur atq̄ plurima vota offeruntur. Ptz ḡ qualiter positus est quasi signū ad sagittam vt assumptum fuit in themate.

¶ Moral'r. Sicut beatus Sebastianus fuit posit⁹ sicut signum ad sagittam corporaliter: sic et nos spiritualiter. Pro quo notandum q̄ habemus tres sagittarios ꝯ nos sagittantes die ac nocte. Hi sunt caro: mundus demonia: diuersa contra nos monētes prelia. Caro em̄ sagittat de ppe per incentiua libidinū. Mundus frequenter a lōge p incautū aspectū. Demō autē fantasiā immutando: ⁊ malum suggerēdo. De sagittis carnis ɔqueritur psalmista i psona cuiuslibet hois p statu corruptionis dicens. Sagitte tue infixe sunt mihi. Iste sagitte alio nomine vocantur stimul⁹ carnis. De quo ɔq̄rebat apost. ad Ro. vij. dicens. Video aliam legem in mēbris ⁊c. De sagittis mundi recte potest intelligi illd p̄s. Sagitte tue transeunt: qꝛ reuera delicie ⁊ blanditie mundi cū quibus sagittat corda hominū mundanoꝝ: cito transeunt. De sagittis demonis pōt intelligi illud p̄s. Sagitte tue acute. Et reuera tētationes demonis recte appellant sagitte acute: eo q̄ sepe nisi adhibeatur cautela penetrant hoiez vsq̄ ad corad consensum alliciēdo: iō seq̄t in p̄s. Cadent: supp. sagitte tue o tētato ⁊ maligne: in corda inimicoꝝ regis. i. pctōꝝ hoim q̄ inimicant regi eterno: populi sub te. i. tibi obedientis. Sic em̄ ordinat magister Nicolaus de Lyra hunc textum. De istis sagittis prolixius locuti sum⁹ super psal. penitentiales lectione xxvi. sub litera. C. Ideo ista p presenti sufficiant. Hoc tantum superest vt deprecemur Christi strenuum militem Sebastianū quatenus suis meritis ⁊ precibus possumus superare predictas sagittas: vt sic immunes a pctō valeamus post eū cōscēdere celeste regnum. Prestante dn̄o nostro Iesu xp̄o: qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊c.

¶ Sermo de beato Vincentio martyre.

Xiuit vincens vt vinceret. Apoca. vi. Scribit Iob. vij. q̄ militia est vita hominis super terrā. Notanter dicitur super terram: qꝛ in celo est summa requies. Apocalyp. xiiij. Amodo iam dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis. Sil'r i inferno nō est locus neq̄ oportunitas bellandi. eo q̄ dānati nō poterunt se iuuare membris suis post generalem resurrectionem. Mathei. xxij. Ligatis manibus et pedibus mittite eū in tenebras exteriores. Mundus autē presens qui est locus medius inter celum et infernum est tantum locus in quo habemus bellare contra carnem: mundum ⁊ diabolum. Et ideo bene dicit Iob vbi. s. q̄ militia est vita hois su

per terrã. Qđ attēdēs dei athleta Vīcētius/exiuit vincēs vt vinceret. Pro q̄ notandū q̄ iste gl'ios⁹ dei martyr multa vicit:

videlicet
- Peccatum.
- Seipsum.
- Carnem.
- Mundum.
- Diabolum.
- Dacianum.

¶ Primo igit' vicit peccatum. Ut eñ scribit' Gene.viij.sensus et cogitatio humani cordis in malū prona sunt ab adolescentia sua. Ecce q̄z pronus est homo ad pctm̄/ ⁊ per consequens q̄z difficulter pōt vincere ip̄m. Nihilominus ip̄m vicit beatus Vincētius etiā ab adolescētia sua. Unde de eo legitur q̄ erat nobilis genere:vez ex hispanie partibus:sed nobilior erat fide et religione:religione inquā.i. vite sanctitate. Similiter dicit' in eius legenda q̄ erat sanctitate insignis.i.valde excellēs. ¶ Moraliter. Debemus ad instar huius viri dei vincere peccatū q̄ztum in nobis est: ⁊ cum dei adiutorio. Ad qđ etiā faciēdū nos hortat' apl's ad Ro.xij. dicēs. Noli vinci a malo:s; vin ce in bono malū.i.per bonā vitam vince malitiā et iniquitatem. Ut' vince in bono malū.i. per bonam gratiam vince tentationes impellentes te ad peccatum. Et nota q̄ ad habendū victoriam de malo culpe/multū valet oratio deuota.in cui⁹ figuram legitur Exo.xvij.q̄ orante Moyse dñm in monte:et leuante manus in celum:preualebat Josue contra Amalech. ¶ Scđo btūs Vincentius vicit seipsum.i.ppriam voluntatem se subdēdo beato Ualerio ep̄o ciuitatis Cesarauguste: ⁊ illi ī omnibus obediendo. Uñ ī eius legenda leg' q̄ dictus ep̄s illi cōmisit curā predicationis: eo q̄ ip̄e eēt impeditioris lingue. Dictū aūt officium diligentissīme exequebatur Vincentius. Ecce obedientia filij ad prem: archidiaconi ad ep̄m:discipuli ad magistruz:iuuenis ad sene. Ecce quomodo vicit seipsum. ¶ Moral'r. Exemplo btī Vincētij debemus nosip̄os vincere: ne.s. passiones dominentur in nobis:qr vt dicit Sene.de verbor᷑ copia: Bis vincit q̄ seip̄m vincit. Item Plato lib.de legibus dicit q̄ vincere seipsum oīz victoriar᷑ prima est ⁊ optima. Vinci aūt a seipso:turpissimuz est ⁊ pessimū. Propter qđ Salomon Prouerb.xvj. dicit q̄ melior est qui dñatur aīo suo: expugnatore vrbium. Nam multi imperatores:reges acprincipes debellauerunt fortalitia munitissima: et strages maximas fecerūt de inimicis:qui tñ victi sunt a suis passionibus et cōcupiscentijs:qđ valde vitupe rabile fuit. Et de hoc extat historia de Alexādro:de quo refert Seneca secunda parte epistolarum suarum epistola.xxv. dicens q̄ victor multorum populor᷑ existens:ire succūbebat. ¶ Tertio btūs Vincenti⁹ vicit carnem:eam domando: ⁊ sp̄ui q̄ztum valuit subdēdo:⁊ hoc vigilijs:disciplinis:ieiunijs:abstinētijs ac ceter; opibus sil'b⁹ operā dando. Precipue aūt exercitio l'rar᷑ vacādo. Nam vt legit' in eius historia:a pueritia l'rar᷑ studijs traditus fuit. Uñ

superna sibi prouidente clemẽtia: gemina scientia: diuina scz et humana: efficacissime claruit. Occupatio autem studij litterarum multũ retrahit hoiem a carnalib9 desiderijs ꝛ coucupiscẽtijs venereis: teste Hiero. iij. parte epistolaꝝ suaꝝ: epistola. xxxix. vbi ad rusticum monachum scribens ait: Ama scientiam scripturarum: et carnis vitia non amabis.

¶ Moraliter. Si cupimus cum beato Uincentio carnem cum suis desyderijs vincere: debemus eam domare. Exẽplum de equo difficili ad regẽdũ: et rebelli dño suo: a quo subtrahit pabulum vt prõptior sit ad obediendum. Exemplũ aliud dat Ambro. lib. ij. eplaꝝ suaꝝ epla vij. de vinea: dicẽs ꝙ vinea recisa fructificat: semiputata frõ descit: neglecta luxuriat. Hinc est ꝙ Aug. in regula de cõivita clericorum: hortatur fratres suos dicens: Carnem vestram domate ieiunijs ꝛ abstinentia esce, ꝛ potus: quantum valitudo pmittit. Uerum difficillimum est totaliter vincere carnales concupiscẽtias vt nunꝗ insurgãt. Propter qd Aug. in libello de honestate mulierum: dicit ꝙ inter oĩa xpianoꝝ certamina sola dura sunt prelia castitatis: vbi quotidiana pugna et rara victoria. Hec ille.

¶ Quarto beatus Uincentius vicit mũdum. i. res mundanas ꝛ transitorias: vt sunt diuitie: mundani honores: gratia principum / et signanter Daciani: qui paratus erat eum multum honorare si mõ deos suos voluisset adorare: ꝛ Christi fidem abnegare. Idem pollicens beato Ualerio. At vo vir dei Uincentius ꝓ ambobus respõdens Daciano ait. Nepharium apd christianoꝝ prudentiam eẽ cognosce: deitatis cultum abnegando blasphemare. Ecce quõ vicit mundum ꝛ amatorẽ illi9.

¶ Moralr. Exẽplo beati Uincentij debemus vincere mundũ id est res mundanas siue amorem huius seculi: et hoc per fidem: iuxta illud. j. Joan. v. Hec est victoria que vincit mundũ: fides vestra. Sed quonam pacto fides vincit mundum? Certe per hoc ꝙ facit nos credere penas eternas inferni: ꝛ ꝙ quisquis dilexerit plus mundum ꝙ̃ deum: ꝙ illic tandẽ detrudetur post diẽ iudicij etiã in corpore ꝛ anima illic sine fine cruciandus. Ista aũt parum aut nullo modo ꝯsiderãt mũdani hoies: ꝛ peccatores: ꝛ ideo nõ vincunt mũdum: sed tantum iusti ꝛ deũ timentes. Propter quod idem Joan. vbi supra premittit: dicens: Omne quod natum est ex deo / supple per grãm vincit mũdum: ad sensum predictum.

¶ Quinto beatus Uincentius vicit diabolum. Qui etsi sit fortissimus atꝗ robustissimus: vt habetur Job. ix. Nihilominus ipm vicit inuictissimus Uincentius. Exiuit eñ cõtra eũ in cãpum certaminis seu tentationis: et vincẽs ipsum vicit cum simplici baculo humilitatis. Fuit eñ valde humilis. Cuius etiã humilitas cõmendatur ex pte trium / que multis sunt occasio superbie. Primum est generis nobilitas. Nam vt dicit Grego. in suo Dialo. li. ij. Non=

pullis solet nobilitas gñis pa= rere ignobilitatem mētis.i.su= perbiam. Secundū est scientie eminentia. Nā vt dt Apo.i.ad Cor.viij. Scientia inflat. Ter= tiū est alti stat⁹ opportunitas. Cum enim quis videt q habet bonos ꝛ magnos amicos q̄ pos sunt eū eleuare in dignitatibus ꝛ bñficijs ecclasticis: tunc cōi= ter inde supbit. Iste tres occa= siones supbiendi fuerunt in btō Uincētio. Prio quidē fuit nobi lis gñe vt dictū est. Scdo gemi= na scia.s. diuina ꝛ hūana effica cissime et excellentissime claru= it. Tertio erat familiarissim⁹ et domestic⁹ indiuiduus beati Ua lerij epi Cesar auguste. Ex quo ptz q si voluisset obtinere bñfi= cia multa: de facili obtinuisset Et tñ p̄dictis nō obstantib⁹ non supbiuit: sed semper per semi= tam perfecte hūilitatꝫ incessit. Prio em̄ non supbiuit de gñis nobilitate: sed poti⁹ relicta se= culi pompa humilem statū cle= ricalem elegit: vñ dicere pote= rat illud Psal. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis q̄ habitare in tabernaculis pctō rum: id est in castris et palatijs hoim mundanorum. Secundo non superbiuit de alta scientia sua. In cuius rei signum non fuit ausus rñdere Daciano fi= dem verbis ꝛ factis impugnān ti: quousq facultatem loquen= di obtinuerat a beato Ualerio Uñ dixit ei cū omi hūilitate. Si iubes pater sancte: responsis iu dicem aggrediar. Tertio non superbiuit de opportunitate p= ueniendi ad magnas dignita= tes: qꝛ nunq̄ supra ordinē dia= conat⁹ ascēdere voluit: qđ fuit argumentū maxime hūilitatis. reputabat enim se indignum sa cerdotio: sicut ꝛ beatus Mar= cus euangelista: qui legitur sibi pollicē amputasse ne sacerdo= tij officio fungeretur. O vtinam ista diligenter notarent multi indocti clerici qui non verent aspirare ad maiores ordines: ꝛ ad ecclastica bñficia: non q̄= dē ꝑpter Jesum tm̄: sed vt am= bulent in magnis et in mirabi= libus supra se.i.plusq̄ eoꝝ con= ditio ꝛ status requirat.

¶ Moraliter. Debemus imita= ri beatum Uincentium in perfe cta hūilitate: et hoc ꝑter tria Primo quidem ꝑpter p̄ceptum implendum. Eccli.iij. Quanto magnus es: humilia te in oib⁹. Secundo vero propter Christi exemplum: qui Mat.xi. loquens ait. Discite a me: quia mitis sū ꝛ humilis corde. Propterea de eo loquens beatus Cyprianus prout recitatur in decre. distin. xciij. dominus noster. dicit sic. Dominus noster Jesus christ⁹ rex ꝛ iudex/ et deus noster: oia humiliter egit: vt nos humili= tatis haberemus exemplum. Tertio autē ꝑpter supplicium vitandū/ et premiū consequen= dum. Et de istis duobus simul loquit ps. dicens. Hunc scꝫ su= perbum humiliat: supple dñs in inferno. Et per oppositū hūc scꝫ humilē: exaltat.i. exaltabit in celo. Item Luc.xiiij. Omnis qui se humiliat: exaltabitur: et qui se exaltat hūiliabit. Unde in figurā huius legitur in lib. Hester. de assuero supbissimo: qui tandem fuit affixus pati= bulo. Et per oppositum Mar= docheus humillimus fuit tan=

dem valde exaltatus in palatio regis Assueri. Applicatio est facilis.

¶ Sexto beatus Vincētius vicit Dacianū tyrannū crudelissimum atque superbissimum: ita vt diceret suis satellitibus. Victi sumus. Qualiter aūt hoc factuz fuerit aperiamus. Nam postq̄ Dacianus misisset beatum Valerium in exilium / eo q̄ idolis immolare renuisset: beatū Vincentium tanq̄ feruentiorem in fide / multis exposuit cruciatibus. Unde de Cesaraugusta misit eum vinctum ad Ualentiam vbi vigebat maximus cultus deorum: vbi hec supplicia iubēte Daciano illi inflicta sunt in odium fidei christiane.

¶ Primo igit in teterrimū carcerem eum recludi fecit: ligatis manib⁹ eius et pedib⁹ in ligno. Deinde post aliquot dies fecit eum inde educi ꝛ sibi presentari. Quo facto persuasit sibi vt fidē xp̄i negaret. Ad quem Vincentius. Scito nepharium esse apud xp̄ianos deitatis cultū abnegare. Cui p̄ses. Ego faciā te bn̄ mutare statim ꝑpositū tuū: cū ad tormenta ꝑuenerimus. Cepit ergo illi minari oīa genera tormentorum casu q̄ idola non adoraret. Ad quez Vincentius exhilaratus cōstanter respondit: dicens: Tormenta tua non timeo: quinimmo affecto et desidero illa: vt p ipsa merear peruenire ad gaudia perpetua. Insurge ergo miser ꝛ toto malignitatis spū debacchare. Uidebis me dei virtute plus posse dum torqueor: q̄ possis ipse qui torques.

¶ Secundo tyrannus fecit eum poni in equuleo. i. affigi ad colūnā: et crudelissime a multis satellitibus flagellari: ita vt vires illis deficerēt. Beat⁹ aūt vincētius alacri vultu dei p̄ntia roboratus dixit. Hoc est qđ semper optaui: ꝛ votis oībus exquisiui. Tūc em̄ reducebat ad memoriam durissimā xp̄i flagellationem quam pro nobis ad columnam ligatus sustinuerat. Quequidē recordatio multum eum iuuabat ad ferendum aduersa: qꝛ vt dicit deuotus Ber. Si xp̄i passio ad mēoriā reuocetur: nihil est qđ non equo aīo toleretur.

¶ Tertio tyrannus fecit eū affigi patibulo: ꝛ cum pectinibus ferreis carnes ei⁹ vsq̄ ad ossiū denudationem dilaniari: adeo q̄ solutis costarū cōpaginibus interna eius viscera viderent. Ille aūt manens immotus arguebat tortores de eo q̄ aliqn̄ fatigati pausabant respirātes: hortans eos vt a tormentiꝭ sibi infligendis nō cessarēt. Et hoc est qđ canit de eo ecclia. Assumpt⁹ ex equuleo leuita vincētius atq̄ ad patibulum raptus: moras carnificū arguendo: ad penam alacriter ꝑperabat. O nouum gen⁹ martyrij. O q̄s vnq̄ de quocunq̄ martyre audiuit talia? Ecce enim carnifices rogat inuictissimus Vincentius vt fortiter atq̄ velociter feriant: nec sibi parcant. Considerabat enim tunc apud semetipsum q̄ nō sunt condigne passiones huius temporis ad futuram ꝛc. ad Roma. viij.

¶ Quarto tyrānus Dacianus fecit parari craticulā magnam ꝛ eū desuper extendi: atq̄ mem-

bra ipſius vncinis ferreis cingi: ſubtus aũt ignem copioſum accendi/ inſuper tortores ſal in ignem proijciebant: vt in corpus eius vndique vulneratum reſiliẽs: ſtridẽtib⁹ flammis crudelius concremaret̃. Et hoc eſt qđ canit eccleſia de eo dicens: Chriſti miles precioſus leuita Uincentius vt tribunal ſponte rogum. i. ignem conſcendit intrepidus: cuius ſalis crepitantis per corpus minutie ſparſim ibant: atq; prune vernebantur ſanguine. Inſuper hec: Manet immotus ille dei famul⁹ orans xp̃um/ in ſublime erectis luminibus. Poſtmodũ fecit Dacianus laminas ferreas ⁊ ignitas ad latera ei⁹ applicari. Ille autem dicebat ad dñm. Probaſti cor meum et viſitaſti nocte: ſcʒ tribulationis: igne me examinaſti: ⁊ nõ eſt inuenta in me iniquitas: vt non loquat̃ os meũ opera hoĩm. i. vt non confitear idola/ q̃ ſunt opera hoium/ eſſe deos. Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras. Ac ſi aperte diceret Beatus Uincenti⁹. O dñe Jeſu xp̃e ego ſuſtinui duriſſimos cruciatus ꝓpter verba q̃ locutus es. Mat. x. dicens: Nolite timere eos qui occidũt corpus: ⁊ poſt hoc non habẽt ampli⁹ quid faciant. Sed timete eum q̃ poſtq̃ occiderit corpus: hʒ poteſtateʒ mittendi in ignem eternum.

¶ Quinto tyrannus videns ſe a Beato Uincentio victũ: fecit eum de craticula ſolui: et in teterrimum carcerem recludi: teſtas acutiſſimas conſpergi: pedes ipſius ligno affigi: ⁊ ipſum extenſum ſuper teſtas relinqui: vt ſic vndecunq; ſe verteret: ab ipſis teſtis vulneraretur: ſed diuinum auxilium illi tunc non defuit. Nam ſtatim affuerunt angeli illuminantes tenebras carceris: laxant ligna a pedibus: teſtarũ aſperitatẽ vertunt in lecti ⁊ flo꜊ mollitiem: ſuauiter canunt laudem deo: atque mira ſuauitas procul diffundit̃. Hec igitur videntes per rimas carceris cuſtodes loci: ad fidẽ ſunt ꝯuerſi. Dacian⁹ igitur videns ſe victũ: dixit. Reponatur in lectulum mollẽ: ne plus eum glorioſum faciamus caſu quo defecerit in tormentis. Ibi ergo paululum quieſcẽs: ſtatim dño tradidit ſpiritum: Anno domini ducenteſimo octuageſimoſeptimo.

¶ Sexto tyrannus fecit ſacrum corpus ipſius in campũ proijci: vt ſic ab auibus ⁊ beſtijs deuoraretur. Sed ſtatim nutu diuino affuit coruus qui roſtro et alis non ſolum alias aues ⁊ cõmunes beſtias: verumetiam lupum ſuperuenientem abegit. Hec videns et furens Dacianus iuſſit ipſum cum ingenti mola illi alligata in pelagus proijci. Quod cum factum fuiſſet: mox ad littus redijt et a quadã matrona conuocatis ad hoc quibuſdã deuotis chriſtianis/ honorifice ſepelitur. Jam ergo chariſſimi: vt inquit Auguſtinus in ſermone de eodem glorioſo martyre: Omnia illa tranſierunt: videlicet ira Daciani: et pena Uincentij. Nunc autem pena Daciano: corona vero manet Uincentio. Precioſa ergo in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Precipue

sutē beati Uincentij qui vicit
sex p̄dicta: ⁊ signanter Dacia=
nū: in hoc scʒ ꝙ nō est mortuus
in tormētis vt ille intēdebat ⁊
laborabat. Et nota ꝙ vicit Da
cianum Uincētius tripliciter:
scʒ in vita: in morte: post mor=
tem. In vita q̄dem qꝛ eū vi tor
mentoꝝ supare non potuit. In
morte ꝟo: qꝛ Dacianꝰ post gra
uissima flagella fecerat eū re=
poni in molli ⁊ delicato lecto:
vt sic refocillatꝰ ⁊ roboratus:
grauioribꝰ exponeret tormen=
tis. Sed ille fraudatus est a de
siderio suo pessimo: qꝛ in dicto
lecto diē clausit, extremū Uin=
cētius. Post mortē aūt: qꝛ ipse
Dacianꝰ vidicare se nō potuit
de eiꝰ corpore: vt ostensum est.
Ecce quō exiuit ab hoc seculo
Uincentius vincens.

¶ Moraliter. Si velimꝰ sequi
beatū Uincentiū ad celum: de=
bemus conformiter ad eū vin=
cere inimicos et aduersarios
nostros; ⁊ per hoc virtuteʒ pa=
tientie. Unde Luc. xxi. In pa=
tiētia vr̄a possidebitis aīas ve
stras. Dicit etiā dn̄s Apoca. ij.
Uincenti dabo manna abscon=
ditū. i. illā dulcedinem celestis
glorie: que in cor hoīs: supple
adhuc in terris degentis non
ascēdit. Quā nobis tandem tri
buat ille qui Uincentiū victo=
rem fecit in penis: Jesus Chri=
stus qui cum patre ⁊c.

¶ De conuersione beati Pauli.

HEc mutatio dex=
tere excelsi. Ps.
lxxvi. Solent phi=
losophi distingue=
re duplicem muta
tionem: scʒ ad for=
mam: ⁊ ad locū. Sic Moraliter
contingit hoīem mutari ad for
mā ⁊ ad locū. Et iterum ad for=
mā dupliciter: videlicet de gra=
tia ad peccatum: et de peccato
ad gratiā. Prima q̄dem muta=
tio est dānabilis vitiosa ⁊ dia=
bolica. De qua pōt recte intel=
ligi illud Eccli. xxvij. Stultꝰ vt
luna mutat̄: vbi Glos. interli. qꝛ
incōstans ⁊ mutabilis: iuxta il=
lud Prouer. xv. Cor stultoꝝ dis
simile erit. scilicʒ sibiipsi varijs
cogitationibꝰ: qꝛ nūq̄ idem ma
net. Insuper de tali mutatione
pōt intelligi illud Threñ. iiij.
Obscuratū est auꝝ: mutatus est
color optimꝰ. Et qui sic mutant̄
recte figurant̄ p Nabuchodo=
nosor q̄ fuit mutatꝰ de rege in
bestiā; vt legit̄ Daniel. iiij. Se=
cūda ꝟo mutatio est vtilis/ lau=
dabilis et virtuosa. Et hec est
mutatio vere penitentiū: q̄ scʒ
mutant̄ de pctō ad gratiā: de
vitio ad virtutē; ⁊ de culpa ad
meritum. De qua pōt intelligi
illud p̄s. Sicut opertoriū mu=
tabis eos: tu supple deꝰ: ⁊ mu=
tabunt̄. s. de pctō ad gratiam.

¶ Similiter mutatio ad locum
est duplex s̄m ꝙ cōtingit hoīeʒ
per mortē mutari de p̄senti se=
culo nequā ad locū dānatorū
vel btōꝝ. Pria mutatio est val=
de tristabilis/ flebilis ⁊ doloro
sa: de qua potest intelligi illud
Judic. xix. Dies mutabūtur in
noctē: quia reuera miseri pec=
catores q̄ in presenti ꝓsperati
sunt: in futuro seculo habebūt
pati multa aduersa. Et de hoc
extat aperta historia de diuite
epulone: q̄ tandē sepultꝰ est in
inferno. Luc. xv. Scd̄a muta=
tio est valde nobilis/ delectabi

lis ⁊ gloriosa. Nā iusti in mortis articulo mutant de loco tenebrarū ad locū claritatis eterne: de loco corruptionis ad locum immortalitatis perpetue: de loco tribulationis ⁊ inquietudinis ad locū pacis manentis sine fine: de loco peregrinationis ad locum celestis patrie. Et de hac mutatione potest intelligi illud Esa.xl. Qui sperāt in domino: supple in presenti: mutabūt fortitudinē: scz in futuro: qr nulla aduersa poterūt illis nocere: quinimo assument pēnas vt aqle: currēt et non laborabūt: ambulabūt et nō deficient. O q̄z miser erit qui mutabitur de p̄senti in infernū. Certe melius illi esset si natus non fuisset. O q̄z felix erit qui mutabitur de presenti ad locū btōꝝ. Felix ergo est beat⁹ Paulus q̄ iam fecit hanc mutationē localem. Prius tñ mutat⁹ est ad formā: scz de lupo in ouem: de persecutore ecclesie in illius defensorē: de Saulo in Paulum ⁊ de peccatore in hoiem iustū et sanctum. Hic est ergo alter Saul de quo predixit Samuel cū ait illi. Tu mutaberis in virū alterū. Et de hac mutatione dicit thema preassumptū ꝙ hec mutatio est supple opus dextere excelsi. i. misericordie dei. Nā dextera dei in presenti significat eius misericordiā: sinistra vo illi⁹ iustitiā. Et quia Paulus cōuersus est et tractus ad fidē ex immensa dei misericordia: ideo talis mutatio recte vocat opus dextere excelsi. Uel dic ꝙ excelsus est deus pater: cuius dextera est xp̄s filius eius. Quia ergo ipse Paulus fuit vocatus a xp̄o iam gloriose regnāte in celis ⁊ sedente ad dexterā patris: merito huiusmodi mutatio hic appellat opus dextere excelsi.

¶ Quia ergo est q̄stio in presenti sermone loqui de conuersione beati Pauli: que quidem cōuersio quendā motū spiritualē interioris hominis significat: ideo notandū ꝙ sicut in motu naturali duplex est terminus: scz termin⁹ a quo: ⁊ termin⁹ ad quem: ita etiā in ꝓposito. Nam in ipso Christi apostolo Paulo sequētia in hunc modū sunt conuersa: videlicet

Superbia in humilitatem:
Cecitas in claritatem:
Ferocitas in mansuetudinem:
Odium in charitatem:
zelus in zelum:
Persecutio in persecutionem.

¶ Primo igit superbia Pauli conuersa est in humilitatē. Qd enim fuerit superbus ante conuersionē: patz testimonio Rabani dicētis ꝙ ante ꝯuersionē dictus est Saulus a Saule superbo. Sz vnde sibi superbia? Certe ex tribus que sunt cōiter in multis hoibus occasio superbie. Hec sunt: generis nobilitas: scientie claritas: florens etas. Ista autē tria fuerunt in beato Paulo. Prio. eñ habuit generis nobilitatē. Et hoc testatur glo. super cap̄. venerabilis. extra de prebēdis et digni. Hoc idem etiam asserit beatus Tho. in postilla sua super epistolas eiusdē Pauli: exponendo illum textū. i. ad Corinth. i. Nō multi nobiles. Hoc inquit dicit' Apost. quia aliqui inter apostolos nobiles fuerūt: sicut

ipse Paulus: q̄ in ciuitate Romana se natum dicit Act. xxij. Nam pater eius obtinuerat a Romanis ciuilitatē Romanā. Propter quod ipse dicit se natum ciuē Romanum. Quā quidem ciuilitatē nullus adipisci poterat q̄ non esset genere nobilis. Erat ergo Paul⁹ natione Israelita: dignitate ciuis Romanus: ꝛ religione phariseus. Et propter hec magnanimus erat ꝛ audax. Unde in signum sue nobilitatis vidi pileū quēdam satis curiosum ꝛ de materia serica: in quodam monasterio diui ordinis beati Benedicti apud bellomontē diocesis Ebroiceñ. qui fertur fuisse eiusdē apl'i. Quo forsan vtebaꝛ ante conuersionem suaȝ. Unde ꝛ inter iocalia dicti monasterij tute custoditur. Nihilominus Chrysostom⁹ de laudib⁹ Pauli Homil. iiij. dicit ipsum Paulū fuisse de infima plebe. Hoc autem probat per hoc ꝙ erat artis scenofactorie: vt patȝ Act. xviij. Est autē ars scenofactoria: industria faciēdi chordas. Nā scenos grece: funis dicitur latine. Non igitur (inquit ipse Chrysostomus) a proauis fuit nobilis Paulus: quippe qui tā vilis artis fuisse ostēditur. Hec ille. Secūdo beat⁹ Paulus habuit scientie claritatē. Fuerat eñ Gamalielis peritissimi doctoris discipulus: ad cuius pedes iacēs didicerat legem Moysaicam: vt ipsemet testaꝛ Act. xxij. Unde. ij. ad Cor. xj. de seipso loquens ait. Etsi imperit⁹ sermone: nō tñ scientia. Scientia autem inflat: vt dicit idem Apl's ad Rom. viij. Tertio predictus Apl's habuit floridam etatem. Erat enim adolescens vt patȝ Act. vij. vbi dicitꝛ ꝙ illi qui lapidauerunt beatuȝ Stephanū: deposuerūt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus. Modo florens etas cū sit calida ꝛ bulliens: multū incitat ad cordis elationē. Ecce ergo vnde processit superbia in Paulo ante conuersionem.

¶ Postq̄ȝ habitum est de superbia Pauli: cōsequēter videndū est qualiter conuersa sit in humilitatē. Hoc aūt ptȝ. j. ad Corinth. xv. vbi de seipso loquens tria dicit ad maximam humilitatē pertinentia. Primū est ꝙ vocat se abortiuū: dicens. Nouissime autē oim tanq̄ȝ abortiuo visus est ꝛ mihi: supple xp̄s. Et nota ꝙ ibi loquiꝛ de apparitionibus xp̄i post suā resurrectionē. Secundū est ꝙ vocat se minimū apostoloꝝ. Tertiuȝ est ꝙ vocat se indignū apostolum vocari. Et huius rationē assignat cum subdit. Quoniam persecut⁹ sum ecclesiā dei. Ecce q̄ȝtum se deijciebat Paulus qui tantus erat vt doctor gentium vocaretur ꝛ esset.

¶ Moraliter. Superbi hoies exemplo Pauli debēt se humiliare / ꝛ humilia de se sentire: dicente scriptura Ecclesia. iij. Quanto magn⁹ es: humilia te in oibus. Debēt eñ cōsiderare q̄ȝ dissimiles sint supbia ꝛ humilitas. Qđ ppulchre ostendit Augustinus ad fratres in eremo. ser. xij. qui intitulaꝛ de superbia ꝛ hūilitate: vbi sic ait: Superbia fratres mei luciferū de celo deiecit: sȝ hūilitas dei

filium de celo descendere fecit. Superbia Adam de paradiso expulit: sed humilitas latronez in paradisum introduxit. Superbia gigantum linguas diuisit et confudit: sed hũilitas cunctas linguas dispersas congregauit. Superbia Nabuchodonosor in bestiam transmutauit: sed humilitas Joseph principē israel constituit. Superbia pharaonem submersit: sed humilitas Moysen exaltauit. Hec ille.

¶ Secundo cecitas Pauli conuersa est in claritatē fidei. Ante enim conuersionem cecus erat per ignorantiam. Nam persequebatur tunc ecclesiam xpi: existimans se in hoc obsequiuz prestare deo. Et de hoc loquēs j. ad Tim.j. dicit sic. Prius blasphemus fui et persecutor et contumeliosus: sed misericordiam dei consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate. Ac si aperte diceret. Facilius habui misericordiam: quia non ex certa scientia peccaui. Et ex hoc passu trahit̃ argumētū q ignorantia non affectata excusat a tāto: et si non a toto: vt communiter dicunt doctores tā theologi q̃ iuriste. Et nota q Apo. addidit: in incredulitate.i. false et erronee credens bene agere. Predicta aũt mentis cecitas Pauli quā habuit ante conuersionem: fuit designata per illam corporalem cecitatē quā habuit post prostrationē in terram: quando quidem apertis oculis nihil videbat: vt legitur in epistola hodierna.

¶ Descripta Pauli cecitate: cōsequenter videndū est quomodo cōuersa sit dicta cecitas in claritatem fidei. Nam cum triduo apertis oculis nihil videret: tandem ad mandatum domini venit ad eum Ananias: q̃ introduxit eum in Damascum. Qui cū illi imposuisset manus confestim ceciderunt ab oculis ei⁹ tanq̃ squāme: et visum recepit. Actuū.ix. Sz quid sibi volebat hoc mysterium? nisi q sicut illuminabatur exterius corpore: ita etiam interius mente per vere fidei susceptionē. Hoc aũt in effectu apparuit quando quidem nō multo post illius conuersionem ingressus in synagogas iudeoruz predicabat Jesum: affirmans quoniam hic est filius dei. Stupebāt autem omnes qui eum audiebant / et dicebant. Nonne hic est qui expugnabat in hierusalem eos q̃ inuocabant nomen istud? Et huc (scz in ciuitatē Damasci) venit ad hoc vt vinctos illos duceret in hierusalem ad principes sacerdotum? Saulus autem multo magis conualescebat et confundebat iudeos qui habitabant damasci: affirmās qm̃ hic est christus. Hec ex epistola hodierna.

¶ Nec certe tantum in se illuminat⁹ fuit lumine recte fidei ipse Paulus: verumetiam postmodum multos illuminauit: tum predicando: tum disputando: tum scribendo. Unde post quatuor euangelistas ista magis illuminauit ecclesiā: et vsq̃ in hodiernum diem illuminare non cessat per suas epistolas quas nobis reliquit: et que frequentissime leguntur in eccl'ia ad ꝯfirmationē fidei. Propter qđ Dionysius in epistola de co

loquens dicit ꝙ fuit pater patrũ doctor doctorũ: pastor pastorũ: abyssus sapiẽtie: fistula altisonans: predicator veritatis infatigabilis: q ecclesias illuminauit: xp̄ianos confirmauit: portas peccati cõfregit: idolorum tẽpla ⁊ aras deiecit: habitacula demonũ humiliauit: ⁊ solennitates eorũ cessare fecit. Hec Dionysius. Similiter Chryso. de laudibus eiusdem pauli loquẽs dicit ꝙ sicut radijs orientibus tenebre fugantur: latrones recedunt homicide ad antra confugiunt: oĩaq lucida efficiunt ⁊ clara desuper radijs illustrantibus: sic vbiq euangeliũ disseminante paulo fugabatur error: veritasq remanebat: adulteria ⁊ alia crimina dictu feda defecerunt atq consumpta sũt. Hec ille. Ecce igitur charissimi q pulchre doctor ecclesie Paulus vniuersum mũdũ sua p̄dicatione atq doctrina illuminauit. In cuius rei testimoniũ in eius decollatione vnda lactis de eius corpore profluxit

¶ Moraliter. Instar pauli debemus procul pellere squãmas cecitatis ab oculis cordium nostrorũ: clamantes ⁊ dicẽtes ad dominum. A cecitate cordis libera nos dñe. Debemus etiam perfrui claritate fidei ⁊ gratie diuine. Quod nõ potest fieri nisi p̄mũ ceciderint squãme peccatorum ab oculis nostris. De quibus intelligitur illud Sap. ij. Excecauit eos malitia eorũ. Tunc autem huiusmodi squãme cadũt ab oclis humani cordis. quando homo incipit recognoscere culpã suã ⁊ periculum cui subiacuit quãdiu in peccato stetit. Item quando recogitat quid erit de eo in futurum si non se emendauerit. Et nota ꝙ de talibus debet cogitare frequenter ⁊ in omni loco: vtpote in ecclesia: in domo: in lecto: in via. Nam ⁊ lux de celo circunfulsit paulum dum esset in via prope Damascum. Taliter autem petebat illuminari de celo dauid cũ post adulterium et homicidium cepit clamare ad dñm ⁊ dicere. Illumina oculos meos ne vnq obdormiã in morte: supple peccati. Et sic patet de secundo.

¶ Tertio ferocitas pauli conuersa est in mansuetudinem. De ferocitate enim ipsius priusq converteretur: canit ecclesia dicens ꝙ ibat furijs inuect9 dirũq toto pectore virus efflabat: atq sanguinem sanctorum sine intermissione sitiebat. Unde vbicũq inueniebat christianos etiam vtriusq sexus: vinctos perducebat in hierusalem super hoc impetrata commissione a principe sacerdotum: vt dicitur Actuũ. ix. Uerisimile est autem ꝙ in tali cõmissione crudeliter atq ferociter se habebat vtpote ad modum lupi rapientis ouem. Erat enim fortis ⁊ robust9 corpore: atq animositate ⁊ audacia plenus: habẽs etiam secum multos satellites ad faciliorem expeditionem legationis sue. Quib9 ait. Eamus fratres charissimi concito gradu in damascum: ibi enim inueniemus illos discipulos christi: destructores nostrarum traditionũ: quos ligabimus ⁊ verberibus affligemus: tandẽq in hierusalẽ perducemus: in bre-

xi morti condemnandos.
¶ Qualiter autē hmōi ferocitas in cōuersiōe illius mutata sit in mansuetudinem / videamus. Nam q̄ primū eo pstrato in terrā audiuit vocez dicētem sibi: Saule Saule / q̄d me persequeris? et intellexisset adesse dn̄m: ait illi: Dn̄e / quid me vis facere? Ac si diceret: Dn̄e / ex nūc paratus sum tibi i oib⁹ obedire. Ecce quō repente de lupo factus est ouis: et de persecutore vas electionis.
¶ Moraliter. Hic instruuntur serui dei fugere persecutionem ꝛ p̄secutores suos p̄ loco ꝛ tempore: maxime autē vbi audiunt maius bonum secuturū ex tali fuga: q̄ in faciē hostibus et aduersarijs resistere. Et ad hunc sensum videtur esse intelligēdū verbum christi Mat. x. vbi ait: Cū aūt p̄sequētur vos in ciuitate ista: fugite in aliam. Ac si aperte diceret ſm glos. interli. debetis ad tempus declinare: vt alijs positis prodesse. Pro q̄ sciendum, secundum magistruz Nico. de Lyra in postilla super Mat. ꝙ persecutio aliq̄n est personalis: vt cū q̄s querit ad mortem: non q2 fidelis: sed propter odium persone determinate: et tunc est fugiendum: iuxta illđ: Dum furor in cursu est/ curren ti cede furori. Aliquando autem persecutio non est personalis: s3 in odiū fidei aut iustitie q̄ impugnatur. Et tunc si homo probabiliter estimet ꝙ ex fuga sua sequetur derisio fidei: aut depressio iustitie: fugiēdo mortaliter peccat. Si autez magis estimet de contrario. vtpote ꝙ ex fuga sua sequet̄ vtilitas ecclesie/ ex remansione autem nō̄ haberetur nisi occisio ministrorum ecclesie a canibus. i. ab infidelibus: tunc est fugiendū: vt alibi fiat profectus per xp̄i ministros. Hec de Lyra. Dn̄s aūt Hugo cardinalis in postilla sua super eodem passu dicit ꝙ debēt serui xp̄i fugere pp̄ duo. primo quidem vt sic parcant hostibus: qui magis peccarent illis nocēdo. Scđo vero vt alijs p̄ficiāt. Cum aūt querit̄ grex: debet tunc pastor se opponere. quia vt habetur Joā. x. Bonus pastor aīam suam dat pro ouibus suis. Hec ille. Ptz ergo quā do licet pastori oues suas relinquere: et quando non. Hinc Augustinus epistola. clxxx. ad Honoratum scribens / et similiter recitatur in decretis. vij. questione. i. aduersitas. Fugiat inquit minister Christi sicut ipse Christus adhuc paruulus fugit in Egyptum. Licite ergo fugit beatus Blasius ad tempus furorem imperatoris Diocletiani. Propter quod tunc dicere potuit illud Psalmiste. Ecce elongaui fugiens: et mansi in solitudine.

¶ Quarto dñs fecit seruū suū Blasiū similē Ade in dñatiōe. De dñatione em̄ et ptāte Ade sup cuncta animantia/scribitur Geñ.ij. q postq̄ formauit dñs cuncta animantia terre: similiter et volatilia celi:adduxit ea ad Adam vt videret quid vocaret ea.super quo dicit Glos. interlinea.similiter et ordin. q dñs adduxit p̄dicta ad Adam per angelos: vt sic intelligerēt dominum suum esse.Adam.Simile quasi huic legitur de beato Blasi. Nā cum habitaret in deserto: nō solū aues illi afferebant pabulum : vt dictum est: verūetiam fere vnanimiter ad eum ɔfluebant.Et ꝗusq̄ imponeret manū sup eas illis benedicendo: nō recedebant ab eo. Insuper si que inter eas infirmabant:aut vulnerate extitissent a venatorib⁹: seu alias/cōtinuo ad eum veniebant / ꝛ benedictione ab eo percepta/sane ab eo recedebāt.Est aūt verisimile q nō minorē grām illi cōtulerat dñs erga egrotos homines.quanuis de hoc nihil dicat eius legenda.

¶ Moralr̄. Per hoc docemur refugere ad sctōs dei amicos: quatenus suis meritis et p̄cib⁹ valeamus a dño percipere plenam sanitatē interioris hominis:ꝛ vulneꝝ pctōꝝ interius latentiū.Job.v.Ad aliquē sctōꝝ conuertere. Item ad literam instruimur ex precedenti historia recurrere ad sanctum Dei virum Blasium:ꝛ eius implorare suffragia / quoties pecora: aut quecunq̄ aialia nobis ad vsum ꝛ seruitiū concessa:aliq̄d infortunij patiuntur. Nam dei clemētia et bonitas sctōs suos diuersis dotauit gratijs atque priuilegijs : ita vt vnum velit exaudire quo ad certam materiam:ꝛ aliū quo ad aliā quatenus sic singuli honorent. Propter quod narrat Aug. lib.iiij. de ciui.cap.xxij.de Uarrone q solitus erat dicere non solum necesse esse scire nomina deoꝝ: verūetiā oportere scire officia eoꝝ. Non enim expedit optare a libero(q̄ et bacchus dicitur) aquā: cū ipse sit deus vini: et a nymphis vinū:q̄ sunt dee aq̄ꝝ. Hec ille.Applicatio est facilis.

¶ Quinto dñs fecit seruū suū Blasiū similē Job in flagellatiōe. De patientissimo em̄ Job legitur eiusdem.i.caplo:q deo p̄mittēte percussit eū Sathan vlcere pessimo: vcꝫ a plāta pedis vsq̄ ad verticem eius. Sic de btō Blasio legit q p̄ses ciuitatis sebaste audiens ip̄m latitare cum feris in desertis locis fecit eū ide adduci ad se. Quo vētato salutauit eū preses blando sermōe dicens.Gaude Blasi amice deoꝝ.Ad quem blasius. Gaude et tu optime p̄ses. Noli tñ deos tuos dicere deos : sed poti⁹ demones: q2 eterno igni traditi sunt: quos in pena seq̄ntur qui ipsos componunt et colunt:dicēte p̄s.Siles illis fiant qui faciūt ea/et oēs q̄ ꝛc. Quo audito p̄ses iussit eum fustibus diutissime cedi: et postmodum in teterrimum carcerē recludi. Mane aūt facto iussit ipsum in ligno suspendi : et carnes eius ferreis pectinib⁹ laniari /ꝛ sic iteꝝ in carcerem recludi. Ipse aūt in oībus patiētissime se habebat:dicens cum aplo Paulo

Non sunt condigne passiones huius temporis. ad Rom. viij.

¶ Moraliter. Cum audimus sanctos dei amicos: et qui absque mortali peccato viuebant: tot ac tāta p noīe Christi pati tormēta: debemus animari ad sufferendum equanimiter queque aduersa: animaduertentes q̄ p multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Actu. xiiij. Debemus etiam ex hoc considerare q̄ si Deus sic flagellat saltem permissiue illos quos amat: quid faciet illis quos reprobat? vt dicit Greg. lib. iij. moral. c. iiij.

¶ Sexto dn̄s fecit famulum suum Blasium similem Petro in preseruatione. De beato enim Petro apostolo qualiter preseruatus fuerit a domino inter vndas speciale testimonium habemus Matt. xiiij. vbi legitur q̄ cum ipse Petrus ad domini verbū ambularet super aquas et inciperet mergi: clamauit ad dn̄m dicens. Domine saluū me fac. Ad quē xp̄s extendens manū apphendit illū: et a periculo submersionis liberauit. Ita in pposito legit de btō Blasio q̄ pses Sebaste videns q̄ nō vellet deos suos adorare: quos vera idola esse cōstantissime asserebat: dicēs. Oēs dij gentiū demonia: dn̄s aūt / quē suuple. nos christiani adoram⁹: ille est qui celos fecit. Iussit eū mitti i stagnū / ille vero aquā signo crucis signauit: et mox arida fixa pmāsit. Quo facto dixit. Si dij vestri veri sint: ostēdite nūc virtutē eox: et ingredimini mecum huc. Qd cū facere attentassent nonnulli idolatre illic astantes: et presidi fauentes: continuo lxxx. ex ipsis submersi sunt. Nā descenderunt in pfundum stagni quasi lapis.

¶ Moralr. Aque i sacra scptura qn̄q̄ significāt abundantiā pctōx et iniquitatū multarū / q̄ proh dolor hodie vident coopetire ferme totam terrā. Osee iiij. Maledictū et mendaciū: et homicidiū: et furtū: et adulteriū inūdauerūt. Uñ postq̄ Dauid ppetrauit adulteriū cū Bersabee: et homicidiū aduers⁹ Uriā vix ei⁹. ipse i se reuersus clamauit ad dn̄z et dixit. Saluum me fac deus: qm̄ intrauert aque. i. peccata: vsq̄ ad animam meā: id est vsq̄ ad plenū consensum. Quale igitur remediū ne mergamur in aquis pctōrū? Certe orare debemus dn̄m: et dicere sigillatim cū principe apostolorum Petro. Dn̄e saluū me fac. Quod vbi ex corde fecerimus: indubie preseruabit nos a submersione pctōrum. Dicamus g̃ illi omnes. Ab imminentibus peccatorū nostrorum periculis libera nos domine. Qui autem presumunt de propria iustitia: aut qui nimis exaltant dei misericordiam: ita vt non sit in eo iustitia: descendunt in profundum peccatorum in presenti: et penarum in futuro.

¶ Septimo dn̄s fecit beatum Blasium similem beate virgini in exauditione. De ipsa enim Christi matre verisile est immo certum q̄ ipsa subuenit famulis suis in necessitate constitutis: ita vt dicat Bern. serm. iiij. de assumptione eiusdem. Sileāt misericordiam tuam virgo beata si quis te inuocatam in

necessitatibus suis sibi memi-
nerit defuisse. Sũt etiã nõnulli
alij scti priui egiati quoꝝ oẽm
petitionẽ se ꝑmisit dñs imple-
turũ. Inter quos connumerat
beatus Blasius. Uñ de eo legit
ꝙ cum adhuc viueret: venit ad
eumquedam mulier: que filium
suum morientem: in cuius gut-
ture os piscis trãsuersum erat
ad pedes eius attulit postulãs
cũ lachrymis vt cũ a tanto pe-
riculo liberare dignaret. Quo
viso miã motus vir dei: super di
ctũ filiũ manũ posuit: orãs do-
minũ vt puer ille ⁊ oẽs q̃ i eius
nomine aliquid peterent: sani-
tatis bñficiũ obtinerent. Ean
dẽ ẽt petitionẽ fecit vir dei ad
dñm cũ mori deberet. Nã tunc
flexis genibus orauit ad dñm
vt q̃cũꝗ p infirmitate guttur
siue cuiuscũꝗ alterius egritu-
dini ꝯ pellende eius patrocinia
postularet: exaudiri continuo
mereretur. Et ecce vox de celis
ad eum venit: ꝑmittẽs sic fieri
prout postulauerat. Et ne ego
velut ingratus subticeã de ma
gnalia que in me opat⁹ est me-
ritis famuli sui Blasij: veritatẽ
dicã. Cũ eni in hoc ꝯuentu san
cti Ludouici ebroycen. degerẽ
sub nouittorũ disciplina: inter
comedendum arterie gutturis
mei adeo occupate extiterunt:
vt vix respirare valerẽ. Qđ sen
tiens: me commendaui meritis
bti Blasij/ et ecce subito cessat
ipedimetũ: et arterie ad plenuz
reserant. Uñ benedict⁹ deus q̃
apparet mirabilis in sctis suis
et signanter in beato Blasio.
De hoc glorioso sancto merito
possumus dicere illud ps. Sci-
tote qm̃ dñs sctm̃ suum mirifi-
cauit. i. mirabilẽ fecit: ⁊ signan-
ter in miraculoꝝ operatione:
dominus exaudiet me cum cla
mauero ad eum. i. cum famuli
sui Blasij deuote implorauero
suffragia.

¶ Moraliter. Circa sctos ꝑule
gratos ꝯtingit hoies multiplr
peccare. Primo q̃dẽ p negligen
tiã et indeuotionem: sicut patz
de illis q̃ in suis necessitatibus
ipsoꝝ sanctoꝝ suffragia nõ im-
plorant. Scdo vero per incre-
dulitatẽ/ sicut ptz de illis q̃ non
credunt sanctos tãti eẽ meriti.
apud deum: vt illis contulerit
hãc vel illam grãm. Tertio aũt
per ingratitudinẽ: sicut ptz de
illis q̃ postq̃ meritis sctõrũ dei
euaserũt q̃cunꝗ pericula: non
plus curãt de ipsis sanctis/ nec
forsan de votis ad eos factꝫ. et
tales sunt siles pincerne dom⁹
Pharaonis. de quo legit Geñ.
xl. ꝙ postquam eductus fuit de
carcere: et restitutus in pristinũ
officium: vez prepositure pin-
cernarũ dicte domus: atꝗ sibi
succrescere ceperũt ꝓspera obli
tus est interpreti s sui. Applica
tio est facilis.

¶ Octauo dñs fecit seruũ suuz
Blasiũ similem beato Paulo in
coronatione. Nã sicut Paulus
sub nerone capite trũcatus est:
ita et btũs Blasius sub preside
ciuitatis Sebaste: Anno a pas-
sione dñi. lxxxvij. Cuius animã
sancti dei angeli ad superna de
tulerunt. Et quanuis festũ hui⁹
sancti non sit de precepto ecclie
obseruandũ: a multis tamẽ so-
la deuotione obseruari solet. et
hoc pp beneficia medio illius
a dño ipetrata aut ipetranda.
Unde preter predicta solet re-

clamari a rusticis contra egritudinem aut mortem porcoꝝ suoꝝ. Et hoc forte propter historiam que de eo in casu simili narratur: que sequit. Fuit enī quedam mulier paupercula vnicum porcum habēs. Hūc ergo cū lupus rapuisset in pascuis: dicta mulier venit ad beatum Blasium: ipm̄ instanter deprecans vt faceret sibi reddi porcum suū. Ille aūt subridēs ait illi. Mulier: noli cōtristari: reddetur enī tibi porcus tuus. Et continuo lupus venit: et porcū paupercule vidue reddidit.

Quo facto ille dixit p̄dicte vidue. Singulis annis offeras cādelam in eccl'ia nominis mei: et tibi atque cuicunque qui ita fecerit: bene erit. Sic et illa fecit quo ad vixit / et tādem prosperitas magna illi successit: p̄ter mercedem eternam. Quam nobis meritis famuli sui cōferat ille qui in trinitate perfect. etc.

¶ Ser. in Cathedra b. Petri.

Exaltēt eū in ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eū. ps. cvi. Uerba preassumpta prophetice p̄dixit regius propheta Dauid de principe aplōꝝ Petro: cuius exaltationem sup totam eccl'iam xp̄i pariter et ithronizationem eiusdē in cathedrā antiochenā p̄uidebat. Propter que ait. Exaltent eum in ecclesia plebis. i. plebs de ecclesia seu minores debēt exaltare et glificare btm̄ Petrum apostolum / et in cathedra seniorum. i. illi qui sunt in p̄lationibus constituti / laudent eum. Ac si aperte diceret ꝙ ab omnibus tam minoribus ꝙ maioribus debz laudari btūs Petrus. Et notā ꝙ psalmi. non dicit. In cathedra pueroꝝ: sed seniorum: quia pueri non debēt incathedrari: maxime cū dicat philosophus ꝙ nemo iuuenes sibi eligit in duce: quia nō cōstat eos esse sapientes. Sed p̄fecto hodie videmus prophetiā impleri Esa. iij. que dicit: Dabo pueros principes eoꝝ. Et in Psal. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. i. p p̄latis grauibus et morigeratis: qles erant illi q olim regebāt eccl'iaz / hodie introducunt m̄lti iuuenes sensu et etate

¶ Quia et est q̄stio loqui iuxta materiā subiectā de cathedra beati Petri aplī / ideo notādū ꝙ ipse sedit in multiplici cathedra. Pro quo notandum ꝙ in cathedra materiali solent sedere multa hominum genera: videlicet

- Pontifices.
- Principes.
- Judices.
- Doctores.
- Confessores.
- Campsores.

¶ Primo igit pontifices et magni eccl'ie p̄lati solent sedere in cathedra etiā ad hoc eis spāliter deputata. Et propter hāc cām btūs Petrus hodie p̄mū sedit i cathedra apud Antiochiā: eo ꝙ eēt pōtifex sūmus a xp̄o immediate creatus: cū post suā resurrectionem dixit ei. Pasce oues meas / pasce agnos meos. Pro quo notādū ꝙ ipse Petrus quāuis pōtifex sūmus: nihilominus post suā institutionē mäsit apud iudeam annis quatuor nullibi determinate sedē suā tenēs. Deide ve-

nit Antiochiam:⁊ ibi sedit an=
nis septē. Cui⁹ initiū tale fuit.
Nam cum primū illic venit: et
xp̄m euāgelizare cepit: Theo=
philus pñceps dicte ciuitatis
reputans eū seductorē: reclusit
eū in carcerē vt ibi fame ⁊ siti
moreret. Qđ audiēs Paul⁹: ve
nit ad Theophilum asserēs se
esse in multis artib⁹ opificē pe=
ritissimū: vt sic captata gratia
Theophili: facilius posset allo
qui ⁊ ꝯsolari Petrū captiuum.
Que oīa sunt cōpleta: ꝑut dif=
fuse habes i legēda aurea. No
ta etiā vt ibi habetur quō ipse
Petrus resuscitauit filiuꝫ dicti
principis: qui per. xiiij. annos
mortuus ⁊ incineratus fuerat.
Magnū fuit ꝙ xp̄s suscitauerit
filium mulieris vidue qui defe=
rebatur ad sepulchrū. Luc. vij.
sed maius fuit ꝙ suscitauerit
Lazarum quatriduanum i mo
numento. Jo. xj. maximum aūt
fuit ꝙ ad p̄ces Petri fili⁹ theo=
phili iam. xiiij. annos habens
in sepulchro: resurrexit a mor=
tuis. Vn̄ ad tātā operis effica=
ciam ipse Theophilus credi=
dit in dn̄o: pariter ⁊ oīs popu=
lus Antiochenus. Jnsuper ipse
Theophilus domū suā magni
ficā fecit cōsecrari in eccl'iam.
Jn cui⁹ medio excelsam cathe
dram collocauerunt: ⁊ Petrum
vt ab oibus audiri posset exal=
tauerūt in qua annis septē se=
dit. Deinde Romā veniēs: an=
nis. xxv. sedit. Dicit tn̄ dn̄s An
to. in chronica suā ꝙ aliq̄ꝝ opi
nio est Petrū priusq̄ȝ Romam
veniret: morā traxisse a passio=
ne dn̄i annis. xiiij. in partibus
orientalib⁹ / ꝑtim quidē in Hie=
rusalem ⁊ vicinis locis: partim
vero Antiochie. Hoc aūt pro=
bant ex textu Pauli ad Gal. ij.
vbi dicit ꝙ Paulus post annos
xiiij. a sua conuersione que fuit
eodē anno quo xp̄s passus est:
venit Hierosolymam: et tunc
contulit cū Petro ⁊ aliis euan=
gelium / ⁊ presertim quo ad ob
seruantiam legaliū. Ecce ergo
quō Petrus sedit primo in ca=
thedra pōtificali apud Antio=
chiam. Ob quam causam eccle
sia Antiochena post Romanā
valde exaltata est: ita vt sit ter
tia patriarchalis: vt patet in
decretis. dist. xxij. renouantes.
¶ Scđo p̄ncipes reges: ac im=
peratores solent sedere in ca=
thedra seu throno. vn̄ de Salo
mone scribit. iij. Re. ij. ꝙ sedit i
throno Dauid patris sui. Pro=
pter autem hanc causam bea=
tus Petrus debuit sedere in ca
thedra: eo ꝙ fuit princeps apo
stoloꝝ. i. maior inter eos: quod
etiā voluit innuere xp̄s qn̄ di=
xit illi: Tu vocaberis Cephas
qđ interpretatur caput. Joā. j.
Et q̄uis ceteri apostoli vocent
principes: vt patet in psal. vbi
sic de illis legit. Principes po=
puloꝝ congregati sunt cuꝫ deo
Abraham. i. cū xp̄o: in quē ven
turum credidit Abraham: vt
patet Joā. viij. Item idem p̄s.
alibi dicit: Cōstitues tu sup
ple christe: eos vcꝫ Apostolos
tuos: principes sup oēm terrā.
Qđ tūc completum est qn̄ dixit
eis illđ Mat. xvj. Eūtes in mū
dum vniuersum predicate ⁊c.
Item in hymno vocant eccle=
siaꝝ principes. Nō tn̄ principa=
tus eorum fuit equalis ambit⁹
cuꝫ principatu Petri. Nā prin=
cipatus Petri fuit vniuersalis

ꝛ absq̧ restrictione aut terrarū
limitatione. Principatus vero
alioꝝ apostoloꝝ fuit limitatus
ad certam regionem: verbi grā:
principatus Joānis se extende
bat ad Asiā. Pincipatus Tho=
me ad Indiam. Principat⁹ Si=
monis ꝛ Jude ad Persidē ꝛ vs=
q̧ Babyloniā. Principat⁹ Phi=
lippi per Syriam diffundeba=
tur. Principatus Jacobi mino=
ris ꝑ iudeā. Principat⁹ Jacobi
maioris per Hispaniam. Prin=
cipatus Pauli per multas na=
tiones diffusus fuit: vt ptʒ in su
is epistolis: in quibus ad gen=
tes diuersarum regionum scri=
bit. Postremo principatus Pe=
tri non solum respicit Antio=
chiam aut Romam: in quibus
specialiter legitur predicasse:
verū etiā respicit totā ecclīam
militantem: cui prelat⁹ est non
ab apostolis: nec a sacris consi
lijs: sed potius a xp̄o: dicēte il=
li. Pasce oues meas. Non antē
dixit illi xp̄s. Pasce has vel il=
las oues meas: sed vniuersas
sibi ꝯmisit: vt ptʒ in decret. dist.
xxj. in nouo. Et q̄uis illō decre.
tum dicat ꝙ ceteri apl̄i cum eo
dē Petro pari consortio hono=
rē ꝛ ptātem acceperint: hoc tñ
intelligēdū est ſm glo. quantuʒ
ad ordinē: ꝛ rationē ꝯsecratio=
nis: nō aūt quātum ad iurisdi=
ctionem et administrationem:
qꝛ quātū ad hoc petr⁹ fuit ma=
ior ceteris aplis. Hoc idē ēt dt
Aug. lib. ij. de baptismo. Et sil̄r
recitat̄. ij. q. vij. puto. Et breui=
ter videtur figuratiue dictū de
Petro qd̄ historial̄r dictum le
gim⁹ de Joseph i psal. q. s. pha=
rao per quē intelligit̄ xp̄s: con=
stituit eū. s. petrū dn̄m domus
sue. i. militantis ecclīe: et princi
pē oīs possessiōis sue. i. xpiano=
rū: qui sunt possessio dn̄i ꝛ here=
ditas illius. Merito ergo Pe=
trus qui fuit tantus et tantorū
populorum princeps: sedit ho=
die in cathedra.

¶ Tertio iudices solent sedere
in cathedra iudiciaria cum ali=
quid diffiniunt: vñ Matth. xxiij
Sup cathedrā Moysi: inq̄t chri
stus: sederunt scribe ꝛ pharisei.
Oia ǧ quecūq̧ vobis dixerint:
seruate ꝛ facite. Propter hāc ǧ
causam btūs Petrus Apl̄s ho=
die rōnabil̄r ascēdit cathedrā.
Ipse em̄ fuit iudex aiaꝝ a sup̄=
mo iudice xp̄o ꝯstitutus qñ di=
xit illi. Pasce oues meas: pasce
agnos meos. Ac si aperte illi
dixisset: Constituo te iudicem
aiarum ꝛ oīm in me credentiuʒ
tā maioꝝ q̄ꝫ minorū. Vñ Mar=
cellus papa. et recitat̄. xxiiij. q.
j. rogamus. loquens de btō Pe=
tro: dt ꝙ ipse est caput toti⁹ ec=
clesie: cui dn̄s ait. Tu es Petr⁹
ꝛc. Cui⁹ sedis ꝓmat⁹ fuit apud
antiochiā: que postea iubente
dn̄o romam translata est. Et si
dicat̄ ꝙ ceteri apl̄i fuerūt iudi=
ces aiaꝝ xp̄i fidelium sicut et
petr⁹: ſm ꝙ canit ecclīa i hym=
no de eisdem: vocans eos secli
iustos iudices: Rn̄det̄ ꝙ Petr⁹
fuit iudex suprem⁹ oīm: habēs
ptātē ꝛ iurisdictionē immedia=
te a xp̄o. Ceteri aūt apl̄i fuerūt
iudices pticulariū ꝓploꝝ: et cū
limitatione ptātis quā ab ipso
Petro acceperūt: ſm ꝙ in simili
dt Grego. et recitat̄. ij. q. vj. de=
creto. Romana (inq̄t) ecclīa vi=
ces suas ita alijs impartiuit ec
clesijs: vt in ptē sint vocate sol=
licitudinis: nō in plenitudinem

potestatis. Hec ibi.

¶ Quarto doctores solent sedere in cathedra cū legunt aut disputant: vñ de legis doctoribus iudeoꝝ loquēs xp̄s Matt. xxiij. dicebat ꝙ amabāt p̄mas cathedras in synagogis. Propt̄ hāc ḡ cām hodie btūs Petrus apud antiochiam ascendit cathedram ad hoc sibi paratam a Theophilo: vt.s. in ea sedēs doceret pplm: vt dictū est prius. Uñ ad hui⁹ exēplū ductū est ī ɔsuetudinem vt predicatores diuini v̄bi ascēdāt cathedrā: quotiens volunt loqui ad populū: quod etiā fit ob reuerentiā diuini v̄bi ꝛ vt facili⁹ p̄dicator audiri possit a pp̄lo. vnde in simili dr̄ Esa. xl. Super montē excelsum ascēde tu qui euangelizas sion: exalta in fortitudine vocē tuam q̄ euāgelizas hierl̄m. Sed proh dolor mlti indocti ꝛ imbeciles p̄sumūt ascēdere cathedram vt alios instruāt: q̄s poti⁹ destruūt ꝛ subuertunt pter imperitiam literarū: quo fit vt ex tali abusu veniat diuinū v̄bū apd̄ multos in ɔtēptū. Caueāt ḡ sibi p̄lati ordinū mēdicantiū ne forte pretextu questaꝝ ꝛ eleemosynaꝝ colligendaꝝ ɔmittāt offm̄ predicationis fratrib⁹ ad hoc minus idoneis: qr meli⁹ et securius esset eleemosynas xp̄ifideliū absq̧ p̄dicatione petere: q̄ ob hāc cām indoctis fratrib⁹ tm̄ on⁹ ɔmittere cū piculo aiaꝝ tā ɔmittentiū q̄ ɔmissoꝝ/q̄ auditoꝝ. Hic ēt loquēdū est ɔ̄ predicatores idulgētiaꝝ: q̄ vt subtili ingenio extorqueāt pecunias a pp̄lo: multa fingūt: non erubescētes sciēter mentiri. Nō min⁹ ēt reprehēdēdi sunt q̄stores sācti Antonij: scti Joa. vltramarini sancte trinitatis: sancti sp̄ūs et hmōi. Tales eī q̄stores vt cōius sunt psone infames ipudicā vitā ducētes: donaria rectorib⁹ eccl'iarū offerētes vt sic eos pmittāt mendaciter loqui: ꝛ mandata sua ampliare: asserentes oēs confratres locoꝝ p quibus petūt pia subsidia posse absolui: ab oibus etiā a culpa ꝛ pena semel in vita aut pluries parit̄ et in mortis articulo. Quorum abusus reprobat̄ in clemētinis. rub. de pe. ꝛ re. c. abusionib⁹. vbi expresse papa reuocat p̄uilegia cōcessa sub tali forma ꝙ benefactores talis vel talis loci possit ɔmutare vota sua: siue ꝙ cum eis in hos dispensari possit. Itē ꝙ habētes de alieno: ꝛ nescientes cui sit facienda restitutio in pticulari: illis dādo certā summā/sunt absoluti. Item ꝙ ipsis bñfactoribus relaxet̄ tertia vel q̄rta pars pniaꝝ sibi iniunctaꝝ. Item ꝙ p talē eleemosynā possint liberare aīas tres vel plures amicoꝝ suoꝝ a purgatorio. Itē ꝙ hmōi bñfactores consequantur plenariā remissionē a culpa ꝛ pena: qr ḡ vt ibidē subdit̄: p tales abusus vilescit censura eccl'iastica: et clauiū authoritas ducit̄ in ɔtēptū: iō papa reuocat oia et singula p̄uilegia talib⁹ locis vel q̄storib⁹ cōcessa mandans ep̄is locoꝝ vt tales abusores acriter puniāt. Et p̄fecto multi p̄lati talib⁹ plus iusto fauent: eo ꝙ interdū habent ptē in lucro: aut saltē recipiunt magna munera pro expeditiōe mādatoꝝ suoꝝ: qr a sacerdote vsq̧ ad leuitā: et a maiore vsq̧ ad minorē oēs auaritie student

⁊ ĉ uncti faciunt dolū: vt habe-
tur Hiere.vi.
¶ Quīto ꝯfessores solēt sedere
in cathedra: sicut vz de vniuersis i
ecclesijs cathedralib⁹. Et ꝓpt
hāc cām btūs Petr⁹ sedit in ca
thedra: eo ꝙ fuit maxim⁹ pnia
ri⁹ sūmi pōtificis Jesu xpi: ꝓut
illi ꝓmiserat Matt.xvj. dicens.
Tibi dabo claues regni celoꝝ.
Et ꝗdcūqꝫ liga.⁊c. In tali cͣ tiaꝫ
cathedra sedēt post Petrū oēs
curā aiaꝝ gerētes: aut ex ꝓui-
legio facultatē ꝯfessiōes audiē
di hñtes: sicut sūt frēs p̄dicato-
res ⁊ miores: ꝯformiter ad cle-
mentinā dudū.titu. de sepultu-
Et nota ꝙ in hoc pl⁹ est ꝯcessum
sacerdotib⁹ qͣꝫ angelis aut regi
bus. Nō eñ angelis aut regib⁹
dictū est. Uobis dabo claues re
gni celoꝝ: sꝫ solis sacerdotib⁹.
Quib⁹ ēt solis ꝯcessa est ptās su
pra corp⁹ xpi verū: qꝛ nō ange-
lis aut regib⁹ dictū est. Hoc faci
te in meā ꝯmemorationē. Luc.
xxij. sed solis p̄sbyteris: qb⁹ sic
ꝯgruit vt sumant dñicum cor-
pus: ⁊ dent ipsum ceteris.
¶ Sexto cāpsores solēt sedere
in cathedra: vñ. Matt.xxj. legit
ꝙ xp̄s eiecit de tēplo oēs vēdē-
tes et emētes: ⁊ mēsas nūmula-
rioꝝ.i.cāpsoꝝ: ⁊ cathedras ven
dentiū colūbas euertit. Et ꝓpt
hāc cām btūs Petr⁹ sedit in ca
thedra: qꝛ reuera fuit optimus
cāpsor: nō pecuniaꝝ: sed culpa-
rū. Nā quotqt ad eū veniebant
deferētes falsam pecuniā ⁊ de-
clamatā pcti: talib⁹ liberaliter
eā cōferebat pecuniam optimā
⁊ regiā grē dei: saltem ministe-
rialiter. Quā etiā recipit a deo
quicūqꝫ rite ꝯfitet. Et de hac
optima pecunia videt rite posse
intelligi illud Apoca.iij. Sua-
deo tibi emere a me aurum igni
tum ꝓbatū vt locuples fias. Et
sunt ṽba dñi ad pctōrem quem
hortat ad veram vniam: ⁊ oris
ꝯfessionē: in q̄ pecunia pcti com
mutat in auꝝ charitatis et grē
dei. psal. Hec mutatio dextere
excelsi. Ecce quō beatus Petr⁹
sedit in cathedra campsorum:
in qua ēt hodie sedēt oēs cōfes-
sores bñficiū absolutionis rite
ꝯfitētib⁹ impartiētes: sed ꝓfecto
multi ꝯfessores hodie sedent in
cathedra pestilētie: ⁊ isti sūt in
triplici drīa. Primi sūt q̄ emunt
sedē: vt simoniace ꝓmoti. Item
illi capellani q̄ p̄cio appreciato
ꝯueniūt cū rectorib⁹ ecclīaꝝ in
qdragesima: vt possint audire
sibi ꝯfiteri volentes. Et in ista
cathedra pestilentie plures se-
dent in magnis parochijs: in
qbus ordinari⁹ nō pōt oēs sibi
subditos p se ⁊ in ꝓpria audire
de ꝯfessione. Secūdi sunt eccle-
siastici cupidi ⁊ auari qui non
qrūt nisi lanā: ⁊ non fructū aia-
rū: q̄ ēt interdū imponunt sibi
ꝯfitētibus vt certū nūerū missa-
rum celebrari faciant: hac reor
de causa: vt illas sibi dicēdas cō
mittāt. Tertij sunt illiterati et
idiote vix missam suā legere va
lentes: q̄ absoluūt oēs ob oib⁹:
optimū forū de penitentijs in-
iungēdis faciētes: nō discernen
tes inter leprā ⁊ leprā. Et tales
ꝯfessores seu campsores querūt
hoies mūdani: qb⁹ sat; ē vt ha
beant bñdictionē a cōfessore: et
sic cū clꝛis suis a cāpsore rece-
dūt. Hui⁹ aūt gñis minime exti
tit btūs Petrus: ꝓpter qd de eo
merito dicere possum⁹ illud qd
in capite libri psalmoꝝ legitur:

videlicet Beatus vir qui non abĳt in cõsilio impioꝝ: scz Iudeoꝝ tractãtium xp̄i mortem. Et per oppositum: maledictus vir Iudas q̇ abĳt in dicto consilio: dicens. Quid vultis mihi dare ꝛ ego ꝛc. Sequitur. Et in via pctõꝝ nõ stetit. Non dicit. Beatus vir qui non fuit in via pctõꝝ: sed q̇ non stetit in ea: qꝛ etsi beatus Petrus aliquando fuerit in via pctõꝝ: vt qñ negauit magistrũ suũ Christum: nõ tamẽ in ea stetit: sed statim ab ea recessit: quia ꝯprimum illũ respexit dñs: recordatus ē peccati sui: ꝛ fleuit amare. Sic͛ iste sanctus in cathedra pestilentie non sedit. Nã postq̃ factus est Christi vicari⁹: extunc vitã immunẽ ab omni mortali peccato duxit. Huius igiẗ meritis ꝛ precibus nos preseruet dñs a culpis oībus: vt tandem cum eo perfrui mereamur in celestibus. Prestante dño nostro Iesu xp̄o: qui cum ꝛc.

¶ Sermo de beato Mathia apostolo.

Episcopatum eius accipiat alter. p̄s. cviĳ. Hodie colit vniuersalis ecclesia festũ diui apostoli Mathie qui successit in apostolatum loco Iude proditoris. Unde in illo Psalm. qui incipit Deus laudem meam ne tacueris: qui etiam pro magna parte exponitur cõmuniter a doctoribus catholicis ad literam de Iuda: de ipso Iuda tria p̄ncipaliter tanguntur ꝫm triplicem eius statũ: videlꝫ vite / mortis / post mortem.

¶ Primo em̄ in statu vite presentis pessime vixit. Unde in principio xp̄s vocat eum peccatorem et dolosum: cũ de eo pie cõqueriẗ ad deũ patrẽ dicens. Deus supple p̄r laudẽ meam ne tacueris: qꝛ os pctõris ꝛ os dolosi: scz Iude qui antonomatice peccator et dolosus hic appellaẗ: sup me apertũ est. Tunc autẽ os huius pctõris et dolosi apertũ est super xp̄m. i. ꝯtra: qñ dixit Iudeis. Quid vultis mihi dare: ꝛ ego eũ vobis tradã: Matth. xxvi. Itẽ os huius peccatoris: ꝛ dolosi ꝯ xp̄m apertũ fuit: qñ in dolo osculatus est eũ dicẽs. Aue rabbi. Itẽ malitia. Iude erga xp̄m in alia ostendiẗ cũ in eodẽ psal. subditur de eodẽ. Et persecutus est hoiem inopẽ: scz xp̄m: q̇ fuit ita inops vt non haberet vbi caput suum reclinaret: vt habeẗ Mat. viĳ. Et mendicũ: q̇ a Samaritana aquã petĳt. Et cõpunctum corde. i. qui cõpatiebaẗ corde peccatis hoim pro quib⁹ etiã voles dis voluit mori in cruce. Mortificare: id est iudas persecut⁹ est xp̄m vsq̧ ad mortem: quia persecutio sua fuit occasio ꝙ Iudei comprehenderũt xp̄m: ꝛ tãdẽ occiderũt. Ecce quõ Iudas pessime vixit.

¶ Scḋo Iudas pessime mortuus est. Non em̄ põt esse mors nisi mala: quam vita mala precessit. Unde de eius morte diciẗ in p̄cedẽti psaẗ. Cõstitue super eũ pctõrẽ. i. diabolũ: et hoc in mortis sue articulo: ꝛ diabolus stet a dextris ei⁹. Quia q̇cq̇d boni prius fecit Iudas: hoc totũ ꝑdidit peccãdo: et in peccatis suis moriẽdo. Et nota ꝙ predicta ꝟba Constitue super

cum ⁊c. sunt verba Christi ad deū patrē p̄dicētis malā mortem Jude. Un̄ sequitur. Cū iudicat̄: scz in morte: exeat cōdēnatꝰ. i. perpetue dānationi deputatꝰ. Et orō eiꝰ fiat in pctm̄. Ac si diceret. Si quis orauerit pro Juda mortuo: sicut semper moris fuit ꝑ mortuis orare: talis orō nō ꝓderit illi: ⁊ hoc ipedi̇ete eius pctō cū quo decessit. ¶ Tertio Judas pessime se habuit post mortem: q2 fuit a deo maledictus. Unde de eo subdit̄ vbi supra. Dilexit maledictionem. i. peccatū ex quo sequitur eterna maledictio: et veniet ei. Et noluit bn̄dictionem. i. non se disposuit in p̄senti ad ꝑcipiendum miam dei. Et ideo in alio statu benedictio gr̄e et mie dei elongabit̄ ab eo. Et induit maledictionē sicut vestimentum. i. fuit circūdatꝰ maledictionibus sicut hō circundat̄ vestimento. Un̄ in dicto psal. i quo hec inserunt̄: continent̄. xxx. maledictiones ꝯ ipsum Judā. Sequit̄. Et intrauit supple maledictio eterna Jude: sicut aqua in interiora eiꝰ. Et hoc quo ad penam aīe quam nunc patit̄. Et sicut oleū in ossibꝰ eiꝰ: istud respicit penā corporalē quā sustinebit post diē iudicij: que ad modum olei diffundet̄ per totum corpꝰ ipsiꝰ: interiꝰ ⁊ exteriꝰ ipm̄ cruciando. Fiat ei: scz Jude dicta pena: sicut vestimentū q̄ operi t̄ ipsum crucians ex ol parte. Et sicut zona qua semꝑ precingit̄. quasi diceret ꝙ talis pena corporalis quā patiet̄ maledictus Judas post diē iudicij in inferno erit ꝑpetua et ab eo insepa rabilis. Patēt ꝫ tria in gn̄ali q̄ tangū tur in p̄dicto psal. Deus laudē ⁊c. de Juda quo ad triplicē statū ipsiꝰ: videlz in vita, in morte: post mortē. Hec autē incidētal'r dicta sunt: nō quidē sic ꝙ velimus canonizare impijssimū ⁊ reprobatissimū ꝓditorē Judā: sed q2 est qō in presenti loq̄ de btō Mathia aplo: qui successit ipsi Jude in apostolatū: put lōge ante ꝓpheta uerat Psal. dicēs. Episcopatū eius. s. Jude: accipiat alter: videlicet Mathias priꝰ xp̄i discipulus q̄ȝ apl's. Ubi notandū ꝙ per episcopatū in presenti intelligitur apostolatꝰ. Qđ ptz euidenter ꝑ glo. interli. sup dicto passu dicentem. Episcopatum eiꝰ ⁊c. ne sacratꝰ duodenarius aploꝝ numerus sit diminutus. Hoc idem etiā dicit dn̄s Hugo Cardi. silr et de lyra. Un̄ ⁊ ep̄i in eccl'ia sunt successores apostoloꝝ: vt habetur in decretis di. xxi. in nouo. Nō est ꝫ sensus ꝙ Judas aliquādo fuerit ep̄s: et post illiꝰ suspēdiū successerit sibi btūs Mathias in ep̄atum: maxie cū interierit ante dn̄icā resurrectionem ſm cōem opinionē. Tunc aūt nullus aploꝝ ep̄s erat. Nā in cena xp̄s solū fecerat eos simplices sacerdotes: dādo illis potestatē supra corpus suū verū: dicēs. Hoc facite in meā cōmemorationem. Post vero resurrectionē suā fecit primo Petrū ep̄m summum cum dixit ei. Pasce oues meas. Joan. xxi. Et tunc in affectu et de p̄senti illi ꝯtulit qđ prius ꝓmiserat Mat. xvi. dicens. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Dein de Petrꝰ fecit post pentecosten Joānē euāgelistā ep̄m. Postea

Jacobū fratrē illi⁹. Demū illi
tres cōsecrauerūt simul Jaco=
bum minorē in epm̄ ꝛ patriar=
cham Hierosolymitanum: dan
tes in hoc formā ecclie de nu=
mero ternario epoꝝ ꝯsecrātiū
aliū: vt ptz expresse in decretis
dist. lxvj. porro. Et extunc fuit
practicatū ꝙ eps non minus ꝗ̄
a tribus coepiscopis cōsecret:
adeo ꝙ etiam duo epi cū vno
abbate nō sufficiūt ad cōsecrā=
dum aliquē in episcopum.

¶ Alia introductio
pro p̄senti sermone.

¶ Notandum ꝙ thema preas=
sumptum videlicet Episcopa=
tum eius ꝛc. potest multiplici=
ter intelligi.

¶ Primo quidē de angelo per
superbiam de celo in abyssum
inferni cadēte. Cui⁹ epatum. i.
celestē dignitatē ꝛ mansionem
accepit alter: i. homo humilis.
iuxta illud Luc. j. Deposuit po
tētes de sede: ꝛ exaltauit hu=
miles. Itē in psal. Hunc scz su=
perbū spm̄ angelicum humiliat
supple de⁹. ꝛ hūc scz hoiem hu=
milem exaltat: supple in celum.
Nā vt dicit Augu. prout reci=
tat magister senten. dist. x. se=
cūdi libri. Superna Hierusalē
mater nostra: ciuitas dei: nulla
ciuiū suoꝝ numerositate frau=
dabit: aut etiā vberiore fortas
se copia abundabit. Neqꝫ enim
numerū imundoꝝ spirituū no=
uimus: in quoꝝ locū succeden=
tes filij catholice matris in ea
pace de qua illi eiecti sunt: sine
fine permanebūt. Hec ibi. Ecce
quomodo episcopatum angeli
accepit homo.

¶ Secundo predictū verbum
potest exponi de iusto a gratia
per peccatum cadente: ꝛ de pec=
catore a culpa per gratiam re=
surgēte. Nā in hoc casu ꝗ sepe
ꝛ in dies accidit: vnus accipit
episcopatum alterius. Propter
quod Joan. Apoca. iij. admo=
net quemlibet iustū ad boni iā
incepti perseuerātiam: dicens:
Tene qđ habes. i. gratiam tibi
datam: vt nemo accipiat coro=
nā tuam. Ac si apte diceret. Si
tu cadis per pctm̄: alius subin=
trabit pro te. Hoc enim cōe est
ꝙ cadentib⁹ aliquib⁹ a iustitia
in p̄senti: alij eis surrogantur.
Vn̄ refert magister Nicola. de
lyra: in postilla sua sup Apoc.
ꝙ cū. xl. fideles ducerentur ad
mortē propter defensionē fidei
catholice: vnus retrocessit cor=
pore ꝛ mente. Et ecce clauicu=
larius siue custos carceris hoc
vidēs: p̄dictos martyres secu=
tus est vsqꝫ ad mortem: atqꝫ cū
ipsis pariter gloriose pro xp̄o
occubuit: ꝛ ita alteri⁹ fugiētis
coronam accepit. Ad similem
etiā ꝑseuerantiā nos admonet
Apl's. ij. ad Thessalo. ij. dicēs.
Qui tenet teneat: donec de me=
dio fiat. i. donec moriatur. Sed
forsan queret aliquis qūo quis
possit perdere coronam suam:
maxime cū illa ꝑueniat ex di=
uina p̄destinatione que est in=
fallibilis. Ad hoc rn̄det beat⁹
Tho. j. parte. q. xxiij. arti. vj. in
sol. ad primū dicens ꝙ corona
potest esse alicuius dupliciter.
Primo modo ex diuina prede=
stinatione: ꝛ sic nullus potest
coronam suam perdere: id est
gratiam finalem ad quam est
predestinatus: vel gloriā cele=
stem ad quam est electus. Se=
cundo modo ex merito gratie

et sic aliquis potest coronam suam perdere p sequens peccatum mortale. Alius autem illam coronam amissam accipit inquantũ in locũ eius subrogatur. Non em̃ permittit deus aliquos cadere quin alios erigat ſm illud Job. xxxiiij. Conteret multos ⁊ innumerabiles: ⁊ stare faciet alios pro eis. Sic enim in locũ angelorum cadentium substituti sunt homines: vt dictum est: ⁊ similiter in locum Judeorum in aduentu xp̄i substituti sunt gentiles.

¶ Tertio predictũ verbum potest ad literã intelligi de dignitatibus ecclesiasticis in quibus vnus succedit alteri: siue per resignationẽ: siue p permutationẽ: siue per mortẽ. Psal. Deus meus pone illos vt rotam. Nam sicut in volutione rote vna ps succedit alteri: ita in proposito. Et hoc quidẽ cito. ideo sequitur. Et sicut stipulã ante. ⁊c. Quinimmo vno ep̄o aut abbate decedente: interdũ episcopatum aut abbatiã volũt plures accipere Olim enim mortuo summo pontifice aut ep̄o aliquo: vix inueniebatur qui vellet illi succedere: quinimmo plures fugiebant ⁊ in speluncis se abscõdebant ne in talibus dignitatibus preficerentur. Sic enim egit beatus Gregorius: qui tamen indicio columbe fulgide e celo super se dependentis: inuentus captus ⁊ tractus: summus põtifex consecratur. Sic etiam legitur de beato Ambrosio. Silr beatus Augustinus lib. j. de vita ⁊ moribus clericorum: de seipso loquens dicebat. Quod esse potui: esse nolui. Nec tamen quesiui esse qd sum. Elegi em̃ in domo dei abiectus esse magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum. Et post pauca. Adeo inquit timebam episcopatum: vt qm̃ ceperat esse iam alicuius momenti inter seruos dei fama mea: in quo loco sciebã non esse ep̄m: non illo accederem. Cauebam autem hoc: ⁊ agebã quãtũ poterã vt in loco saluarer humili: et nõ in alto periclitarer. Sed dño seruus contradicere nõ debet: cui placuit mihi dicere. Ascende supius. Hec ille. Hodie aũt mortuo aliquo p̄lato plures contẽdunt ei9 accipere ep̄atum: non quidem ppter Jesum seu animarum salutem vt eas pascant: sz vt lautius ⁊ abũdãti9 seipsos pascant et consanguineos suos ditent: atq3 magnos faciant de bonis ⁊ patrimonio crucifixi. Et ideo rari aut nulli inter modernos prelatos inueniũtur qui clareant miraculis/ siue in vita/ siue post mortem.

¶ Quarto antedictum verbum potest exponi ad propositum presentis mysterij: vz de Juda: cui9 episcopatũ: id est apostolatum accepit alter: vz beatus Mathias: vt prius expositum est.

¶ In p̄nti g̃ sermone de ep̄atu bti Mathie tria principalr sũt consideranda: vz
De ingressu
De progressu
De egressu.

¶ Primo igit videndũ est de ingressu ep̄atus beati Mathie: q̃ quidem ingressus fuit valde laudabilis et commẽdabilis ex parte trium: vz

Eligentium
Electi
Modi eligendi.

¶ Prio q̄dē ex pte eligentium. Fuit em̄ ei⁹ electio celebrata a sctissimo collegio apl'oꝝ: necnon alioꝝ deuotoꝝ xp̄ianoꝝ q̄ in toto erāt nūero centū viginti hoīes p̄sidente Petro: vt ptz Act.j. Patet ḡ q̄ electores fuerunt magne auctoritatis: saltē quo ad apl'os: q̄ꝛ sunt secli iudices. Matth.xix. Sedebitis sup sedes.xij.iudicātes.xij.trib⁹ israel. Itē erant magne sctitatis Ioā.xiij. Uos mundi estis. Itē erant magne dignitatis: quia ecclesiarum principes: belli triumphales duces: celestis aule milites: et vera mundi lumina.

¶ Scd̄o dicta electio fuit valde ꝯmendabilis ex parte electi: videlicet beati Mathie: qui fuit vir simplex: iust⁹ ꝛ rectus: atq̄ recedēs a malo. Uñ Mathias hebraice: dicitur latine donatus dn̄o: vel donatio dn̄i: vel humilis siue paru⁹. Et hoc rationabil'r: ita vt de eo merito possimus dicere illud psal. Secundum nomen tuum: sic et laus tua in fines terre.i. per vniuersum orbem. Nā sanct⁹ iste fuit donatus dn̄o: quoniam ipsum de mundo elegit: et inter.lxxij. discipulos designauit. Itē fuit humilis. Est autem triplex humilitas: sicut dicit beatus Ambro. Pria est afflictiōis qua q̄s dicitur humiliatus. Scd̄a considerationis: que precedit ex consideratiōe sui. Tertia deuotionis: que procedit ex considera tione creatoris. Primā hūilitatē habuit btūs Mathias martyriū patiēdo. Scd̄am seipm̄ despiciēdo. Tertiā maiestatē dei ammirando. Ecce quomodo electio beati Mathie fuit commendabilis ex parte electi.

¶ Tertio dicta electio fuit commendabilis ex parte modi eligendi: qui fuit duplex. Primus fuit p deuote orationis suffragium. Nam vt habet' ad Act.j. postq̄ beatus Petrus p̄monuit ppl'm fidelē ad eligendū vnum ap'l'm loco iude proditoris: statuerūt duos.i. determinauerūt se ad duos disiunctim.s. ad Ioseph iustū fratreꝫ Jacobi minoris atq̄ Simonis ꝛ Jude: q̄ q̄tuor: erant filij marie Cleophe sororis beate ꝟginis: ꝛ ad beatum Mathiā. Quo facto orantes dixerunt ad dn̄m. Tu dn̄e q̄ corda nosti oim: ostende quē elegeris ex his duobus vnum accipe locū ministerij huius et apostolatus: de quo preuaricatus est Judas. Ecce modus eligendi.s. implorando dei gr̄am et voluntatem per deuotā orationem. Secundus modus eligendi beatum Mathiā fuit per vsum sortis. Unde subditur vbi supra: q̄ apl'i dederūt sortes p̄dictis duobus. Et cecidit sors sup Mathiam. Et annumeratus est cum vndecim ap'lis.

¶ Circa hoc tamen est diligenter aduertendū conformiter ad glo.ordi. super predicto passu: q̄ hoc exēplo nō est indifferenter sortibus vtendum: maxie cū priuilegia paucorum legem cōmunem facere non possint. Uti aūt sortibus est ex vario euentu seu dispositione alicuius rei sensibilis proposite determinare aliquod dubiū vel incertum: sicut ex festucis propositis: per

hoc ꝙ aliquis accipit breuiorē vel longiorem/vel etiam in pic ctione taxillorum: per hoc ꝙ aliquis proijcit plura vel pauciora pūcta. Si ergo per talia aut similia aliqđ dubiū determinat inter hoīes: tūc talis modus agēdi vocat sors. Insuper notādū ꝙ hoc pōt fieri dupliciter. Primo modo ad alicuius rei diuisionem inter hoīes ꝑ vt per hoc determinet quis quam partem accipiat: et talis sors vocatur sors diuisoria. Secundo mō vt precognoscat aliqđ futurum contingēs: et talis modus agēdi vocat sors diuinatoria. Uti ergo sorte diuisoria est licitum dummō nō assit ibi aliqua supstitio: vtpote inuocatio demonum: vel expectatio euētus rei ab influentia planetarum: et hmōi. Uti vero sorte diuinatoria nō licet. Idē etiam dicendum de sorte ꝯsultoria: saltē in aliquo casu: et est sors cōsultoria quotiens quis proijcit plura vel pauciora pūcta: vel cum qs proijcit sursum aliquam petiā monete postmodum cadentis ad partem ī qua habet crucē vel ad aliā: vt per hoc determinet qđ agendum. Si ergo qs vtatur sorte consultoria modo ꝑdicto circa electiones prelatorum: tunc talis sors est illicita: vt ptz. xxvj. q. ij. non statim. Si aūt quis vtat predicta sorte circa alias materias: tunc non videtur ibi esse pctm̄: dummodo nō assit superstitio. Qꝫ si fiat instātia de aplis: qui vsi sunt sorte consultoria circa electionē beati Mathie: tunc dicēdum ꝙ hoc fecerūt ex speciali instinctu spūssancti: et sine aliqua superstitione. Insuper aliqui dicunt et multum ꝓbabiliter ꝙ predicta sors non fuit aliud ꝗ̄ quidā radius siue splendor de celo a deo missus super Mathiā: per quem deus ondebat sibi placere vt beatus Mathias eligeret in aplm tāꝗ̄ ad hoc idoneus. Ecce igit ingressus beati Mathie in epatum.

¶ Moraliter. Ex ꝑdictis possumus cōcludere principalr tria quo ad electiōes celebrandas in eccřia Xpi. Primū est ꝙ electores debent esse viri graues et probati: solum dei honorē pre oculis habētes: ita vt postposito omni humano fauore et timore: eligāt quem credūt magis idoneū ad regimē ecclesie. Qꝫ si secus fecerit: dānāt aīas suas: nec in eorum/ consilio venit spūssctūs: sꝫ potius spūs malignus. Scđm est ꝙ ille q̇ eligit: nulla via procuret: siue ꝑ se siue per interpositam personam vt eligat: dicēte aplo ad Heb. v. ꝙ nullus sumat sibi honorē. Alias qualitercūqꝫ ꝓcurando electionē de se fieri: ipso facto est incapax dignitatis siue ꝑlature suscipiende. Tertium est ꝙ in omni electione futuri ꝑlati debet premitti inuocatio spiritussancti: vt digneť dirigere corda electorum in agendis. Sic em̄ fecerunt apli qn̄ fuit q̄stio de electione Joseph vel Mathie in locum proditoris Jude. Et ꝗ̄uis ipse Joseph esset consanguineus xpi ex pte matris: scꝫ Marie Cleophe vt prius dictū est: non tn̄ cecidit sors sup eū: sed tm̄ sup Mathiā. Et hoc ideo vt arbitror: nō ob defectū bone vite/maxime cum cognominaret iustus ob vite sanctita-

tem: sed vt daret spūssctūs intelligi q in electionibus nō est habēdus respectus ad parentelam seu affinitatem. In cuius etiā figuram Moyses non reliquit pncipatum suū vni filiorū suorꝝ aut consanguineorum: sꝫ Josue d aliena tribu. Nā moyses erat d tribu Leui: Josue vero de tribu Effraim vt dicit ibi glo. Et de hoc loquitur expresse decretum. viij. qō. j. Moyses. Uide textum ad longum: quia pulcher est ⁊ totus ad propositum. Similiter xps non instituit Jacobum summum vicariuꝫ suum: nec similiter Joann. fratrē illius, cum tñ essent cognati illius: sed potius Petrum q̄ non attingebat illi consanguinitate aut affinitate. Hodie autem communiter fit aliter. Nā vt dicit Chryso. lib. iij. dialogorum: titulo de dignitate sacerdotali. Cuncti qui ad electiōes conueniunt in plures diuidunt sententias. Non enim in illud intendunt omnes qd solū oportet aspici. i. in virtutem animi ⁊ sanctitatem: sed alia sunt que cōciliāt hūc honorem, Ubi gratia. Hic genere clarus est (inqt vnus) ergo eligatur. Alter vero inquit, Talis diues est: nec indiget facultatibus ecclesie sustentari: ergo eligatur. Alter vero alium eligit cui familiaris est. Alter alterum: quia bland⁹ est et gratiosus. In eum vero q̄ dignus sit atq; oportunus, nemo respicit: nec cuius sit conuersationis inquirit. Hec ille.

¶ Scdo principaliter videndū est de progressu beati Mathie in episcopatu suo. Nam ex quo factus est xpi apostolus: laudabiliter se gessit. Et hoc potissime quo ad tria videlicet

Quo ad vite perfectionem.

Quo ad fidei defensionem.

Quo ad miraculorꝝ opationē.

¶ Primo igr beatus Mathias postq̄ ad apostolatum est sublimatus: laudabilr se gessit quo ad vite perfectionem. Non em ex tali dignitate in superbiam eleuatus est: neq; silr i magnis aut in mirabilibus supra se ambulauit. Quinimmo eadem in corde illius humilitas pmansit eadem in vestitu vilitas apparuit: atq; eadeꝫ morꝝ grauitas in ipo pseuerauit. Fecit ḡ conformiter ad cōsilium sapientis Eccli. iij. dicentis, Quanto magnus es: humilia te in omnib⁹.

¶ Moraliter. Pauci epi ⁊ prelati hodie imitantur btm̄ Mathiam. Nam multi corꝝ postq̄ sunt ad presulatum sublimati statim exaltat cor eorꝝ: et elati sunt oculi ipsorū. Item ambulant in magnis ⁊ in mirabilib⁹ supra se. Item humiliter non sentiunt de seipsis: sed multum superbe ⁊ alte. Propter quod in puerbio dr q honores mutant mores: sed non semper in meliores. vñ Ber. ad Eugeniū papam de consideratione libr. iiij. dicit sic, Petrus cuius sedē tenes, nesciuit processisse aliqñ vel gemmis ornatus: non sericis vel auro textus: non equo albo vectus: non milite stipat⁹ non circunstrepentibus ministris septus. In his successisti non Petro: sed Constantino. Hec ille.

¶ Scdo btūs Mathias aplus fact⁹ laudabilr se gessit quo ad fidei plātationē ⁊ defensioneꝫ.

Nam cum post spiritussctī mis=
sionem apostoli dispergerētur
per varias regiones ad plantā
dum fidem catholicam ⁊ defen
dendum eam: btūs Mathias
in sortem suam accepit Judeā.
Igitur verbum vite eterne iu=
deis: ⁊ p circuitū annunciabat:
multosqꝫ filiorū Israel ad dn̄m
cōuertebat. Insup xp̄m ab ipso
Moyse signis ⁊ enigmatibus ⁊
ꝓpheticis verbis annunciatū:
ad redemptionem hūani gene=
ris missum probabat / et signis
potentissimis dicta sua confir=
mabat. Nota quō facta est lon=
ga disputatio inter eū et sum=
mum sacerdotē legis iudeorū.
Ille āt nō pot at resistere spūi q̄
loquebat p virū dei Mathiam.
¶ Moralr. Per hoc istruimur
ꝯstāter fateri fidē catholicam /
⁊ eā defendere vsqꝫ ad mortē:
si cōtingat eā ipugnari. ad Ro.
x. Corde credit ad iustitiā: ore
cōfessio fit ad salutē. Ac si aper
te diceret Paulus ꝙ quotiescū
qꝫ periclitat vel inquirit fides:
necesse est illam aperte confite=
ri. Luce. xij. Qui me confessus
fuerit corā hoib⁹: confitebor et
ego ⁊c. Unde vt dicit glo. ordi=
nap predicto passu Apl'i: pctm̄
fuit Petro ore xp̄m negare: cū
crederet corde. Ueritas em̄ et
credēda est ⁊ loquēda cū impu=
gnatur: sicut ptꝫ de martyrib⁹.
¶ Tertio beatus Mathias lau
dabilr se habuit quo ad mira=
culoꝝ operationē. De eo enim
legit ꝙ p̄dicauerit fidē catholi
cam in Macedonia. Propter
qd̄ cōprehensus est: et data est
illi potio toxicata q̄ cunctos vi=
su priuabat. Quā ille bibens nul
lam inde lesionē ptulit: quinim
mo ducētos quinquaginta vi=
ros ex tali potione excecatos
illuminauit sola manuū impo=
sitione: cū nois xp̄i inuocatione.
Qd̄ videtes q̄ aderant multi ex
illis sunt ad fidem Xp̄i cōuersi.
¶ Moraliter. Multitudo ceco=
rum designat multitudinē pec=
catorum quos peccata ppa ex
cecāt: iuxta illud Sap. ij. Exce
cauit eos malitia eoꝝ. Tales ergo
ceci si cupiūt illuminari p gra=
tiā dei: debent se commendare
meritis ⁊ p̄cibus hui⁹ scti apo=
stoli. Qd̄ vbi fecerint indubie
illuminabuntur: atqꝫ orietur in
tenebris cordiū eoꝝ lux grē di.
¶ Tertio principaliter viden=
dum est de egressu beati episco
pi seu apostoli christi Mathie.
Egressus nēpe eius ab hoc se=
culo neqꝫ fuit per martyriū to=
lerantiā / sicut ⁊ ceterorū aliorū
apostolorum preter Joannem
euangelistam / q̄ viuus legitur
descendisse in foueā. Egressus
itaqꝫ apostoli Mathie ab hac
misera et caduca vita: a diuer
sis diuersimode describitur.
Quidam em̄ asserunt eū fuisse
lapidibus obrutum instar pro=
tomartyris Stephani. Alij di=
cunt eum fuisse crucifixum in=
star magistri sui christi. Alij ve
ro affirmant ipsum fuisse secu=
ri more Romanorum percus=
sum ad modū coapostoli Pau=
li. Sed quid in hoc pro certo
tenendum sit: penitus ignoro.
Potuit tamen esse quod omnia
predicta genera penarum con=
currerunt ad eius martyrium /
Utpote ꝙ primo fuerit cruci af
fixus. Deinde secundo quia ci=
to non fuerat in cruce extin=
ctus: ꝙ fuerit postmodum la=

pidatus. Postremo anteq̃ spm̃ exhalaret: q̄ fuerit securi percussus. Huius corpus Rome in eccl'ia sctē Marie maioris sub lapide porphyrico sepultū esse phibetur. Un̄ ibidē caput eius pp'ło demōstrat. Alii ṽo refert corpus illius fuisse de Judea Romā trāslatū: deinde Treuerim. Certū est aūt aiam illius fuisse misterio āgelorum ad celū g'łiose delatā. Ad qđ nos pducat q̄ in trinitate perfecta ⁊c.

¶ Sermo de beato Thoma de Aquino: ordinis fratrū minorum.

Mulier amicta sole ⁊ luna sub pedibus eius: et in capite eius corona stellarū duodecim. Apoc. xij. ¶ Uerba predicta possunt exponi multiplicit'. ¶ Primo q̄dem anagogice de ecclesia triumphāte q̄ est velut mulier formosa nō habēs maculam: neq̃ rugam. Hec autem mulier est amicta sole. i. xp̄i presentia. Item hʒ lunā sub pedibus: q2 mutationi ⁊ instabilitati minime est subiecta. Preterea hʒ in capite suo coronam. stellarū. xij. in hoc scʒ q̄ decoratur presentia. xij. apostolorum. ¶ Scđo predicta verba possūt exponi allegorice de Ecclesia militante: q̄ est amicta sole quo ad potestatē eccl'iasticam: siue spūalem q̄ principaliter residet in summo pontifice. Item habet lunā sub pedibus: perquam intelligitur potestas secularis q̄ principaliter residet in imperatore: regibus et principibus huius seculi. Et bene describit' hec luna sub pedibus mulieris id est ecclesie militantis: q2 potestas secularis ⁊ laica: inferior est ad potestatem ecclesiasticam. Et de istis duabus potestatibus scribitur in decre. dist. xcvi. vbi Gelasius papa loquitur Anastasio Imperatori: dicens: Duo sunt imperator Auguste: quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacra pontificum: et regalis potestas. Et vt dicitur. xxiij. q. v. pn cipes. Potestas secularis debet amminiculari et subseruire potestati ecclesiastice. Ecce luna sub pedibus mulieris. Ad idem propositum est ius ciuile vt ptʒ in authēticis Rubrica. Quomō oporteat episcopos. in princi. Qđ aūt sequit'. Et i capite eius corona stellarū. xij. ad eccl'iam Romanā refert: que est caput oīʒ aliarum ecclesiarū: vt patʒ in decretis. dist. xij. c. primo: qđ incipit: nō decet. Item. c. preceptis. Item. iij. q̄ne. vi. dudum. Ad idem etiam sunt multe alie auctoritates in iure canonico contente: quas pertranseo. In hoc itaq̃ capite est corona stellarum. xij. per quas quidē stellas intelligūtur. xij. cardinales q̄ assistunt Romane ecclesie: siue sedi ap'łice. Et quanuis nūc sint plures cardinales per orbem vniuersum: ex primaria tamen institutione non erāt plures q̃. xij. q̄ representabant. xij. xp̄i ap'łos. Unde vsq̃ hodie sūt in curia Romana tm̄. xij. cardinales principaliter assistentes romano pōtifici: sicut. xij. Ap'łi assistebant Christo.

¶ Tertio p̄dicta verba possunt exponi mystice de btā virgine q̄ fuit amicta sole quando con

cepit dei filium. Habuit etiam lunam sub pedibus: quando quidem superauit omnes astutias et versutias diaboli: qui velut luna instabilis et mutabilis est. Nā cecidit de statu gratie ad statum culpe. Ecce eius instabilitas. Gen. iij. Ipsa conteret caput tuū. Ecce luna sub pedibus virginis Marie. Preterea hec sanctissima mulier habuit coronam in capite suo stellarum. xij. que fuerunt preclarissime virtutes ipsam decorantes/ quarum ista sunt nomina: fides: spes: charitas: prudentia: temperantia: iustitia: fortitudo: humilitas/ virginitas: puritas: pietas: contēplationis sublimitas. Practica singula si vis.

¶ Quarto predicta verba possunt expōi moraliter de anima deuota: que tunc est amicta sole: quando habet in se gratiam spiritussancti. Item tunc habet lunā sub pedibus quando adiuta dei auxilio superat omnem tentationem: tam carnis quam mundi quam etiā diaboli. Tūc denique habet in capite suo coronā stellarū. xij. quando firmiter tenet. xij. articulos fidei qui continentur in symbolo apostolorum: quod incipit. Credo in deum patrem etc.

¶ Quinto predicta verba possunt exponi quasi literaliter de vniuersitate Parisiēsi: que est decus: lumen: et gloria nedum regni Francie/ verum etiam totius xpianitatis. Neque ei hec mulier habet sub celo sibi parem. Dicit autē hec mulier amicta sole quo ad almam facultatē theologie que in predicta vniuersitate summe splēdet. Judic. v. Sicut sol in ortu suo splendet. Per lunam autē sub pedibus huius mulieris ite lligit aggregatio aliarum facultatum dicte vniuersitatis que sūt: facultas decretorum: medicorum: artistarum. Que quidem tres facultates substernuntur alme facultati theologorum: sicut ancille domine sue. Huius itaque mulieris caput est beatus Thomas de Aquino. Et hoc pro tāto/ quia etsi in ea olim fuerit multi viri magni/ nec ēt in presens per dei gratiam frustretur copioso numero literatorum virorum/ nullus tamen eorum ad tantam peruenit scientie plenitudinem ad quantam dinoscitur hic sanctus peruenisse. Et huius rei tot sunt testes quot sunt theologi Parrisienses. Unde de eo dicere possumus illud ad Ephe. i. Ipsum dedit supple deus caput supra omnem ecclesiam que est corpus eius. In hoc itaque capite fuit corona stellarum. xij. per quas quidem stellas intelligūtur. xij. magne prerogatiue siue excellentie que fuerunt in hoc glorioso doctore ecclesie Thoma Aquinensi: quarum ista sunt nomina: videlicet.

Prenunciationis
Preuentionis
Educationis.
Perfectionis:
Lōganimitatis:
Castitatis:
Sapiētialitatis:
Cōtemplationis:
Soporationis:
Reuelationis:
Cōsummationis:
Coruscationis.

¶ Prima igitur stella corone beati thome vocatur prenunciationis. Fuit enim diuinitus prenunciatus quam usquā in vtero matris cōceptus. Et hoc erat signum quod deberet se-

mel euadere in virum magnum. Hoc autem possumus conjecturari ex viris illis quorum ort⁹ et natiuitates leguntur in sacra scriptura diuinitus prenunciati fuisse: et hoc in triplici lege: Primo enim in lege nature legitur Genesis. xviij. de Isaac q fuerit Abrahe per angelum pnunciatus: sed postmodum qntus fuerit liquet aperte: maxime cum in figura precesserit Christi passionem. Secundo in lege scripta legitur. j. Regum. i. de Samuele q fuerit matri sue anne prenunciatus per Hely sacerdotem. Hic etiam Samuel adeo magnus fuit q meruit institui a domino super curam et regimen filiorum Israel: ita vt iudicaret populum: vt patet. i. Regum. vij. Tertio in lege gratie legitur Luc. i. de beato Joanne Baptista q natiuitas ei⁹ fuerit per Angelum zacharie pontifici et patri suo prenunciata. Qui quantus fuerit patet ex domini testimonio Matth. xi. vbi ait. Inter natos mulierū non surrexit maior Joanne baptista. Sic et beatus Thomas fuit prenunciatus a quodam sancto eremita. Ut autem melius modum reserare valeam⁹: aduertendum q hic sanctus duxit originem de illustri prosapia comitum aquinorum: in confinibus campanie et regni sicilie cuius pater Landulph⁹ dictus est: mater vero theodora: ambo nobilitate conspicui: pariter et morum probitate clari: in neapoli educati et nutriti extiterunt. Accidit autem vt dicte Theodore occurreret quidam vir sanctus re bonus et nomine: vitam cremiticam ducens: qui eam salutauit dicens. Gaude domina Theodora: qr paries filium qui Thomas vocabitur: eritq ordinis fratrum predicatorum. Cui illa. Fiat voluntas domini. Illa tamē ignorabat se esse tunc grauidam. Omnia autem que predixerat vir sanctus: sunt impleta. Ecce quomodo prenunciat⁹ est beatus Thomas.

¶ Moraliter. Sicut btūs Thomas prenunciatus est priusquā conceptus: sic et quilibet nr̄z in mente diuina ab eterno preuisus est ad vitam eternam: vel ad gehennā: prout de Jacob et Esau loquitur apl̄s ad Ro. ix. dicens. Antequā nati fuissent: aut aliquid boni vel mali egissent: scriptum est: supple Malachie. i. Jacob dilexi: Esau autē odio habui. Quod si quis hui⁹ differētie querat rationem: audiat Augustinū li. xxi. de ciuitate dei. cap. xxij. ita dicentem q Deus ita dispartitur genus humanū / vt in quibusdā demonstretur quid valeat misericors gratia: et in ceteris quid iusta vindicta. Nec enim vtrū q demōstraretur in omnibus: quia si omnes remanerent in penis iuste dānationis: in nullo appareret misericors gratia redimentis. Rursus si oēs transferūtur a tenebris ad lucem: in nullo appareret seueritas vltionis. Hec ille.

¶ Secūda stella corone beati Thome vocatur preuentionis. Fuit enī quodā singulari modo preuentus in eo rōnis vsus. Legit eī Geñ. xxv. de sancto illo Jacob patriarcha q fue-

rit in eo aliquo modo preuentus rõnis vsus: maxime in hoc ꝙ egrediens ex matris vtero, tenebat plãtã fratris sui Esau: quasi volens ꝑ hoc innuere ꝙ debebat primus egredi: vtpote cui ius primogeniture debebatur. Sic ⁊ beatus Thomas fuit quodammodo preuentus vsu rationis: ⁊ hoc statim post illius natiuitatẽ prout sequẽs docet historia. Legitur enim de eo ꝙ cum nutrix sua soluisset eius fasciam vt eum balnearet: mox ille extendit brachiũ versus terram, et propria manu rapuit schedulam de terra. Quod videns ⁊ admirans dicta nutrix, voluit videre quid esset. Ille autem sentiens vim sibi inferri ab ea, cepit clamare ⁊ eiulare fortiter. Quod audiens mater, illic accurrit: et manũ illius quantuncunqꝫ ploraret aperuit: schedulãqꝫ continentem salutationem angelicam: videlicet Aue maria gratia plena Dominus tecum ⁊c. inuenit ⁊ legit. Per qđ denotabat ꝙ deberet esse vir dei Thomas specialiter deuotus beatissime virgini Marie. Item ꝙ multa esset dictaturus de mysterio incarnationis filij dei: sicut rei probauit euentus.

¶ Moraliter. Per hanc historiam instruuntur parentes vt paruulos suos ꝙ̃ primũ sciunt loqui doceant salutationẽ angelicam: deinde orationem dominicam: consequenter symbolum fidei: itẽ moduꝫ se signandi: ⁊ sic gradatim ascendendo. Eccli. vij. Filij tibi sunt: erudi illos. Item valde decens est vt assuefaciant illos in competenti etate dicere omni die Rosariam seu Psalterium beate virginis. Practica circa hoc. vnde Psalmista. Ex ore infantium ⁊ lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas ⁊c.

¶ Tertia Stella Corone diui Thome vocatur educationis. Fuit enim studiose ⁊ religiose educatus. Legitur enim. j. Regũ. j. de Samuele, ꝙ fuerit optime educatus. Nam parentes eius ipsum tradiderunt Hely sacerdoti legis: vt ab eo educaretur in lege et timore dñi. Sic ⁊ parentes beati Thome in etate quinqꝫ annoruꝫ tradiderunt ipsum abbati cuiusdam monasterij ordinis beati Benedicti: qđ dicitur Monscassinus: vt ibi cum filijs multorum nobiliũ erudiretur in primordijs scientiarum, pariter et in omni disciplina recte viuendi. Ille autẽ proficiebat in vtroqꝫ supra omnes coetaneos suos: ita vt videretur viua imago virtutis. Quod cernens dictus Abbas, persuasit parentibus suis vt mitterent eum Neapolim, studijs liberalium artium imbuendũ. Quod cum factum fuisset: ita profecit in studio vt ceteros viuacitate ingenij superaret: adeo ꝙ omnes admirabantur super eo: dicentes illud Luc. j. Quisputas puer iste erit?

¶ Moraliter. Hic instruuntur parentes tradere filios suos erudiendos viris probatis: qui eos doceant, non solum literas: sꝫ que dei sunt. Unde Augustinus. lib. j. q. noui ⁊ veteris testamẽti. q. clxxij. e. ponens il-

illud verbũ legis antique: Maledictus homo qui non reliquerit semen in Israel. dicit q̃ istud possumus spũaliter intelligere ita vt maledictus sit qui non reliquerit semen in Israel. i. q̃ videat deum: hoc est qui non imbuerit aut filium aut seruuz aut proximũ: qui dei timorem doceat super terram. Hec ille.

¶ Quarta stella corone beati Thome vocatur perfectionis. Hanc em̃ perfectionẽ illi contulit dñs: vt mundum affectu et effectu relinquens / sacrum ordinem fratrum predicatorũ ingressus fuerit. Legitur enim Gene. xij. q̃ dñs locutus est ad Abraham dicẽs: Egredere de terra tua / ꝛ de cognatione tua ꝛ de domo patris tui: ꝛ veni in terraz quam monstrauero tibi faciamq; te in gentez magnum ꝛ benedicam tibi: ꝛ magnificabo nomen tuum: erisq; benedictus. Sic et beato Thome in etate decem annorũ videbatur q̃ audiret dominũ interius similia sibi dicentem. Practica singula. Ille autẽ intra se dicebat cum psal. Audiam quid loquatur in me dñs deus. Unde ex tunc concepit propositũ religionis fratrum predicatorũ. Nec multo post clam accessit ad conuentum Neapolitanum eiusdẽ ordinis atq; priori dicti conuentus humiliter suum desyderium expressit. Quo cognito dictus prior de consensu totius capituli sui habitu ordinis eum infra annos pubertatis induit. Admirantur ciues sup talis ac tãti pueri ingressu religionis: fratres letãtur. Mater aũt his rumoribus auditis primo grauiter turbatur tandẽ vero consolatur: memor pmissionis sibi facte per virum Dei: de quo prius dictum est: quam adimpleri videbat. Unde domum egrediens Neapolim pperat visura dilectũ filiũ ꝛ eum monitura ad perseuerãtiam incepti operis sancti. Qđ audientes fratres: ꝛ propositũ matris ignorantes: dictum iuuenem i habitu sui ordinis q̃tocyus Romam transmittunt: intendentes eum tandẽ Parisius destinare. Quo audito mr̃ supra modum tristatur: ꝛ duos filios quos habebat i curia imperatoris prope habitãtis: aduocat: sub cõminatione maledictionis materne eis precipiẽs vt iter filij sui Thome preoccupent: atq; ipsum q̃tocyus oculis suis representent. Quod et fecerunt prout in sequenti puncto declarabitur.

¶ Moraliter. Exemplo beati Thome instruimur mundum relinquere ꝛ contẽnere si cupimus xp̃m sequi ad celũ: quia teste Chrysost. sup Mat. in opere incõpleto: homilia. xxxvj. quẽadmodum difficile est arborez iuxta viam sitam fructus suos vsq; ad maturitatem seruare: sic difficile est virum fidelez iuxta istum mundum viuentem in suis operib9 immaculatam iustitiam vsq; ad finem tenere. Recede ergo de via: et planta te in loca secreta: vt nec mundus tecum aliquid habeat cõe: nec tu cum mundo. Hec ille.

¶ Quinta stella corone beati Thome dr longanimitatis: siue sancte pseuerantie. Non em̃ instar multorum bonam vitam

inchoatium : cito ab ea resiliit sed potius constanter perseuerauit : non obstantib⁹ quibuscūq; aduersis. Legitur enim Hier. xxxviij. q ipse Hieremias semp inter aduersa maximā constantiam seruauit et tenuit: adeo q ppter diutinam incarcerationem viam veritatis non deseruit. Sic nec gloriosus puer Thomas non obstante dura et longa incarceratione : potuit a suo proposito sancto euelli: qđ sic ptz. Nā cum fratres sui vterini ad instantiam matris eum fugientem velocissime insecuti fuissent : vt eum ad matrem reducerent : tandem ipm inuenerunt cum quatuor fratribus sui ordinis iuxta paruū fontē se in eo refrigerantem. Qui seuientes in eum velut lupi in agnum hincinde traxerunt: & habitum religionis fratrū predicatorum de suis humeris violenter deponere laborauerunt. Ille autem pie clamabat ad dictos q̄tuor fratres: auxilium petens: sed ei succurrere minime valuerunt obstantibus minis & terroribus alioꝝ/ et commilitonū suorum. Cumq; iussus ab illis habitum religionis deponere nollet: ipm per vim habitu exuere conati sunt. Cumq; ille toto conatu reluctaretur : ne ex tali violentia contingeret ipsum ledi: cum tali habitu eum ad matrem reduxerunt.

¶ His peractis triplici medio mater cum filijs laborauit mutare affectum pueri. Primo q̄dem blandis sermonibus eum alliciendo. At vero ille omnia blandimenta derisit: vtpote cui cor iam senile inerat. Secundo vero mundanas pmissiones subiungendo. Dicebant enim illi fratres sui more hominum mundanorum. Tu frater noster es : et hereditas nr̄a magna est. Accipe partem tuā: duc vxorem nobilem : procrea proles ad augmentum generis nostri. q si ad ecclesiam volare volueris : saltem mane in habitu clericali. Tibi enim pcurabimus beneficia multa et magna: vtpote abbatias / Archidiaconatus/episcopatum/et forte cardinalatum: & tunc poteris bn̄facere amicis tuis. Insuper visitabimus te aliquādo: et egregie tecum epulabimur. q si religionem ingredi velis: saltē ingredere religionē redditu atam: vtpote monasterium Montiscassini in quo fuisti ad tempus educatus. Forte enim aliquando eris abbas loci illi⁹ His igitur auditis puer Thomas constanter rn̄dit matri et fratribus: dicēs cum Psal. Elegi abiect⁹ esse in domo dei mei: id est in ordine fratrum predicatorum: magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorum. i. potius q̄ occupare ecclesiasticas dignitates : que (vt in plurib⁹) occupātur a peccatoribus. Tertio laboratum est ad mutationem sancti propositi dicti iuuenis penas subiungendo. Nā reclusus est in quadam fortissima turri per modum carceris: ibiq; biennio stetit : sed non ociosus. Partem enim temporis occupabat in studio literarū: partē in oratione & contemplatione : partem in corporali quiete. Eo autē ibidem existente : interdum ad eum veniebat

mater suis blanditijs eum a suo proposito reuocare satagens: quam confutauit dicens q aliquando audierat narrari quõ quidam sanctus eremita de eo predixerat eidem matri q ipse deberet esse frater ordinis predicatorũ. Et ita inqt mri: videmini in hac pte impugnare dei prouidentiã. Quo responso audito illa flẽs ab eo recessit. Deinde venerunt due sorores sue ad idem persuadendum. Sed taliter illis predicauit de contẽptu mundi: q vna ex illis que etiã magis mũdana videbatur in breui seculum reliquit: et habitum sanctimonialium deuote suscepit: atq postmodũ religiose vixit. Postremo illic venerũt duo predicti fratres eius qui videntes constantiam pueri: violenter ab eo habitum religionis deposuerunt: et in frusta hincinde sparserunt. Ipse vero pecias recolligens melius q potuit semiscissis illis inuoluitur: que residue erant. Ecce insupabilis longanimitas paruuli nouitij Thome.

¶ Moralr. Exẽplo huius sancti viri docemur seruare ꝯstantiã inter aduersa: nec cedere blandis sermonibus vel vanis promissionibus: seu minis aut terroribus. Taliter aũt lõganimitatẽ obseruabat apostol9 paul9 cũ aiebat ad Romaň. viij. Scio q neq tribulatio neque angustia neq fortitudo poterit nos separare a charitate dei.

¶ Sexta stella corone btĩ Thome vocat castitatis. Nã castitatẽ illibatam vsq ad vite terminũ semp seruauit: etiam nõ obstantibus multis occasionibus periclitandi p incontinentiam. Legitur enim Gene. xxxix. de Joseph q fuerit maxime castus ita vt potius elegerit infamiam pariter et carcerem: q turpiter agere cum domina sua vxore Putipharis: que etiã valde vrgebat eum de actu nephario. Sic et beatus Thomas fuit valde castus. In cuius rei signum puellã ad se introductam a fratribus carnalibus cum esset in carcere: vt eius animum per illecebrã emollirent: accepto titione pro pugione suggestricem ignite libidinis extra cameram fugans exturbauit. Quo facto ad orationem se cõtulit: petens cum lachrymis a deo sibi dari donũ perpetue continentie virginalis. Cumq statim obdormisset: mox affuerunt duo angeli dicentes ipsum a domino exauditũ fore: qui etiam ipsum circa renes stringẽtes: dixerunt ei. Ex parte dei te cingim9 cingulo castitatis: quod a te nullatenus dissoluetur. Ex tũc autem nullum carnis stimulum legit sensisse: sicut socio suo fratri Raynaldo reuelauit: quod tamen voluit esse occultum q diu viueret. Quo dono non obstante adhuc tamen xpi seruus Thomas mulierum etiã quantũcunq honestarũ et sanctarũ consortia et familiaritates velut pestem vitabat.

¶ Moraliter. Ex predictis datur nobis triplex documentum.

¶ Primum est q cum temptamur a carne: tunc debemus diligenter resistere / et ad deum per deuotam orationem recurrere: quia vt habetur Sap. viij. Nemo potest esse continens ni=

ti deus det. Secundum documentũ est ꝙ quilibet quantumcunqꝫ castus aut perfect⁹ debet semper sibi timere ne labatur per incõtinentiã. Ad quod facit exemplũ qḋ habetur in vitis patrum de quodam sene patre qui tandẽ fornicatus est. Debet etiam quilibet vitare consortia mulierum: et maxime clerici ac religiosi: nisi forsan sit questio de administratione sacramenti confessionis: aut de consilio dando. Et adhuc in vtroqꝫ casu caute agendum est: et facies auertenda. ps. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Tertium documentũ est ꝙ cum tentamur a carne: debemus post deum et beatam virginem summo studio implorare auxilium sanctorũ angelorum dei: ⁊ signanter angeli cui sumus in custodiam deputati. Ipsi enim angeli valde diligunt virginitatẽ: ⁊ magno amore ꝓsequuntur virgines mente et corpore. Insuper illos libenter iuuant cõtra tentationes carnis: quia vt dicit Hieronymus secunda parte epistolarum suarum: epistola. lv. Semper est angelis cognata virginitas. Profecto in carne preter carnem viuere: non terrena vita est: sed celestis. Hec ille.

¶ Septima stella corone diui Thome aquinatis vocatur sapientialitatis. Habuit enim hic vir sanctus maximã sapientiã: id est sapidam ⁊ vtilem atque salutarẽ scientiã. Legitur enĩ iij. Reg. iij. de Salomone ꝙ dominus dixit ei. Quia non petiuisti diuitias: nec dies multos: nec animas inimicoꝝ tuorum: sed postulasti sapientiam ad regendum populum tuum: Ecce dedi tibi cor sapiens et intelligens: intantum vt nullus ante te similis tui fuerit: nec post te surrecturus sit. Sic et Beato Thome maximã sapientiam et scientie profunditatem contulit dñs. Pro quo notandum ꝙ hic sanctus fuit a triplici doctore instructus: vcꝫ

Intrinseco
Celico
Extrinseco.

¶ Primo pro doctore principali intrinseco habuit spiritum sanctum: qui docet de omnibus: et qui instruxit apostolos loqui omnia genera linguarum. Ut enim aliquando reuelauit sub secreto socio suo predicto: videlicet fratri Raynaldo quem vnice diligebat: scientiã suam magis diuinitus et medio orationum acquisiuit ꝙ̃ humano exercitio. Nam vt de eo refert dñs Antonin⁹ in chronica sua parte tertia. titu. xxiij. capi. vij. vbi diffuse prosequitur eius vitam: quoties studere, legere, scribere vel dictare voluit: pri⁹ ad orationis secretũ accedens profusis lachrymis orabat: petens sibi diuinitus reuelari qḋ querebat. Postmodum autem surgẽs ab oratione: sic in promptu habebat qḋ scriberet aut dictaret: quasi in libro aliquo didicisset.

¶ Scḋo btũs Tho. pro doctore celico habuit Christi ap̃los Petrũ et Paulũ. Uñ cũ scriberet sup Esa. accidit vt veniret ad certũ textum multũ obscurũ ⁊ difficilẽ: Quẽ nõ intelligẽs conuertit se ad orationẽ: et hoc

noctis silentio. Quo orante socius suus audiuit vocē loquentem cū eo: sed verba non intelligebat. Nec multo post vocauit eū btūs Thomas dicēs ei. Frater Raynalde surge ⁊ accēde lumen: ⁊ accipe quaternum in quo scripsisti sup Esa. ⁊ iterum scribe. Qui surgens scribere cepit ea que doctor quasi in libro legens scribenda dictaret. Post hec cum dictus frater Raynaldus sanctum doctorem obnixe rogaret vt ei diceret quisnā esset q̄ paulo ante cum eo loquebatur: victus p̄cibus ⁊ lachrymis dicti fratris: palam illi fecit non solū vnū: sed duos tunc habuisse instructores: videlicet Petrū ⁊ Paulum a deo missos ad eū informandū. Addidit autem. Ex parte dei tibi precipio ne alicui dū vixero reueles qd̄ tibi dixi. Ecce quales p̄ceptores ⁊ istructores de celo habuit hic doctor sctūs. Et ideo nō mirū si mirabili sapiētia atq; scientia claruit. Itē cū scriberet sup epl̄as Pauli: ⁊ ad quendā passum valde obscurū deuenisset: emissa deuota oratione ad dn̄m: postea lucidum sibi patuit qd̄ antea illi obscurum fuit. Oratio autē quam in p̄pria dictauit: ⁊ quā in vsu habuit quoties legere / aut disputare / siue dictare voluit: incipit sic. Creator ineffabilis qui de thesauris sapientie tue nouem angelorum ordines miro ordine collocasti ⁊c.

¶ Tertio hic doctor pro doctore extrinseco Albertū magnum habuit: virū certe omniscientē ⁊ incōparabilē: si diligēter considerant quāta ⁊ qualia scripserit. Nam cum legeret Colonie cū ingenti numero auditoꝝ: ad eum missus est btūs Thomas adhuc iuuenis: sub quo mirū in modū profecit. Erat tn̄ semper maxime humilis et taciturnus: grossum habens caput. Propt quod a nonnullis vocabat̄ bos. Unde cum semel ex iniūctione magistri studentiū respondisset de quadam graui q̄one: magister Albertus q̄ aderat stupens de ei⁹ mirabili sufficientia: ait. O frater Thoma tu non vis tenere locū respōdentis: sꝫ potius determinātis. Cūq; dict⁹ magister Albert⁹ fortissime cepisset cōtra eū arguere: ita vt crederet contra eū conclusisse: sic sufficienter ⁊ elegāter respōdit ad' singula q̄ fertur Albertuꝫ sic dixisse. Nos vocamus istum bouē mutū: sed ipse talē dabit in doctrina mugitū q̄ in toto orbe sonabit. Ex hac tn̄ laude ac tam mirifica respōsione non est elatus iuuenis discipulus. Nā inter arguēdū aut respondendū nullū quantūcūq; leuiter cōtempsit aut irrisit, vel se supra se eleuans / magnū se aliquid reputauit. Postmodū autem missus est Parrisius ad legendū: ⁊ ad magisterium theologicū acq̄rendū. Quo legente scholares et cuncti auditores in stuporē cōuertebātur. Tandem autē anno etatis sue. xxv. vt refert dn̄s Anto. vbi supra: insignia magistralia suscepit: q̄uis multū reluctaret̄: et hoc ex summa humilitate q̄ in eo erat. Sed preualuit virtus obedientie. Unde diuinitus illuminat⁹: pro exordio prime lectionis magistralis assumpsit i-

sunt. Psal. Rigans mōtes de superioribus suis: de fructu operū tuoꝝ satiabit terra. Psal. centesimo tertio. Hic loq̄re si vis de doctrina eius / ꝛ de multitudine librorum quos composuit.

¶ Moraliter. Ex tribus predictis possumus colligere tria grana pro informatiōe nostra. Primum est ꝙ quotiescunque volumus aggredi aliquod opus de genere bonoꝝ: debemus primo implorare diuinum auxiliū. Unde Boetius de consolat. lib. iij. prosa. ix. In primis inuocandus est rerum omnium pater quo p̄termisso nullum rite fundatur exordium. Joann. xv. Sine me nihil potestis facere. Secūdum est ꝙ valde laudabile est assumere sibi aliquē sanctum in patronum: aut etiam plures: ad quos specialiter recurramus quoties aliquid arduum occurrit. Job. v. Ad aliquē sanctorū cōuertere. Sic enim egit doctor iste angelicus: qui venerabatur specialiter apostolos christi petrū ꝛ Paulū. Petrū quidē: ne cōtingeret eum errare in fide: animaduertēs ꝙ illi promisisset Christus Luc. xxij. dicens: Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua. Paulum vero eo ꝙ esset doctor ecclesie. Tertium granum colligendum ex tertio puncto precedenti: est ꝙ homo quantuncūq; doctus nō debet superbire: nec inaniter gloriari de sciētia sua: maxime cū illa non sit a nobis sed a deo ſm illud. i. ad Corin. iiij. Quod habes qd nō accepisti? supple a deo. Si autē accepisti: qd gloriaris quasi non acceperis? Hoc aūt pauci attendunt: qui quāto doctiores: tanto elatiores existunt. De quibus loquitur Apost. i. ad Coꝛ. viij. dicens. Scientia inflat: supple mundanos ꝛ vanos hoīes: qui propriā gloriam querunt.

¶ Octaua stella corone diui Thome vocat contēplationis. Nā q̄uis esset grauis corpore: erat tamen leuis mente per cōtemplationē celestiū. Legitur enim Dan. xiiij. ꝙ Abacuc fuerit ab angelo eleuatus per aera et delatus vsq; Babylonē. Itē magis ad ꝓpositū legitur Ezechiel. viij. ꝙ ipse Ezechiel de seipso loquens dicebat. Eleuauit me spiritus dñi inter celum ꝛ terrā. Sic et doctor iste aliqn̄ in comtemplatione et oratione eleuabatur etiam corporaliter a terra: ac si nullū pondus carnis 3rium sustineret. Unde de hoc refert eius legenda fidele testimoniū: asserens ꝙ cum semel esset in conuentu Neapolitano: et quadā nocte deuotius oraret in ecclesia ante imaginem crucifixi: quibusdā fratribus eum obseruātibus visus est a terra eleuatus spatio vnius cubiti: auditaq; est vox de crucifixo dicens illi. Bene scripsisti de me Thoma. Quam ergo mercedem pro tuo labore a me recipies? At ille. Non aliam inquit dñe nisi teipsum. Similis eleuatio et similis responsio illi facta est in cōuētu Parrisiensi. dum scilꝫ completo officio sacramēti altaris obtulit codicē in quo dictū officium continebatur / sup altare. O q̄ꝫ magnū ꝛ q̄ꝫ fidele et veridicū fuit prędictum Christi testimonium. Insuper de ingenti huius do-

ctoris contemplatione ꝛ eleuatione ad superiora: aliud extat argumentū. Nam cū semel sederet ad mensam beati Ludouici regis Fräcie: mente quoq; versaretur circa impugnationem heresis Manichei: subito manu percutiens mensam ait. Modo conclusum est cōtra heresim Manichei. vocansq; socium suum ex noīe quem credebat illic adesse: ait illi. Surge frat Raynalde: scribe. Sic enim loquebatur tanq̄ esset in camera sua. Quod audiēs rex miratus est: virum quoq; plurimum laudauit. Ecce mirabilis virtus contemplationis sancti doctoris Thome.

¶ Moraliter. Exemplo sc̄ti huius instruimur tēpore et loco eleuare corda nostra ad deum per sanctam cōtemplationē: et signanter quoties assistimus diuinis in ecclesia: vt patet de consecra. distinc. j. quando. Unde Psal. de deuoto catholico ait: Ascensiones in corde suo disposuit ꝛc.

¶ Nona stella corone b̄ti Thome dicitur soporationis: id est insensibilitatis. Legitur enim Gen. ij. q̄ quādo dominus voluit formare primā mulierem tunc immisit soporē in Adam: id est extasim sm̄ dn̄m Hugonem Cardi. in qua q̄dē extasi creditur Adā interfuisse celesti curie: vbi multa futura vidit. Unde euigilans prophetauit de coniunctione Christi ꝛ ecclesie: dicens: Hoc nunc os ex ossib⁹ meis: ꝛ caro de carne mea. Propter quod relinquet homo patrē suū ꝛ matrē suā: ꝛ adherebit vxori sue. Sic in pposito beatus Thomas adhuc in mortali corpore degens: sepe rapiebatur extra se contemplando celestia: adeo fortiter q̄ efficiebatur insensibilis. Et huius rei multiplex est testimonium seu argumentū. Primum est de cauterizatione. Cū enim semel de cōsilio medicoꝝ esset cauterizandus in tibia: ait socio suo. Frater Raynalde, quū venerit qui ignem debet in tibia mea apponere: hoc mihi prius indica. Quod cum ille fecisset: tunc pius doctor cū tanta mentis abstractione ꝛ eleuatione tibiā extendit: q̄ neq; calorem ignis, neq; cauteriam sensit. Cuius signū euidentissimum fuit: quia tibiam non mutauit de loco in quo illā extenderat: neq; similiter eam quantū cunq; leuiter mouit. Secundum argumentū est de candela. Nam cū semel dict⁹ doctor sederet in studiolo suo: haberetq; candelā accensam in manu: adeo raptus est in dictādo tractatū super Boetiū de trinitate: q̄ candela ardens consumpta est vsq; ad digitos manus illi⁹: nec tamen ille ignem sensit: sed ipsum sine aliquo motu digitorum sustinuit donec penitus dicta candela defecit. Tertiū argumētum est de minutione. Erat enim miro modo passibilis ex teneritudine cōplexionis. Propter quā causam subito a lesiuo corporis turbabat. Unde quoties opus erat illum minuere: priusq; minutor ad percutiendū sibi venam accederet: ipse per contemplationem de abstractione mētis a sensib⁹ puidebat. Ecce

quomodo fuit huic doctori diuinitus concessum vt in corpore passibili viueret: et interdum lesiuum corporis non sentiret.
¶ Moraliter. Conteplatio celestium bonorum. et meditatio infernalium cruciatuum: illa appetendo: ista fugiendo: dedent nos quodammodo reddere insensibiles per equanimem tolerantiam aduersorum. Unde vir iustus talem extasim quodammodo patiens: merito potest dicere illud Prouerbiorum xxiij. Uerberauerunt me: sed nõ dolui traxerunt me: et ego non sensi. Nota quomodo aliq gloriosi martyres quasi in extasi positi videbantur non sentire corporum suorum diros cruciatus: sicut patet de Laurentio/ Uincentio/ Tyburtio/ et huiusmodi.

¶ Decima stella corone beati Thome vocatur reuelationis. Habuit enim multas reuelationes sibi diuinitus ostensas super statu alterius seculi quo ad animas defunctorum. Legitur enim .ij. Machabeorum. xv. quod Jude Machabeo apparuerunt in sõnis Onias sacerdos et hieremias ppha. Sic et huic beato viro multe anime defunctorum apparuisse leguntur. Et de hoc affert dominus Antoninus in chronica sua triplex testimonium. Primum est de fratre suo Raynaldo nuper in bello occiso. Pro quo cum oraret: apparuit ei quidam librum apertum manu tenens: qui scriptus erat literis aureis et asuris per modum letanie: in quo inuenit nomen dicti fratris sui scriptũ inter literas aureas q erãt martyrum. Nã mors illi illata sub tyrãnide Frederici imperatoris fuit eidem ad martyriũ deputata: et hoc propter causam ecclesie quam defenderat. Ex q visione vir dei Thomas valde exhilaratus est. Secundum testimonium est de sorore sua defuncta: que illi oranti pro ea apparuit dicens se esse in grauissimis penis purgatorij: et hoc propter pompam quam in vestibus tenuerat. Propter qd missarum et orationum eius suffragia cum omni instantia humiliter et charitatiue implorabat. Quod cum ille fecisset non multo post iterum illi apparuit dicta soror: eidem regratians quod medio precum suarum iam esset in celesti gloria. Cumque interrogaret eam de statu duorum fratrum suorum carnalium iam defunctorum: illa respondit quod dominus Raynaldus erat in gloria: dominus autem Landulphus in penis purgatorij detinebatur. Postmodum eam interrogauit quid de seipso sentiret. Cui illa. Tu frater in bono statu es: et cito venies ad nos. Sz maior tibi gloria q̃ nobis est parata: eo maxie: quod multũ p eccl'ia laborasti: illam illuminãdo tua doctrina. Tertium testimonium est de fratre Thoma de romanis doctore theologico famoso viro. Nam cũ eidem viro sancto post mortẽ apparuisset: et ab eo interrogatus fuisset super statu suo: asseruit se esse per gratiam dei in celo. Ueruntamen inquit prius steti in purgatorio. xv. dierum spatio: et hoc propter negligentiã (inquit) quã commisi circa ex-

peditionē cuiusdam testamenti qđ ꝯmiserat mihi epūs Parisieñ. quātocyus exequēdū. Qđ tamen expedire tardaui per. xv. dies. Deinde interrogauit eum de seipso: et si deo placerent opera sua. Ad quem ille. Permane in eo statu in quo es: quō bonus est: et deo placent opera tua. Ecce ꝙ frequenter apparebant defunctorum anime huic sācto doctori. Quod erat signum magne sanctitatis: et prerogatiue singularis.

¶ Moralr. Ex tribus predictis histori)s triplex possumus elicere documentum. Primum est ꝙ valde deo placet tueri et fouere ecclesiam: vna cum libertatibus suis. Nam qui pro hac causa moritur: tanꝙ verus martyr colitur ab ecclesia: sicut patet de beato Thoma cantuariensi. Secundum documētum est ꝙ pōpa et curiositas in vestimentis est valde periculosa: sicut patet de dicta sorore beati Thome: que nō ob aliam causam dicebat se in purgatorio detineri. Potuit autem in presenti circa hec peccare tantum venialiter: ⁊ tamen post obitum descendit ad purgatorium: vt ibi lueret penas. Potuit etiam mortalr peccare: ⁊ in fine confessa et ꝯtrita ad purgatorium descendere. O vtinam ista diligēter attenderēt mulieres curiose ⁊ vane. Tertiū documentum est ꝙ illi qui negligunt exequi testamenta defunctorum: cum possint ⁊ valeant, grauiter peccant: nec euadēt penas siue in presenti, siue in futuro. Nec quidem immerito: quia tales sunt fures ⁊ sacrilegi: vt notatur. xiij. questio. ij. qui oblationes. Item. xvij. questio. iiij. sacrilegium. Item sunt homicide egenorum quibus legata a defunctis illis facta non soluunt: sed sibi)psis retinent: vt ptz. xiij. questio. ij. clerici. Vñ tales sunt excommunicandi: vt patet eodem capitulo. Insuper alia pena contra tales statuitur scđm iura ciuilia: vt patet. C. de episcopis. l. licet testator: vbi dicitur ꝙ si ipsi executores testamentorum premissa monitione fuerint negligentes: ad episcopum deuoluitur executio. Insuper ipsi executores in penam sue negligentie debent priuari taxa quam illis reliquerat defunctus intuitu talis executionis. Hec ibi.

¶ Undecima stella corone diui Thome aquinatis dicit consummatiōis. Feliciter enim vitam sanctaz inchoauit: felicius continuauit: felicissime cō summauit. Legitur eñ de Dauid j. Paralip. xxix. ꝙ mortuus est in senectute bona. Sic et beatus Thomas quinquagesimo vite sue anno inchoante obijt mortē gloriose apud monasteriū Fossenoue: Cistercieñ. ordinis: qđ est in campanie ptibus. De quo merito potest verificari illud Sapieñ. iiij. Consummatus in breui expleuit tempora multa quia tantum laborauit infra predictam etatem: quātū aut plus ꝙ laborauerūt viri doctissimi qui in duplo fortе plus vixerunt. Et de hoc prestat fidele testimonium copiosissimus numerus librorum quos de diuersis materi)s edidit.

Quos etiam sigillatim notare non tam longū esset ꝙ tediosum. Qd si diutius vixisset: nescio si in condendis libris sibi parem habuisset. Si vero queras cur tam breui annorū spatio voluerit eū dñs in presenti vitam agere: audi sapientē vbi supra sic inquientem: Placita erat deo aīa illius/propter hoc ꝓperauit educere illum de medio iniquitatum. i. de medio praue ⁊ peruerse nationis huius mundi. A qua etiam educi desyderant viri sancti. Unde et Paulus ad Roma. vij. dicebat: Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Et Psal. Educ de carcere animam meam.

¶ Circa autem obitum huius sancti viri: notandum qđ tria ipsum ostenderunt felicem et beatum atq; gloriosum.

videlicet Antecedēns. Cōcomitans. Consequens.

¶ Antecedens eñ fuit duplex. Primum fuit eius ꝓphetica locutio. Nam cum ad instantiam abbatis Fosse noue illa transiens se contulisset in dictā abbatiam: ait socio suo / Fili: hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo. In hoc ergo prenunciabat vite sue terminum. Scđm fuit cuiusdam comete ꝑ tres dies ante obitum suum super ipsum monasterium apparitio. Cunq; ignoraretur quid significaret cum primum apparuit: ostendit manifeste prefati doctoris felicem transitum dū postea eo decedente cessauit: Uoluit enim deus per tale sensibile signum ostēdere ꝙ mors beati Thome erat occasus veri luminis doctrine et scientie.

¶ Concomitans obitum beati Thome fuit duplex. Primum fuit sacramentoꝝ ecclesiasticorum deuota susceptio. In primis fecit generalem confessionem: deinde reuerenter et deuote suscepit sacram eucharistiam. Cui etiam occurrit ꝓut potuit prostratus in terram: et tunc adorās ipm̄ sacramentū: ⁊ ad interrogationem fieri solitam: si crederet in illa hostia adesse verum dei filium ex virgine natum: humiliter ⁊ deuotē respondēs ꝙ sic: cepit multa dicere in laudem ipsius venerabilis sacramēti. Post hec rogatus a monachis fecit breuē expositionem super cantica cāticorum. Cepit autem de die in diem languor increscere: ita vt penitus deficeret in eo virtus corporis. Propter quod instanter petijt sibi dari sacramentū extreme vnctionis. Cunque illi daretur: respondebat sana mēte ad singulas vnctiones. Secundum concomitans fuit qđ his omnibus peractis tandem spiritum suum domino recommendans: quieuit in pace. Anno domini. M. ducentesimo septuagesimo quarto. Etatis vero sue quinquagesimo ichoante: vt dictum est supra.

¶ Consequens felicem obitum viri Dei similiter fuit duplex. Primum fuit quod cum ipo die obitus sui magister Albertus Colonie ad mensam sederet cū aliquibus fratribus: cepit amare flere. Quē cum prior interrogasset cur fleret: respondit illi. Frater Thomas de Aquino: fi-

lius meus in xp̄o:q̄ fuit lumen
ecclesie/hodie ab hac luce mi=
grauit. Scd̄m consequens fuit
ꝙ eadē hora qua sanctꝰ vir dei
discessit: mulus cui insederat:
fracto fune de stabulo exilijt: ⁊
nullo ducente veniens ⁊ appro
pinquans ad feretrum: ibidem
subito sine aliqua infirmitate
cecidit mortuus.

¶ Moraliter. Si velimus ꝙ a=
nime nostre moriantur morte
iustorum / id est ꝙ deficiamus
ab hac vita feliciter ⁊ gloriose
quemadmodum et sancti viri
defecerunt: oportet primum in
vita eos imitari per cordis mū
ditiam ⁊ operationem sanctā:
quia vt dicit Augusti. viij. libr.
de trinitate. c. xvij. Summa re=
ligionis est imitari quem colis.
Econtrario autem vt dicit Gre
gorius in suo pastorali. capit.
xxxiiij. valde peccamus si alie=
na bene gesta non diligimus / ⁊
inquantum possumus non imi=
tamur. Nam illi qui minime fe
stinant imitari bona que lau=
dantes approbāt: similes sunt
stultis spectatoribus ludicraꝝ
artiū: quibus vanitas ip̄a pla
cet: nec tamen tales esse desy=
derant quales sunt quos lau=
dant. Hec ille.

¶ Duodecia stella corone glo
rissimi doctoris angelici Tho=
me vocatur coruscationis. Nā
dn̄s sanctum suum Thomam
mirificauit signis et prodigijs
tam in vita ꝙ̄ post mortē. Le=
gitur enim in Exodo per plura
capitula ꝙ Moyses fecit signa
multa ⁊ magna in terra Egy=
pti: vel vt verius loquar: dn̄s p
manum illius fecit signa ma=
gnatam super terram ꝙ̄ super
aquas. Sic ⁊ per merita beati
Thome operatꝰ est dn̄s signa
magna super his qui infirma=
bantur. Nā dominus Antoni.
i tertia parte chronice sue: titu
lo. xxiij. cap. vij. §. xiij. refert q̄s=
dam paralyticos: alios hydro=
picos: alios podagricos: alios
cecos: alios surdos / alios febri
bus estuantes: et huiusmodi:
meritis huius sancti sanitati
fuisse plene restitutos. Insuper
in laudem ipsius fertur Papa
Joannis. xxij. qui eum canoni=
zauit dixisse contra oblocuto=
res sue sanctitatis: quod tot mi
racula fecit: quot q̄stiones ter=
minauit ⁊ soluit. Refert etiam
idem Anto. vbi. s. ꝙ cum tra=
ctaretur de canonizatione viri
dei / ⁊ ob hanc causam sepe ad
monasterium Fosse noue decli=
narent duo fratres predicato=
res: pro inquirendis miraculis
que ibi suis p̄cibus fiebant: qui
dā frater conuersus dicti mo=
nasterij: cepit dicere. O quantū
infestāt ⁊ attediant nos isti fra
tres p̄dicatores occasiōe istius
sancti Thome. Si fuit ita san=
ctus vt aiunt: faciat aliqd̄ ma=
gnum miraculum: ita vt ipsi ci=
to recedant / ⁊ vlterius nos non
molestent. Quo dicto: statim
percussus est in brachio dextro
tali ⁊ tanto dolore ꝙ illud mo=
uere non poterat: neque etiam
ad os ponere: sicq̄ permansit
vsque in diem crastinum. In se
ergo reuersus: cepit cogitare ꝙ
hoc illi accidisset eo ꝙ sancto
Thome detraxisset. Corde er=
go compunctus de excessu ver=
boꝝ suorum: accessit ad sepul=
chrum beati Thome: et appli=
cato brachio ad dictum sepul=

chrum: stans ibi per horam in oratione liberatus est a dolore brachij sui. Ex tunc autem deuote coluit beatum Thomam tanq̄ sanctum. Ipsum igit deprecemur vt suis meritis & precibus ad celeste regnum peruenire post enm valeam⁹. Quod nobis concedat qui &c.

¶ Ser. de btō Gregorio.

Laudemus viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua. Eccl. xliiij. Sicut sunt quatuor sensus sacre scripture: scilz historialis: moralis: allegoric⁹: anagogicus: ita etiam quatuor doctores p̄cipuos post Apostolos et euangelistas habet ecclesia. Hi sunt Hieronym⁹: Gregori⁹: Augustinus: Ambrosius: per quos spiritussanctus illuminauit totam ecclesiam, & elucidauit scripturam sacrā. Nam sensum historicum seu literalem prosecutus, est pro magna parte btūs, Hieronymus: sicut ptz in duplici translatione sacre scripture. Sensum autem moralem prosecutus est btūs Gregorius. Unde expositio quam fecit super librum Job: vsitato noie intitulatur Moralia Gregorij. Sensum allegoricum p̄secutus est beatus Augustinus in plerisq̄ locis sacre scripture: sicut patet intuenti opera eius. Sensum aūt anagogicuz prosecutus est beatus Ambrosius. In cuius rei signum: cum adhuc in cunabulis esset: et aperto ore dormiret: examen apum subito adueniens in faciem eius: os ipsius ita impleuit quasi alucolum suū intrarent pariter & exirent. Que post modum volantes: ad tantam aeris sublimitatem peruenerunt: vt ab humanis oculis minime videri possent. Ad propositum: examen apum designat abundantiam scripturarum et doctrinarum que fuerunt in beato Ambrosio. Qz autem huiusmodi apes de ore ipsius p̄deuntes tam sublime eleuate sunt: designat sensum anagogicum: qui loquitur de ecclesia triumphante: et de gaudijs paradisi: in quibus consistit dulcedo mirabilis: iuxta illud Psalmiste. hereditas mea super mel et fauum Ac si aperte diceret dominus q̄ gloria illa celestis ē infinities dulcior melle & fauo. Et istud mel aliquantulum gustauit beat⁹ Ambrosius adhuc in terra positus, dum sensum anagogicū sacre scripture specialiter est in scriptis suis p̄secutus. Circa hoc tamen est aduertendum q̄ predicti quatuor ecclesie precipui doctores non sunt taliter prosecuti dictos quatuor sensus sacre scripture: q̄ vnus precise vnum prosecutus fuerit: et alius alium: maxime cum quisq̄ volitet de vno sensu in aliū: sed qz principaliter vni data est gr̄a p̄sequēdi et interpretandi vnum sensum: et alij alium. In cuius figuram legit Ezechie. i. q̄ quatuor animalia que vidit Ezechiel (per que significabant quatuor doctores eccl'ie) habebāt singula facies distinctas. Postea aūt additur q̄ erant quatuor facies vni: et quatuor alteri. Hos itaq̄. iiij. veneratissimos doctores debes

mus magnis laudibus efferre ꝓm ꝙ monemur in verbis ꝓmissis: eo ꝙ parentes nostri spirituales extiterunt: nos in spirituales filios regenerando Xp̄o ⁊ ecclesie per doctrinam quam nobis reliquerunt.

¶ Specialiter autē hodie nobis proponitur btūs Gregorius laudib⁹ efferendus. Nā sicut licuit apostolo dicere Corinthijs: In xp̄o Iesu per euangeliū. i. ꝑ predicationē euāgelij vos genui. i. ad Corint. iiij. Ita etiam licet hodie btō Gregorio dicere ppl'o fideli. In xp̄o Iesu per meā doctrinā vos genui. Hunc ergo virū gloriosum et parētem nostrū laudemus in ḡnatione sua. Qđ vt meli⁹ ⁊ deuoti⁹ fiat: in mediū afferamus nonnullos viros sctōs vtriusq; testamenti q̄ ꝓpter bona opera q̄ gesserūt in presenti: meruerunt post vite terminū a superuenientibus laudari ⁊ magnificari: ostendētes btm̄ Gregoriū propter silia laudibus a nobis extollenduz.

¶ Primo igr̄ Abraham laudat̄ de ꝓfunda humilitate / vtpote cum ait: Loquar ad dn̄m: cum sim cinis et puluis? Gene. xviij. Propter igitur similem causaz debet beatus Gregorius laudari: qm̄ valde humilis fuit: ⁊ hoc in duplici statu. s. monachali ⁊ pontificali. In primo igitur statu apparuit eius humilitas tripliciter. Primo quidem / quia cum esset de Senatoria stirpe Romanoꝝ progenitus: vnicus quoque pr̄is ditissimi heres: eo tamen defuncto pompā et vanitatem seculi reliquit: et depositis sericis vestibus: auro gemmisq; radiantibus: vili habitu monachali induivoluit. Et hoc in monasterio qđ proprijs sumptibus prius in propria domo edificari fecerat intra vrbem: scȝ post patris decessum. Merito ergo dicere poterat illđ ꝓs. Elegi abiectus esse in domo dei mei / magis quam habitare i tabernaculis pctōꝝ. Scđo vero: qꝛ cū benedictus pontifex vellet eū facere cardinalem diaconum: ille abstitit quantum potuit: sed tamen obedientia coegit eū acceptare dictā dignitatem: quam ex humilitate refugiebat. Tertio aūt: qꝛ cū mortuo papa: vniuersus clerus: senatus ⁊ populus cōcorditer elegissent eum in pōtificem summum / hanc promotionē dupliciter via ex humilitate impedire studuit. Primo quidē destinando ep'las' adiuratorias ad imperatorem compatrem suum / ne vlla via tali electioni consentiret. Secundo vero ꝑ fugā. Nā mutato habitu: cauernarum latibula requisiuit. Sed indicio columbe fulgide super se e celo dependentis inuentus: captus et extractus / summus pōtifex consecratur. Unde vt legitur i Fasciculo temporum: iste solus cum beato Fabiano post btm̄ Petrum diuinitus in toto catalogo summorum pontificum est ad pontificatū assumptus. Ecce quō tripliciter apparuit ei⁹ humilitas in statu monachali: siue priusquam summus pontifex efficeretur.

¶ Moraliter. Hic instruimur non appetere ecclesiasticas dignitates / si velimus ad dignitates celestes peruenire: quia vt dicit Chrisosto. et recitatur

dist.xl. multi. quicu[n]q[ue] desideraverit p[ri]matu[m] in terra: inuenient confusione[m] in celo. Nec inter seruos x[ris]ti co[m]putabitur qui de primatu tractauerit. Sed ferme omnes clerici hodie appetunt beneficia: se excusantes et dicentes q[uod] talia appetunt non vt presint: sed vt prosint: Sed ille qui nouit cogitatio[n]es hominum q[uonia]m vane sunt: nouit quo pede et affectu tales incedunt. Insuper seipsos dementiuntur in hoc: sc[i]l[icet] q[uod] postquam adepti sunt q[uo]d ardenter petebant: non prouident saluti animarum sibi commissarum: nec communi vtilitati beneficiorum: sed vacant comessationibus: ludis: et seculi vanitatibus: preter ea q[uae] intrinsecus latent. Et ideo non mirum si hodie pauci abbates pauci episcopi: pauci cardinales: pauci po[n]tifices summi: post mortem clarent miraculis.

¶ Sc[un]do apparuit hu[m]ilitas b[ea]ti Gregorij in statu po[n]tificiali: et hoc tripliciter. Primo quidem in hoc q[uod] primus se seruum seruorum dei scripsit et intitulauit atq[ue] suos seq[ue]ntes sic no[m]i[n]andos i[n]stituit. Et ita obs[er]uatu[m] e[st] ex tu[n]c vsq[ue] in hodiernu[m] diem: vt p[a]tet in bullis ap[osto]licis. Assumpsit aute[m] occasionem talis intitulationis forsa[n] ex illis [ver]bis x[ris]ti Mat. xx. Qui voluerit inter vos p[ri]m[us] e[ss]e: erit vester seruus: sicut fili[us] hominis non venit ministrari: sed ministrare. Sc[un]do in statu pontificali apparuit hu[m]ilitas beati Greg. q[ui]a se salutantes resalutare [con]sueuerat. Unde leg[itu]r in legenda aurea q[uod] fuit q[ui]da[m] s[an]c[t]us p[ate]r abbas nomine Joa[n]nes/ q[ui] de remotis p[ar]tib[us]: vtpote d[e] desertis Egypti venit Roma[m] ad visitandu[m] ap[osto]lo[rum] limina. Hic [ergo] abbas cum vidisset b[ea]tu[m] Greg. papam transire p[er] mediu[m] ciuitatis voluit illi occurrere: atq[ue] reuere[n]tiam exhibere: Cerne[n]s [ergo] b[ea]tu[s] Greg. q[uod] ille vellet se in terra[m] [pro]sterne re/ festinauit: et prio seipsum coram illo patre in terram prostrauit: Nec inde surrexit quousq[ue] dictus abbas primo surrexit. Ecce maxime hu[m]ilitat[is] exe[m]plum. Tertio in dicto statu apparuit humilitas viri dei Gregorij/ q[ui]a quotidie ad suam mensam aliques pauperes peregrinos sedentes et comede[n]tes habebat. U[n]n accidit quadam die vt inter plures vnus accederet qui ceteris verecu[n]dior videbatur. Ad hunc igitur accessit vir dei vt in eius manibus aqua[m] ex humilitate funderet. Sed cum se paululu[m] diuertisset vt vrceu[m] acciperet: postea comperit peregrinum subito disparuisse.

Cu[m]q[ue] super hoc stuperet: nocte seque[n]ti d[omi]n[u]s per visionem dixit illi. Ceteris dieb[us] me in me[m]bris meis: s[ed] hesterno die me in memetipso suscepisti. Quada[m] etia[m] die du[m] iussisset procuratori suo vt. xij. pauperes ad prandium inuitaret: et ille iussa implesset: ipse computauit. xiij. Ceteri autem t[ame]n computabant. xij. Sup[er] quo admirat[us] facto prandio vocauit ad se seorsum tertiumdecimu[m]: et ait illi. Dic mihi q[ui]s es et vnde? Et ille. Cur me interrogas de no[m]i[n]e meo: quod est mirabile? Et continuo disparuit. Ex q[ua] visione illi innotuit illum paupere[m] fuisse X[ris]t[u]m in forma pauperis. Ecce qualis et qua[n]ta fuit viri dei Gregorij hu[m]ilitas.

Ob quã causam dictus est Gregorius magnus.s. propter insignem eius humilitatem. Nam quãuis fuerint plures hui⁹ nominis Gregorius pontifices sũmi: vtpote numero.xij. inter q̃s iste fuit primus/nullus tñ eorũ preter ipsum dictus est magn⁹. Item quanuis fuerint alij viri literati predicti nominis pontifices inferiores: vtpote Gregorius Nazanzenus Grecus ep̃s Constantinopolitanus: itẽ Gregorius turonensis: non tñ dicti sunt magni: q2 non peruenerũt ad illam summam humilitatẽ que floruit in nostro Gregorio. Bene ergo dictus est magnus. Item dictus est magnus ppter plura q̃ fuerũt in eo excellẽter: Hec fuerunt: nobilitas/diuitie: potẽtia: sapiẽtia: fama: expientia: hũilitas: sanctitas: ꝛ ƒ̃ ℓia.

¶ Moraliter. Hic instruũt specialiter summi põtifices atque ceteri ecclesie prelati ad humilitatẽ sectãdam: iuxta id ꝙ scriptum est Eccℓ.iij. Quanto magnus es.s. generis nobilitate vel scienti e sublimitate: vel honoris dignitate: humilia te in omnibus.i. coram hoibus: saluo tamẽ semper iure gradus siue officij. Et corã deo inuenies grãm: quam supple amisit primus homo et similiter angelus per superbiam. Jac.iiij. Deus superbis resistit: humilibus dat gratiã. Vñ Grego. homil.xxxi. Tanto (inquit) humilior: atq3 ad seruiẽdũ deo ꝓmptior quisq3 eẽ d3: q̃to obligatiorẽ se eẽ conspicit in reddẽda rõne. Hec ille.

¶ Scđo principaliter btũs Joannes baptista laudat de vite austeritate. Nam de eo legitur Mat.iij. ꝙ habebat vestimentũ de pilis camelorum: ꝛ zonã pelliceã circa lũbos suos. Esca autem eius locuste/ et mel syluestre. Propter autẽ similem cãm d3 laudari beatus Greg. Nam monachus factus vilibus indutus est/ vt dictũ est. Itẽ ciliciũ deferebat ad carnem. Et p̃ter hec grauissimas abstinentias faciebat. Nam tanta districtione carnẽ suã afflixit: vt infirmato stomacho subsistere vix valeret: et incisionem vitalium q̃s greci syncopim vocant patiẽs: crebris angustijs p horaꝝ momenta ad exitũ propinquaret.

¶ Moraliter. Hic instruuntur religiosi carnem suam domare ieiunijs et abstinentia esce ꝛ potus/ quantum valitudo permittit: vt dicit Augu. in regula de cõi vita clericorũ/ quia vt dicit Hiero.iij. parte ep̃ℓarum suarũ epistola.xxxviij. ad Paulinum scribẽs: Qui xp̃m querit nõ q̃rit magnopere de q̃s pretiosis cibis stercus cõficiat. Sed proh dolor multi moderni religiosi lautius viuũt multo: q̃s viuere potuissent si remansissent in seculo. De q̃bus loquẽs idẽ Hie. iij. parte ep̃ℓaꝝ suaꝝ epℓa.xiiij. vbi agit de regula monialium: dicit sic. Mirũ de infelici plurium hoim ꝯditione. Sũt enim nonnulli viles ꝛ abiecti in seculo: q̃ quotidianis laboribus se vltra vires affligentes p victu captando vilissimo: vix raris fabis ꝛ rapis cũ rudi ꝛ hordeaceo pane saturantur. Cũ ƀo ad xp̃i mẽsam accedũt: ꝛ xp̃i militiã suscipiũt: siue egestatis obliti lautiora q̃runt q̃s milites qui sũt assueti magnificis. Hec ille.

¶Tertio Moyses laudatur de placatione diuine ire. Cū enim vellet dn̄s disperdere populum Israeliticū propter idololatriā quā exercuit circa vitulū aureū: et diceret Moysi / Dimitte me vt irascatur furor meus ꝯ pplm istū ⁊ deleā eū: Moyses econtrario orabat dicēs: Quiescat ira tua dn̄e: ⁊ esto placabilis super nequitia ppli tui. Tandem ꝙ placatus est dn̄s ne faceret malū qđ locutus fuerat aduersus pplm suū. Exo. xxxij. Propter aūt cām silem laudandus est btūs Gregorius: eo maxime ꝙ suis meritis ⁊ precibus cessauit ira dei que prius terribiliter seuiebat aduersus populum Romanum. Ut enim legitur in eius historia: ea tēpestate qua sublimatus est in sedem Petri: tanta pestis inuasit Romanam ciuitatem pp pctā inhabitantium: vt sine numero et subito: vtpote sternutando vel oscitando hoies ac mulieres: iuuenes: ṽgines senes cum iunioribus vltimum spm̄ exhalarent. Uñ extūc introductum est vt sternutāti dicatur: Deus te adiuuet: vel vt ille q̄ sternutat siue oscitat: signum crucis sibi faciat. Hanc igitur mirabilē plagā ex ira dei ꝓcedentem ꝯsiderās vir dei Gregorius / decreuit esse recurrendū per orationis suffragium ad eū q̄ sanat oēs infirmitates hoim: ⁊ q̄ oīa potest. Conuocato igitur populo Romano sermonē fecit exhortans vnūquēqꝫ ad veraꝫ cordis ꝯtritionem: oris confessionem / ⁊ vite emendationem. Insuper processiones solemnes cū letanijs instituit fiēdas per totum ciuitatis circuitum. Cū qꝫ in dictis ꝓcessionibus deportaretur reuerenter imago beate virginis quam btūs Lucas legī depinxisse: ecce tota aeris infectio et turbulētia imagini cedebat: ac si ipsam imaginem fugeret / ⁊ eius presentiam ferre non posset. Atqꝫ in hunc modum post imaginē mira serenitas ⁊ aerꝫ puritas remanebat. Insup tūc in aere iuxta dictaꝫ imaginem audite sunt voces multoꝝ angeloꝝ canentium et dicentium: Regina celi letare alleluia: Quia quem meruisti portare all'a. Resurrexit sicut dixit: all'a. Statimqꝫ ipē beatꝰ Gregorius adiūxit dicēs. Ora pro nobis deū: alleluia. quibus deuote cantatis: vidit sanctus pontifex super castrū crescētij angelū dn̄i: q̄ gladiū cruentatum detergens in vaginā remisit. Per qđ ipē Grego. intellexit pestem cessasse. Unde ad perpetuam rei memoriam illud castrum appellatum est castrum sancti angeli. Ecce quomodo placata est dei ira aduersus populum Romanum medio huiꝰ viri sancti.

¶Moraliter. Ex dictis possumus elicere q̄tum valet apud deū oratio iusti assidua: vt hr̄ Jacobi. v. Ita vt dicat Hiero. in ꝓlogo sup vitaspatrū / ꝙ sanctoꝝ patrum meritis dꝫ imputari adhuc stare mūdū. Insup ex precedenti historia instruimur celebrare solēnes ⁊ deuotas ꝓcessiones quotiens aliqđ grande periculum cernimꝰ imminere: q̄tenꝰ hic possimꝰ placare dei irā. Insup instruimur hr̄e imagines sctoꝝ ⁊ sctārum

in honore ꝛ reuerētia: ꝛ eas li-
bēter recondere in habitaculis
atq; oratorijs nostris. vñ Cyril
lus eps Hierosolymitanus ad
Augustinum scribit de quadā
sctimoniali formosa: casta ta-
men et bona: narrans qualiter
quidam iuuenis ardens in con
cupiscentiā eius: cōsuluit quē-
dam magum seu incantatorem
quonā pacto posset ea frui car-
naliter. Ille aūt certa conuen-
tione inter ipsos facta / promi-
sit ei q in breui res sortiretur
suum effectū. Unde postmoduz
misit dictus incantator diabo-
luz ad camerā dicte sanctimo-
nialis vt incitaret eā ad cōcu-
piscentiam erga dictū iuuenez
quē alīs nouerat: dū scz adhuc
in seculo habitaret. Mira res.
Nam cū ipe demon appropin-
quasset dicte camere / non est
ausus illic ingredi ꝑpter ima-
ginem diui Hieronymi ibi de-
pictam. Hanc historiam habes
descriptam in fine epłaꝝ beati
Aug. Si ergo imago beati Hie
ronymi ꝑsit ad repellēdos hu-
mani gnis hostes: q̄to magis
ad hoc prodesse poterit imago
immaculate virginis Marie.
¶ Quarto laudantur Apłi de
cōtēptu tēporaliū: iuxta illud
Mat. xix. Ecce nos reliquimus
omnia: ꝛ secuti sum⁹ te. Et pro-
pt hāc cām laudādus est btūs
Grego. qr q̄uis haberet patri-
moniuz pingue: insuper postq̄
factus est pōtifex summus / ha-
buit thesauros ecclesie in sua
dispositione: in his tñ omibus
affectum suum minime posuit:
quinimmo talia velut stercora
ꝛ lutū contempsit. Ad qđ facit
historia que hr̄ in eius legēda:
vcz de quodam sancto eremita
cui dictuz est a domino q plus
diligeret catam suā q̄ Grego-
rius oēs diuitias suas / quas ex
patrimonio ecclesie ꝛ oblatio-
nib⁹ fidelium habebat q̄s etiā
sibi non reseruabat: nec inde
thesauros congregabat: sz eas
in pios vsus expendebat.
¶ Moraliter. Diuites huius se
culi: ꝛ signanter prelati hic in-
struuntur nō ponere cor suum
in diuitijs terrenis / sed eis vti
tanq̄ instrumētis virtutum: qr
vt hr̄ Eccli. x. Nihil iniqui⁹ q̄
amare diuitias siue pecuniam.
vnde Augu. super Joā. trac. xl.
Utere inquit mundo: non te ca
piat mūdus quo intrasti. Iter
agis exiturus / venisti nō remā
surus. Iter agis: stabulum est
hec vita. Utere nūmo ꝛ mundo
q̄o viator i hospitio vtit mēsa
calice: vrceo: lectulo / dimissu-
rus: non permāsurus. Hec ille.
¶ Quinto laudatur zacheus
princeps publicanoꝝ de libera-
litate: vt ptz ex verbis suis cuz
ait ad xp̄m. Ecce dimidium bo
norum meoꝝ dñe do pauperi-
bus. Luc. xix. Propter hanc er-
go causam laudandus est Xpi
cōfessor ꝛ ecclesie doctor Greg.
eo q maxime liberalis fuit ad
pauperes: et signanter ad tria
horum genera.
¶ Primo q̄dē ad filios gētiliū
quos interdū parētes pre ino-
pia vēdere cogebant. Hoc autē
q̄ primū veniebat in notitiam
viri dei: eos siue per se siue per
interpositas personas certo p̄-
tio emebat. Quos postmodum
educari faciebat: atq; per dili-
gētem preceptorē ad cognitio-
nez fidei christiane adducebat

Deinde illos sic instructos et baptizatos monasterijs assignabat: unde ut refert dñs Antoñ. tertia parte chronice sue.tit.xij capi.iij.§.ix. Per singulos annos destinabat specialē commissariū in angliā/ nondū ad fidem cōuersam. et quotquot inueniebant elegantes iuuenes etatis xvij.aut.xviij.annorum seruituti obnoxij illos comparari iubebat ad finem predictū. Diligebat em̄ iuuenes filios terre illi⁹. Un̄ cū sibi multi tales oblati fuissent: et cōperisset q̄ de anglia oriundi essent: subintulit. Bene hi iuuenes angli dicunt: q2 quasi angeli formosi vident.

¶ Scd̄o fuit liberalis ad Judeos et signāter in possessionib⁹ ecclesie cōmorantes: quib⁹ denunciari faciebat q̄ si vellent ad fidē conuerti catholicam: relaxaret in effectu tertiam vel quartā partē pensionū suarū. Cunq3 aliqui obijcerent q̄ tales non pp̄ter xp̄m sed propter lucrum ad fidem venirent: Rn̄dere solebat q̄ etsi tales minus fideliter venirent: hi tn̄ qui de ipsis nati sunt: fidelius baptizātur. Et sic aut ipsos / aut eorꝝ filios inde habet lucrabimur. Un̄ p talē modum multi ex iudeis per diuersa loca conuertebant ad fidem. Quibus etiā in baptismo si pauperes erant: prouidebat de vestimentis. Certe ecce optimus mercator animarum.

¶ Tertio fuit liberalis ad pauperes xp̄ianos. Nam hierosolymis venerabile xenodochium fabricari fecit: et dei famul' ibi constitutis: q̄ diu vixit: victum et vestimentum pcurauit. Idem etiā fecit in monte Syna: in sup tribus milibus ancillis dei.xv. libras auri pro lectisternijs dedit: eisq3 pro quotidianis stipendijs octoginta libras annualit cōferebat. Preterea nullus erat inops aut eger in tota ciuitate Romana atq3 circumadiacente regione: quē non haberet in sc̄ptis: et tunc cuilibet pvidebat iuxta suā necessitatem: siue pecunias destinando/ siue victualia ministrando/ vtpote frumentum/ vinum/ caseum/ lardum/ oleum/ pisces: et similia. Ceterum preter monasterium a se cōstructum intra vrbem: fecit alia sex in Sicilia cōstrui/ cū adhuc laicus existeret. Dei autē famulis ibi deo seruientibus assignauit de proprio patrimonio tot redditus perpetuos quot illis essent necessarij pro victu et vestitu. Et breuiter tam liberalis et pi⁹ fuit ad pauperes q̄ in specie pauperum aliquando angelos aliquando xp̄um hospitio recipere meruit.

¶ Moraliter. Hic instruuntur ecclesie prelati curam habere pauperum: et precipue deo famulātium: sic scil3 q̄ post sui et familie sue sufficientē sustentationē: atq3 ecclesiarū sibi commissarum seu locorꝝ religiosorꝝ in edificijs congruā manutentionē: residuum dent fideliter pauperibus eo maxime q̄ bona ecclīarꝝ debēt diuidi in tres partes: et aliqñ in quatuor: sicut in ecclesijs cathedralibus: sic sc3 q̄ ep̄us habeat vnā ptē: scd̄am habeāt clerici ibi dn̄o deseruientes: tertiam recipiat fabrica ecclesie: quarta aūt dent pauperibus. Sic em̄ statuerunt iura antiqua: vt patet expresse.xij.q.ij.

vobis. Itē.c.cō cesso: ꝛ quatuor capitulis sequentibus. Et nota ꝙ hmōi ordinatio fuit facta anteꝙ̃ fieret partitio bonorum ecclesiasticorum. Hodie aūt partitio sic facta est ꝙ clerici siue canonici sciunt quid ꝛ quātū habere debent: silr ꝛ fabrica. Episcopus autē cum portione sua q̄ pinguior est, manet obligatus de parte pauperum: non tamen sic districte ꝙ teneatur dare ſm denarium suorum prouentuum in vsus paupeꝝ: alˀs hodie pauci aut nulli epī intrarent celum sed ꝯmittitur sue conscientie et discretioni: quid, quantū, ꝛ qñ, ꝛ q̄bus dare debet. Qꝫ si totum vellet ꝓ dige expendere in mulieribus ꝛ fructibus vētris: grauissime peccaret: ꝛ cum hoc ad restitutionem teneret tanꝙ̃ defraudator portionis pauperū. De ceteris aūt clericis bñficiatis silr dicendū ꝙ ſm facultatem suā tenent alere pauperes eo maxime ꝙ bona ecclesie sūt bona pauperū. Unde Ambro. lib.ij. de officijs.c.xxviij. Aurū (inquit) habet eccl'ia: nō vt seruet: sed vt eroget: et vt subueniat in necessitate constitutis.

¶ Sexto laudatur Job de compassione quā gerebat ad afflictos: vñ dicebat.iij. capite. Flebā quondā sup eo qui afflictus erat: ꝛ compatiebatur aīa mea pauperi. Propter autem similem cām laudandus est xp̄i seruus Gregoriꝰ: qꝛ fuit multe cōpassionis non solū sup eos qui in p̄nti affligunt egestate et penuria vt dictū est: verum etiam sup eos qui affligunt in alio seculo. Et de hoc extat historia de Traiano: quā hic inserere volui ꝓpter materie p̄ntis connexionē. Legit eñ ꝙ circa annum dñi centesimum regnauit quidam imperator paganus noīe Traianus: iustitie et equitatis amator ꝛ fautor: hoc tamen malum habebat ꝙ xp̄ianos ꝑsequebatur: credens se in hoc obsequium prestare deo. Huius itaque filiꝰ equo discurrens ꝑ quēdam locū publicum: filium cuiusdam vidue occidit. Cumqꝫ dicta vidua apud eum instaret ꝓ iustitia: ille eidē filiū suum in filiū adoptiuū assignauit cum maximis diuitijs. Cū itaqꝫ ipse Gregorius quadam die transiret per forū Traiani: recolens predictam illius humanitatē et equitatē: ꝯpatiēs dānationi illius: eo ꝙ in infidelitate mortuus esset: intrauit eccl'iam bti Petri, ꝛ ꝓ eo ī gemiscēs orauit. Cui diuinitus rñsum est. Ecce petitionē tuā ꝯpleui: et Traiano penam eternā peperci. Tamen de cetero caueas ne pro aliquo dānato petitionem fundas. Circa tñ hanc historiā est multiplex modꝰ dicendi a theologis in quarto sententiarum sed ꝯmunior est ꝙ Traianꝰ fuerit resuscitatus ad vitam p̄ntem in qua conuersus ꝛ baptizatus: sic infernū euasit. Nec etiā erat in inferno per finalem dei sñiam ꝯdēnatus: sed ad tempus quousque Gregorius pro eo oraret. Fertur etiā ꝙ postmodū angelus dñi dixit eidē Gregorio: qꝛ eñ pro dānato rogasti: duplex tibi datur optio. Aut eñ in purgatorio duobus diebus cruciaberis: aut certe toto tp̄e vite tue infirmitatibꝰ ꝛ doloribꝰ fatigaberis. Ipse aūt p̄elegit scdm.

Unde factū est q̄ semper deinceps aut febrib⁹ laborauit: aut podagre molestia pressus fuit: aut validis dolorib⁹ cōquassatus: aut dolore stomachi grauissime cruciatus extitit: ita vt interdum de tanta molestia vie conquereret̄. Unde ex longa et diuturna tali egritudine tandem feliciter dño spiritum reddidit. Anno sui pontificatus xiij. mensib⁹. vj. diebus. x. Ab incarnatione autem dñi anno quingētesimosexto. Cuius meritis ꝛ precibus nobis conferat gratiam in presenti: et gloriam in futuro ille qui in trinitate perfecta ꝛc.

¶ Ser. de beato Benedicto.

Benedictus q̇ venit in noīe dñi. Mat. xxj. Uerba p̄dicta q̄ dixerūt turbe iudeoꝝ de xp̄o ꝛ in laudem ipsius cū paulo ante passionem suā intrasset Hierusalem super asinā sedens: merito possunt dici de viro dei ꝛ monachoꝝ pr̄e btō Benedicto. Hic ergo vir sanctus venit in nomine domini: id est ad honorem domini: vtpote ad condendum regulam monastice vite congruam. Pro quo notandum s̄m dñm Antoninum in secunda parte chronice sue titu. xv. cap. xij. in fine. q̄ sicut imperium primo viguit et floruit apud grecos: deinde translatum est in latinos: videlicet in Carolum magnū Francorum rcgē: regnante Adriano papa primo huius noīs: demū de Francia in Alemaniam in Ottonem primum ducem Teuthonie: ita etiam perfectio vite regularis Anachoritarum et Cenobitarum primo viguit in Grecia seu oriente: vt patet ex vitis patrū: vbi miranda dicun
tur de sanctis illis patribus in desertis Egypti habitantibus. Deinde trāslata est in occidētē apud latinos: et presertim sub beatissimo pr̄e Bñdicto qui regnauit circa annum ab incarnatione dñi ferme quingentesimum. Unde sicut btūs Basilius dicitur pr̄ monachoꝝ in oriente sic etiā beatissimus Benedict⁹ pater monachoꝝ in occidente. Ipse eñ (vt ait Greg. lib. ij. dialogoꝝ) scripsit regulam discretione precipuā: sermone luculentam: ꝛ pre ceteris (vt ita dicam) in singulis directiuā. Regula eñ Basilij satis intricata est. Regula Augustini multum gñalis extat: et ad particularia parum descendens: nihilominus per varias q̄stōnes ei ꝯditas a diuersis religionibus: austeritatibus et cerimonijs adornat̄. Regula beati Francisci breuis est: et per ꝯñs multa ibi ꝯtinentur p̄cepta seruabilis plena. Sed regula beatissimi Benedicti singula queque clare et familiari stilo describit. Que etiam vt approbata allegat̄ in decretis. xvi. q. j. sub diuersis capitulis. Hanc ergo regulam oēs monachi occidentales pro fundamento firmo et tuto tenent: exceptis Carthusiensib⁹. Nihilomin⁹ habitib⁹ ꝯstitutionibus et cerimonijs additis distinguuntur. Merito ergo de tanto ac tali patre monachorum premisimus in themate q̄ Benedictus venit in nomine

domini: id est ad honorē domini: et ad edificationem totius ecclesie militantis.

¶ Pro quo notandū q hic benedictus venit in noīe multoꝝ sanctoꝝ viroꝝ tam legis nature/ q̄ scripture/ q̄ etiā gratie: sicut in sequentibꝰ ostendetur.

¶ Primo eñ benedictus venit in noīe Abrahe q̄tum ad nominis interp̄tationē. Abraham eñ interpretat pater multarū gētium. Uñ Geñ. xvij. legitur q dñs illi apparuit cum iam esset annoꝝ. xcix. et dixit ei. Ponam pactū meum tecum: erisq̄ pater multarū gentiū. Glos. interli. i. prima via credendi: vel pater multarū gentiū dicit Abrahā: eo q Judei descenderūt ab eo per Jsaac. Sarraceni autē per Jsmaelē. Qui potius deberent appellari Agareni q̄ Sarraceni: eo q descenderunt ab ipso Abrahā p Agar ancillā suā ex qua genuit dictū Jsmaelē. Judei vero descenderūt per Sarrā ex qua ipse Abraham genuit Jsaac: ex quo p̄dierunt Judei. Ecce q̄ñ Abraham merito dictꝰ est pr̄ multarū gentiū. Seq̄tur in textu. Faciā te (inq̄t dñs ad Abrahā) crescere vehementissime: regesq̄ ex te egredientur. Et statuā pactū meū inter me et te: et inter semen tuū post te in generationibus suis federe sempiterno. Daboque tibi: et semini tuo post te terram peregrinationis tue et omnē terram chanaā in possessionē eternam: eroq̄ deus eoꝝ. Hec ibi: quāuis aliquantulum truncate.

¶ Ad propositum per Abrahā recte designat btūs Bñdictus cū quo dñs videt pactum fecisse per specialē amicitiam. De isto ergo dei amico in vbis predictis sub figura tria dicuntur.

¶ Primum est q est pater multarū gentiū. Et vere sic est. Nam oēs monachi occidentales militant sub regula beati bñdicti et ipm habēt in patrē: exceptis carthusiēsibus/ qui habēt speciales ꝯstitutiōes: vt dictū est. Nam ipse fuit tanq̄ lignū plantatū secus decursus aquarum. i. grarū sp̄ualium: que fluunt impetu de libano. i. a pr̄e luminum a quo descendit omne datum optimū: et oē donū perfectum: vt habet Jaco. i. Queadmodū ergo arbor vna est in radice et truco: multiplex autē in ramis et fructibꝰ: qui tñ humorē et vigorē habēt a radice et trunco: ita status monachalis in occidente vnus est: ab vno pr̄e derivatus: et a radice regule beati Benedicti habens vigorē. Qui tñ in p̄cessu tp̄is distinctus est in multos ramos diuersarū religionū monachaliū in eādem regulam conuenientiū: sed constitutionibus et ordinationibus differētiū. Inde eñ ordo Cluniacensiū/ Premonstratensium/ Cistertiensiū/ Celestinoꝝ/ Camaldulensium/ vallis vmbrose et multorum aliorum.

¶ Secundū quod dicit de beato Benedicto sub p̄dicta figura: est q mirabiliter creuit semen eius: adeo q nulla religio in ecclesia xp̄i est tam multipliciter multiplicata vbiq̄ terrarū sicut religio btī Bñdicti. Addit autē in p̄dicta figura q reges deberēt egredi de semine Abrahe: per qd significatur maxima multitudo summorum

pontificum et alioꝝ inferiorum prelatoꝝ qui processerunt a dicta religione. Qui pro tāto dicunt reges/quæ ꝛ alios laudabiliter rexerunt. Nam vt refert dñs Robert⁹ de Licio: ordinis minoꝝ. in ser. de eodē btō Benedicto. Jo.xxij. cū omni diligentia fecit extrahi de archiuis summoꝝ pontificū: et inuenit ꝙ a tpe dicti patris Bñdicti vsqꝫ ad pontificatū eius fuerūt epi quinqꝫ milia et quatuor. Archiepi septingēti. Cardinales trecenti triginta. Sūmi vo pontifices vigintiqnqꝫ. Insup refert idē qui prius ꝙ compertū est in catalogo sanctorum ꝙ de dicto ordine fuerūt trigintaquatuor milia canonizati. Ecce quomodo in immensū creuit numer⁹ ꝛ merito semen beati Benedicti.

¶ Tertiū quod dicitur sub predicta figura de beato Bñdicto est ꝙ dñs dedit semini suo magnas possessiones tēporales in presenti. Nā in exordio religionis illius apud occidētem multi reges et principes assignauerūt eis multas possessiones perpetuas et libertates vt non essent solliciti de crastino: atque vt liberius ꝛ feruentius possent vacare diuinis. Et ad hoc faciēdum mouebantur dicti dñi temporales propter vite sanctitatē quā in illis tunc tpis videbant. Non eñi tunc erat questio apud monachos de peculio: neque erat distinctio mense abbatis a mēsa communitatis: nisi forsan propter hospites: sed erant illis oia cōmunia: ꝛ distribuebatur vnicuiqꝫ prout cuiqꝫ opus erat. Similiter semini beati Bñdicti multi summi pontifices dederunt amplissimas gratias: indulgentias: atqꝫ exemptiones. Hodie autē ꝓpter lasciuā multorū ex ipsis vitam quasi in diuinā vltionē eorum priuilegia passim infringūtur: ꝛ eorū possessiones ab alienis etiam interdum a principibus ꝛ potentibus iure vel iniuria occupantur/ distrahūtur/ diminuuntur/ prophanantur/ proscribuntur/ prescribuntur.

¶ Notandū autem iuxta predicta ꝙ dñs nō solū dedit possessiōes semini beati Bñdicti: ad hoc sclꝫ faciendum inspirando reges et principes qui abbatias et monasteria pene infinita per mundū vniuersum cōstruxerūt: ꝛ cōstructa tēporalibus multipliciter dotauerunt: verūetiā hoc idē contulit eidē: quod sic patet. Nā cum dictus pater venisset ad montem Cassium qui est in Italia: et templum Apollinis quod ibi situm erat: destructa primū omni idolatria: oratoriū paruulū in honorē beati Joānis baptiste fabricasset/ atqꝫ circūadiacētem populum ab idolatria reuocasset: Tertull⁹ nobilissimus Romanus predictū montē sibi cōpetentē: ex integro cum oibus pertinētijs eius: vtpote possessiones/castra/et villas donauit eidē: insup assignauit illi multas possessiones quas habebat in Sicilia. Pretera cū dictus Tertullus haberet tres filios: vnū ex illis placidum noie/ etatis septē annoꝝ obtulit eidem patri in discipulum. Qui postmodū creuit in virū magnum: ita vt claruerit miraculis.

¶ Moraliter. Quilibet nostrū

ad hoc debet efficaciter labo=
rare: vt inſtar ſanctoꝝ dei ami
coꝝ Abrahe ⁊ Benedicti pater
ſit multarum gentiū. Hoc autē
poteſt multipliciter fieri. Pri=
mo qdē pauperes reficiendo.
Job. xxix. Pater erā pauperū.
Secundo ꝓo alios inſtruendo.
Et quo ad hoc Heliſeus voca=
bat Heliam cuius fuerat diſci=
pulus/ patrem ſuū: qñ ſcz vidit
eum in aera tolli: ⁊ exclama=
uit dicens: Pater mi/ pater mi:
currus Iſrael: ⁊ auriga eius.
Tertio aūt ſacramenta ſubdi=
tis miniſtrādo. Et iſtud ſpecia=
liter concernit rectores aiaꝝ:
quoꝝ quilibet tot filioꝝ ⁊ filia=
rum eſt patꝛ/ quot baptizauit:
aut panē ſacramētū miniſtra=
uit: ſiue quodcūqꝫ aliud ſacra=
mentū contulit. Adde ꝙ etiam
ꝑdicatoꝛ veritatis eſt hoc mo=
do pater reſpectu illoꝛuz q̄ ſub
eo ꝑficiunt. Propter qꝺ Apl's
j. ad Coꝛ. iiij. coꝛinthijs ſcri=
bens ait: In Chriſto Jeſu per
euangelium vos genui.

¶ Secundo principaliter bea=
tus Benedictus venit in nomīe
beati Joannis baptiſte q̄tum
ad vite ſolitarie electionē. De
dicto em̄ Joāne canit eccl'ia i
hunc modū. Antra deſerti te=
neris ſub annis ciuiū turmas
fugiens petiſti/ ne leui ſaltem
maculare vitam famine (id eſt
locutione) poſſes. Sic ⁊ beatus
Benedictus mundū cum ſuis
oblectationibus deſpiciens: eo
maxime ꝙ cerneret multos ire
per abrupta vitioꝝ: poſtq̄ Ro=
me in liberalibus artibus ſuffi
cienter inſtructus fuit: deſpe=
ctis literarum ſtudijs: relicta
domo: rebuſqꝫ patris: deſerta
petiuit. Tandem autē deuenit
ad quendā locum arctiſſimum
diſtantem a Romana ciuitate
xl. fere miliaribꝰ/ in quo māſit
annis tribus/ hoibus incogni=
tus: excepto Romano mona=
cho viro ſanctiſſimo: qui dicto
Benedicto habitū ſancte reli=
gionis dedit: illiqꝫ prouidebat
de vite neceſſarijs prout pote=
rat: ⁊ hoc de facultatibus ſui
monaſterij qꝺ non longe diſta=
bat a predicto ſpecu in quo la=
titabat ſeruus dn̄i Benedictꝰ.
Solus aūt dn̄s nouit q̄ auſte=
ram vitam ibi duxit.

¶ Moraliter. Hic docemur fu=
gere mundum ſi mundi eſſe cu=
pimus: quia tam difficile eſt in
mundo habitare ⁊ mundum ſe
ab hoc ſeculo nequā cuſtodire/
q̄ difficile eſt intra ignem ſta=
re: ⁊ ignis ardoꝛē non ſentire.
Unde Chryſo. in opere incom=
pleto Homil. xxxvj. Sicut (in=
quit) difficile eſt arboꝛez iuxta
viā ſitam fructus ſuos vſqꝫ ad
maturitatē ſeruare: ſic diffici=
le eſt virum fidelē iuxta iſtum
mundū viuentē: in ſuis operi=
bus immaculatā iuſtitiaz vſqꝫ
ad finem tenere. Recede ergo
de via: ⁊ planta te in loca ſe=
creta: vt nec mundus tecū ali=
quid habeat ꝯmune: nec tu cuz
mundo. Hec ille. Inſuper exem
plo hoꝛum ſanctoꝛum viroꝛū:
videlicet Joannis baptiſte et
Benedicti: qui in tenera etate
mundum relinquentes auſte=
ram duxerunt vitam: inſtruun
tur iuuenes ⁊ paruuli pꝛo mo=
dulo ſuo affligere carnē ſuam
ieiunijs/ abſtinētijs/ ⁊ diſcipli=
nis: atqꝫ generaliter ſe aſſuefa=
cere operibus ſanctis: quia vt

habetur Threñ.iij. Bonũ est vi-
ro cum portauerit iugum dñi
ab adolescentia sua.
¶ Tertio beatus Benedictus
venit in nomine diui pauli quã
tum ad stimulorũ carnis repres
sionem. De Paulo enim legit
ij.ad Corint.xij. q de seipso lo-
quens dicebat. Datus est mihi
stimulus carnis mee angelus
sathane ꝛc. Sed a quo datus?
Certe a deo pmissiue.et hoc ad
sui humiliationem: ne scz sup-
biret de multitudine reuelatio-
num diuinarum. Nihilominus
predictum stimulum carnis re-
pressit ipse paulus per corporis
castigationē:iuxta illud.j.ad Cor.
ix. Castigo corpus meũ:ꝛ in ser
uitutē redigo. Sic ꝛ beat9 Be-
nedictus quodã die dum solus
esset:et diabolus in specie auis
que merula dicitur: importu-
ne eius vultui insisteret: tandē
signo crucis eũ fugauit. Nihilo-
minus statim tanta carnis ten-
tatio eum inuasit: quantã nũꝙ
expertus fuerat. Nam tunc spi-
ritus malignus ad eius memo-
riam reduxit quandam mulie-
rem speciosam quam aliquan-
do viderat: ex qua recordatiõe
incredibilis ardor libidinis cũ
inuasit. Quod ille sentiens de-
posuit vestes:ꝛ se nudum in spi
narum aculeis et vrticarum in
cēdijs piecit: ibiꝙ diu voluta-
tus exijt inde toto corpore vul-
neratus: et p cutis vulnera edu-
xit a corpe vulnus mentis. Uñ
extunc nihil tale passus est.
¶ Moralr. Per hanc historiam
instruimur carnem nostram di-
sciplinis et abstinentijs doma-
re: vt sic reprimantur carnales
concupiscentie que iam insur-
rexerũt:aut forsan ne cõtingat
eas notabiliter contra ratiõis
imperium insurgere. Unde de
motu carnali loquens Psalm.
viro iusto:dt sic. Preueni eum
scz carnalem motum ne insur-
gat: ꝛ supplanta eum:id est re-
prime eum: postꝙ supp. insur-
rexerit: ne scilicet fiat morta-
lis per consensum verum vel
interpretatiuuz. Ille enim preue
nit huiusmodi motũ libidinis
qui carnem suam castigat ꝛ af-
fligit per debitam abstinentiam
qualiter fecisse legitur beatus
Nicolaus: qui adhuc paruulus
multo ieiunio macerabat cor-
pus. Ille vero supplantat talez
motum qui postꝙ insurrexit:
eum cũ violentia euellere sa-
tagit: scilz per carnis macera-
tionem: qualiter fecisse legitur
beatus Benedictus: similiter et
beatus Hieronymus. Hic enim
de seipso loquēs dicit sic. Quo-
tiens in eremo constitutus in
illa vasta solitudine que exau-
sta solis ardoribus horridum
monachis prestabat habitacu-
lum: putabã me romanis inter-
esse delicijs. Sed ad edoman-
dam carnis lasciuiam multipli
ci maceratione vsus est. Unde
postea subdit. Horrebam sacco
mēbra deformia:ꝛ squalide cu-
tis sitũ ethiopice carnis obdu-
xerat. Et si qñ repugnātē somnus
imminēs oppssisset:nuda humo
vix ossa herentia collidebã. De
cibis ꝛ potu taceo:cũ ēt languē
tes monachi aqua frigida vtan
tur:et coctũ aliqd accepisse lu-
xurie sit. Sedebã sol9: q2 ama-
ritudine repletus eram. Quoti
die lachryme: quotidie gemi-
tus. Itaꝙ omni auxilio destitut9

ad Jesu iacebam pedes: rigabā lachrymis: crine tergebam. Memini me clamantē ad dñm diem crebro iunxisse cum nocte nec prius a pectoris cessasse verberibus: q̄ dño increpāte rediret tranquillitas. Hec ille. Ecce q̄modo viri sancti et a deo electi studuerunt carnē suā affligere: et nos miseri pctōres studemus eā delicate nutrire. Ideo non mirum si passiones et concupiscentie nos frequenter infestant: et ad peccatum pertrahant.

¶ Quarto beatus Benedictus venit in noīe Petri x̄pm̄ ad aquarum solidationem. Legitur em̄ Matt. xiiij. q̄ cū beatus Petrus vidisset semel xp̄m ambulantem supra mare: ait illi. Dñe si tu es: iube me venire ad te super aq̄s. Cui cum Christus respondisset veni: descēdit Petrus de nauicula in qua erat: et ambulabat super aquā vt veniret ad Jesum. Sic et de btō prē bñdicto legitur q̄ cū in spū prophetico intellexisset quendā iuuenē monachū placidū noīe a casu in ꝓfundā aquā fuisse lapsū: et iam nō modicū a littore distantem: subito vocato ad se beato Mauro discipulo suo: iussit vt succurreret ꝑdicto placido periclitanti. Qui accepta bñdictione vij prīs: et armatus bono obediētie ad dictū fluuiū velocit cucurrit: atq̄ super aq̄s ambulās ꝑdictū iuuenē ab iminenti periculo liberauit. In hoc aūt facto fuerunt duo magna miracula. Primum fuit ꝑseruatio ꝑdicti placidi a submersiōe: cū diu fuisset in aq̄s profundis. Scd̄m fuit preseruatio bti Mauri: q̄ ambulās pede sicco sup aq̄s nihil mali passus est.

¶ Moraliter. Aque frequenter in sacra scriptura significāt pctā: iuxta illud quod scp̄tū est Osee iiij. Maledictum et mendacium et homicidinm: et furtū: et adulterium: inūdauerūt: supp. super terrā. Itē in ps. In diluuio aq̄rū multarū. i. iniq̄tatū: ad eum: scz dñm: nō approximabūt: sup. mali: quinimo magis ac magis ab eo recedent et distabunt. ps. Longe a pctōribus salus. Hoc igitur attendens regius ꝓpha Dauid orabat dñm dicens. Saluū me fac deus qm̄ intrauerunt aq̄: suple culparum: vtpote homicidij et adulterij: vsq̄ ad aīam meā: p plenū cōsensum. Ueni in altitudinē maris. i. in ꝓfundum immūdarū cogitationū: q̄ amare sunt aīe: et tēpestas. i. fortis tētatio demersit me. Et ideo laboraui clamās: supp. ad dñm petens adiutoriū: non quidē ad horam tm̄ et leuiter: sed ꝑseuerāter et feruēter: adeo q̄ rauce facte sunt fauces mee. Quotiēs ergo sentimus tētationē in nobis ꝑualere: debemus diuinū auxiliū deuote implorare: et dicere cū x̄pi apostolis illud Matth. viij. Dñe salua nos: perimus. Itē debemus tunc dicere ad dñm illud qd in letanijs sanctorū legimus: vcz Ab omi malo: libera nos dñe. Ab iminentibus pctōꝝ nostrorū periculis: libera nos dñe. Ab infestationibus demonum: libera nos dñe. Ab omi immūdicia mentis et corpis: libera nos dñe. Ab ira et odio et omi mala volūtate: libera nos dñe. Ab immūdis cogitationibus et c.

¶ Quinto btūs Bñdictus venit in noīe moysi x̄pm̄ ad signorū operationē. De Moyse em̄ le-

gitur in Exodo per plura capitula quod dominus per eum fecit signa magna in terra Egypti. vnde ps. Misit suppple dominus signa et prodigia in medio tui egypte: in pharaonem et in omnes seruos eius. Sic et idem dominus ad preces beati Benedicti fecit signa magna et multa in populo christiano. Et primo de hoc extat historia de quodam iuuene nouitio. super quem parietem vnum demon cadere fecerat: sicque totaliter oppressus et confractus extinctus fuerat. Quem vir dei premissa oratione/ vite restituit. Similiter idem egit circa defunctum filium cuiusdam rustici. Preterea accidit vt quidam de fratribus sui monasterij a demonio vexaretur. Cui cum sanctus pater premissa oratione alapam dedisset: malignum spiritum ab eo protinus expulit. Item quendam leprosum penitus curauit. Similiter quendam virum cui datus fuerat potus veneno mixtus: et inde grauiter infirmatum/ perfecte sanitati restituit. Ceterum cum quidam monachi malitiosi querentes eum occidere obtulissent eidem vinum veneno mixtum: et ille ex more suo benedictionem desuper premisisset: vas vitreum in quo repositum erat/ ilico confractum est/ atque venenum effusum. Multa et alia miracula legitur dominus fecisse meritis huius viri sancti tam in vita quam post mortem: ita vt merito de eo possim dicere illud Psalmiste: Scitote quoniam dominus sanctum suum Benedictum mirificauit. i. mirabilem effecit in oculis omnium gentium.

¶ Moraliter. Hic queri potest cur modernis temporibus sancti dei amici non tot miracula operantur sicut priscis temporibus? Ad hoc potest assignari triplex ratio. Prima est/ ne assiduitate vilescant. Est enim commune prouerbium quod omne rarum pretiosum. Quod autem commune est/ de facili vilescit. Secunda est: quia vt dicit Isido. de summo bono lib. i. ca. xxvij. antiquitus signa fiebant exterius vt fides roboraretur interius nunc vero fide iam roborata quicunque miracula requirit/ vanam gloriam vt laudetur querit. Similiter Greg. in homil. xxix. dicit quod in exordio ecclesie multa miracula erant: et hoc ideo vt fides cresceret credentium. Deinde dat exemplum dicens. Quia et nos cum arbusta plantamus: tamdiu eis aquam infundimus/ quousque ea in terra iam conualuisse videamus. quod si semel radicem fixerint: a rigatione cessamus. Hec ille. Tertia ratio est ingratitudo et irreuerentia populi christiani aduersus deum et sanctos eius. Quo fit vt indignus iudicetur in conspectu domini gratia miraculorum. Aliam rationem assignat Chrys. super. Joan. homi. xxiij. dicens. Si fidelis (inquit) es vt oportet: si xpm diligis vt diligendus est non indiges signis. Signa enim incredulis dantur.

¶ Sexto beatus Benedictus venit in nomine xpi quantum ad mortis sue prenunciationem. De xpo enim legitur Mat. xx. quod predixit apostolis suis passionem suam/ dicens illis: Ecce ascendimus hierosolymam: et consummabunt omnia que scripta sunt

de filio hoīs. Tradetur eñ pri- cipibus sacerdotum ₇c. Sic et beatus Benedictus eodē anno quo erat de hac vita exiturus: obitus sui diē fribus nūciauit. Insup ante sextū diē sui exitus iussit sibi sepulchrum aperiri. Et q̄uis sapiens dicat Eccl'es ix. Nescit homo finē suū. Insu- per cōis doctoꝝ sententia est: ꝙ q̄uis nihil sit certius morte tamen nihil est incertius hora mortis. vñ et Saluator Matt. xxv. nos admonet: dicens: Uigi late et estote parati: quia nesci tis diem neq₃ horam. Hec ta- men et his similia sunt intelli- genda secundū cōem cursum ₇ legē. Nam deus ex speciali pri- uilegio voluit aliquibus reue- lare diem sui exitus. Tandē ꝗ febribus correptus/cū per sin- gulos dies languor ingrauesce ret: sexto die in oratorium se portari fecit: ibiq₃ exitum suum dominici corporis ₇ sanguinis perceptione muniuit: atque in- ter discipulorum manus imbe- cilla mēbra sustentans: erectis in celum oculis ac manibus ste tit: sicq₃ vltimum spiritum in- ter ṽba orationis feliciter dño reddidit. Nec silentio prētereū dum est ꝙ ipsa die obitus viri dei: duo fratres ab inuicem sa- tis distātes viderunt viam pal lijs stratam: innumeris lampa dibus coruscantem/ que protē- debatur a cella viri deiusq₃ ad celum. Factaq₃ est ad eos vox de celo: dicens: Hec est via qua dilectus deo ₇ hominibus be- nedictus celum ascendit.

¶ Moraliter. Duplex est via a- scēdēdi in celū. Prima est satis larga per quā ambulant secu- lares mandata dñi custodien- tes. Mat. xix. Si vis ad vitā in gredi/serua mandata. Dicitur aūt hec via stricta ₇ larga. Stri cta quidē respectu vie que du- cit ad ꝑditionem. vñ Mat. vij. Lata porta et spatiosa via est q̄ ducit ad ꝑditionem: et multi sunt qui intrant per eā. Angu- sta autem porta ₇ arcta via est que ducit ad vitā: et pauci sūt qui inueniūt eā. Larga aūt di- citur hec via respectu vie sequē tis. Secūda igitur via qua itur in celum: ₇ per quam illic ascen dit beatus Benedictus/dicitur via stricta: per quam ambulant viri religiosi diligenter custodi entes vota que distinxerunt la bia sua: item statuta ₇ cerimo- nias vite regularis. Est autem hec via adeo stricta ꝙ quasi se- mita dicitur respectu vie prio- ris. ps. Deduc me ī semita mā- datoꝝ tuoꝝ ₇c. Qui ergo reli- giose per semitam consiliorum dei incedere voluerit: ambula- bit vtcūq₃ per eandem viam ꝑ quam seruus Xp̄i. Benedictus ambulauit: et tandem perue- niet post eum in celum. Quod nobis concedat ille qui in tri- nitate perfecta ₇c.

¶ Sermo de annūcia- tione dominica.

Annunciate de die in diem salutare eiꝰ ps. xcv. Festiuitas ho- dierna tota gaudio- sa est ₇ spirituali le- titia plena: eo. s. ꝙ hodie melli- flui facti sunt celi qñquidē rex celorum in ṽgine cōcipi digna- tus est: vt hoiem perditum ad regna celestia reuocaret. Unde

ad letitiā spiritualem tria nos admonent. Primo q̄dem mater illius qui pro nostra salute incarnari voluit. scz virgo Maria: dicens: Congratulamini mihi oēs qui diligitis dn̄m: qr cum essem paruula: placui altissimo: et de meis visceribus genui deum et hominem. Secūdo vero mater ecclesia que in officio huius solēnitatis nos inuitat ad spirituale gaudium propter tria: ita dicens. Hec est dies quā fecit dn̄s. Hodie dominus afflictionem populi sui respexit: et redemptionē misit. Ecce p̄mū. Hodie mortem quā femina intulit: femina fugauit. Ecce secundum. Hodie deus homo factus id quod fuit permāsit: et quod non erat assumpsit. Ecce tertium. Ergo exordium nostre redemptionis deuote recolamus: et exultemus dicentes. Gloria tibi dn̄e. Tertio autem scriptura dicens. Hec dies quā fecit dn̄s. i. elegit ab eterno vt in ea incarnaret ex tempore in vtero virgineo: et ideo exultemus et letemur in ea. Itē Eccles. iij. Tempus flendi / tp̄s ridēdi. Primum refertur ad tp̄s qd̄ p̄cessit filij dei incarnationem. Scd̄m vero ad tp̄s qd̄ post ea secutū est. Item in p̄s. Cantate dn̄o. glo. interli. patri: canticum nouū: qr vcz nouū fecit dominus pater sup terrā. Illd̄ aūt nouū est illud de quo Hiere. xxxi. Nouum faciet dn̄s sup terrā: femina circundabit virū. Cantate dn̄o. glo. interli. filio. ōis terra. Non solū ergo iudea debuit gaudere de aduentu filij dei in mundum: verum etiam ōis terra. i. oēs habitatores terre quibus aduētus xp̄i merito debuit esse causa letitie. Cantate dn̄o. glo. interli. sp̄ūisancto. Ex quo patz q̄ debemus toti trinitati refundere laudes grarū actionis pp̄ter beneficium incarnationis filij dei. Istud aūt insinuatur per hoc q̄ ter dicit dn̄o: qr Dn̄s pater: dominus filius: dn̄s spiritussanctus: et tamen non tres dn̄i: sed vnus est dominus: vt dicit Athanasius in symbolo fidei quod incipit Quicunq̄ vult saluus esse. Qd̄ aūt seq̄tur. Et benedicite nomini eius: ad xp̄m refertur: cuius nomen est Jesus. i. Saluator. Huic itaq̄ nomini debet ōmis terra. i. ōis populus benedicere: et hoc tripliciter: scz corde: ore: et opere. Corde: in ipsum perfecte credendo. Ore / ipsum tp̄e et loco aperte confitendo. Opere: attestando q̄ non est aliud nomen sub celo datum hominib⁹ in quo oporteat nos saluos fieri: vt dicebat beatissim⁹ Petrus Judeis Actuum. iiij. Sequit̄. Annunciate: vos supp. p̄dicatores et doctores. de die in diē. i. ptinue. salutare eius. i. xp̄i aduētum: per quē quidem Xp̄m deus pater operatus est salutem humani generis.

¶ Uel dic q̄ tunc salutare dei patris. i. xp̄s fuit annunciatus de die in diem: quandoquidem fuit de testamento in testamentum: vel de lege in legē significatus: et hoc tripliciter. s̄m q̄ est triplex lex: videlicet nature: scripture. et gratie.

¶ Primo igitur aduentus filij dei in hunc mūdum: fuit annūciatus in die legis nature figuratiue: et hoc multipliciter siue

frequenter. Primo quidem per Adam qñ formata Eua de costa eius dormientis: postmodū ait de ea. Hoc nūc os de ossibus meis/ et caro de carne mea. Genesis.ij. In quibus verbis videbatur Adam predicere xpi incarnationē: vtpote q deberet assumere naturam de semine Ade: et q futurus esset similis Ade et filijs ei⁹ quo ad naturā assumendā. Unde et deuotus Ber. dicebat. Puto q me spernere non poterit xps / os ex ossibus meis: et caro de carne mea. Secundo per Noe: qui ingressus est in arcam propter aquas diluuij: vt habetur Geñ. vij. Sic et dei fili⁹ ingressus est in vterꝫ virginis propter aquas diluuij peccatorum diluendas. Tertio per Jacob qui ait Joseph filio suo. Ueni mittam te ad fres tuos. Quo respondente: presto sum: ait. Uade et vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos et pecora: et renuncia mihi quid agatur. Geñ. xxxvij. In quibus verbis videbat Jacob annunciare xpi aduētum in terris: et quō deus pr missurus esset eum in hunc mūdum per carnis assumptionem/ quesiturum salutem fratrum suoꝝ.i. hoim: qui fratres xpi appellantur pp̄ter nature conformitatem. ad Hebreos.ij. Non confunditur eos vocare fratres. Et de hoc extat expressum testimonium Jo. xx. vbi legit q xps post suā resurrectionem apparuit Marie magdalene dicēs ei. Uade ad fratres meos: supple aplos: et dic eis. Ascēdo ad patrem meum ꝛc. Ecce quomodo aduentus filij dei in hunc mūdū fuit annunciatus in die legis nature sub figuris.

¶ Secundo idem aduētus fuit annūciatus in die legis scripte prophetice: et hoc frequenter et per varios pp̄hetas. Primo quidem per zachariam dicentem. Exalta filia sion: iubila filia Hierusalem: ecce rex tu⁹ veniet tibi iustus et saluator. zacharie. ix. Secundo p Aggeum dicentem. Adhuc (inquit dñs) vnum modicum est: et ego commouebo celum et terram/ mare et aridam: et mouebo oēs gentes: et veniet desyderatus cunctis gētibus. Aggei. ij. Tertio per Esaiā in plerisq passibus sui libri: vt est illud: Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: et vocabitur nomen ꝛc. Esa. vij. Item eiusdē. ix. Paruul⁹ nat⁹ est nobis: et filius nat⁹ est nobis: Itē eiusdem. xiiij. Prope est vt veniat tps eius: et dies ei⁹ nō elōgabūtur ꝛc. Quarto per Hieremiam dicētem. Ecce dies veniunt dicit dominus: et suscitabo Dauid germen iustū: et regnabit rex ꝛc. Hier. xxiij. Itē eiusd xxxj. Nouū faciet dñs sup terram: femina circundabit virū. Quinto per Baruc. iij. c. dicentem: Post hec in terris visus ē: et cū hoibus conuersatus est. Itē eiusdem. ij. c. Apparebit in finē et non mentietur: si moram fecerit: expecta eum: qr veniens veniet et non tardabit. Sexto per Malachiā dicentem: Ecce (inquit deus pater) ego mittam angelum meum. s. gabrielem. et statim veniet ad templum suum. i. in virginis vterꝫ dñator quem vos (supple iusti et fideles ac pp̄hete) qritis. i. expectatis

venturum. Non desunt plures alie pphetie in lege scripta per quas annunciatus fuit filij Dei aduētus: sed predicta sufficiāt. ¶ Tertio predictus filij dei aduentus in carnē fuit annunciatus in die legis grē/et hoc precipue a tribus venerabilib9 psonis. Primo quidem ab Elizabeth matre btī Joānis baptiste. Quam cum salutasset virgo Maria iam habēs in vtero dei filium: illa repleta spū sancto. exclamauit dicens. Benedicta tu inter mulieres/ꝛ benedictus fructus ventris tui. Luc.i. Secundo per Annā prophetissam de qua legitur Luc.ij. ꝙ loquebatur de xpo omnibus qui expectabāt redemptionē Israel. Tertio p angelū Gabrielem: et hoc iterum dupl'r. Primo quidem pdicēdo Joachin et Anne conceptionem virginis Marie: de qua processurus esset dei filius: vt refert Hiero. Secūdo vero salutando eandem virginē verbis pacificis: dicens illi. Aue grā plena ꝛc. Et tūc annūciatum est salutare dei. i. xp̄s filius dei patris: ꝛ hoc de die in diem .s. de Gabriele in beatam virginem. psal. dies. i. Gabriel diei. i. vgini Marie: eructat. i. annūciat: vbū. i. dei filium incarnandū/qui est verbum illud de quo Jo.i. Uerbū caro factū est. Et nox nocti. i. diabol9 Eue indicat scientiam. i. lignū scientie boni et mali: vt legit Gene. iij. Patet ergo quam bene congruunt verba preassumpta mysterio huius solennitatis.

¶ Circa quod quidem mysterium aduertendum ꝙ sicut reges et principes volentes matrimonio cōiungere filios suos destinant notabilē ambassiatā ad patrem vel tutores puelle quam querunt/ita et deus pater volēs cōiungere federe sempiterno filium suum vnigenitū cū natura humana: eundē modum obseruauit/ prout legitur in euangelio huius diei: in quo pncipal'r fit mētio d trib9: v3

De principe mittente

De ambassiatore exequente

De fine subsequente.

¶ Primo igitur in presenti euāgelio fit mentio de principe destināte vnam notabilem legationē siue ambassiatā. Hic autem princeps est ille qui est rex regum et dn̄s dominantium: vt hr̄. Apoc. xix. De quo etiam dicitur in principio euangelij ꝙ missus est āgel9 gabriel a deo id est a tota sanctissima trinitate. Est enim hoc nomen Deus terminus essentialis in diuinis conueniens tribus personis: iuxta illud Athanasij in symbolo. Deus pater: deus filius: deus spiritussanctus. Et tamen non tres dij: sed vnus est deus. Ex q̄ patet ꝙ ista ambassiata fuit valde solennis ex parte mittentis: scʒ dei. Psalm. Quis deus magnus sicut deus noster? Tu es deus qui facis mirabilia. Item idem Psal. Deus (est supple) magnus dominus et rex magnus super omnes deos: id est super omnes angelos et homines: qui dicuntur dij participatiue: iuxta illud eiusdem psalmiste. Ego dixi dij estis: et filij excelsi omnes.

¶ De hac autem ambassiata possunt moueri alique questiones quo ad tempus.

¶ Prima igit questio est quoto anno a constitutione mundi facta est. Ad hoc est duplex modus dicēdi/ scz q duplex est cōputatio: vez maior et minor. nā scdm maiorē ꝯputationē fluxerunt a cōstitutione mundi vsq ad xpi incarnationē anni quinquies mille centum nonaginta nouē. Et hāc cōputationem tenēt septuaginta interpretes pariter et beda: prout narrat dominus Anton. iij. pte summe sue tit. xv. c. ix. §. iiij. Secundum vo minorem computationem fluxerunt tm anni tria milia nongenti sexagintaquinq. Et hāc ꝯputationē tenet Hier. pariter et hebrei. Qd si fiat debita calculatio: et cōparatio numeri ad numez: inuenitur q computatio maior excedit minorē i mille ducentis triginta sex annis. Qz si queratur vnde pcessit talis varietas: Respōdetur q ex vitio scriptorū: qui interdum p inaduertentiam aut ignorātiā ponunt vnum numez pro alio. Et sic patet quoto anno a mundi constitutione missa est predicta ambassiata.

¶ Scda questio est quo mense anni missa est ābassiata ad virginē Mariam ex parte dei. Respondetur q mense martij qui est primus oim mensium apud hebreos: et similiter olim apud romanos. Rationabiliter autē voluit dei filius incarnari in pdicto mense: eo q sicut in martio terra sicca et sterilis pp pcedentē hyemis frigiditatē/ incipit reuiuiscere in herbis/ florere in arboribus: letari in auibus suauiter cantantibus abundare in humoribus: ita etiā in hac incarnatione oia ista spūaliter inueniunt facta. Nā tūc totus mūdus renouatus est: qui prius pp ter adē pctm fuerat aridus et sine virtutibus. Itē refloruit in sctis et deuotis psonis. Insuper tunc auditi sunt cantus angelici: tum ad virginem Mariam: tum ad pastores. Ptz ergo q congruo mense destinata est ambassiata predicta.

¶ Tertia qstio est q die missa est hmōi ambassiata. Respondetur q die veneris/ que tunc occurrebat. xxv. die pdicti mensis martij. Vñ et illo die semper celebramus festū annunciationis dñice: nisi forsan transferat pp ter officiū hebdomade sancte/ aut silr festoz paschalium. Conuenīēter aūt tali die facta est hmōi incarnatio: eo q simili die formatus fuerat Adā de limo terre: et similiter Eua de costa illius. Eo igitur die quo primus homo de terra terrenus. Adam factus est: voluit secūdus Adā de celo celestis Jesus xps fieri: vt hominem terrenum faceret celestē. Et iō pre ceteris diebus ista dies habēda est in maxia deuotione et reuerentiā. Vñ et pp illius reuerentiā abstinet per totā christianitatez ab esu carniū: vt ptz. expsse de consecra. distin. iij. de esu carnium. Quinimmo in primitiua ecclia christiani ieiunabant districte in tali die/ ita vt xpm reputaretur crucifigere q sanus nō ieiunasset: vt ptz vbi. s. ca. ieiunia. Hodie tñ pdictū decretum non obligat: als ferme oēs xpiani peccarēt/ eo q valde pauci ieiunant predicto die: pter forte religiosos regulariter viuentes.

¶Quarta questio est qua hora facta est predicta ambassiata? Respondet q nihil de hoc certũ habemus. Dicunt tñ aliq̃ opinatiue tm̃ loquentes: vt refert dñs Robertus de licio in libro de laudib⁹ sctõꝝ: in sermone huius diei: q tunc erat hora cõpletoriũ: ⁊ extunc vsq ad noctis medium ꝓtractus est sermo inter Mariam et Gabrielem. Sed hoc videtur satis voluntarie dictum / q2 si sic factũ fuisset: euangelista non omisisset narrare oĩa verba illa melliflua que per tm̃ tempus protracta fuissent inter predictas duas personas insuper nusquã inuenitur siue in veteri siue in nouo testamento: per tm̃ temporis spatiũ post apertam manifestationem / angelos cum hominibus confabulatos fuisse. Notãter aũt dico post apertã manifestationem: et hoc propter Raphaelem associantem certo tempore iuniorem Thobiam / quem non cognouit esse angelum dñi: quousq ad domũ patris rediit. Preterea visibiles ⁊ sensibiles ãgelorum ad hoĩes apparitiones: de quibus legitur in scriptura sacra: communissime facte sunt clara luce: ⁊ non noctis tempore. Dico aũt cõissime et regulariter / q̃a aliqñ de nocte: sed hoc raro: facte sunt huiusmodi apparitiones / sicut patz de angelo nunciante noctis silentio pastorib⁹ xp̃i natiuitatem: Luc. ij. E contra autẽ legiẗ Geñ. xviij. q tres angeli in forma triũ hominum apparuerunt Abrahe sedenti i ostio tabernaculi sui in ipo feruore diei. Item Judic. xiij. legiẗ q Angelus domini apparuit Manue sedenti in agro. Homo aũt non solet sedere in agro de nocte: sed de die. Siẗr Luc. j. legitur q cum zacharias pater Jo. bap. ingressus fuisset in tẽplum dñi vt poneret incensum: apparuit ei angelus dñi stans a dextris altaris incensi. Item Act. j. legiẗ q postq̃ xp̃s videntibus apl̃is ascẽdisset in celum statim astiterũt iuxta illos duo angeli in forma duoꝝ viroꝝ in vestibus albis: qui dixerũt eis Viri galilei: quid statis ⁊c. Nõ desunt plures alie historie in q̃bus legimus ãgelos apparuisse hominibus de die: de nocte aũt non tam frequenter. Propter q videtur probabilius Gabrielem apparuisse beate virgini de die vtpote hora matutina circa solis ortum. Et hanc partẽ tenet dñs Albertus magnus sup Missus est. Dicit eñ q circunstantie nunciãtis debẽt exprimere ꝓprietatẽ nũciati: vt dicit Dionysius. Cũ ergo incarnatio filij dei sit ortus veri solis iustitie super terrã: illuminãtis oẽm hoĩem venientem in hunc mũdum: cõsequens est dicere (sine tamẽ preiudicio melioris sententie) q hec annũciatio filij dei sit facta in ortu diei siue solis super terrã. Hec etiam opinio videtur fulciri ex illo textu Ge. j. vbi ait domin⁹: Fiat lux. et facta est lux. Quod quidem verbum videtur fuisse dictũ a deo ⁊ factum in principio diei artificialis. Ergo etiã a simili vel potius a fortiori: opus recreationis qd̃ est multo nobilius: incepit circa initium diei artificialis: vez in ortu solis.

ptz q de circunstantia tpis incarnationis dñice: vcz quo ad annum/mensem/diem/horam. ¶ Queri solet cõiter circa hãc materiam quare dei filius non statim post lapsum primi parẽtis operatus sit mysterium sue benedicte incarnationis. Ad qđ respondetur conformiter ad beatum Tho.iij.parte summe sue.q.i.ar.v.qđ non fuit conueniẽs ita fieri: propter quattuor rõnes: Prima est pptẽr peccati punitionem. Uoluit em̃ deus ostendere homini quãtum sibi displiceat peccatum quod per tot annoꝝ milia puniuit. Facilitas em̃ venie pbet incentiuum delinquendi: vt dicit btũs Ambro.super ps. Beati immacula ti.ser.viij.⁊ similit notat in decretis. dist.xlv.sed illud. Item xxi.q.ij.placuit.⁊.xxv.q.ix.c.loci. Item extra de vita ⁊ hone. cle.c.vt clericoꝝ. Quis ergo ex pte dei fuisset liberalius beneficium si a principio mũdi: vt pote eodẽ die quo Adam peccauit: incarnatus fuisset: non tamen fuisset vtilius ex pte hũani gñis: cui ex tarditate incarnationis ostẽditur grauitas peccati primi parẽtis. Scđa ratio est propter morbi curationem. Adam em̃ supbiendo peccauerat. Non debuit ergo liberari quusqȝ se humiliãdo recognosceret se indigere liberatore. Conuenienter ergo deus prius reliquit hominem in lege nature in libertate arbitrij sui: vt sic vires nature sue cognosceret non sufficeret sibi ad salutẽ. vbi cuz deficeret: legem scriptam accepit. Qua data iterum inualuit morbus/nõ legis/sed nature vitio: vt sic iterũ infirmitate sua cognita clamaret ad medicum et grẽ quereret auxilium. Hec glo.sup epłam ad Gala. iij.ca. sup illo vbo. Ordinata per angelos i manu mediatoris. Tertia ratio est propter xpi prenũciationem. Debebat siquidem xpi aduẽtus ob excellentissimã suam dignitatem multipliciter prenunciari: et multo tempore antea proclamari: qr vt dt glo. sup illud ad Gala. iiij. At vbi venit plenitudo tẽpis ⁊c. Quanto maior iudex veniebat: tanto pconum series longior precedere debebat. Quarta ratio ẽ pter fidei tepiditatem. Nam si statim post lapsuz primi parentis dei filius incarnatus fuisset iam feruor dei temporis prolixitate tepesceret. Nec qdẽ mirum. Nam hodie tñ fluxerunt anni mille quingenti decẽ ⁊ nouem ex quo deus factus est hõ/ et tñ videmus fidem valde remissam ferme in oibus/atqȝ in dies magis ac magis remitti/ dicente xpo Luc.xviij. Cum venerit filius hoĩs: supple ad iudicium: putas inueniet fidem in terra? Ac si aperte diceret qđ modicã fidem inueniet: saltem formatã: que p dilectionẽ operatur. Et sic ptz solutio dubij: ⁊ p consequens de primo pncipali. ¶ Scđo principaliter in pñti euangelio fit mentio de ambasiatore: exequente suple. ambasiatam totius trinitatis. De q dicitur in principio euangelij qđ missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem ⁊c. De istius igitur ambassiatoris executione multa exprimuntur in textu euangelij: videlicet

Persona
Locus
Puella
Verba.

¶ Primo igit exprimit psona cui comissa est ambassiata: cum dr. Missus est angel9 gabriel. Possunt aût h moueri plures coes qstiones: que qr comunes: ideo facilius et breuius soluende.

¶ Pria igit qstio est: qre de9 potius comisit hãc ambassiatã expe quẽdam per angelũ q p hoiem. Rñdet q ppt tres rões. Pria sumit ex pte dei: q statuit q diuina pueniãt et innotescãt hominibus p angelos. Uñ Dion y. iiij. c. celestis hierarchie: dicit q diuinum mysteriũ benignitatis Jesu angeli primum edocti sunt: postmodũ aũt p ipsos ad nos cognitionis gra transiuit. Patz ẽ q beata vgo Maria instruẽda erat de diuino cõceptu p angelũ: q etsi esset supior oib9 angelis quantum ad dignitatem ad quam eligebatur vt sez esset mater dei: tñ quantum ad statũ presentis vite erat oibus illis inferior: in hoc. s. q nondũ videbat deum facie ad faciem. sicut angeli. Scda ratio sumit ex parte angeli: ideo inquit Beda in quadã homi. Aptũ humane restaurationis principium vt angelus ad virginem mitteretur partu consecrandam diuino: qr prima perditionis humane causa fuit cum serpens a diabolo mittebatur ad mulierem spũ superbie decipiendam. Possumus assignare aliam rationẽ ex parte angeli: eo scilz q medio incarnationis filij dei ruine angelox debebãt restaurari ex hoibus saluandis q plene fiet post gñale iudiciũ iuxta illud psal. Judicabit in nationibus: id est nationes hominũ iudicabit ipse Christus: et tunc implebit ruinas: scilicet angelorum que contingerant ex descẽsu multorũ angelox in abyssum inferni. Tertia ratio sumitur ex parte beate virginis. In angelis enim est dignitas: vgi nitas: humilitas. Hec autẽ tria eminentissime fuerunt in xpifera Maria: vt facile põt ostẽdi: ideo rc. Unde Hieronymus secunda parte eplarum suarum: epla. lv. scribens ad Paulam et Eustochium dicit sic. Bene inquit angelus ad virginem mittitur: qr semper est angelis cognata virginitas. Profecto in carne preter carnem viuere: nõ terrena vita est: sed celestis. oz ergo q conuenienter commissa est ambassiata angelo potius q homini.

¶ Ubi etiam aduertendum q iste angelus non fuit de infimo ordine angelox: qui dicitur ordo angelox. Nec de supremo ordine simplr: qui dr seraphinorum. Sed fuit de ordine archangelox: fm beatũ Tho. iij. pte. q. xxx. ar: ij. in sol. ad quartũ. Hoc aũt pbat ex verbis Augusti. qui in quodã ser. loquens in persona btẽ vginis: dicit sic. Uenit ad me quidam magnus paranymphus xpi: nõ patriarcha primus: aut propheta egregius: sed Gabriel archangelus facie rutilans: veste coruscans: incessu mirabilis. Item deuotus Bernard. super Missus est. hoc idem testatur: dicens. Non arbitror hunc angelum ex minoribus esse q qualibet ex cau

sa soleant ad terras crebra legatione fungi: quod ex eius nomine palam datur intelligi: qđ interpretat fortitudo dei: qr nõ ab aliquo alio forti et excellenti vt solet spũ: sed ab ipso deo mitti perhibetur. Hoc idem etiã videtur sentire ecclesia que in laudem virginis cantat dicẽs. Gabrielem archãgelum scimus diuinitus te esse affatum. Insuper beat⁹ Tho. vbi supra dicit ꝙ conuenienter asserit Gabriel esse de ordine archangeloꝝ: vt sic scz saluetur proprietas ordinum. Nam ad angelos pertinet dirigere actus hois qui ad ipm tantum pertinent: vñ dicuntur minima nunciare. Ad archangelos vero pertinet dirigere actus hominis qui ordinant et redundant in totam multitudinẽ. Qr ergo mysteriũ incarnationis filij dei redundabat in vtilitatẽ totius humani generis quantũ erat ex se: ideo dicẽdũ est ꝙ dictus angel⁹ Gabriel fuerit de ordine archangeloꝝ. Insup ꝙ fuerit supremus in illo ordine. Et p hoc soluit obiectio que posset fieri ex dictis beati Gregorij dicẽtz ꝙ summũ angelum venire dignum erat: qui summum oium nunciabat: scz dñm incarnandũ. Nam etsi Gabriel non fuerit summus angelus simplr: fuit tamen sũmus in suo ordine.

¶ Scđa questio est de loco ad quẽ missa est sepedicta ambassiata. Ad hoc respondet Lucas euangelista: dicens ꝙ angelus Gabriel missus est a deo in ciuitatem galilee cui nomẽ Nazareth. Circa qđ aduertendum ꝙ xp̃s cõuenienter voluit concipi in nazareth ꝑpter tria. Primo quidẽ ꝑpter ꝓphetiam implendam. Nã longe añ prophetatũ fuerat de xp̃o ꝙ nazareus deberet vocari: vt habet Matt. ij. Sz vbi de hoc? certe ibi Esa. xj. Egrediet virga de radice iesse et flos de radice eius ascendet Quod exponens de Lyra dicit ꝙ hebraica ṽitas sic habet. Et nazareus de radice eius cõsurget. Scđo ꝑpter nois interpretationem. Nazareth em̃ flos interpretatur: ꝛ nazare⁹ floridus Fuit aũt xp̃s ille flos mundissimus ꝛ purissimus de quo Cãtico. ij. Ego flos campi: ꝛ liliũ cõualliũ. Tertio propter superbiam humanam retundendum. Sũt em̃ nonnulli mundani homines q̃ habẽt pro magna glia ꝙ cõcepti fuerint aut nati siue educati in aliqua egregia et solenni ciuitate. Ut ḡ xp̃s retũderet arrogantiam talium: voluit concipi et educari in paruula ciuitate: scz Nazareth: de qua quasi despectiue loquens Nathanael frat Philippi dicebat A nazareth potest aliq̃d boni esse? Joannis. j.

¶ Tertia q̃stio est: q̃ fuit puella ad quaz destinatus est p̃dictus ambassiator gabriel. Ad qđ respõdet euangelista: ꝙ missus est ad virginẽ desponsatã Joseph de domo dauid: q̃ dicebat maria: vbi multa dicuntur de dicta puella. Pro quorum ampliori declaratione mouebunt alique coẽs ꝛ breues questiones.

¶ Prima igit questiũcula est q̃re xp̃s potius voluit hũanã naturam assumere de virgine: q̃ de corrupta. Rñdetur ad hoc ꝙ ꝑpt tres rõnes. Pria est quo-

q̃modo literalis: vt scilicz per
hoc insinuaret statū virginita-
tis esse deo acceptabiliorem sta
tu m̄rimoniali. Vñ sicut aurum
est nobili⁹ metallū q̄ argentū:
⁊ argētū q̄ cuprū vel ferrū: sic
virginitas est p̄stantior viduis-
tate: et viduitas m̄rimonio. Vñ
Hiero. j. parte ep̄larum suarum
ep̄la. v. cōtra Iouinianum scri-
bens dicit q̄ m̄rimonio debetur
fructus trigesimus: viduitati
sexagesim⁹: virginitati vo cen-
tesimus: ac si aperte diceret q̄
tm̄ excedit virginitas m̄rimo-
niū in merito ⁊ p̄mio: quantum
centū excedunt triginta. Scd̄a
rō est moralis. Nam virginitas
designat statū innocentie: siue
immunitatis a pctō: saltē actua
li: m̄rimoniū vero statū pnie: nā
pnia presupponit corruptionem
culpe ⁊ pcti. Ad designandum ḡ
q̄ innocēs est simpl'r deo acce-
ptior penitēte: voluit dei filius
de virginē ⁊ nō de corrupta per
actū m̄rimonialē/ carnem assu-
mere humanā. Tertia ratio est
allegoricalis: nā status m̄rimo
nialis cōsummatus q̄ designat
carnis corruptionem vt dictum
est/ significat synagogā iudeo-
rum. Stat⁹ aūt v̄ginalis signi-
ficat ecclesiaz xp̄ianā: q̄ semper
mā sit incorrupta ⁊ immaculata
vtpote nō habens maculā neq̄
rugā: vt habet̄ Ephe. v. Patet ḡ
q̄ fili⁹ dei ɔuenieter voluit na-
turā hūanā assumere de virgi-
ne: q̄uis iam m̄rimonio copula
ta: q̄ de corrupta per actū ma-
trimonialē: q̄uis etiā absolute
ita potuerit facere. Et ita patet
q̄ cōuenienter ambassiator Ga
briel missus est ad virginem.
¶ Scd̄a q̄stiuncula est cur xp̄us
voluit incarnari et nasci de vir
gine desponsata: seu iam ma-
trimonio copulata. Ad hoc re-
spondet beatus Thom. iij. parte
summe sue. q. xxix. arti. j. dicens
q̄ ita voluit ꝓpter tres rōnes.
Prima sumit̄ ex pte nascentis.
Scd̄a ex pte m̄ris concipientis.
Tertia ex parte nostre vtilitat̄.
¶ Prima rō iterum cōplectitur
multas partiales. Prima est ne
filius abijceret̄ et repelleret̄ ab
infidelib⁹ tanq̄ illegitime nat⁹.
Si em̄ m̄r xp̄i non fuisset coniu
gata: infideles arbitrati fuis-
sent eum de fornicatione natū
atq̄ bastardū ipsum vocassent.
Scd̄a vt genealogia ipsius xp̄i
que hr̄ Matt. j. itē Luc. iij. texe-
ret̄ atq̄ describeret̄ per virum.
Tertia vt hoc mysterium dn̄ice
incarnationis diabolo celaret̄:
⁊ ne tandē impediret xp̄i mortē
volēdo hūane nature impedire
redēptionem. Quarta rō est vt
paruul⁹ xp̄s nutriret̄ a p̄re pu-
tatiuo Joseph. Et sic patet mul
tipliciter quare licuit xp̄m con-
cipi de virgine desponsata.
¶ Scd̄a rō sumit̄ ex parte m̄ris
cōcipiētis. Et hec rō sicut ⁊ pre-
cedēs iterū cōtinet multas par
tiales. Pria est ne m̄r si sec⁹ fa-
ctū fuisset: tanq̄ meretrix lapi-
daret̄. Nō em̄ solū in veteri le-
ge mulier adulterādo lapidaba-
tur: verūetiā filia q̄ fornicaba-
tur in domo p̄ris: vt ptz Deute.
xxij: Scd̄a: vt ab infamia libe-
raret̄. Valde em̄ verecundū est
⁊ infame videre puellam gra-
uidā: q̄ nōdū ɔxit m̄rimonium.
Tertia ratio est vt a viro obse-
quiū haberet: tum in Bethlehē
repriando post Cesari edictum
tum post xp̄i natiuitatē fugien-

do in Egyptum: tum inde rede undo: et iterum in Nazareth habitando.
¶ Tertia ratio principalis sumitur ex parte nostre vtilitatis siue informationis. Nam ex tali facto aperte cognoscimus quam dignum / sanctum / et honorabile sit matrimonii sacramentum: quod ipse xps in propria voluit honorare: de virgine desponsata incarnando et nascendo. Multa alia adducit beatus Thomas vbi supra ad propositum pertinentia: que breuitatis causa pertranseo. Patet ergo ad secundam questiunculam.
¶ Tertia questiuncula est cur euangelista addit quod beata virgo erat desponsata viro: maxime cum matrimonium sit coniunctio viri et mulieris: indiuiduam vite consuetudinem retinens: vt notatur instit. de patria potestate. §. j. Respondetur quod illud adeo additum est: ne putaretur virgo Maria desponsata soli deo per fidem et gratiam: secundum quod deus de qualibet aia fideli et deuota ait Osee. ij. Desponsabo te mihi in fide. Et ij. ad Cor. xj. ait Apostolus. Desponsaui vos vni viro virginem castam exhibere xpo. Fuit ergo virgo Maria desponsata deo per gratiam inseparabiliter. Item viro cui nomen Joseph / coniugaliter: sed non carnaliter. iuxta quod notandum quod fuerunt quattuor viri huius nominis Joseph: viri sancti et celebres: de quibus meminit sacra scriptura. Primus fuit Joseph filius Jacob qui in figura xpm precessit. Secundus Joseph ab arimathia: qui xpi corpus de cruce deposuit: atque in proprio monumento honorifice sepeliuit. Tertius Joseph cognomento iustus ob vite sanctitatem / filius Marie Cleophe: qui xpo suscitato testimonium perhibuit: de quo habes Actuum. j. Quartus Joseph sponsus matris Christi: qui paruulo xpo curam exhibuit: de quo hic agitur.
¶ Quarta questiuncula est quare euangelista facit in presenti euangelio mentionem de Dauid dicens. De domo Dauid. Quod quidem verbum referendum est tam ad Joseph quam ad beatam virginem: vt dicit hic glo. interli. Nam in veteri lege mulier que erat heres patris: non poterat nubere nisi cum viro de tribu sua: ne scilicet fieret confusio sortium: vt patet Numeri. xxxj. Beata autem Maria fuit vnica heres patris sui Joachim: vt satis constat per historias. Cum ergo Joseph esset de domo Dauid: vt patet per genealogiam saluatoris Mat. i. consequens est dicere quod etiam de eadem domo fuit virgo Maria. Est ergo quod cur hic fit mentio de domo Dauid potius quam de domo Abrahe: aut Salomonis: aut alicuius alterius contenti in genealogia xpi. Respondetur quod propter tres rationes. Prima est litteralis: vt scilicet per hoc denotetur nobilitas beate virginis que de semine regum descendit. Unde de ea canit ecclesia. Regali ex progenie Maria exorta efulget. Nihilominus sicut Dauid habuit duplicem nobilitatem: scilicet carnis et virtutis: ita etiam beata Maria. Nobilitas autem virtutis maxime apparuit in Dauid in hoc. s. quod fuit valde humilis: ita vt de seipso diceret in psalm. Ego sum vermis et non homo. ita etiam beata virgo habuit hanc nobilitatem hu-

militatis: qđ patuit cū angelo rñdit dicens: Ecce ancilla dñi. Ecce quō ipsa successit Dauid in hūilitate: Scđa rō est moza lis. Dauid ēi fuit aliqñ magn⁹ pctōz: vtpote adulter cū Bersa-bee: homicida respectu Urie fi-delis militis sui/ quē proditorie occidi fecit. Itē supbus: vtpote in nūeratiōe ppli sui. Et tñ his pctis nō obstātib⁹ dñs nr Jesus xp̄s ex eo carnē assumpsit. Per qđ dat nobis itelligi ꝙ ip̄e dñs nō respuit pctōres pniam agentes: quinimmo ipse dicit Matt. ix. Nō veni vocare iustos: sꝫ peccatores ad pniaꝫ. Tertia ratio est allegoricalis. Dauid eñ q̄ interp̄tat dupl̄r: vcꝫ manu fortis et vultu desiderabilis: recte p̄figurat xp̄ꝫ. q̄ fuit adeo fortis ꝙ supauit isupabilē ꝛ robustissimū diabolū. Itē cōtriuit portas ereas: ꝛ vectes ferreos confregit qñ ad inferna descēdit. Preterea iste Dauid est vultu desiderabilis: adeo ꝙ angeli desiderant in ipsuꝫ ꝓspicere: vt habet. i. Petri. i. Si ǧ velim⁹ ꝙ iste Dauid manu sua forti nos ꝓtegat ab oī malo in p̄nti: atqꝫ vt in futuro possim⁹ vultū eius gloriose cōspicere: oportet primū ꝙ in p̄senti simus de domo eius. i. de ecclesia nūero ꝛ merito. Ecce q̄re in p̄nti euangelio addit: de domo Dauid. Patent ergo q̄tuor questiuncule solute circa puellam ad quā missa est legatio ex ꝑte dei ꝑ angelum.

¶ Quarta q̄stio principalis est qb⁹ v̄bis vsus est ambassiator Gabriel ad puellā ad quā mittebat. Rñdet ad hoc euangelista ꝙ ingressus ad eā salutauit ipsam verbis pacificis dicens: Aue gratia plena: dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. O salutatio noua et pri⁹ inaudita O salutatio suauis ꝛ dulcis super mel ꝛ fauū. O salutatio plena gratiarum. O salutatio gaudiū afferēs angelis ꝛ hoib⁹ bone volūtatis. O salutatio stilo breuis: sed compendiosa snia ꝛ mysteriis. O salutatio nulla obliuione delenda: sed frequentanda: ꝛ nunꝙ a mortalib⁹ satis decantanda. De hac itaque salutatione quatuor sunt principaliter notanda: scilicet

Forma/ Additio/ Diminutio: Sequela.

¶ Primo igitur notanda est forma p̄dicte salutationis in qua in generali continentur nouem dictiones: vt de se patet. Sed cur tot: ꝛ nō plures neqꝫ pauciores? Certe ad denotandum ꝙ ille veniebat in carne qui electos suos ascriberet nouē angeloꝝ ordinibus in celo. Cōis eñ snia doctorū est ꝙ de quolibet ordine angelorū aliqui ceciderunt: quorum numerus supplebit ex hoibus saluandis medio aduētus filii dei in mundum. p̄s. Implebit ruinas. Unde Isidorus de summo bono. lib. i. dicit ꝙ bonorū angelorum numerus: qui post ruinā malorum angeloꝝ est diminutus/ ex numero electorū hominum supplebit: qui nūerus soli deo est cognitus. Hec ille.

¶ In speciali autem in forma antedicte salutatiōis quatuor specialiter annūciauit ambassiator Gabriel beate virgini.

¶ Primū fuit vniuersalis maledictionis carētia: quia Aue. Nam istud verbū Aue dicitur

ab a / quod est sine: et ve / quod idē valet sicut maledictio: quasi sine maledictione. Pro quo notandū q̄ mulierū genus in penam peccati Eue subiacet triplici ve. i. maledictioni. Prime quidem maledictioni perturbationis appetitus. Solent enī mulieres nouiter grauide pati multos dolores: perdere appetitū: et multa similia: de q̄bus meminit Plinius in naturali historia lib. vij. capi. vj. dicens q̄ dolores capitis decimo die a conceptu: oculoꝝ vertigines tenebreq̄: fastidiū in cibis: redundatio stomachi: sunt in muliere indices hominis inchoati. Hec aūt (vt pie creditur) non fuerunt in beata virgine Christo nouiter concepto in eius vtero. Secundo mulieres subiacent maledictioni grauitatis in gestando paruulū in vtero. Sentiunt enī se graues et ponderosas. Et quāto plus accedunt ad terminum: tanto ponderosiores efficiuntur ꝓpter onus paruuli et debilitatem proprij corporis. Non sic aūt fuit de Christi matre: quia vt dicit Bern. fuit sine grauitate grauida. Istud autē in effectu et ad oculū ipsa ostendit: quandoquidē concepto dei filio abijt in montana Iudee cū festinatione ad domum Zacharie: et salutauit Elizabeth: mansitq̄ cū ea quasi mensibus tribus. Demū reuersa est in domum suam. Ecce q̄ꝫ erat agilis post cōceptionē sue benedicte prolis: cū tamen cetere mulieres a conceptione prolis efficiantur graues: vt dictum est. Tertio mulieres subiacent maledictioni doloris in parturitione prolis. Quā maledictionem protulit deus contra Euā primum: quando in penam sui peccati dixit illi. Multiplicabo erumnas tuas: in dolore paries filios tuos. Gen. iij. Sed ab hac maledictione fuit immunis xp̄i mater: iuxta id q̄d canit eccl'ia de ea pturiēte. Dū paris et gaudes: cantāt celi agmina laudes

¶ Secūdum quod annunciauit ambassiator Gabriel beate virgini: fuit toti⁹ boni spiritualis abundātia: quia gratia plena. Pro quo notandū q̄ in xp̄i matre fuit triplex gratia: scilꝫ humilitatis / virginitatis / fecunditatis. Fuit ergo virgo Maria / prima plena grā hūilitatis: per quā maxime placuit deo: etiam plusq̄ per quascunq̄ alias virtutes. Scd̄o fuit plena gratia virginitatis: per quam maxie placuit angelis: eo q̄ angelis cognata est virginitas: vt dictum est prius. Tertio fuit plena gratia fecunditatis siue gloriose prolis: per quam maximā vtilitatem attulit vniuerso mundo. Et vere gratia plena dicitur beata virgo: q̄r intellectus eius fuit plen⁹ veritate: affectus charitate: caro puritate: manus pietate: mores honestate: lingua dulcedine: vita sanctitate Merito ergo ipsa potuit q̄ādiu in presenti vixit dicere illud Ecclesi. xxiiij. In me omnis gratia vie et veritatis. Nunc autē habet in celo a ampliorem gratiam: scꝫ gratiam consummatā que in presenti habebat gratiā vie. Insuper in presenti habuit omnem gratiam veritatis: scilꝫ recte fidei: que est perfecta veritas. Nunc vero habet gratiā

ꝑitatis agnite ꝑ claram visio-nem diuine essentie. Aug. autē in festo annunciationis. ser.ij. ad propositū loquens dicit sic. Impleta est Maria grã: et Eue euacuata est culpa. Maledictio Eue: in benedictionē mutatur Marie.

¶ Tertiū qđ annūciauit dict⁹ ambassiator virgini gl'iose fuit specialissima dei pñtia: qr dñs tecū. Vñ Augu. vbi supra. Dñs tecū in corde: tecum in ventre: tecum in vtero: tecū in auxilio. Dñs ꝫ pater tecū, q̄ te p̄elegit. Dñs fili⁹ tecū, q̄ te desponsauit. Dñs spūssanct⁹ tecū, q̄ te conse-crauit. Dñs ergo tecū: qr tu to-tius trinitatis es nobile tricli-niū. Insup dñs pater tecū: qui te sibi associauit in vnitate pro-lis: qr ille pater: et tu mater vni geniti filij sui. Dñs fili⁹ tecū: qr te sibi associauit in cã nr̃e salu-tis. Nã sicut per homiem ꝛ femi-nam mors intrauit in mundum ita ꝑ xp̄m hoiem ꝛ mariã virgi-nē vita grē descēdit in mundū. Dñs spūssanct⁹ tecū: qr te sibi associauit in agenda apud deū patrem hūani gñis cã. Nã ille aduocat⁹: et tu aduocata. Dñs ꝫ tecū. Pro quo notandū ꝙ do-minū esse cū aliquo pōt multi-pliciter intelligi. Primo quidē generaliter: et scđm hoc dicitur esse vbiꝗ per essentiam, presen-tiam, et potentiam. Psal. Quo ibo a spū tuo: et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in celum tu illic es. Si descendero in in-fernum: ades. Si assumpsero pennas meas ꝛc. Secundo ve-ro per gratiã: ꝛ scđm hunc mo-dum essendi dñs solum est cum iustis. Sap. vij. In animas san-ctas se transfert. Itē. ij. ad Cor. vj. Que participatio iustitie cū iniquitate: aut que societas lu-cis ad tenebras? Que autē con-uentio Christi ad belial? Ter-tio autem specialissime. Et ꝑm hunc modum essendi deus fuit cum virgine Maria: scilicet per inhabitantem humanitatem. Nam ille quodāmodo sibi com-municauit suam deitatem: vt illa eidem cōmunicaret suã hu-manitatem. Et nota ꝙ angelus nullum verbum apposuit salu-tationi predicte: vt notaret ꝙ pro omni differentia tēporis ex quo formata ꝛ animata fuit vir-go maria: cū ea semper fuit do-minus per gratiã: tandem au-tem in ea fuit per assumptam humanitatem. Et quantum ad hunc modum nunꝗ fuit cum a-liqua creatura preter eam.

¶ Quartum quod annunciauit sepe dict⁹ legat⁹ Gabriel xp̄ife-re marie: fuit singularissima p̄-rogatiua: qr bñdicta tu in mu-lierib⁹.i. sup oēs mulieres. Tū qr sil' mr̄ es ꝛ ꝟgo. Tū qr nulla mulier a seclo attulit talem fru-ctū.i. filiū. Alique enim mulie-res genuerūt patriarchas: alie ꝓphetas: alie impatores: alie reges: alie sanctificatos in vte-ro: ꝛ sic de alijs. Sed nulla pre-ter mariã genuit deū et hoiem. Tū qr etsi alique mulieres fue-rint dotate multis gratijs ꝛ do-nis: vtpote aliq̄ dono prophetie vt anna ꝓphetissa: alie dono for-titudinis: vt iudith que caput holofernis amputauit: alie do-no pietatis: vt Hester que roga-uit virū suū regem Assuerū pro ꝓpl'o iudeoꝝ quē pdere ꝛ tota-liter delere disposuerat Aman

superbissimus: omnes tamē in omnibus donis ⁊ gratijs lōge precellit christifera Maria: vt facile ostendi potest. Propter qd̄ de ea scribitur Prouer. xxxj Multe filie cōgregauerunt diuitias: tu vero supgressa es vniuersas. Insuper est aliud in q̄ hec virgo sanctissima est bn̄dicta inter oēs mulieres. i. super oēs mulieres: qꝛ vt de ea canit eccl'ia in psa. Lactat nata genitorē: solē fouet stella: rorē sugit fons de riuulo. Itē i alia prosa de ea dicitur. Tu nature contra ritū: ex angusto isin istū / ventre profers paruula. Hō .i. ꝟgo deū stella solē: nata patrem: virgo prolem: antiquum iuuencula. Uno sinu foues agnū ⁊ leonē: paruū et magnū: genitorem filium. Moriturum eternūqꝫ: idem enim est vtrunqꝫ: finis ⁊ principium. Uideat ergo ⁊ apud se consideret diligens lector: si similia de quacūqꝫ alia muliere veraciter dici possint. Patet ḡ singularissima ꝓrogatiua intacte virgis Marie: quia benedicta tu in mulieribus: ait illi angelus. Propter q̄ p̄s. prorūpit in ipi⁹ laudē dicēs ei. Gloriosa dicta sunt de te ⁊c. Patet ergo diffuse de forma salutatiōis ambassiatoris gabrielis ad Mariam.

¶ Secundo circa dictam salutationē notāda ē additio. Naꝫ tres venerabiles persone addiderūt tria p̄dicte salutationi seu ꝟbis a gabriele prolatꝭ. Prio nēpe btā Elizabeth mater Jo. addidit sequētia verba scꝫ benedictus fructus ventris tui. Hoc autē fuit quando concepto dei filio ꝟgo maria abijt cum festinatione in domum zacharie: vt salutaret eius vxorē Elizabeth: vt habetur Luce. j. Unde deuotus Bern. sup Missus est: homil. iij. exponens predictum verbum Elizabeth: videlicet. Bn̄dictus fructus ventris tui: dicit sic. Uere o maria benedictus fructus vētris tui: in quo bn̄dicte sunt omnes gētes. Et vere benedictus: nō inter hoies tantū: nec inter angelos tm̄: sed qꝛ est super omnia bn̄dictus in secula: vt dt apo. ad Ro. ix. Hui⁹ aūt fruct⁹ odoriferi fragrantiā sentiebat ille q̄ dicebat. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni: cui benedixit deus. Hec ille. Scdo papa Urbanus quartus addidit Jesus: volens ꝙ quicunqꝫ confessus ⁊ contritus adderet ad predictam salutationē hoc nomen Jesus: ꝙ pro qualibet vice haberet. xxx. dies indulgentiaꝝ. Tertio papa Joā. xxij. cōfirmans predictam indulgentiā addidit ꝙ quicūqꝫ adderet xp̄s: haberet simil'r. xxx. dies indulgentiarum. Et sic patet de additione ad predictam salutationem.

¶ Tertio circa eandem salutationem notāda est diminutio. Nā angel⁹ salutādo virginem mariā pretermisit propriū eius nomen: quod est maria: sed solum dixit. Aue gr̄a plena ⁊c. Quare ḡ p̄dictū nomē p̄termisit. Ad hoc duplex rō pōt assignari. Prima est ꝑpt nois interp̄tationē. Maria ei vno mō mare amaꝝ interp̄tatur. Cū ḡ dicta salutatio esset tota gaudiosa: nō expedicbat exp̄mere predictū nomē maria: quia si-

rit musica in luctu importuna narratio est: vt habetur Eccli. xxij. ita similiter luctus in musica importuna narratio fuisset. Scda rõ est ꝓpter diuinã ordinationẽ. Nã ex q̄ btã ꝟgo cõcepit dei filiũ: voluit de⁹ vt nomẽ nouum hr̃et: q̄d est gr̃a plena. Esa. lxij. Uocabitur tibi nomen nouum q̄d os dñi noĩauit. i. nominãdum Gabrieli imposuit.

¶ Quarto circa sepedictam salutationem notanda est sequela. Hec aũt seq̃la attendenda ẽ circa persone salutate scz Marie dispositionem. Nam ipsa.

Turbatur
Admiratur
Consolatur
Instruitur.

¶ Primo igitur turbatur Maria ad vocem ambassiatoris. Uñ euangelista subdit dicens: Que cum audisset: sup. Gabrielẽ: turbata est in sermone eius. Super q̄ dt glo. interli. ꝙ Maria turbata ẽ more hũane fragilitatis de angelica visione: ⁊ de insolita salutatiõe. Dicit tñ de lyra ꝙ virgo maria nõ turbabat̃ d̃ angelica visiõe: eo ꝙ sat̃ solita erat videre angelos: sꝫ turbabat̃ de angelica salutatione: q꞉ nunq̃ audierat talẽ salutationẽ. Insup turbabat̃: q꞉ scd̃m. gl. ordi. nesciebat si preteritũ an futuꝝ esset quod angelus dicebat.

¶ Moraliter. Pudica ⁊ honesta virgo si subito viderit virũ solũ ad se solam ingressum: aut quocũq꞉ loco iuxta se solã stantem: more btẽ ꝟgis statim turbatur: timẽs sue pudicitie ⁊ honori: Uñ glo. ordi. post venerabilẽ Bedam super hoc passu: dicit ꝙ trepidare virginum est: et ad omnes viri gressus pauere: ⁊ oẽs affatus. i. locutiones illi⁹ vereri. Discãt ergo mulieres ꝓpositum pudoris imitari. Hec ibi. Item Ber. sup Missus est. homilia. iij. sup predicto ꝟbo: turbata est dicit ꝙ solẽt virgines que vere virgines sunt: semper esse pauide ⁊ nũq̃ secure: etiaꝫ solẽt tuta ptimescere: ac quicquid nouũ aut subitũ fuerit ortum: suspectas habẽt insidias ⁊ totum ꝯ se estimant machinatum. Hec ille. Et ideo honeste virgines nunquam debent cuꝫ viris sole cũ solis loqui: nisi in confessione: ⁊ hoc adhuc ĩ ecclesia: in q̃ etiam aliqui sint presentes: ne scꝫ illis contingat sicut cõtigisse legitur Thamar filie Dauid: que credẽs esse secura cum fratre suo Amon in conclaui: ab eo violenter deflorata fuit. ij. Reg. xiij.

¶ Secundo Maria ad vocem ambassiatoris admiratur: quia cogitabat supple ex vehementi admiratione: qualis esset ista salutatio: tam insolita: tam alta: tam magnifica: tã iucunda. Discernebat siquidem per spiritum discretionis ꝙ bonus esset angelus qui loquebatur ei. sed nesciebat quis in persona ille esset: aut quid ꝓpe vellet: Adeo enim humilis erat ꝙ alta de se nõ sentiebat. Nec vnq̃ venerat in eius mentem ꝙ mater dei aliquãdo esse deberet. Sciebat eñ dei filium in breui ex virgine incarnandum: sed hoc de aliqua alia: et non de seipsa credebat implenduꝫ. In hoc ergo ꝙ virgo Maria sic vehementer cogitabat qualis esset salutatio angelica: ostenditur eius prudentia et morum maturitas.

¶ Moraliter. In hac parte in=
struuntur pudice virgines exē=
plo mr̄is xp̄i ad prudētiā ⁊ mo
rum grauitatem. Item ne sint
leues ad credendum oīa q̄ illis
dicūtur: presertim ab eis q̄ for
san laborāt eas recipere/ quia
vt habetur Eccl'i. xix. Qui cito
credit: leuis est corde. Eua em̄
que cito credidit serpenti: tur=
pissime decepta fuit. Gene. iij.
Hoc igr̄ attendant ille iuuencu
le q̄ solicitantur a viris impro=
bis ⁊ lubricis de impudicitia:
cum promissione contrahendi
cū illis. Qui si semel fecerint vo
lūtatem suā de talibus: nūq̄ vo
lūt postea eas videre. Propter
qd̄ apl's ad Ephe. v. tales puel=
las admonet: dicēs: Nemo vos
seducat inanibus verbis. Itez
hmōi puelle hic instruūtur exē
plo virginis ad tarde loq̄nduz.
Nam priusq̄ respondeant p̄ser
tim vbi est questio de re insoli=
ta aut alicuius importātie: de=
bent primum intra se cogitare
si respondere expediat. Item
quid rn̄dere habeant vbi respō
dendum est. vn̄ Augu. ad fra=
tres in eremo ser. iij. qui intitu=
latur de silentio: dicit sic: Lin=
gua nostra sensum nostrū ⁊ ra=
tionē sequat: non voluntatem:
q2 vt ibi subdit: stultus ille val=
de est: qui non prius ducit ver=
bum ad linguam rōnis: q̄ edu=
cat ad linguam oris. Hmōi au
tem loquēdi tarditas maxime
decet mulieres. In cuius rei si=
gnū habent cōiter os paruum.
Vn̄ etiā sic depingi solet beata
virgo Maria q̄ taciturna fuit.
¶ Tertio v̄go Maria post pre=
dictam turbationem ad aduē=
tum ambassiatoris: ab eodē cō=
solatur: cum ait illi: Ne timeas
Maria. Et nota q̄ nō dixit: Ne
verecunderis maria: q2 verecū
dia decet virginem. Dixit g̊ an
gelus. Ne timeas maria: q2 ni=
hil hz suspectū societas ange=
loꝝ ⁊ v̄ginū. Ne timeas inquā
q2 nō porto rōpheā vel flāmeū
gladiū ad claudēdū portā pa=
radisi: sicut ille angelus de quo
legit̄ Gen̄. iij. Item ne timeas:
q2 nō sum missus ad puniendū
pctōres: sicut illi duo angeli q̄
venerunt ad subuertēdum So=
domā. Gen̄. xix. Itē ne timeas:
q2 nō affero legē oneris ⁊ timo
ris: sicut ille angelus qui appa=
ruit Moysi in mōte syna in per=
sona dn̄i. Exo. xxxij. Item ne ti
meas: q2 nō venio ad te reddē=
dum mutā sicut nuper feci za=
charie viro Elizabeth cogna=
te tue: pro eo. s. q̄ ip̄e nō credi=
dit verbis meis. Luc. j. Ergo ne
timeas/ sed potius consolare ⁊
gaude gaudio magno: q2 inue=
nisti gr̄am apd̄ dn̄m/ nō āt apd̄
mūdū: eo q̄ gr̄a illi9 fallax est
et vana: vt habetur Prou. vlti.
Prima enim femina perdidit
dei gratiam pro se ⁊ tota poste=
ritate sua/ sed tu eam inuenisti
non solū pro te: veꝝ etiā pro to
to mundo. Et hoc est quod ca=
nit eccl'ia. Qd̄ eua tristis abstu
lit: tu supple Maria illud red=
dis almo germine: dei filiū con
cipiendo ⁊ pariendo. Et nota
q̄ ambassiator nō dixit virgini
Marie: Meruisti vel habuisti
gr̄am apud deum: sed inuenisti
gr̄am apud deum: et hoc ideo
q2 res habita vt propria custo=
ditur: res vero inuenta restitui
debet his qui illam perdiderūt
Dicam9 ergo illi. O virgo san=

ctissima: nos miseri peccatores nostris exigentibus culpis perdidimus gratiam dei. Ex quo ergo illã inuenisti apud eũ: restitue illam nobis. Neqꝫ enim negare potes qꝫ predictam dei grãm quã amisimus: non inueneris: qꝛ habemus testimoniũ angeli pro nobis qui dixit tibi. Inuenisti grãm apud dñm. Unde deuotus Ber. sup missus ē. homil. iij. super pdicto verbo Inuenisti gratiã: dicit sic. O Maria inuenisti qd querebas. Inuenisti quod nemo ante te potuit inuenire Inuenisti grãm apud deum. Sed quã gratiaz? profecto dei ꝛ hominũ pacem mortis destructionẽ: vite reparationẽ. Hec est grã quam inuenisti apud deum. Hec ille.

¶ Moraliter. Multi homines mũdani hodie laborãt quantũ possunt: vt inueniant gratiam apud principes et magnates. Quã etiã interdũ care emunt: vtpote multo pretio auri et argenti: aut longo obsequio et famulatu: interdum etiam se exponendo mortis periculo / sicut patet in arte militari. Postqꝫ autem tales inuenerunt grãm apud maiores suos: diligenter et studiose illam custodiunt: cauẽtes ab omni offensa ne eam amittant. Qd si fortuito hmõi grãm semel amiserint: non cessant quousqꝫ illam recuperauerint: nunc recurrendo ad intercessores: nunc munera offerentes: nunc ad pedes eoꝝ se prosternentes: atqꝫ voluntati ꝛ beneplacito eoꝝ / se submittẽtes. Ecõtra aũt valde pauci mortalium laborant efficaciter vt inueniant grãm apud deũ: eo qꝫ oẽs ferme sunt aĩales: nõ sapiẽtes q̃ dei sunt: et ideo non mirũ si plures dãnẽtur qꝫ saluentur.

¶ Quarto virgo Maria post predictam consolationẽ a sepedicto ambassiatore Gabriele instruitur de tribus.

¶ Primo quidem de modo quo conceptura erat dei filium: cũ ait illi. Ecce cõcipies in vtero. i. non ab extrinseco de viro: sicut alie mulieres: sed in vtero. i. de spũsancto. vñ Matt. i. Inuenta est in vtero habẽs de spũsctõ: ꝛ paries. s. sine dolore: filium / nõ solum tuum: sed dei: et vocabis nomẽ eius Jesum. Ac si aperte diceret ambassiator. Non impones filio quem cõceptura es nomẽ: quia ex nunc impono illi nomen ex diuina ordinatione. Luc. ij. Uocatum est nomẽ eius Jesus qd vocatũ est ab angelo priusquã in vtero conciperet.

¶ Scdo instruit de cõditione filij quẽ cõceptura erat: cũ subditur: Hic erit magnus: suppe miraculoꝝ operatione: i doctrina et pdicatiõe / in redẽptionis humani gñis opere: ꝛ filiꝰ. s. naturalis: altissimi. i. dei patris vocabitur. Et dabit ei dñs deus sedẽ dauid pris eiꝰ: nõ qdẽ terrenã. sꝫ celestẽ: nõ tẽporalẽ sed eternã: q̃ prefigurata est p sedẽ temporalem Dauid: Et regnabit in domo iacob. i. in electis ĩ pñti qdẽ per grãm: ꝛ in futuro per glĩam. ideo addit. Et regni eiꝰ non erit finis. Sed queritur qre potius Gabriel pdixit xpm regnaturum in domo Jacob: qꝫ in domo Ade: vel Noe: aut Abrahe / siue Jsaac? Respõsio. Quia in domo Ade reprobatus est Cain. In domo Noe

reprobatus est Cham q̃ derisit patrem. In domo Abrahe reprobatus est Ismael. In domo Isaac reprobatus est Esau. In domo vero Jacob tota familia recepta est in populum dei. Vñ inde processerunt duodecim tribus Israel. Ecce cur potius p̃dixit Gabriel xp̄m regnaturũ in domo Jacob q̄ in quacunq; alia domo. Sequitur. Et regni eius nõ erit finis. Quia reuera regnum celeste est perpetuum. Ps. Regnabit dñs in secula.

¶ Tertio instruitur virgo Maria de oipotentia dei q̃ operatura erat illd tm̃ mysteriũ. Nã cum ipsa interrogasset ambassiatorem dicẽs. Quomodo fiet istd.i.quod tu promittis me parere dei filiũ: qm̃ virum non cognosco.i.me nõ cogniturã proposui ex voto iam facto. Illico instruxit eam Gabriel dicens: Spũssanctus superueniet.i.desuper veniet in te: & virtus altissimi.i.filius qui est virt⁹ dei patris: obumbrabit tibi / s cz de te corpus humanum quasi vmbraculũ sue diuinitatĩ assumendo. In quibus verbis apparet q̧ tota trinitas operata est incarnationis mysteriũ: q̄uis sol⁹ filius sit incarnatus. Da exẽplũ de tribus puellis q̃ vnã de numero sui iduũt. Jõ subdit. Jõq; & qd nascetur ex te sctm̃: q̃a de sctõ non nascit nisi sctm̃: vocabitur filius dei: non q̃dẽ participatiue: sed essentialiter et naturaliter. Deinde ad maiorem exp̃ssionẽ ambassiator dat exẽplum sensibile & manifestum diuine oipotentie de Elizabeth: que q̄uis prius fuisset sterilis / essetque iam annosa: nihilominus iam preterierant sex menses ex quo conceperat filium.s. Joã.bap. Volebat g̃ ambassiator persuadere virgini Marie q̧ sicut Elizabeth senex & sterilis: ecce duplex impedimentum scd̃m viam nature / nihilomin⁹ miraculose iam pregnans existebat: ita etiã miraculose ipsa Maria cõceptura erat dei filiũ maxime cum nõ sit impossibile apud deũ omne verbũ.i.ois res digna v̄bo.ps. Dixit & fctã sũt.

¶ Moraliter. Ex predictis datur nobis triplex instructio iuxta tria prenotata.

¶ Prima igitur instructio est q̧ deus qui vult oẽs homines saluos fieri: et qui non vult mortẽ pctõris / sed vt magis conuertatur et viuat: dicit aie peccatrici quam preuidet penitentiam acturam & consequẽter saluandam. Ecce concipies in vtero / p contritionem: et paries filiũ / p confessionẽ: et vocabis nomẽ eius iesum / per satisfactionem: & fili⁹ altissimi vocabit p gr̃am q̃ prius vocabatur fili⁹ diaboli per culpam: s̃m illud Joã. viij. Vos ex patre diabolo estis.

¶ Scda instructio est q̧ debemus multum intendere bonis operib⁹ in presenti: etiã quantũcunq; penosis et laboriosis: & hoc ꝓpter spem eterni premij. Unde de vero penitente recte põt intelligi id qd subditur: vcz Et dabit ei dñs sedem Dauid patris ei⁹: & regnabit in domo iacob &c. Ecce celeste premium qd repromittit veris penitentibus. Matt. iij. Penitẽtiã agite: appropinquabit regnũ celorũ. Cui⁹ quidẽ regni nõ erit finis.

¶ Tertia instructio est q̧ nũq̃

poſſumus concipere filium dei
per gratiā/niſi primum ſpiritus
ſanctus ſuperuenerit in nos.i.
ſupra noſtra merita nos viſita=
uerit. Jac.i. Omne datum opti=
mū: ⁊ oē donū pfectum deſurſū
eſt deſcēdens a pr̄e luminū. Et
qr aliq̄ pctōres deſperāt de dei
mia pp̄ter duo. Primo q̄dē pp
longam continuationem in ma
lo: vtpote vſq̄ ad decrepitam
etatem. Secundo vero ex eo ꝙ
non credunt Deum poſſe illis
remittere culpas commiſſas: iō
tales debent conſolari ex his
que hic dicuntur. Nam contra
primum dictum eſt ſupra qua ſi
in figura vere penitentie in fine
dierum ſiue in ſenectute: ꝙ Eli
zabeth que per totum tempus
ſue iuuentutis fuerat ſterilis:
tandem in ſua ſenectute conce
pit filium. Contra autem ſecun
dum dictū eſt ſupra: ꝙ non erit
impoſſibile apud deum oē ver=
bum.i. omne quod recte conci=
pi potiſt: dummodo non ſonet
in vitium. Poſſumus autē vera
citer cōcipere ⁊ imaginari ho=
minem peccatorē tanq̄ lotum
et mundatū ab oī inquinamen
to carnis et ſpiritus. ergo illud
poteſt deus facere. Et ſic patz
de ſecūdo principali in quo agi
tur de Gabriele ambaſſiatore
ſuam legationem apud beatam
v̄ginē ex parte dei exequente.
¶ Tertio principaliter in fine
euāgelij hodierni fit mentio de
predicte ambaſſiate ſiue ſubſe=
quēte cū ſubditur. Et ait Ma=
ria ad angelū ſup. Ecce ancilla
dn̄i: Nam hucuſq̄ Maria beni=
gne audiuit ambaſſiatorē eam
ſalutantem: modum dominice
incarnationis aperiētem/ atq̄
eius ↄſenſum ſummo deſiderio
expectantem: vt cōpleatur ma=
trimonium inter Dei filium et
humanam naturam: quia vt h̄r
extra de ſponſa.c. tua nos. ſine
cōſenſu cetera nequeūt pficere
fedus cōiugale: iō nūc vice hu=
mane nature ipſa virgo ſanctiſ
ſima conſenſum tanto myſte=
rio prebet dicens. Ecce ancilla
domini. Fiat mihi ⁊c. Ecce pm
pta Marie obedientia /vt dicit
gl. interli. Et nota ꝙ vt dr̄ glo.
ordi. Maria non ſe extollit de
ſingularitate meriti: ſed ſue cō
ditionis ⁊ diuine dignationis
memor ſe ancillā illius eē fate=
tur cuius mater eligitur: atque
cum magna deuotione promiſ=
ſionē angeli optat impleri. Et
nota ꝙ ſicut ad prolationē q̄n=
q̄ verboꝝ ſacramētalium que
ſunt: Hoc eſt eñ corpus meū:
mox adeſt totus xp̄s in altari.
ſic etiam platis q̄nq̄ predictis
verbis per organū virginis.ſ.
Fiat mihi ſm verbū tuum mox
affuit xp̄s verus deus ⁊ hō pfe=
ctus in vtero virginis. Et nota
ꝙ vt dicit deuotus Bern̄. ſuper
miſſus eſt. Hom. iiij. circa medi
um: poſtq̄ angelus Gabriel fe=
cerat ſuā legationē: non expe=
ctabat niſi Marie reſponſionē
⁊ cōſenſum ſup tanto myſterio
pro quo miſſus fuerat. Vnde pie
idem Ber. eidem virgini loqui
tur dicēs. Audiſti o maria mo=
dum conceptionis filij dei: au=
diamus et nos a te reſponſum
letitie qđ deſideramus/ vt iam
exultent oſſa humiliata. Expe=
ctat angelus rn̄ſuz tuum. Tp̄s
eſt eñ vt reuertat ad eū q̄ miſit
illū. Expectamus ⁊ nos o dn̄a
v̄bū miſeratiōis/ quos miſera=

biliter p̄mit sentētia dānationis. Ecce offertur tibi pretium salutis nr̄e: statim liberabimur si cōsentis. Hoc supplicat a te o pia virgo: flebilis ille Adam cum misera sobole sua exul de paradiso: Hoc Abraham: hoc David. hoc ceteri flagitant patres sancti: pr̄es. s. tui qui habitant in regione vmbre mortis. Hoc totus mundus tuis genibus p̄volutus expectat. Nec immerito: qn̄qdē ex ore tuo pendet cōsolatio miserorum: redēptio captiuorum: liberatio dānatorū: salus deniq; vniuersorum filiorū Adā: totius gn̄is tui. Da ergo responsum festināter o dn̄a. Rn̄de verbū qđ terra: qđ inferi: qđ celi expectant. Rn̄de itaq; citius angelo: imo p angelū dn̄o. Rn̄de verbum: et suscipe verbum. Profer tuum: et suscipe diuinū. Emitte trāsitoriū / et amplectere sempiternum. Quid tardas? Quid trepidas? Sumat humilitas tua audaciā / et verecūdia fiduciā. Ecce desideratus cūctis gētibus: foris pulsat ad ostiū. O si te morante pertrāsierit: et rursus incipias querere dolēs quē diligit aīa tua? Hec Ber. vbi supra. Tandē ergo ait Maria ad angelū. Fiat mihi scd̄m et c. Quia eñ deus superbis resistit humilibus autem dat grām: vt hr̄. Jac. iiij. ideo Maria humiliter respondet angelo / vt sedes gratie preparetur. Ecce inquit ancilla dn̄i: Fiat mihi de verbo diuino s̄m verbum tuū. Verbū qđ erat in principio apđ deum fiat caro de carne mea secundū verbum tuum. Fiat obsecro mihi verbū nō prolatū qđ transeat: sed cōceptū vt maneat in vtero meo ad tp̄s: deinde tpe suo idē exeat ad salutē oim. Fiat inquā mihi verbū nō tm̄ audibile auribus: sz et visibile oculis: palpabile manibus / gestabile humeris. Fiat ergo: et fctm̄ ē ita / qr verbum caro fctm̄ ē. Jo. i. hec Ber. vbi. s.

¶ Moraliter. Notādum iuxta illud verbum Ecce ancilla dn̄i / q beata Maria rationabiliter se dixit ancillā dn̄i / eo. s. q habuit tres pulchras cōditiones bone ancille: quas etiā et nos hr̄e debemus si cupimus esse serui dn̄i. Nā bona ancilla debet esse prōpta / humilis: obediēs. Btā aūt Maria fuit prōpta. Unde respōdit angelo: Ecce. Sic et nos debemus prompte audire dn̄m. Ps. Audiam quid loquatur in me dn̄s deus. Unde legitur. i. Re. iij. q vocauit dn̄s Samuel qui statim respōdit dicens. Ecce ego. Sz proh dolor freqnter audimus verbū angeli. i. predicatoris: et raro dicimus / Ecce. Frequenter etiā audimus dominum interius nos de nostra salute admonentem: et tamen raro illi obedimus. Scđo beata virgo fuit valde humilis: qđ notatur in hoc qđ dt. Ecce ancilla domini. Sic et nos debemus esse humiles in oculis nostris: et nihil estimare de nobisipsis: etia in q̄tascunq; gratias habeamus. Cuius ɔ̄riū faciūt multi: qui de gratijs sibi datis superbiunt et instantur. Tertio beata virgo fuit ancilla valde obediens. Unde dixit angelo: Fiat mihi s̄m et c. Sic et nos debemus esse deo summe obediētes. Un̄ de bono seruo: et similiter de bona ancilla merito potest dicere dominus illud psal.

In auditu auris obediuit mihi. Et hoc est contra multos q̄ nolunt obedire dño. Alij obediunt q̃tum ⁊ qñ illis placet. Alij ꝟo obediunt:sed quasi inuite ⁊ cũ murmure. Sed profecto oẽs tales male attendunt ꝗ̃ bona ⁊ salubris sit obedientia:ita vt in eius laudem dicat Aug. ad fratres in eremo. sermone.v. q̃ intitulatur de obedientia: ꝙ ipsa filium dei de celo in terrã deposuit: non vt faceret voluntatem suã/sed volũtatem eius qui misit illum. Studeat ẽ vnusquisq; in vocatiõe in qua vocatus est obedientiã promptam seruare:vt sic tãdem regnũ celeste possit possidere. Qd patrare dignetur Jesus Marie filius. Qui cum patre ⁊ spiritusancto viuit ⁊ regnat ꝑ immortalia secula. Amen.

¶ Sermo de beato Ambrosio doctore ecclesie.

Quasi sol refulgens sic iste effulsit in templo dei. Eccle.l. Ut enim refert Rufinꝰ in historia ecclesiastica.lib.x.fuit quidam presbyter apud Alexandriam nomine Arrius:specie quidem religiosus/sed glorie ⁊ laudis atq; nouitatis improbe cupidus nõ nulla praua de xp̃i fide ꝓferre ⁊ seminare cepit / vtpote ꝙ filius in diuinis esset pura creatura. Item ꝙ spũssanctus esset adhuc eo minor / vtpote ab eo creatus. Cõtra quẽ Cõstãtinꝰ imperator totus catholicus fecit congregari gñale cõcilium apud Niceam Bithynie ciuitatem:anno ab incarnatione domini.cccxvj. Illicq; cõuenerunt cccxviij.epĩ. Et hec fuit prima synodus vniuersalis. De qua etiã habes in decretis.dist.xv. canones. vbi dr ꝙ quatuor cõcilia/vez Nicenum/Cõstãtinopolitanum:Ephesinum:⁊ Calchedonense:sunt tãq; quatuor euangelia seruanda. In quibꝰ ꝟbis premittitur conciliũ Nicenum. In huiusmodi ẽ cõcilio condẽnatus fuit ipse Arrius cũ complicibus suis Fotino ⁊ Sabellio. De huiusmodi ergo heresi arriana loquẽs dñs Antoninus in chronica sua:parte.ij. titu.ix.ca.iij.in principio. dicit ꝙ illa fuit ceteris heresibus periculosior:vniuersalior:diuturnior. Primo quidem periculosior/quia circa mysterium sanctissime Trinitatis:de qua dicit Augu.ad fratres in eremo ser.xv. qui intitulatur De fide Trinitatis:ꝙ nullibi periculosius erratur/nihil laboriosius queritur:nihil fructuosius inuenitur. Idem etiã dicit lib.j.de trinitate.ca.iij. Scdo vero vniuersalior:quia inoluit multos epõs ⁊ clericos. Item Liberiũ papam. Similiter multos magnos principes:vt Cõstantinũ ⁊ valẽtem imperatores. Ipse tñ Cõstãtinꝰ statim ab ea resiluit. Item Theodoricũ regem:pariter ⁊ regem Gothorũ. Et breuiter hec heresis diffusa est per vniuersum orbem. Unde Hieronym. ⁊ similiter recitatur.xxiiij.q.iij.resecãde. Arrius inquit in Alexandria vna scintilla fuit:sed quoniam statim oppressus non est:per totum orbem eius flamma populata est. Tertio autem fuit diuturnior / quia per mul-

ta tēpora viguit. At vero beni-
gniſſim⁹ eccleſie ſpōſus Jeſus
xp̄s qui rogauit ꝓ fide petri vt
non periret: ex immēſa clemen-
tia ſua ꝓuidit de magnis viris
catholicis q̄ dictā hereſim ꝯfu-
tarēt: ⁊ partē eccleſie catholicē
tuerētur ⁊ fouerēt. Nam circa
illa tp̄a floruerūt hi ſāctiſſimi
viri: vcʒ beatus Damaſus in
ſede Petri / Hier. vir doctiſſim⁹
apd̄ iudeā. Nicolaus apd̄ gre-
ciā: Auguſtin⁹ apud aphricā:
Hilarius ⁊ Martinus apd̄ gal-
liam: beatus quoqꝫ pater Am-
broſius apud lombardiā: q̄ (vt
p̄miſſum eſt in themate) q̄ſi ſol
refulgēs ſic ille effulſit in tem-
plo dei. i. in eccleſia cathedrali
Mediolanenſium / intitulata
ſancti Seruaſij.

¶ Pro q̄ notandum ꝙ ſanctus
iſte Ambroſius merito dr̄ reful
ſiſſe in tēplo dei. i. in eccl'ia q̄ſi
ſol: eo ꝙ habuit ꝓꝓetates ſolis
naturalis. Unde merito ſoli cō-
paratur in iſtis: vcʒ

In iucunditate.
In paruitate.
In virtuoſitate.
In vtilitate.
In puritate.
In eclipſione

¶ Primo igit̄ btūs Ambroſi⁹ comparat̄ ſoli natu-
rali in iu-
cunditate. Sol ꝗ̄em in ortu ſuo
iucunditatē ſecū afferre ſolet.
Un̄ etiā tūcꝗ̄ q̄ egrotātꝗ̄: melius
hr̄e ſolēt. Solent et mlt'e aues
circa ſolis ortū ſuauiter cāta-
re p̄ gaudio. Sic etiā in ortu
et natiuitate beati Ambroſij
gauiſi ſunt parentes ⁊ amici il-
lius: ⁊ hoc propter ſignum mi-
rabile qd̄ tunc in eo apparuit.
Nā cū ſeſ in cunabulis exiſtēs
dormiret: examē apum ſubito
aduenīes faciē ei⁹ ⁊ os ita im-
pleuit / vt quaſi alueolum ſuuꝫ
intrare ⁊ exire viderētur. Que
poſtmodū ita alte volare p'ae-
rem ceperūt ꝙ vltra ab huma-
nis oclis minime videri potue-
rūt. Qd̄ pr̄ eius videns (qui et
Ambroſius dicebatur: Romāe
q̄dem ciuitatis p̄fectus) pluri-
mum admirari cepit. Tandem
interpretatus eſt hmōi magnū
p̄tēdere p̄ſagium / vn̄ ⁊ aſtan-
tibus ait. Si vixerit infantul⁹
iſte aliquid magni erit. Ex qua
re gaudere ⁊ letari ceperunt qui
aſtabāt: ita vt merito de eo poſ
ſumus dicere illud qd̄ ſcriptuꝫ
eſt de beato Joā. Bap. Luce. j.
Poſuerūt oēs qui audierunt in
corde ſuo dicētes. Quis putas
puer iſte erit? Etem̄ manus dn̄i
erat cū illo. Nam tale apū exa-
men deſignabat melliſluam elo-
quentiā ⁊ doctrinā quā habitu-
rus erat tp̄e ſuo paruulus in-
fans Ambroſius: ſicut rei poſt
modum ꝓbauit euētus. Refert
aūt Ualerius li. j. c. x. aliqd̄ ſile
de Platone: dicēs ꝙ cū dormi-
ret adhuc puulus exiſtēs: apes
in eius labellis mel īſeruerūt.
Qua re audita ꝓdigioꝝ inter-
p̄tes ſingularē eloqꝫ ſuauitatē
ex ore eius emanaturā dixerūt.

¶ Moraliter. ¶ Examen apum
in ore deſignat ꝙ debem⁹ ſem-
per loq̄ qd̄ ad honorem dei ce-
dit: ſiue ip̄m laudādo: ſiue pro-
ximum edificando ⁊ inſtruēdo
tp̄e ⁊ loco / ſiue de diuinis man-
datis ⁊ preceptis conferendo:
Et de iſto vltimo loquens p̄s.
ait: Quā dulcia faucibus meis
eloquia tua ſuper mel ⁊ fauuꝫ.
Ecce q̄dē examē apū ī ore ge-
rere: vel dic ꝙ ille gerit examē
apū in ore q̄ orat dn̄m deuote.

¶Moraliter. Etiam notandum
q̄ sicut parentes beati Ambro-
sij iucundati sunt de eius nati-
uitate carnali: sic ꝛ ꝑ amplius
iucundari ꝛ gaudere debent pa
tres et matres de spirituali na-
tiuitate filioꝝ suoꝝ ac filiarum
vtpote postq̄ꝫ sunt sacro fonte
baptismatis regenerati: siue
postq̄ꝫ adulti effecti plene con-
uertūtur ad dn̄m: relinquentes
vitia quib⁹ iam forte imbibiti
erant. Vn̄ etiā de tali natiuita-
te gaudet tota multitudo an-
gelorum celestium: iuxta illud
Luce. xv. Gaudium est angelis
dei super vno peccatore peniten
tentiam agente.
¶Scd̄o beatus Ambrosius cō
paratur soli in ꝑuitate. Sol em̄
in se valde magn⁹ est: ita vt di-
cat Isido. libro. iij. etymo. ipsum
esse octies maiorem terra: lunā
autem dicit esse septies mino-
rem terra. Ex quo ptz solē esse
maiorem luna quadragesies
octies. Quo non obstante vide-
tur nobis prima fronte ꝛ scd̄m
iudiciū sensus parue rotūdita-
tis et figure. Sic etiam beatus
Ambrosius fuit valde magnus
in iudicio dei: paru⁹ tn̄ in ocu-
lis suis: ꝛ s̄m ꝓpriam estimatio
nem: adeo vt reputaret se indi-
gnum presulatu: quod sic patet.
Nam cū post adeptam rome li-
terarum secularium peritiam.
Imperator Valentinianus eū
direxisset ad regendum emiliā
liguriāq̄ꝫ ꝓuincias: ꝑuenit Me-
diolanum. Vbi cum tractaret̄
de ep̄o eligēdo: essetq̄ꝫ alterca-
tio ꝛ discordia circa hoc inter
Arrianos et Catholicos: mox
nutu diuino quidā infantulus
clamare cepit Ambrosium epi-
scopatu dignum. Ad quam vo-
cem velut de celo insonantem
oēs vnanimiter consenserunt
dicentes. Volumus hūc regna-
re sup nos. Hoc aūt cū ille au-
disset: tanq̄ꝫ verus humilis vo-
luit compescere vocem populi
multiplici medio. Primum dr̄
crudelitatis ꝛ inhumanitatis.
Nā statim tribunal iudicis con
scendit: contra suam consuetu-
dinē: cū in se mitis esset: tor-
menta varijs personis adhibe-
ri iussit forte pro suis crimini-
bus malefactores puniendo sa-
tis crudeliter. Scd̄m mediū dr̄
vane professionis. Nam cum vi-
deret populum in suo clamore
perseuerantem: voluit philoso-
phiā profiteri. Tūc aūt tēporis
philosophi: qui scꝫ vacabāt hu-
manis sciētijs: nō eligebant in
episcopos. Hodie vero ꝓferunt
siue per electionem: siue per au
ctoritatem regiam in episcopos
et prelatos qui nec philosophi
nec theologi: nec in iure peri-
ti existunt. Tertium medium
dicitur infamie ꝛ inhonestatis.
Nam publicas mulieres ad se
venire fecit: vt sic populum a
sua intentione et postulatione
reuocaret: non autē vt cum eis
aliq̄d turpe ageret. In hoc ta-
men non est imitādus: maxime
cum hoc habeat speciem mali
atq̄ꝫ natum sit generare scanda
lum in proximo. Quartum me-
dium dr̄ subtractionis: nam vi-
dens q̄ p̄dictis medijs nō pos-
set clamori populi obsistere: vo-
luit presentiam suam subtrahe
re de medio populi. Vn̄ fugam
media nocte petijt: sed diuino
nutu pie fraudatus est a desy-
derio suo. nam cum ticinum p-

gere se putaret: mane ad portam ciuitatis Mediolanensis q̄ dr romana inuenitur. Quintuz mediū dr auxilij imploratiōis. Nam cum in dicta porta inuentus fuisset: et a populo captus: clam scripsit ad imperatorē implorans eius gratiā ꝛ auxilium ne preficeretur in presulem tante ciuitatis. At vero Ualentinianus imperator pro summo gaudio habuit ꝙ iudices ad se directi ad pontificalē peterentur dignitatem. Sextū medium dicitur occultationis. Tentauit enim se occultare in loco in quo custodiebatur: sed diuino nutu iterum inuenitur. Tandē videns in hoc dei voluntatem: ne videretur eam opere ꝛ facto impugnare: assensum prebuit: non absq; grauissimis lachrymis: considerans periculum qđ sibi imminebat. Et cum tantum esset tunc cathecuminus: eodez die sacrum baptisma suscepit: atque octauo die in sede episcopali sublimatur cum incredibili populi gaudio. Aduertenduz tamen ꝙ regulariter nullus debet in epm eligi qui non sit iam baptizatus: et in sacris ordinibus constitutus. Sic em̄ est ordinatum per iura: vt patet distin. lxi. c. atem laici: vbi sic legitur. Laici nō sunt in episcopos eligendi: sed potius per singulos ordines probandi. Possunt tamen laici dummodo sint baptizati: in episcopos postulari: vt dicit gl. vbi supra. Sicut ptz de beato Nicolao. Qui autē baptizati non sunt: neq; eligi neq; postulari in episcopos possunt. Et ideo qđ hic factū est: ex specialissima ordinati one diuina factum est: qua cessante non licet: maxime cum ipsemet Ambrosius in Epl'a ad Uercellen. episcopum dicat ꝙ neophitus ꝓhibetur ordinari: ne extollatur superbia.

¶ Moraliter. Hic instruuntur clerici nō appetere prelaturam maxime cū dicat Chrysost. ꝛ recitatur dist. xl. multi. ꝙ qui desiderauerit primatū in terra: inueniet confusionem in celo. Sz profecto pauci admodum sunt Ambrosij hodie super terram: quinimmo pro vno presule q̄ decedit: duo aut tres siue plures nituntur sibi succedere, ne būficiū vacet. Et ideo paucos videmus hac tempestate aut nullos epos qui miracula operentur: siue in vita: siue post mortem. Multi tamen eorum operantur mirabilia: in hoc. s. ꝙ ambulant in magnis ꝛ mirabilib⁹ supra se Quando ergo viri sancti fugiebant honores ꝛ ecclesiasticas dignitates: tunc reddebāt illis se dignos. Hodie vero currentes post eas ostendunt se in conspectu domini indignos: q̄a vt dr apost. ad Heb. v. Null⁹ sumit. i. sumere debet sibi honorem: sed qui vocatur a deo tanq̄ Aaron

¶ Tertio beatus Ambrosius comparatur soli in virtuositate Animalia enim ferocia ꝛ syluestria currunt hincinde de nocte sed q̄primum oritur sol: quasi sua claritate terret ea et fugat iux̄ illđ psal. Uenit nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie syluę. Ortus est sol ꝛ congregabūtur: ꝛ in cubilibus suis collocabuntur. Sic ante aduentū beati Ambrosij multe hereses pullulabant in mundo: precipue

autem heresis illa pessima arrianoꝝ: de qua dictũ est supra. At vero orto sole in ecclesia catholica.i. beato Ambrosio assumpto in epũm Mediolanensem modo quo dictum est: cepit dictã heresim efficacissime tam verbo ꝙ scripto fugare tanꝙ noctem tenebrosam a sua diocesi: et a locis circũuicinis. Nã vbicunq audiebat esse huius secte viros ac mulieres: illico illic pergebat: z tanꝙ xpi pugil fortis eos expugnabat. Illi vero nõ poterant resistere sapiẽtie et spiritui qui loquebatur: supple per os viri dei Ambrosij. Propter qd frequenter parauerunt sibi insidias vt eum caperent et occiderent. Nam Justina imperatrix mater Ualentiniani iunioris aliqñ cõduxit milites q eum occiderent aut in exilium mitterent. Erat em̃ arriana: et dicte heresis fautrix acerrima: sed defecerunt scrutantes scrutinio. Nã quotquot illi aduersabantur: aut dei gratia tandẽ conuersi sunt ad fidem rectam quã predicabat: aut cito de medio sublati miserabili et subita morte interierũt. De primo habes exemplum de quodam heretico acerrimo disputatore: et duro atq inconuertibili ad fidem. Hic ergo cum semel audiret virũ dei Ambrosium predicantẽ: vidit ad aures eius angelũ loquentẽ verba q populo predicabat. Quo viso cepit extunc more apostoli Pauli defendere fidẽ quam prius persecutus fuerat. De scdo silr habes exemplũ de quadam filia arriana: que cum audiret btũm Ambrosiũ predicantẽ cõtra sectam suam: velut imprudentior atq impudentior ceteris Arrianis tribunal viri dei cõscendit: quẽ per vestimentũ apprehendit volens eum ad partem mulierum trahere: vt ab eis cesus de ecclesia turpiter eijceretur. Ad quam pius epũs: Etsi ego tanto sacerdotio indignus sim: te tñ non conuenit in qualẽcũq sacerdotem manũ mittere. Unde debuisti timere dei iudicium ne tibi aliquid mali contingeret. Quod dictum exitus ɔfirmauit. Nam sequenti die mortuam ad sepulchrũ deduxit: beneficium pro iniuria et cõtumelia rependens. Quod factũ omnes valde perterruit. Ecce quõ beatus Ambrosius tanꝙ sol illuminãs Christi ecclesiam: virtute sue predicationis z doctrina fugauit heresim Arrianorum que tanꝙ nox obscurabat ecclesiaz Christi.

¶ Moraliter. Ecclesie prelati debent instar beati Ambrosij circuire suas dioceses: et expugnare impias hereses si quas inuenerint in poplo pullulare. Silr et alios prauos et corruptos mores subditoꝝ extirpare: vtpote vsuras/simoniam/rapinã/ blasphemias / adulteria / apta odia: z silia. Sic em̃ cuilibet plato precipit a dño dicẽte illud puer. vi. Discurre/festina suscita amicum tuũ/ne dederis somnum oculis tuis: nec dormitent palpebre tue. Ecce ꝙ diligentes debent esse ecclesie plati circa pcurationẽ salutis subdite sibi plebis. Sed heu/ dñs nouit qualẽ diligẽtiam circa hec faciãt. Sed forsan dicẽt pplm sibi subditũ satis fidelem: nec

aliqua heresi per dei gratiam infectū. Fateor hoc verum de multis: sed tñ non video qliter possint excusare a supstitione nonullos qui adeunt diuinatores et diuinatrices p remedio ꝯtra res pditas: siue pro inueniendis thesauris ab antiquo absconditis sub terra: siue huiusmodi. idem dic de mulieribus currentibus post egyptios quādo cōtingit eos transire p loca sua: ostendentib9 illis manus suas: et sciscitantib9 ab eis bonā earū fortunam: siue quot ples habiture sunt: siue filia. idem dic de illis qui videntes se diu lāguere: opinant aliquā vetulam sortilegā dedisse illis aliquem morsellum venenatū. Propter quod recurrunt: non ad deū nec ad sanctos ei9: nec silr ad viros timoratos: sed ad aliquā supstitiosam et diuinatricē mulierē: sciscitātes veritatē rei: et auctorē illi9. Cōstat enim oēs diuinatores ac diuinatrices in fide esse suspectos: vtpote tanq̄ de oipotentia dei male sentientes: aut a demonibus auxilium petētes. Et idem iudiciū est de recurrentibus ad eos. Unde Deuter. xviij. valde stricte phibet dñs ne quis consulat phitones aut diuinos. Et quia Saul egit ꝯtriū: ideo male illi successit: vt ptz. j. Regum xxviij. Item ɓm iura oēs diuinatores atq; sortilegi sunt excōicandi: vt patet. xxvj. q. v. per totū. Unde singulis diebus dominicis dicit sacerdos in prono suo. Excōicamus omes diuinatores et diuinatrices: oēs sortilegos et sortilegas. Nōne ergo ecclesie prelati predicta tolerantes: aut sufficientem inquisitionem non facientes: siue debitam vltionē post probatā et cognitā plenā veritatē de talibus non facientes: grauiter peccare iudicandi sunt? Utiq; certe. Et ideo pro aquitamento conscientiarū suarū circa talia diligenter inuigilare debent.

¶ Quarto beatus Ambro. comparat soli in vtilitate. Est enim sol multū vtilis istꝫ inferiorib9. Nam p suū motū et influxū vna cū debita approximatione siue aspectu ad terrā: calefacit eā: atq; germinare facit: ita vt sit causa generationis horum inferioꝝ. Sic et beatus Ambro. valde vtilis fuit huic mundo: et hoc quadrupliciter.

¶ Primo enim fuit vtilis vniuersali ecclesie: vt ptz p ea que scripta nobis reliqt. Nā libros multos et varios scripsit: q̄ etiā p artē impressoriam nūc per dei gratiā cōes reddunt: et bibliothecas non parū decorant. De q̄bus meminit dñs Antoninus in. ij. parte chronice sue. titu. x. cap. vij. §. iiij. Unde et frequentissime solent allegari eius dicta in magno decreto: atque in magna veneratione habent: ita vt nemini cōtradicere liceat, dictis tanti viri. Nec quidē mirū: cū etiā ipse magn9 doctor Augusti. eius dicta semp in magna veneratione habuerit. Et quod mai9 est vel saltē mirabili9: etiā Pelagi9 magnus hereticus laudabat virū vna cū dictis suis. Uñ August. in lib. de nuptijs et cōcupiscētia: sic ait. Pelagi9 heresiarcha sic laudat Ambrosi. vt dicat. Btūs Ambro. epūs in cui9 p̄cipue libris Romana lu-

cet fides: quasi scriptoꝝ inter latinos flos q̇dam emicuit. Et post pauca subdit idem Augu. dicēs: Cuius fidē et purissimū in scripturis sensum nec inimicus q̇dē ausus est reprehēdere ꝛc. Ecce ꝙ vtilis fuit vir iste Ambro. toti ecclesie militanti.

¶ Scđo fuit vtilis multis animabꝰ q̄s per eū dn̄s lucratꝰ est. Nota de btō Augustino qui ad eius p̄dicationē tractus est ad fidē catholicā. itē nota de illo accerrimo heretico p eū cōuerso: de quo dictū est s̄. Itē nota de Theodosio imperatore quē ad publicā pniam peragēdum induxit: eo scȝ ꝙ de mādato eiꝰ quedā ciuitas dicta Thessalonica gladio perisset: etiam vsq̄ ad paruulos: eo ꝙ habitatores illius occidissent iudices ꝛ rectores quos ip̄e illic posuerat. De hoc vide ad lōgū i historia triptita. li. ix. cap. xxx. itē. xi. q. iij. cū apđ Thessalonicā. Nota etiā quō amarissime flebat quoties aliq̄s sibi ꝯfitebatur pctā sua. Hoc aūt faciebat ex pietate: ꝛ silr vt cōfitentē ꝓuocaret ad plorandū ꝓpria delicta. Vñ nullꝰ etiā ꝙtūcūq̄ grauis aut obstinatꝰ pctōr prius fuisset: de cōspectu eius recedebat q̇ non vberrime defleret cōmissa p eū pctā. Ecce ꝙ vtilis fuit aiabus.

¶ Tertio fuit vir iste Ambro. vtilis corpibꝰ hūanis. Nā suis meritꝭ et p̄cibꝰ multi egroti: ꝛ a demōibus possessi sunt sanitati plene restituti. accidit autem semel ꝙ multi demones p ora illoꝝ q̄s possidebant clamarēt ꝛ dicerent se ab Ambrosio torqueri. Iustina aūt impatrix et multi arrianoꝝ dicebāt ipsum Ambrosiū hoīes cōparare pecunia q̇ se ab immūdis spiritibus vexari mentirent ꝛ ab Ambrosio assererēt se torq̄ri. Tunc subito vnus ex illis arrianis q̇ astabant arreptꝰ a demonio in mediū prosiliȷt: atq̄ clamare cepit. Utinā sic torqueant vt torqueor q̄ nō credunt Ambrosio. At illi confusi hoīem illū in piscinam demersum crudelr necauerunt. Itē legitur in chroni ca dn̄i. Anto. ꝙ cū quidā demoniacꝰ deberet intrare ciuitatē Mediolanensem: demon ip̄um dimisit: sed postmodū de ciuitate egredientem iterū eū inuasit. Interrogatus ergo cur possessum dimiserat ingredientē ciuitatem: Rn̄dit ꝙ hoc ideo qz timuerat Ambrosium.

¶ Quarto btūs Ambrosiꝰ fuit vtilis defunctꝭ: q̄s suis meritis a mortuis resuscitauit dn̄s. Et de hoc extat notabile exēplum q̄ refert Uincētiꝰ beluacen̄. in speculo hist. li. viij. vcȝ de q̇dā iuuene q̇ subita ifirmitate preuētꝰ: spm̄ exhalauit. Cuius mr̄ fide et fiducia plena tulit corpꝰ eius: atq̄ ip̄m in lecto viri dei Ambrosij eo absente cōposuit. Cūq̄ vir dei ad camerā reuerteret: ꝛ dictum corpus vidisset: ꝯtēplatꝰ fidē mr̄is parit ꝛ pietatē eiꝰ: ad instar Helisei supra corpꝰ infantis se cōposuit: atq̄ orādo tādē ip̄m viuū mr̄i reddidit. Ecce ꝙ vtilis fuit beatꝰ Ambrosius huic mundo.

¶ Moraliter. Ad instar Ambrosij debemus ꝓ posse nostro studere vtilitati proximorum. quia vt habetur Ecclesiastici xvij. Unicuiq̄ mandauit deus de proximo suo: tam de procu=

randis eius salute: q̄ꝫ de suble-nāda corporali necessitate: p-ut commode fieri pōt. Item de-bemus esse vtiles defunctis p ipsis dn̄m deuote orando: vt a penis purgatorij soluant. Uel per defunctos possumus recte intelligere pctōres: q̇ sunt spi-ritualiter mortui per defectum vite gr̄e. Et talibus debemus esse vtiles: ipsos pro posse nr̄o a pctis retrahēdo: dicente xp̄o Mat. xviij. Si peccauerit in te frater tuus: vade ꝛc.

¶ Quito beat⁹ Ambrosi⁹ cōpa-ratur soli i puritate. Est em̄ sol corpus purū / clarū / ꝛ mūdum. Non em̄ in eo apparent alique macule sicut in luna plena. sic ꝛ btūs Ambrosi⁹ fuit tot⁹ pu-rus ꝛ mūdus in corpore ꝛ aia: in corpore quidē per carnis in-tegritatem: qr virginitatē vsqꝫ ad morte iugiter seruauit. Qḋ magnū virtutis indiciuꝫ in eo fuit: maxime cōsideratis occa-sionibus quas habuit quo ad prosequendas carnis delicias. Erat em̄ vir nobilis / formosus diues / liber / iuuenis / publicus officiari⁹ impatoris in partib⁹ Lombardie: ꝛ hmōi. Que oia ꝛ singula sunt multis iuueni-bus occasio incōtinentie ꝛ im-pudice vite. Sed nō sic in san-cto viro Ambrosio. Qḋ autem virgo semp permanserit: ptꝫ ex vbis Hierony. qui testat eūdē Ambrosium de seipso dixisse. Uirginitatē nō solū efferimus: sed custodim⁹. Non aūt ita ma gnifice de ipsa virginitate lo-queretur: nisi ipsam diligeret: quia vt dicit Hiero. ad filiam Mauricij: de cōmēdatione vir-ginitatis. Luxurioso verbum castitatis offensio est. Insuper ipse i laudē virginitatis librū cōposuit: qui intitulat Adhor-tatio ad virgines. Item edidit tres alios libros ititulatos de sancta virginitate. Ecce quō fuit purus corpore per virgini tatis decorem. Itē fuit purus mente per peccati vitationem. Nā ex quo fact⁹ fuit eps: in oī sanctitate viuere studuit.

¶ Moraliter. Ad exēplū hui⁹ viri sancti oēs ecclesiastici de-bent pure ꝛ munde viuere: etiā corpore ꝛ aia. Corpore dico p-pter continentiā virginalē ser-uandā: ad quam obligant oēs subdiaconi ꝛ supra in ecclesia occidentali: nisi forsitan primū vsi fuissent matrimonio: ꝛ post-modum mortua vxore fuissent ordinati. Tunc em̄ tenerentur ad obseruantiā perpetue casti-tatis: nō autē virginitatis: que per casum fuit deperdita per vsum matrimonij. Pro quo no-tandū q orientales stante ma-trimonio possunt pmoueri ad sacros ordies: ꝛ cū hoc vti ma-trimonio prius ↄctō etiam lici te. Qḋ si primo fuerint ordina-ti anteqꝫ coniugati: nunqꝫ pos-sunt coniungi matrimonio: sed si volunt ↄhere: hoc habent fa cere priusqꝫ suscipiant ordinē subdiaconat⁹; vt notat distin. xxxij. si quis eorum. Occiden-tales autem dato q promoue-rētur ad maiores ordines post contractū matrimoniū ꝛ stan-te matrimonio; peccarent qui-dem mortaliter; nihilominus manerent vere ordinati. In hoc tamen differunt ab orien-talibus: quia in tali casu non possunt vti matrimonio prius

contracto: ꝛ hoc a tempore In-
nocentij ꝛ Syricij pape: q̄ conti
nētiā indixerūt ꝓtū ad hoc omi-
bus diaconibus ꝛ supra: vt patz
dist.lxxxij.ꝓposuisti.itē.ca.plu-
rimos. Antea āt poterāt cleri-
ci occidētales vti mr̄imonio iā
ꝯtracto.s. an̄ susceptionē sacri or-
dinis: sicut ꝛ nūc vtunt̄ orienta
les. Postea aūt Greg. papa indi-
xit perpetuā ꝯtinentiā subdia-
conibus: ita vt non possint licite
vti matrimonio prius contracto:
vt ptz dist.xxxi. An̄ triennium.
Patet ergo ꝙ nulla est differen
tia inter clericos oriētales ꝛ oc-
cidētales iā in sacris constitu-
tos q̄ ad mr̄imoniū postea ꝯtrahen
dū: quia a tp̄e apl'oꝝ nunq̄ li-
cuit in sacris cōstitutis cōtrahe
re mr̄imoniū. Qꝫ si ꝯtrahūt: nō
est matrimonium ꝓpter inha-
bilitationē materie. Istud autē
ptz ex septima synodo q̄ fuit in
oriēte celebrata: q̄ tradidit ta-
libus regulā: vt ptz dist.xxxij.si
q̄s eoꝝ: vt prius allegatū est. Sꝫ
est differentia inter predictos
quantum ad vsum mr̄imonij cō
tracti an̄ susceptionē sacri or-
dinis: qꝛ clerici orientales pos-
sunt eo vti. nō aūt occidentales
Hec incidentaliter dicta sunt.

¶ Sexto beatus Ambro. cōpa-
rat̄ soli in eclipsiōe. Solet enim
aliq̄n sol pati eclipsim: qḋ fit q̄-
tiēs fit interpositio lune inter
ipsum solē ꝛ nos. Nā ꝑ talem in
terpositionē directā luna impe-
dit ne sol plene luceat sup̱ illam
partē terre que directe subijcit̄
ipsi lune. Sic ꝛ btūs Ambrosius
passus est eclipsim q̄n fuit in eo
extincta lux hūane vite ꝑ mor-
tē. Qual'r aūt hoc factū fuerit
videamus: vt enim dn̄s Floren
tinus refert in scđa ꝑte chroni-
ce sue.titu.x.c.vij.§.iij. cum hic
vir sanctus cerneret auaritiam
radicem oīm maloꝝ/ magis ac
magis crescere: ꝛ maxime in po
tētatibus seculi: ꝛ in eccl'ie mi-
nistris: valde ingemuit. Unde
petijt instanter a dn̄o de peri-
culis huius seculi nequā erui.
Qḋ se obtinuisse gaudens: mox
reuelauit fratribus se vsq̄ ad re
surrectionē dn̄icam cū eis man
surum. Cumq̄ decumbens in
infirmitate notario scribente
psalmū.xliij. exponeret: subito
vidente eodem notario in mo-
dū scuti breuis caput eius ignis
operuit: ꝛ postmodū in os eius
intrauit. Tunc vero facies eius
tanq̄ nix immutata est: sed post
ea ad propriam speciē reuersa.
ipso ergo die scribendi atq̄ di-
ctandi finem fecit: nec exposi-
tionem dicti psalmi quadrage-
simiquarti ꝑficere potuit. Cum
itaq̄ infirmitate grauari cepis-
set: comes Italie qui tunc me-
diolani erat / nobiles ciuitatis
ꝯuocauit dicēs ꝙ tāto viro re-
cedente per mortem: periculum
esset ne toti Italie interitus im
mineret. Rogauit ergo maio-
res ciuitatis vt ad virū dei ac
cederēt: deprecantes vt adhuc
spatium viuendi sibi a domino
impetrare vellet. Quod ille vt
audiuit respondit. Nō ita inter
vos viri charissimi: vt me viue-
re pudeat: nec mori timeo: cum
bonū dn̄m habeamus. Tādem
honoratus vercellen̄. eq̄s / q̄ viri
dei exitū expectabat: cū se sopo
ri dedissꝫ vocē ad se tertio clamā
tē audiuit. Surge: qꝛ mō est re-
cessurus. Qui ꝯsurgens mediola-
nū cōcitus venit: ꝛ viro dei sacr̄m

dñici corpis dedit. Moxq3 manus ille in modũ cruc3 expãdit: ⁊ vltimũ spm̃ inter ꝟba orõnis efflauit. Floruit aũt circa annũ dñi trecentesimum nonagesimũ. Cũ vero sacrũ eius corpus fuisset ad ecclesiã delatũ: nonnulli infantes eũ ascendentẽ in celum: parentibus suis digito demonstrabant.

¶ Moralr̃. Nullus est tam malus q̃ nõ optet hr̃e bonũ exitũ. Vñ ⁊ Balaam cũ esset malus: nihilomin⁹ dicebat. moriaꝛ aĩa mea morte iustoꝝ. Nũeri. xxiij. Sz ridiculosum esset videre lupum habentem caudam ouis. Sic qui male vixit: raro bñ moriꝛ. ⁊ per opposituũ: qui bñ ⁊ laudabiliꝛ vixit: nõ potest nisi bene mori: dicẽte August. lib. de disciplina christiana. Non potest (inq̃t) male mori qui bene vixerit. Bene ergo viuamus charissimi: vt post beatũ Ambro. regnum celeste ↄscendere valeamus. Prestante dño nostro Jesu xp̃o qui cum patre ⁊c.

¶ Sermo de beato Uincentio confessore sacri ordinis fratrum predicatorum.

Si vultis recipe: ipse est Helias. Matt. xj.

¶ Uerba predicta dicta sunt a domino nostro Jesu Christo de beato Joan. baptista: q̃ fuit alter Helias ꝓpter multa que pertransco. Transumptiue autem possunt eadem verba veraciter dici de xp̃i almo confessore Uincentio ferrariensi sacri ordinis fratrũ p̃dicatorum. Quod dico ad differentiã beati Uincentij martyris. Pro quo notandum q̄ in ordine fratrum predicatorum floruerunt p dei gratiã multi excellentissimi viri literis ac morib⁹ probati inter quos isti quatuor precipui fuerũt: saltem quo ad vite sanctitatem: ⁊ quo ad iudicium ecclesie: Dñicus patriarcha sanctissimus: Thomas doctor facundissimus: Petrus fidei pugil fortissimus: Uincẽtius precursor extremi iudicij diligentissimus. Hi itaq3 quatuor viri sanctissimi ꝑfigurati sunt multipliciter. Primo quidem in illis quatuor fluuijs qui egrediebantur de paradiso terrestri ad irrigandum vniuersam terram: Gen. ij. Secũdo in illis ꝟbis salomonis Prouer. xxx. Quatuor sunt minima terre. Nã quilibet dictoꝝ sanctorũ fuit minimus p humilitatẽ: sed magn⁹ p vite meritũ. Itẽ fuerunt minimi in oculis suis: sed magni in oculis dñi. Tertio p q̃tuor ventos celi q̃ pugnabãt in mari. Dan. vij. Mare est mund⁹ p̃sens in q̃ q̃tuor venti celi. i. q̃tuor p̃dicti viri toti ↄtẽplatiui pugnauerũt aduersus vitia in suis p̃dicationib⁹. Quarto fuerunt ꝑfigurati per quatuor animalia de q̃bus meminit Joan. apoc. iiij. dicens Uidi q̃tuor aĩalia in circuitu sedis dei plena ocl'is ante ⁊ retro quoꝝ vnũ siꝛe erat leoni: aliud siꝛe boui: aliud siꝛe aquile: reliquũ siꝛe hoi. Ad ꝓpositũ p quatuor predicta aĩalia recte designãtur q̃tuor p̃dicti sancti pleni ocl'is añ ⁊ retro: p verã intelligentiã scripture sacre quo ad vtrũq3 testm̃. Uñ per leonẽ designaꝛ btũs Dñic⁹: q̃ tanq3 leo pugnauit cõtra hereticos albigenses. Per bouem q̃ mactabaꝛ

olim in lege significatur beat⁹
petr⁹ martyr: q̄ gladijs ipioꝝ
hereticoꝝ manicheoꝝ in parti
bus lõbardie occubuit. Per aq̄
lam recte designatur btūs tho
mas de aq̄no: q̄ fuit ꝛ est aqui=
la oim modernoꝝ doctoꝝ/ꝛ ge
neraliter oim q̄ secuti sunt q̄tu
or eccl'ie doctores. Per aial āt
qđ habebat facię̄ hois: cõgrue
significat̃ beatus Uincentius:
q̄ plus ceteris modernis docto
ribus locutus est in suis publi
cis p̄dicatiõib⁹ de aduẽtu xp̄i
hois in die iudicij: sm̄ q̄ canit
eccl'ia in hymno de eodē dicēs
Angelus alter penitus fuisti il
le qui celi medium volabat/nū
cians cunctis ppl'is ꝛ linguis
iudicis horam. Et breuiter si
vultis recipere: ip̄e est Helias/
vt premissum est in themate.
¶ In p̄nti ḡ sermone intendo
ōndere quō ꝛ qualiter btūs iste
Uincentius fuit alter Helias
ꝛ hoc propter multiplicē cõfor=
mitatem. Pro quo notandum
q̄ ista fuerunt in Helia. Nam
In deserto habitauit.
Humilitatem seruauit.
Carnem macerauit.
Promptus obediuit.
Malos increpauit.
Pro lege zelauit.
Indigentes pauit.
Mira peregit.
Futura precognouit.
Celum vendicauit.
¶ Primū igit̃ Helias in deser=
to habitauit. Ut em̄ legitur. iij.
Reg. xix. Jesabel vxor Achab
regis Israel: pessima mulieruꝫ
querebat interficere Heliā/eo
q̄ ipsam reprehēderet pariter
ꝛ viꝝ suum sup idololatria sua
ꝛ de nece ꝓphaꝝ dñi. Propter
qđ ipse Helias timēs pelli sue/
fugit in desertū locū: ꝛ ibi ab=
scondit se aliquãto tp̄e. Ad ꝓ=
positum Jesabel que interp̄tat̃
fluxus vanus: vel sterquiliniū
recte designat presentem mun=
dum qui est in continuo fluxu
ꝛ motu/iuxta illud Jacob. iiij.
Que est vita nostra nisi vapor
ad modicum parēs. Similiter
idem mundus est tanq̄ sterqui
liniū propter abūdantiam ma=
loꝝ que in eo sunt: quia vt di=
citur. j. Joan. ij. Omne quod est
in mundo: ꝯcupiscentia carnis
est/ꝛ ꝯcupiscentia oculorum: et
superbia vite. Helias autem id
est beatus Uincētius ferrariē=
sis: qui attendēs predicta ma=
la que facit mūdus his q̄ ip̄m
diligunt/ꝛ qui in eo habitant/
non tam effectu q̄ affectu fu=
git a facie eius: ꝛ intrauit de=
sertum. i. religionis statum.
¶ Pro quo notandum q̄ circa
annum ab incarnatione domi=
ni. M. quadringentesimum flo=
ruit vir dei Uincentius in hoc
mundo. Ortum autem habuit
ex valentia ciuitate magna in
hispaniarum partibus sitā: ex
antiqua et nobili ferrariorum
prosapia progenitus. Fuerunt
itaq̄ parētes eius nobiles: de=
uoti: ꝛ moribus decorati. Cui⁹
pater ex eadem vxore tres ge=
nuit filios. Primus dictus est
Petrus/q̄ vxorē duxit ꝛ lauda
biliter vixit. Secundus dictus
est Bonifaci⁹: quasi bene faci=
ens. Et reuera secundū nomen
suum: sic et laus eius. Nam se=
culum dereliquit/et ordinē car
thusieñ. intrauit in quodā mo=
nasterio adiacente dicte ciuita
ti qđ dr̄ porta celi. In q̄ a deo

laudabiliter vixit q post quatuor annos fuit electus in gñalem rectorem dicte religionis. Tertius filius dict9 est Uincētius. Hic ēt cōformiter ad vim nois sui vixit. Nam vicit tres humani gñis hostes.s.carnem mundū:diabolū. Carnē quidē per votum castitatis. Mūdū p votū paupertatis: diabolū vero p votū obediētie et totius hūilitatis. Nota si vis qualiter mater ei9 postq̄ eū cōcepit:nē sentiebat illos dolores i vtero:nec illā ponderositatem q̄ de alijs filijs dū essent in ei9 vtero senserat: insup dum eum gestaret in vtero: audiebat sepe vocem tanq̄ canis latrātis emitti ex suo vtero. Sup quo ɔsult9 epūs dicte ciuitatis Ualētie interp̄tatus est illi q filium gestabat in vtero q̄ futur9 esset euāgelij xp̄i feruentissimus predicator. Nat9 ē bone idolis infans cuz omni puritate mentis et corporis viuere studuit. Cumq̄ fuisset in artib9 liberalib9 nō mediocriter eruditus:itādē aiaduertēs nō esse tutū cū scorpionib9 habitare: ordinē fratrum predicatorum anno etatis sue. xviij.in dicta ciuitate Ualētie est ingressus. Ex tūc aūt perāplius cepit crescere de virtute in virtutē: atq̄ cū omni honestate conuersari. Adeo etiā in studio literaꝝ profecit/et maxime sacre theologie:vt tandem aureolam magisterij meruerit accipe. Postmodū vero diffudit hicide abūde:qđ p̄us hauserat auide. Ecce q̄ntū pfecit i deserto scte religiōis frm p̄dicatoꝝ.

¶ Moraliter. Si cupimus saluari/ oportet fugere impiam Jezabel.i. carnalē ɔcupiscētiā et silr oēm mūdialē vitam:et intrare desertū pnie. Et ad talem fugā nos hortat̄ pp̄heta Hieremias:dicēs:Fugite d medio babylōis:vt saluet vnusquisq̄ aīam suā. Hier.lj. Dēm9 itaq̄ mundialem vitā fugere pp̄ter quatuor mala q̄ opat̄ circa eos q̄ ip̄m mūdū diligūt: de quib9 meminit Augu.ad fr̄es in eremo.ser.xxxi.q intitulat̄ de fallacia mūdi:ita di. O mūde immūde q̄ hoies illaq̄are nō desinis.ecce p̄mū. Rapere oēs appetis:ecce scđm. Occidere oēs qris.ecce tertiū. Quiescere non pmittis.ecce quartū. Dei de de fuga ei9 subdit dicēs. Ue,q̄ tibi credit:btūs qui tibi resistit:sed beatior qui a te illusus recedit Hec ille. Predicta igitur mala diligēter attēdentes multi magni viri:ip̄m mūdū reliquerūt: et desertū sctē religionis intrauerūt/i. q̄ deuote et cū puritate ɔscie dño famulari studuerūt. De q̄ꝝ numero fuit btūs Uincētius Ferrarieñ.vt p̄missū est.

¶ Scđo Helias humilitatem seruauit. De ei9 ei humilitate legit̄.iiij. Reg.i.q erat vir pilosus / et zona pellicea accinctus renib9. Dr̄ aūt fuisse hō pilos9: p eo q erat indutus veste pilosa et vili:sicut de btō Joā. Bap. legr̄ Mat.iij.q hēbat vestimētum de pilis camelorum. Ecce vtriusq̄.s.Helie et Joan. hūilitas q̄ relucebat exteri9 vez i vestitu. Sic et de btō Uincē.legit̄ q humilitatē se hr̄e oñdit triplici argumento siue signo.

¶ Primū fuit i vestitu. Uestes eñ viles:pilosas et nō attonsas deferebat:oēm vitās i exterior

ri hole ornatū:pompam:⁊ ostē-
tationē. Legerat em̄ ⁊ memo-
riter retinuerat hortationem
diui Augustini in regula de cōi
vita clericoꝝ dicētis. Nec affe-
ctꝫ vestib⁹ placere: sꝫ moribus.
¶ Scōm signū humilitatis sue
fuit in incessu. Nā etsi ꝑ varia
regna atq̄ regiones verbū dei
euāgelizauerit:tñ id gen⁹ offi-
cij exercuit hūiliter incedēdo:
vez nō eqtās/ sꝫ ꝓprijs pedib⁹
ambulās:cōtentus solo baculo
quē manu gestabat. Sicq̄ per-
seuerauit.xxij.annis. Postmo-
dū ꝟo ex q̄dā ifirmitate supue-
niēte in tibia grauior effectus:
fecit sibi/perq̄ri asinū: quo ve-
hebatur quoties volebat de ci-
uitate in ciuitatem proficisci.
¶ Tertiū signū humilitatis di-
cti viri dei fuit de fuga honoꝝ
atq̄ ecclesiasticarum dignita-
tum. Cū em̄ papa Benedictus
duodecimus audita eius fama
fecisset eū ad curiā suā vocari:
vt esset lector sacri palatij: ille
tanq̄ obedientie filius paruit
mādatis ipsius pōtificis. Jn q̄
q̄z offm̄ laudabilr exercuit. Tā-
dem aūt cū dict⁹ Bñdict⁹ vel-
let eū facere cardinalem: hūilr
renuit. Sed ꝑ oī recompēsa li-
cētiā petijt vt posset pgere per
diuersas mundi ptes pdicādo
⁊ euangelizando regnum dei.
Cui⁹ desyderiū sctm̄ attēdens
ipse Bñdict⁹ votꝫ suis acqeuit.
¶ Alij aliā assignant sui recel-
sus a predicta curia causam.
Tunc em̄ tps erāt tres : quoꝝ
q̄libet se gerebat ꝑ vero et in-
dubitato pontifice summo: scꝫ
Bñdictus.xij.Greg.xij.Joann.
xxiij.⁊ quilibet habebat fauto-
res suos:sicq̄ factum est schis-
ma grauissimum in ecclia. Ad
qd tollēdū cōgregatū fuit con-
silium Constātiēse: in quo duo
pdicti: scꝫ Greg.⁊ Joan.volun-
tarie ⁊ vltro pro pace et vnione
ecclie renunciauerunt iuri suo
si quod ad papatum habebant.
Benedictus aūt voluit semper
se gerere pro pontifice summo.
Quo non obstante electus fuit
in summū pontificē Martinus
quintus ab alijs duab⁹ ptib⁹.
Uidēs itaq̄ vir dei Uincētius
obstinationē dicti Bñdicti/ p̄-
mo sibi persuasit ꝑ pace ⁊ vni-
tate ecclesie:vt similr sicut alij
duo ipse cederet : deinde eum
tāq̄ obstiatū reliq̄t:q̄r talē ces-
sionē minie acceptare voluit.
¶ Moraliter. Exemplo beati
Uincentij et Hieremie deben-
ōēs ⁊ precipue religiosi ostent
dere se esse vere humiles in tri
bus predictis.
¶ Primo quidē in vestitu.vnd̄ ꝯ
Aug. in regula de cōi vita cleri
corum:religiosis loquit̄ dicēs:
Jn incessu:statu:habitu ⁊ i om
nib⁹ motib⁹ vris nihil fiat qd
cuiusq̄ offendat aspectū:sed qd
vram deceat sctitatē. Sed pfe-
cto vt dt beatus Ber. sup mis-
sus est: homil. iiij. nonnulli mo
nachi in habitu nō iam calorē
sed colorē querūt: magisq̄ cul-
tui vestiū q̄ virtutum insistunt.
(Pudet dicere) vincūtur in stu-
dio suo mulierculis. qn a mona-
chis pciū affectat in vestib⁹: nō
necessitas nec salte forma reli-
giōis retēta in his stu: nō armari
sꝫ ornari appetunt milites xpi
q̄ dū se pparare ad preliū con-
tra aereas ptātes deberant:
pfendere paupertatis insignia
qd vtiq̄ ipsi aduersarij valde

formidant: in molitie vestimentorum / pacis potius cum eis preferentes indicium: vltro se=victis hostibus sine sanguine tradunt inermes. Hec ille. Similiter Hiero.iij. parte epistolarum suarum / epistola.xiij. cap. xxx. inuehit contra pompā vestium monialiū: ita dicēs / Non estimo illas monachas / sed meretrices pessimas: et scortum vilissimum: que strictis manticis: pretiosis compositisque pannis subtili velamine: eleuatis supercilijs / cor meretricum non tam ꝑtendunt ꝙ habēt. Nō est opus cadaueribus mortuorum pretiosis et cōpositis ornamentis. In sepulchris monumēta talibus non indigēt. Histrionibus et lusoribus regū et ꝑncipū seculi mollia sunt relinquenda. Joannis de pilis camelorum interest vestiri. Pudeat igr religiōis nomen habere: et se cultu vestium histrionē ostendere. Fateor illos mentiri qui gloriātur se seruare castitatem: et in vestibus sectantur lubricitatem. Hec ille.

¶ Scdo religiosi debent ostendere se habere humilitatem in incessu: vt si fieri possit: imitentur xp̄z: qui nō legit aliqd aial ascendisse preter asinam: et hoc non tam pro necessitate ꝙ pro mysterio egit. Pudet enim seruum phalerato equo incedentem post dn̄m suū pedibus terrā calcātē. Jo.xiij. Non est seruus maior dn̄o suo. Qꝫ si necessitas vrgeat religiosum equitem incedere: aut asinū: aut saltē humilem equum sibi assumat in adiutoriū. Huius aūt contrarium faciunt multi abbates et priores. Nōnulli etiam fratres de ordinibus mendicantium. Mentior si non vidi religiosum mendicantē / non tn̄ ꝓfessionis predicatorum: qui cū iret ad visitandum quosdam conuentus sui ordinis: in suo comitatu nō minus ꝙ.xiij. equestres habebat siue fratres sue ꝓfessionis siue famulos seculares. Quod factum valde abhorrui.

¶ Tertio religiosi debent se ostendere humiles exēplo beati Vincētij in fuga honorum atque ecclesiasticarum dignitatum: et ꝓsertim ꝯsiderata malitia huius tēporis: in quo paucissimos ꝑlatos videmus qui fideliter exerceāt / q̄ officij sui sunt: sed ferme oēs vacāt rebus et vanitatibus huius seculi / de his autem q̄ sunt Jesu xp̄i: parū se intromittere volūt / sed talia ad suos officiarios remittunt. Et quod oēm excedit superbiam et vanitatem: hodie videre est nōnullos religiosos mendicātes / qui forte ob grām aliquam ꝙ habent: aut saltē iudicāt se habere / reddūt se difficiles ad obediētiam et ad labores ordinis sufferendos. Propter qd procurant fieri suffraganei aliquorū epōrum: vt magis honorentur: vł vt liberius aut lautius viuāt. Sed hoc debet terrere eos q de omnibus talibus nullū miracula facientem aliqn̄ audiuimus: siue qui post mortē catalogo sctōrum ascriptus fuerit. Vn̄ quidam famosus doctor et predicator: postquam in numero talium adscriptus fuisset: dicere solebat. Olim erā doctor venerabilis: nūc vo sum epūs miserabilis. Studeamus ergo fratres charissimi imitari humilitatē

diui Uincentij in tribus predictis punctis.

¶ Tertio helias carnē suā maceravit. Nam de eo legitur. iij. Regum. xix. ꝙ dormiuit in deserto sub vmbra iuniperi: item ꝙ erat zona pellicea ad renes precinctus: itē ꝙ comederit panem subcinericiū: et ieiunauerit xl. diebus et. xl. noctibus nullū cibum sumens: quousqꝫ peruenit ad montem dei Oreb. Sic et beatus Uincētius ista in seipso quodammodo obseruauit carnez suā multipliciter affligēdo.

¶ Primo ꝙ quo ad quietē corporalem. Nam per spatiū quadragintaduorum annorum/ qbus iugiter insudauit; predicationis officio: hincinde discurrendo: nunꝙ̄ nisi aut super sarmentorū: aut paleārū: siue huiusmodi rerum straminib⁹ aut paupe sacco modica lana pleno: cum eisdem vestibus qbus indutus erat dormiebat: Cuius lecti mollities sibi freqnter ab inuitantib⁹ eū hospitio curiose prepararet. Quid plura? Certe non solum corpus: sed nec ipos pedes nudos p plurimos ānos aspexit/ tanta erat honestas et modestia eius. Insup aliqn̄ pro puluinari: more pr̄iarche iacob lapidē supponebat capiti su. Et post breuem dormitionem hoccupabat vigilij horam matutinā: priuatis orōnibus insistendo: et vt refert dn̄s Anton. in chronica sua: aliqn̄ ab obseruantibus mores sanctitatis illius/ cum in camera solus sine lumine in orōne vigilias matutinas preoccupasset: visa sunt lumina ab aspiciētibus p rimulas cubiculi clausi: vt credit diuinitus pparata. Ecce ꝙ qualiter noster helias dormiuit ex quo desertum sancte religionis intrauit: carnē suā affligendo timens cum apostolo paulo nē forsan cum alijs predicasset ipse reprobus efficeretur.

¶ Scdo carnē suam afflixit panem subcinericium comedendo. i. a delicatis cibis et potib⁹ abstinendo. Nā quo ad cibū tanta parcitate vsus estꝙ non solū ieiunia ordinis q̄ incipiunt ab exaltatione sancte crucis: et cōtinuātur vsqꝫ ad pascha exceptis dn̄icis diebus: obseruabat: verūetiā quotidie predicando: et per orbem discurrendo/ omni tpe tantum semel in die comedebat/ et tunc tm̄ vno ferculo vti volebat. Insuper vbique ab esu carniū abstinebat: nisi forsan in infirmitate: et adhuc tūc non nisi difficulter carnes comedebat: cōformiter ad sacras ꝯstitutiones fratrū p̄dicatorū. Preterea omnibus quartis et sextis ferijs in pane et aqua ieiunabat. Nec tale ieiunium pretermisit spatio qdragitaduorū annorum: nisi qn̄qꝫ ob corporis infirmitatē. De potu autē: ter tm̄ in mensa bibebat: qd̄ vinum aqua non modica temperabat. Hmōi aūt abstinentiam seu potius ieiuniū et sobrietatē obseruauit vir dei Uincētius quousqꝫ puenit ad montē dei Oreb. i. in celū p felicem mortē/ vbi inuenit mēsam refertā delicatissimis cibis et potibus glie. nā et hoc designat ipm nomen Oreb qd̄ mensa interptat. Luc. xxij. Ego (inqt saluator electis) dispono vobis sicut disposuit mihi pr̄ me⁹ regnū: vt edatis etc.

¶ Tertio btūs Uincēti⁹ carnē suā afflixit zona pellicea vtendo.i. ciliciū ad carnē deferendo. Insup ab adolescentia sua vsqꝫ ad vite sue terminum: singulis noctib⁹ corp⁹ suū disciplinis affligebat. Et si forte egritudinis ipedimēto illud facere in propria nequisset: hoc a suis fidelib⁹ socijs fieri volebat. In hoc imitās patrē suū Dñicū q̄ oī nocte tres egregias disciplinas suscipiebat. Primā pro remedio aiarū in purgatorio existentiū. Secūdā pro expiatiōe ppriorū defectuū. Tertiā pro pctis pximoꝝ in seculo degentium. Ptꝫ ergo quō nr̄ Helias Uincētius ad instar Helie prophete dñi carnē suam tripliciter macerare studuit.

¶ Moralr̄. Quoties audimus sāctos dei prophetas pariter ꝛ sctōs viros noui testamēti q̄ꝫ celibē ꝛ imaculatā ducētes vitam: sic multiplicit̄ carnē suaꝫ afflixisse: vcꝫ vigilijs: disciplinis/ieiunijs/pariter et abstinētijs cibi ꝛ potus: debem⁹ valde timere: vtpote q̄ q̄rim⁹ delicate et abundanter pasci / atqꝫ in oib⁹ psperari in pn̄ti. Quis enī rusticus merito nō erubesceret si ad mensaꝫ regis ꝛ maioꝝ regni sedens / videret eos multū tenue pasci et potari: cū ipse abūdanter epularet̄? Studeamus ḡ sctōs dei amicos imitari in parsimonia si velimus eos imitari in gl̄ia. Sꝫ istāt gulosi ꝛ viri mūdani: nōnulli et̄ religiosi dicētes p abstinētiā corpus humanū debilitari: atqꝫ minus aptū reddi ad obsequēdū spūi in exercitijs sanctis. Sꝫ talib⁹ r̄ndet btūs Hiero. prima parte epistolarū suarum epistola vi ca.xxxviij. dicēs. Quid necesse est viro sapienti et philosopho xp̄i tantā habere fortitudinem que athletis ꝛ militibus est necessaria: quā cum habuerit: ad vitia prouocetur? Hec ille.

¶ Quarto principaliter Helias prōptus obediuit. Hoc sūt sic ptꝫ. Nam ꝙ primū dn̄s dixit ei. Recede hinc: scilꝫ a conspectu Achab: ꝛ vade ꝯtra oriētem/ et abscōde te in torrēte Carith/ ꝛ ibi de torrēte bibes Coruis qꝫ p̄cepi vt pascant te. Mox abijt et fecit iuxta verbū dn̄i. Itē q̄n post siccato torrēte: dn̄s dixit ei. Surge et vade in sareptam sydonioꝝ: ꝛ manebꝫ ibi. Precepi eni mulieri vidue vt pascat te. Surrexit ꝛ abijt in sareptā sydonioruꝫ. Hec.iij. Reg. xvij. Silr̄ in sequenti caplo legitur ꝙ cum dominus eidē dixisset. Uade et ostēde te Achab: Ipse iuit ꝛ ostendit se Achab. Item legitur.iij. Reg. xix. ꝙ cum angelus domini excitasset ipsum heliam dormientem sub vmbra iuniperi et dixisset ei. Surge: comede. Grandis enim tibi restat via. Ille surrexit/comedit ꝛ ambulauit. Ecce quomodo helias prompte obediuit voci domini: similiter et voci angeli ex parte domini ad eum loquentis/ et ideo congrue cognominatus est thesbites quod interpretatur festinus: quia ipse fuit festinus in obediendo. Sic ꝛ beat⁹ Uincētius: ex quo religionem fratrum predicatorum ingressus est: prompte obediuit nō solum domino verumetiā maioribus suis vice domini: iuxta illud Luc.x. Qui vos audit: me

audit. Hoc autem principaliter
ondit in duobus. Primo quidē
qr anno etatis sue.xxviij.cum
apud Hylerdā in vniuersitatem
tunc satis famosam: gradū bac
calariatus acquisiuisset: nō ni=
si per obedientiam superiorum
suor induci potuit ad suscipiē
dum insignia magistralia. Se=
cūdo vero qr virtus obediētie
eum traxit ad curiā Romanā:
instante papa Benedicto duo=
decimo. Ibiqz eum eadem obe=
diētia per bienniū manere cō=
pulit: vbi est functus officio le=
ctoris sacri palatij: vt dictum
est. Tertio obediuit ipsi Chri=
sto. Nam cuz a curia sepe dicti
Benedicti recessisset: febris acu
tissima eum inuasit: ita vt de e=
ius vita desperaretur. Et ecce
Christus noctis silentio mira
cū claritate illi apparuit: mit=
tens eum ad predicandum per
vniuersas occidentis regiones
diem iudicij annunciando in
breui venturum. Quo dicto te=
tigit eum Christus leuiter ma=
nu sua ad maxillam: ꝛ cōtinuo
sanus surrexit.

¶ Moraliter. In hoc sanctissi=
mo viro nos religiosi habem⁹
exempluz perfecte obedientie.
Tūc aūt obediētia perfecta est
sm Augustinum ad fratres in
eremo sermo.xl. cū homo obe=
dit libēter: hilariter: velociter.
Obedientia enim sine mora es=
se debet. Hec ille. Nam vt ibi=
dem subdit idem August. Non
placet deo morosa ꝛ discepta=
trix obediētia. Que quidem cū
precipitur: querit cur: quare:
quobrem precipiatur. Hec ille.

¶ Quinto Helias malos incre=
pauit. Et de hoc extat aperta
historia.iij. Re.xviij. de Achab
cui cum apparuisset Helias de
deserto descendens: et dixisset
ei: Tu ne es ille qui conturbas
Israel? Ille audacter respōdit
illi econtrario, dicēs: Non ego
turbaui israel: sed tu et domus
patris tui: q̄ dereliquistis man
data domini: ꝛ secuti estis Baa
lim, id idolum sic dictuz. Simi
liter.iij. Reguм.xxi. legitur ꝙ
postquā Achab occidisset Na=
both vt haberet vineam eius,
venit de mandato dñi Helias
ad eum: et dixit ei, Occidisti:
insuper ꝛ possedisti: et ideo in
loco in quo linxerunt canes san
guinem Naboth: lambent qꝫ
sanguinem tuum. Cūqꝫ Achab
dixisset ei ꝙ non esset eius ini=
micus: et per consequens ꝙ nō
deberet illi predicere mortem
crudelem: respōdit illi dicens:
Inueni te inimicum meum eo
ꝙ venūdatus sis vt faceres ma
lum in conspectu domini. Et iō
hec dicit domin⁹. Ecce ego in=
ducam super te malū: ꝛ demes
tam posteriora tua: ꝛ interfici=
am de Achab mingentem ad
parietē. Si mortuus fueris in
ciuitate: comedent te canes si
aūt mortuus fueris in agro: co
medent te aues celi. Ecce quo=
modo cum oī audacia increpa
uit Helias Achab regem Isrl'
super malitia sua. Sic ꝛ beatus
Vincentius inter predicanduz
clamabat ꝯ vitia: nullū timens
preter dominum: qui cū ad hoc
elegerat et miserat: ita vt vide=
retur illi dixisse illud quod o=
lim imperauerat seruo suo E=
saie.lviij. dicens: Clama: ne
cesses: quasi tuba exalta vo=
cem tuam: et annuncia populo

meo.i.clericis:scelera eorum & domui Jacob.i. laicis peccata eorum. Uerba nẽpe hui⁹ noui Helie ardebant vt facule:quia in spiritu & virtute venerat Helie ãtiqui.Uñ vt pctõres terreret:& sic eos a pctis suis reuocaret:frequẽter predicabat de iudicio gñali:dicẽs illud Apoca.xiiij.Timete deũ & date illi honorẽ:quia venit hora iudicij eius.Erat tamẽ adeo discretus in sermonibus suis: ꝙ neminẽ scandalizabat:sed omnes bene edificati inde recedebãt/dicentes illud Mat.xxi.Benedictus q̃ venit in noie dñi. Uñ si aliqñ a cleric; aut religiosis siue monialibus inuitatus collationẽ faciebat:ne popul⁹ audita forte increpatiõe; male vite taliũ inde scandalizaretur/aut etiaz ipsi clerici vel religiosi ex detectis sceleribus suis inde fierent deteriores:sermonem ad illos faciebat non admissis laicis/ arguens eoꝝ malam vitam:et incõpositos mores:q̃ se inuicez non latebant. Unde per talem benignam charitatiuam & discretam increpationem multas animas domino lucrifaciebat. In hoc ẽ imitabatur xp̃m:qui mulierem samaritanã ad partem rep̃hendit de eo ꝙ vir quẽ tũc habebat:non erat suus supple legitimus. Unde ex tali modo reprehendẽdi illa conuersa fuit ad Christum.Joan.iiij.

¶Moraliter. Ad exẽplũ beati Uincentij & Helie debẽt predicatores veritatis arguere & intrepide increpare malos: dummodo non sequatur scandalũ. Qđ dico ꝓpter nõnullos indiscretos predicatores:qui vt habeant vaugam & maiorẽ sequelam populi:qui semper infestus est clericis:laxãt habenas:ponẽtes in celũ os suũ: & cũ scandalo increpantes vitia ecclesiasticorum atq; religiosorum/vbi tamen forsan nullus religiosus est presens/aut nullus prelat⁹. Utinã ergo tales fatuelli & gloriosi predicatores bene aduerterent quanto discrimini se exponunt. Nam extra de priuilegijs & excessibus priuilegiatoꝝ cap. religiosi. lib. vj. precipitur in virtute sancte obedientie: necnõ sub interminatione maledictionis eterne:ne religiosi in suis sermonibus detrahant ecclesiaꝝ prelatis: vel notantes eos in particulari: vt dicit Joã.and.in glo.Licet tñ in generali eoꝝ vitia reprehendere: sic tñ caute ꝙ non sit natũ scãdalum sequi. Unde qñ magne persone caute reprehenduntur a predicatoribus: dicunt illud Psal. Qm̃ superuenit mansuetudo: corripiemur.i. quoniam mansuete & discrete superuenit p̃dicatio: inde emendabimur. Ubi ṽo indiscrete se habet predicator contra tales magnas personas:non solũ nihil lucratur:verũetiam tales inde deteriores & obstinatiores redduntur:maledicentes predicatori/ & filia. Et ita tales predicatores iuxta vulgare prouerbium faciunt de vno diabolo duos.

¶Sexto Helias pro lege dñi zelauit. Unde vt le̾r iij. Reg. xix.postq̃ ipse interfecit ꝓphetas Baal:qui erant numero q̃dringenti quinquaginta: similiter & prophetas lucorum:qui erant numero quadringenti:

impia Jezabel cepit illi minari mortem. Propter quam causam fugit in desertũ. Cumq3 tandem deuenisset ad montem dei Oreb: & abscõdisset se in speluncã: fact9 est ad eũ sermo dñi dicens. Quid hic agis helia? At ille zelo zelatus sum p dño deo exercituũ: q2 dereliquerunt pactum domini filij Israel. Altaria tua dñe destruxerũt: et pphetas tuos occiderunt gladio: et derelictus sum ego solus: & querũt animã meã: vt auferant eã. Patet ergo ex predictis quanti zeli fuerit ipse Helias. Similit & beatus vincẽti9 fuit alter helias in zelando zelum dñi: pariter & legis sue/ atq3 salutẽ animarum. Hoc aũt ptz tripl'r.

¶ Primo quidẽ quo ad occultos peccatores et peccatrices: & signãter apud quos occultum latebat odium. Qui audita ei9 predicatione in qua interdum predicabat contra rancosos: et odium mortale aduersus primos suos gerentes: ostendendo illis grauitatẽ sui delicti: et periculũ eterne perditionis quod illis imminebat: sibi mutuo reconciliabant: etiam qñq3 palam & publice genua in terra flectendo: et veniã mutuo postulando non curantes scandalum populi: dũmõ possent aias suas saluas facere. O quot lachrymę ab oculis multorum etiam intuentium tunc prorumpebant. Uir aũt dei talia ɔspiciens laudabat dñm deum: qui faciebat prius discordantes vnanimes in sancto. Quãdoq3 etiam pdicabat cõtra occultos cõcubinarios: quorum corda vulnerabat ad pniam et lachrymaꝝ abundantiã. Idem practica de alijs occultis peccatoribus et pctis.

¶ Scdo zelauit salutẽ animarũ coꝝ. s. qui aperte peccabant: aut q in notorijs peccatis pseuerabant. O que lingua explicare põt quot vsurarij notorij: quot concubinarij manifesti: & t simoniaci apti: audita eius predicatione ad veram penitentiã sunt cõuersi? Fuerũt etiam fere innumerabiles inter q̃s fuerat capitale odium multorum annoꝝ propter necem aut consanguineoꝝ: aut affinium siue amicorum generatum: qui eo pdicante cũ magna ɔpunctione in mediũ surgebant: clamantes se velle parcere inimicis suis: et homicidis amicorum suorũ. Circa hoc tamen vir dei multa cautela vti solebat. Nam hmõi penitentes iubebat primũ dare osculum pacis inimicis suis: deinde spectante vniuerso poplo illoꝝ remissiões annotari faciebat p publicũ notariũ: quem ad hoc secum ducere consueuerat. Quid plura? Profecto meretrices/ lenones/ homicidas/ piratas: nois dñi blasphemos: atq3 hmõi gñis homines siue publicos pctõres vsq3 ad quadraginta ferme milia retraxit de profundo lacu pctõꝝ: nõ solum ad veram cordis cõtritionem atq3 perfectã pctõꝝ cõfessionẽ: verũ etiam ad agendã publicam penitentiã. Et breuiter taz efficax erat vbũ dñi in ore eius q frequentissime multi in pctis inueterati atq3 obstinati eius predicationẽ audientes sic diuinitus cõmouebant: vt in terrã tremebũdi prostrati coram vniuersa multitudine veniã pcarent. Uñ

de eo possum⁹ dicere q̄ dñs dedit voci sue vocem virtutis.s. in alliciēdo pctōres ad penitentiā. Hoc enim erat donum dei specialissimum.

¶ Tertio zelauit salutem infideliū populoꝝ: nam contra iudeos ita acutus disputator fuit quibus etiā ita euidenter tempus aduentus filij dei in carnē ex veteri testamento demōstrabat: vt in diuersis ciuitatib⁹ super. xxv. milia fecerit baptizari. Insuper multi sarraceni quorū tunc tēporis in hispania copiosus erat nūerus: sacrilegam sectam suā abnegabāt ad eius predicationē: et sacrū baptisma suscipiebāt: quoꝝ nūerus octo milliū ferme fuit. Nā adeo diffusa erat grā dei in labijs suis: vt etiā ipsi infideles q̄z sepe vltro currerent ad eū audiendū. Et breuiter tā diffusa erat grā dei in illo/ q̄ etiam fama illius puenit vsq̄ ad paganos reges. Unde rex Granate audita suorum operum et p̄dicationis celeberrima fama: misso legato quodam viro in sua lege doctissimo: eum ad suum regnum ire festinanter obnixe obsecrauit: vt scz sibi totiq̄ regno suo fidez xp̄i p̄dicare posset ꝛ vellet. Quo vir dei audiēs illic perexit: quo aduētato gratiose a rege p̄mo susceptus est. Sz non defuerunt satellites diaboli q̄ dixerunt regi in faciē illum priuandū ꝛ pellendum regno casu quo fidem xp̄ianā susciperet: et a secta predecessoꝝ suorum recederet. At vero miser homo plus timuit perdere regnum terrestre q̄z celeste. Ob quā causam vir dei ad xp̄ianos rediit: sperās apō eos maiorē fructum spiritualē se facturum. Ecce q̄nto zelo zelauit noster Helias salutem animarum.

¶ Moralr. Ad instar huius viri sancti debemus zelare salutē animaꝝ: ꝛ signāter istud tangit prelatos atque diuini verbi predicatores: q2 vt dicit Greg. sup Ezech. homil. xij. nullū oīpotēti deo est tale sacrificium quale est zelus aīarum. Sed profecto hodie multi curati plus zelant lanam ouiū de qua soluuntur illis decime: q̄z salutē aīarū sibi cōmissarum. Silr multi p̄dicatores plus zelant tp̄alia q̄z spiritualia. Sz ista missa faciam⁹ pro presenti: interim tamē laboremus ad procurandum salutē proximorum nostrorū: quia vt habetur Eccli. xvij. Unicuique mandauit de⁹ de proximo suo.

¶ Septimo Helias indigentes pauit et refecit. Et de hoc extat apta ꝛ nota historia de muliere vidua in sarepta sydonie cui⁹ tempore famis hydria farine et lecythus olei meritis ipsius Helie non sunt diminuti per annos tres et menses sex. Sic etiam meritis huius secundi Helie pauperes frequenter sustentati sunt. Hoc autem patet tali exemplo. Cum enim discurreret per regnum cathalonie euangelizando verbum dei vbiq̄: sequereturq̄z eum maxima populi multitudo: tum propter signa q̄ faciebat super his qui infirmabant̄: tū vt audirent ei⁹ fructuosam predicationem: quodam die se cōtulit ad q̄dā hospitium satis exiguum. Illi aūt quib⁹ erat cura cōmissa de preparanda refectione p tanto

populo: interrogauerūt hospitem: quid ad comedendū et bibendū haberet. Quibus ille ait nihil esse domi: preter parum farine: parumq; vini in dolio. At illi. Conficias inquiūt ex modica farina quam habes / tot panes quot potes: vt saltem hic dei famulus sustentetur: maxime cum adhuc ieiunus sit: deinde vtcunq; sustententur nōnulli viri nobiles q̄ ipsum concomitant. Postea vinū de dolio extractū iusserunt reponi in quodā vase ligneo: qđ ab vno solo homine portari facile poterat. Cumq; vir dei premissa benedictiōe vt moris est in ordine predicatorū / ad mensam sedisset: p̄dicti viri conquesti sunt de victualiū inopia pro tanta popli multitudine. Erant em̄ panes tantum numero quindecim. Hoc ergo cū audisset vir dei plenus fiducia de dei bonitate: iussit hmōi panes poplo vniuerso qui erat numero ad tria milia apponi: similiter et vinū vnicuiq; volenti capere distribui. Mira res: oīs illa multitudo sumpsit ad sacietatē de p̄dictis panib⁹ et vino. Unicuique autem delicatum erat comedere de hmōi panibus: cum tn̄ grossi essent: id est de grossa materia: insuper vinum qđ ferme prius acetosum erat in optimum mutatum est. Et hec oīa gesta sunt meritis nostri Helie: vnde viso tanto miraculo / oēs qui aderant reddiderunt gratias deo de tanto ac tali beneficio. Mane autē facto: hospes cōperit arcam suam farina optima plenam: atq; dolium optimo vino vsq; ad summum plenum.

¶ Moraliter. Ex hac historia diuites huius seculi pariter et mediocres habent documētum libenter distribuendi partē bonorum suorū pauperibus et amicis dei. Quod vbi bono corde fecerint: indubie dn̄s augebit substantiā eorum temporalē et spiritualē: et tandē peruenient ad celestem gloriam. De primo Prouerb. xxviij. Qui dat pauperi: non indigebit. Unde cuilibet tali loquens August. Homil. xxxix. dicit sic. Si prius fueris ad pauperem: et illi dederis: veniet tibi pluuia anteqū roges: descendet vbertas de nocte dum stertis. Dum adhuc in lecto es: ex precepto vigilat dies excubant elementa: et fructus te nesciente effunduntur. De secundo Prouerbio. xi. Alij diuidunt p̄pria et ditiores fiunt: supple in spiritualib⁹ que retribuuntur eis a dn̄o intuitu temporalium datorum pauperibus propter ipsum deum. De tertio Prouerbio. xiiij. Qui miseretur pauperi: beatus erit. Nam qui dat pauperi propter dn̄m: feneratur quodāmodo cum ipso dn̄o: quod perpulchre ostendit Augu. super psal. exponēs illū versum. Tota die miseretur et commodat: vbi sic ait. Attende quid facit fenerator. Minus certe vult dare: et plus accipere. Hoc fac et tu. Da modica et accipe magna. Da temporalia et accipe eterna. Da terram: et accipe celum. Hec ille.

¶ Octauo Helias mira peregit. Nam dominus per eū filium mulieris matrisfamilias a mortuis suscitauit. iij. Reg. xvij. Pluuiā post multam terre siccitatem

[ste]rilitatē abundāter tribuit. vbi supra. cap. xviij. Ignem de celo descendere fecit. Ibidem: x sili r. iiij. Regū. j. Sic & noster Helias Uincentius multis miraculis claruit. Et hoc in triplici statu: videlicet in vita: in morte: post mortem.

¶ Primo quidem in vita: & hoc iterum multipliciter.

¶ Primo enim demoniacos liberauit: sicut patuit de quadā filia etatis. xiiij. annorum: que per septem annos per interualla vexabatur & torquebatur mirabiliter a spiritu immundo. Que cū adducta fuisset ad virum dei: ille facto signo crucis in fronte eius imperauit demoni vt ab ea exiret: et illico exiuit: emisso terribili eiulatu & relicto post se horribili fetore sulphureo.

¶ Secūdo surdos audire fecit. Fuit eñ q̄dam hō qui ex accidenti surdus effectus fuerat. Hic ergo in somnis vidit quēdam fratrē in habitu p̄dicatorum qui videbatur per signum crucis in aurib9 suis factū eū restituere p̄stine sanitati. Mane igit facto venit ad beatum Uincentiū q̄ in monte Albano vbi hoc contigit presens erat. Et rogat9 a parētib9 illius qui surdus erat: premissa ōrone fecit signum crucis in auribus illius: & continuo audiuit.

¶ Tertio paralyticos curauit. Fuit enim quidam hō qui per septē annos paralysi percussus fuerat. Hic ergo adductus ad virū dei cum omni instantia petijt ab eo vsum membroꝝ suoꝝ sibi restitui. Qd̄ ille videns premissa bñdictione sup eū: in nomine patris et filij & spūssancti: apprehendit man9 ei9 dicens: In nomine Jesu surge et ambula. Quo dicto ille mox surrexit sanus. Idem etiā fecit vir dei circa quendam aliū paralyticū de ciuitate Tholosana ad eū adductum.

¶ Quarto mutis loquelam restituit. Quidā eñ iuuenis Lombardus ex magna simplicitate sua desiderabat videre diabolum & inire cū eo certamē. Cum igit die quadam esset in agro & vidisset quandā mulierē mutaz contra se venientē: id est ex opposit[a] parte: et manu sua turpissimā falcē tenentē vt meteret segetes: erat enim tunc tp̄s messiū: existimans illā diabolū esse: statim in eam irruit: et tot vulnerib9 corpus ei9 affecit q̄ ipsam seminecē reliquit. Deinde domi rediens cepit se iactare q̄ bene v[er]berasset diabolū: et q̄ reliq̄sset eū vix palpitare valētem in tali loco. Quo audito qui hec audierunt: ad locū declinauerūt: & ibi paupculā mulierem mutā seminecē inuenerunt. Relata sunt hec btō Uincētio q̄ a casu illic aderat. Hic ergo venit ad locum: & facto signo crucis sup frontē et os dicte mulieris: mox illa que pri9 semp muta extiterat: cepit loqui: & confessorē petere. Habita ergo cōfessoris copia: ita diserte cōfessa est ac si nunq̄ muta fuisset. Que tandē susceptis sacramentis eccl'iasticis spm̄ deuote dn̄o reddidit. Itē valētie vnde oriūd9 erat vir dei: ad eū adductus est hō qui q̄draginta annis mutus extiterat. Cumq̄ crucis signo premisso linguam

eius tetigisset: mox cepit loqui: semper quoque lingue officio vsus est quamdiu postea vixit.

¶ Quinto pluuiam tpe siccitatis cõformiter ad Heliã a dño impetrauit. In solo em̃ ciuitatis Carcasoñ. tanta fuit terre siccitas a mense Junio vsque ad Januariũ vt oẽs desperarent de fructibus colligẽdis. Aduocauerunt igit̃ ciues beatũ Uincẽtium qui tunc Tholose predicabat. Ad quos cum venisset sermonem fecit. Quo finito populũ monuit genua flectere: et dei misericordiã vna cũ eo implorare. Post hec se erexit: et in aere signum crucis fecit Deinde dixit populo. Abite et gratias dño referte: quia exaudite sunt orones vestre. Mira res. Uix em̃ verba finierat: et ecce subito aer plenus nubib⁹ visus est: tãtaque aquarũ abundãtia e celo dimissa est quantã incole loci vnque vidissent.

¶ Sexto econtra ad p̃cedens miraculũ vir dei Uincẽti⁹ impetrauit a dño aeris serenitatem. Quadam em̃ die cũ apud quandã villã regni Aragonie p̃dicaret: subito facta est tanta nubium densitas/ tãtus quoque terribiliũ tonitruorum fragor forte procurante diabolo: vt fructum sue predicationis impediret: quod de facto tota mũdi machina ruinam minari videretur. Propter quod singuli astantes qui valde multi erant: existimabant se penit⁹ perituros. Quo viso vir dei crucis signaculũ contra tempestatem fecit. Aquã quoque bñdictã per aera conspersit. Et post hoc cessante tempestate tãta tpis serenitas est subsecuta: ac si nulla tẽpestas illa die cõtigisset. Multa et alia signa fecit dñs per seruum suũ Uincentium cum adhuc degeret in humanis que non sunt scripta in libro hoc.

¶ Secundo beatus noster Helias miraculis claruit in morte. Fertur em̃ quod hora sui exit⁹ ab hac vita: affuit prius inuisa multitudo maxima papillionũ camerã in qua ipse vltimũ reddidit spm̃: intrãtiũ atque exeuntium: per quos denotabat̃ puritas: et mũditia aie viri dei. Et forsan hi erant angeli in tali specie apparentes atque ad celũ spiritũ eius perducentes.

¶ Tertio idem noster Helias Uincentius claruit multis ac maximis miraculis post mortem. Et de pene innumerabilibus pauca referamus. Primo enim de eo refert dñs Anto. in chronica sua. parte. iij. ti. xxiij. cap. viij §. vltimo. quod dñs suis meritis et ad inuocationem sui nois suscitauerit. xxviij. mortuos homines ac mulieres siue paruulos. Unde in eodem. §. et similiter in precedẽti refert idẽ Anto. de multis in particulari qui precib⁹ viri dei surrexerũt a mortuis. Uide ibi. Scdo idẽ Anto. de codẽ sancto viro refert quod multos a diuersis egritudinib⁹ post ei⁹ obitũ suis meritis fuisse liberatos et sanitati plene restitutos. Tertio dicit summarie meritis huius sancti mltos cecos illuminatos: claudos erectos: cõtractos mẽbris sanitati restitutos: a demonibus obsessos liberatos: captiuos de carceribus eductos: febre estuantes mundatos. Insuper

apostematibꝰ diuersisq; infla-
turis impeditos reddidisse li-
beros. Ab epidimia/lepra/hy-
dropisi/a podagra/ ⁊ iliatica
passione plures incolumes effe-
cisse. Nautas piclitātes a ma-
ris periculis ad salutis portuz
euexisse; res perditas adinue-
nire eius auxilio implorato fe-
cisse. Hec dñs Anto. vbi. s. que
oīa dicit esse extracta ex bul-
la canonizationis eiusdē san-
cti. Hec igitur scripta sunt vt
credāt vniuersi q2 dñs sanctuz
suū Uincentiū mirificauit.i.mi
rabilē fecit atq; ostendit in mi-
raculoꝝ operatiōe; tam in via
q̄ in morte: q̄ etiā post mortē:
vt diffuse ostensum est.
¶ Nono Helias futura preco-
gnouit; sicut patuit de siccita-
te terre pariter ⁊ sterilitate il-
lius per annos.iij.⁊ mēses sex.
iij. Reg.xvij. Itē qñ pdixit mu-
lieri vidue postq̄ pauit eum/ q
hydria farine eiꝰ non deficeret
nec lecythus olei ipsius minue
ret vsq; in diem in qua dñs da-
turus esset pluuiā sup terrā: vt
ptz vbi.s. Item predixit mortē
regis Achab pariter ⁊ vxoris
sue Jezabel.iij. Regū.xxi. Silr
predixit mortem Ochozie filij
ipsiꝰ Achab: eo q in ifirmitate
sua ꝯsuluisset Beelzebub deum
Acharō.iiij. Reg.j. Ecce quō ⁊
q̄ multiplr Helias predixit fu-
tura. sic ⁊ beatꝰ Uincentius.
¶ Pro q̄ notādū q prophetarū
tria sunt gña: scđm q sunt tres
differentie tpis scđm Phm.iiij.
Physi. vcz tps preteritū/pñs/ ⁊
futurū. Nā aliq pphetauerūt
de pterito: sic Moyses: qñ ait:
In pncipio deus creauit celū ⁊
terrā. Geñ.j. Aliqui pphetaue-
runt de pñti occulto: sicut Joā.
qñ dixit de xp̄o. Ecce agnꝰ dei.
Jo.j. Aliq pphetauerūt de fu-
turo sicut Esaias cuz ait. Ecce
virgo ꝯcipiet ⁊c. Eiusdem.vij.
Btūs aūt Uicētius habuit hāc
triplicē grām prophetandi.
¶ Primo em̄ pphetauit de pre-
terito: vcz de obitu patris sui.
Nā cū in partibꝰ Aragonie p-
dicaret: ⁊ ante pdicationem vt
sui moris erat: missam celebra-
ret pñte rege Aragonū: morā
traxit: ⁊ plus solito copiosas la
chrymas fudit. Propter quod
missa finita interrogat a rege
si forte ei aliq̄d noui cōtigisset.
Cui respondit q sic: ⁊ q ea ho-
ra pater suꝰ mortē obijsset: cuz
tñ tunc satis notabiliter dista-
ret a domo sui patris. Silr de
eo legit quo ad obituz pie ma-
tris sue. Nam cū in Britannis
pdicaret: q̄ regio valde distat
ab Aragonia: in ipsa pdicatio-
ne orationi se tradidit per lon-
gam morā. Demū pdicationez
inceptā psequens ait ad pplm.
Nō miremini charissimi quod
nunc p me gestū est. Noui enim
hodie genitricem meam a dño
euocatā. Propt qđ p ea oraui
eundē dñm. Sicq; cōpertum est
percūctata diligentiꝰ veritate.
Silr cū quidam frater ordinis
predicatoꝝ: qui aliquādo fue-
rat socius eius: in quodā ꝯuen
tu ordinis satis distante diem
clausisset extremum: vir dei vo
cauit socios suos dicens illis.
Talis socius nr̄ hodie trāsiuit
ab hoc seculo: ⁊ est nūc i maxi-
mis penis purgatorij. Quilibet
ergo nr̄m oret pro eo ad dñm.
Qđ cum singuli fecissent: pari-
ter ⁊ ipse: in crastinū dixit eis.

Scitote q̄m dn̄s misert⁹ est ser=
ui sui:et omne debitum penarū
dimisit illi:atq; ad celestem glo
riam ipsum assumpsit.

¶ Scd̄o beatus Uincentius p̄=
phetauit de p̄n̄ti occulto: sicut
sequēs docet historia. Nā cū p̄=
dicaret in quadam villa regni
Aragonie que laiocha d̄r: ste=
tit ꝛ pausauit aliquanto tp̄e in
cathedra nihil dicens. Propter
qd̄ mur mur erat de eo in pop̄lo
q̄re scz non predicaret. Quibus
ait. Nō murmuretis si nō p̄dico
q̄m opz expectare gratiam dei.
Quo dicto in circuitu cathedre
deo disponente fuit derelict⁹ lo
cus in quo postmodū iudei su=
puenientes sedes: ppl̄o tn̄ igno
rante eoꝝ aduentū. Nec multo
post venerūt oēs iudei illius ci=
uitatis ad audiendū eius predi
cationē. Postmodū aūt interro=
gati ipsi iudei q̄s eos venire fe=
cerat: Rn̄derunt ꝙ nemo: sed
ꝙ ex se moti in cordib⁹ suis pro
posuerant venire. Et ex hoc in
terpretatus est ppl̄s q̄d vir dei
intenderet cum prius dixisset.
Opz expectare gratiā dei: q̄ scz
instigaret ipsos iudeos ad illuc
veniendum. Nam ꝛ hoꝝ maxi=
ma pars cōuersa est ad fidem: ꝛ
hoc per grām dei illis collatā.
Silr̄ legit de hoc sancto viro ꝙ
cū semel predicaret apd̄ hyler=
dā assistente rege aragonie fer=
dinādo noie: et multitudine co=
piosa plebis/dixit ad regē. Do=
mine mi rex: mittatis duos mi=
lites: q̄ꝛ est q̄dā paup membris
debilitat⁹: q̄ vult venire: sz am=
bulare non pōt nisi per terram
cum manibus ꝛ pedibus se tra=
hat: et est prope medium milia=
re. Quo audito: rex statim de=
stinauit duos de militib⁹ suis.
Et qui missi fuerunt: ita inue=
nerunt vt vir sanctus p̄dixerat.
Cūq; adductus fuisset pauper
ille/ꝛ positus ante virum dei: il
le ei imposuit manus super ca=
put: ꝛ orās pro eo ad dn̄m: sani=
tati eum restituit. Quo viso stu=
puerunt oēs qui astabant: glo=
rificantes ꝛ magnificantes deū:
qui dedit p̄tātem talē hoibus.

¶ Tertio btūs vincenti⁹ p̄pha=
uit de futuro. Et de hoc histo=
riā habem⁹ de quodā hoie cui
nomē Ferdinandus erat: q̄ ꝛ de
aragonia erat. Hic enī fuit lon=
go tp̄e vn⁹ de discipl̄is viri dei
ꝛ secut⁹ est eū p multas regiōes
ꝛ regna: q̄ postmodū factus est
capellanus regis Aragonum: ꝛ
exinde ep̄s tescleñ. Hic ergo fer
dinādus inter cetera attestat⁹
est ꝙ btūs Uincētius aliq̄n sibi
dixit. Adeo ꝯuersus es Ferdi=
nande: ꝙ nō p̄mitterē te mecum
venire: nisi q̄ꝛ scio ꝙ post obitū
meum multū laborabis pro ho
nore meo. Ad quē Ferdinand⁹
Ora pro me pater. At ille. Ego
hoc iam opatus sum. Ueruntā=
men hoc scias ꝙ non incurres
damnationē eternā. Referebat
ēt idē Ferdinādus de viro san
cto ꝙ sibi dixit multa occulta
p̄terita ꝛ futura. Insup refere=
bat ꝙ cū aliq̄n iuuaret beatum
virū in ascēdēdo vel descēden=
do de asello suo: porrigeretque
illi vir dei manū dexterā ad su
stentādū se: sentiebat frequen=
ter odorē suauissimum de manu
eius egredientem. Qui quidem
odor non recedebat p tres aut
q̄tuor dies. Patz ḡ q̄uo nr̄ scd̄s
helias fuit q̄ ad triplicem tp̄is
drīam dotatus dono prophetie

¶ Moralr. Quãuis non teneamur imitari virum dei in dono prophetie: maxime cum non sit necessarium ad salutem: sed sit tantum gratia gratis data: quã dat deus quibus vult: qñ vult et quõ vult: nihilominus tenemur firmiter assentire dictis ꝓphetarũ: maxime quo ad credenda: sicut patet de gñali omnium resurrectione. de electoꝝ glorificatione: et reproboꝝ cruciatione: ne forte tandẽ nobis improperet: illud quod Christus duobus discipulis eũtib⁹ in emaus: improperauit dicens. O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus que locuti sunt prophete. Luc. xxiiij.

¶ Decimo helias celum vendicauit. Nã vt legit. iiij. Regũ. ij. ipse ꝑ turbinẽ ascendit in celum et nõ vidit eũ Heliseus ampli⁹. vt ergo dicit glo. o zd. sup princi piũ dicti capituli: turbo. i. ventus validissimus rapuit heliã i celum / non sidereum aut empyreum: sed aereum: vt in secretã terre regionẽ repente illum deponeret: vbi iam in magna carnis et spũs quiete viueret: quousqꝫ in fine mundi mortis debitum soluat. Hec ibi. Circa qd aduertendũ ꝙ regio illa secreta ad quã trãslatus est helias: nõ est aliud scdm doctores theologos ꝙ̃ paradisus terrestris: vbi etiã prius trãslatus est enoch: ẜm illd Eccli. xliiij. Placuit enoch deo: et transiat⁹ est in paradisum: supple terrestrem. Nondũ em̃ erat paradisi celestis porta aperta. Quemadmodũ ergo Helias transiat⁹ est in paradisum terrestrem: ita etiaꝫ beatus Uincentius per gloriosam mortem translatus est in paradisum celestem. Nam vt refert dñs Antoñ. postꝙ̃ biẽnio predicauit per Britaniam tam superiorem ꝙ̃ inferiorem: eo ꝙ ex speciali dei dono ab oñibus linguis intelligebat in proprio idiomate loquens: tandem declinauit in ciuitatem Uenetensem: vbi post paucos dies cepit grauissima febre agitari. Quod ille sentiens et quasi prophetice loqñs dixit socijs suis se ex hac vita cito migraturꝫ. Propt qd suscepit deuotissime oĩa ecclesiastica sacramenta. Instante vero vite termino petijt vt legeret passio xp̄i iuxta narrationẽ quatuor euangelistarum. Post ea voluit audire septẽ psalmos penitentiales. Tandem totus iucũdus et hilaris: iunctis manib⁹: ac eleuatis in celum oculis: felix illa anima carne resoluitur: et ad dñm euolat. Anno dñi. M. quadringentesimo decimo octauo: nonas aprilis: die scꝫ mercurij añ ramospalmarũ. Sepultusqꝫ est in senectute bona in ecclesia cathedrali ciuitatis Uenetensis: eo ꝙ ordo non haberet nec adhuc hꝫ ibi conuentum. Postremo Calixtus tertius eum ascripsit catalogo sanctoꝝ: volens eius festum celebrari Nonas Aprilis: que est quinta dies aprilis: quando: scꝫ ex hoc mundo ascendit in celũ. Qd suis meritis et ꝓcib⁹ nobis ꝯcedat ille qui in trinitate perfecta viuit et regnat per immortalia secula. Amen.

¶ Sermo de beato Georgio martyre.

Labora sicut bon⁹ miles Jesu Christi. ij. ad Corin. ij. Quia eñ est questio in presenti sermone loq̃ de quodam magno milite: cui nomen est Georgius: ideo premittendũ est q̃ sunt tria genera militum:

videlicet
- Diaboli.
- Mundi
- Dei.

¶ Primo igitur diabolus q̃ est rex magnus sup oẽs filios superbie: vt habet Job. xli. habet milites suos. & qui militant sub vexillo eius: hi sunt oẽs superbi: auari: luxuriosi: inuidi: iracundi/ & hmõi. Et reuera numerus talium militum est valde magnus etiã quodãmodo infinitus pre sui numerositate: ita vt merito de ipso rege superbie et militibus suis possit dici illud Job. xxv. nũquid: pro non: est numerus militũ eius. Nam vt habet Eccl's. j. Stultorum. i. peccatorum infinitus est numerus. Practica per singulos status/ & ibi reperire e plures malos quam bonos.

¶ Secundo mũdus hz milites suos: vt sunt illi qui militant p re publica: quibus loquit Joã. bapt. Luc. iij. dicens: Contenti estote stipendijs vr̃is. Sed pfecto non sic faciunt multi: quinimmo rapiũt per violentiã bona pauper: spoliant ecclesias: depredãtur mercatores & trãseuntes: atq pene infinitas rapinas facere solent. Vñ in laudem beati Martini legitur q̃ q̃uis p tpe militauerit: immunis tñ fuit ab his vitijs quibus illud hoim gen⁹ implicari solet: quinimmo de stipẽdijs suis nil pter quotidianum victũ reseruans: de crastino non cogitabat: sed qd supererat quotidiano victui: pauperibus dabat: etiã vsq ad vestes sibi necessarias: sicut patuit de media chlamyde quã dedit cuidam pauperi nudo in porta Ambianensi. Sed dicũt moderni milites stipendia sua illis non sufficere/ & ideo cogunt multa mala facere. Certe nõ mirum si illis non sufficiũt stipendia sua: qr prodige ea expẽdunt vz in lubricitatib⁹: i crapula & ebrietate: in ludis chartarũ & deciorum: in põpis & vanitatibus & hmõi. Preterea si viderent stipẽdia cõia illis non sufficere: cur non renunciãt militie? Et ideo mẽtita est iniqtas sibi: sed allegãt excusatiões in pctis: quas qde excusationes nõ acceptabit dñs in die iudicij: sed improperabit illis q̃ deuorauerũt plebem suam sicut escã panis.

¶ Tertio deus qui est magnus dñs: & rex magnus super omes deos: hz similiter milites suos. Et isti iter sunt in duplici differentia. Primi sunt spũs angelici cũ eo cõmorãtes in palatio celesti. Et hi milites grãde bellum gesserunt ꝯ angelos malos statim postq creati sũt: de quo quidẽ bello hr Apoca. xij. Factum est prelium magnum in celo: Michael & angeli eius preliabãtur cũ dracone & angelis eius. Sed angeli mali succubuerũt in tali bello. vñ sequit. Et non est inuentus locus eoꝝ amplius in celo. Scdi milites regis eterni sunt boni & deuoti xp̃iani qui in pñti seculo mili-

tāt q̄tum possunt cōtra demones illis suis tētationib⁹ insultantes/qz vt habetur Job.vij. Militia est vita hois sup terrā Propt̄ qd nos admonet Apl's ad Ephe.vj.dicēs: Induite vos armaturam dei.i.virtutes: vt possitȝ stare aduersus insidias diaboli:qm nō est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinē:tm̄ supple:verumetiam aduersus principes ⁊ potestates:aduersus mundi rectores tenebrarum harum:cōtra spiritalia nequitie in celestibus.i.contra spiritales ⁊ nequā hostes q̄ habitāt in celestib⁹.i.in aere caliginoso. Talis autē miles fuit btūs Georgius cappadocus.i.de Cappadocia ortus:q̄ in p̄nti vita tanq̄ bonus miles Jesu xp̄i laborauit ⁊ militauit contra hos tres diros hostes:

qui sunt Diabolus. Caro. Mundus.

¶ Ut aūt preualeret ꝯtra hos tres hostes/armauit se tripliciter:vcȝ Scuto fidei contra diabolū. Lorica iustitie cōtra carnem. Gladio spūs qd est verbū dei:contra mundum. Sic enim docet nos armare Apostolus vbi supra/vcȝ ad Ephe.vj.

¶ Primo igit̄ miles xp̄i Georgius volēs se armare cōtra primū hosteȝ scȝ diabolū:assūpsit scutū fidei:cōformiter ad hortationē Apl'i dicētis vbi.s. In oib⁹ sumētes scutū fidei:in quo possitȝ oia tela neq̄ssimi ignea extiguere. Hoc aūt fecit seruus xp̄i Georgi⁹ qn̄ voluit militare contra dracone terribilissimuȝ ⁊ crudelissimum in quo forsan habitabat diabol⁹ p̄missiōe diuina. Pro quo notādum q̄ cum beatus iste Georgi⁹ gn̄e tribunus.i.deditus reb⁹ bellicis:natione cappadocus: venisset in Sylenā ciuitatē prouīcie Libye: audiuit q̄ prope ciuitatem in quodam valde magno stagno latitaret draco maxie magnitudinis:qui sepe populū cōtra se armatū in fugā cōuerteret. Insup ad muros ciuitatis sepe accedēs: flatu suo omnes inficiebat. Quā ppter ciues cōpulsi duas oues quolibet die sibi dabāt/vt sic ei⁹ furorem sedarēt. Cū igit̄ pene oēs oues deficerēt:conclusum est vnanimi consensu q̄ quolibet die mitterentur sortes:⁊ super quē sors caderet/ille q̄cunq̄ esset deberet dare filiū suū aut filiā draconi ad deuorandū. Et ecce in breui sors cecidit sup regē:qui vnicā habebat filiā. Modo cogitare potestis q̄tus dolor inuasit regē. Necesse tn̄ fuit edictum in filia sua impleri. Cum ḡ dicta puella fuisset ducta iuxta lacū:ibiq̄ sola derelicta superuenit beatus Georgi⁹ a casu illac transiēs. Cum itaq̄ vidisset tam formosam puellam tanto periculo expositā ⁊ causam cognouisset:(iam eñ draco caput de lacu leuabat:⁊ appropinquabat vt deuoraret dictam puellam)ipse btūs Georgius equum ascendens / ⁊ cruce se muniens:draconeȝ audacter aggreditur: ⁊ lancea sua grauissime eū vulnerauit:atq̄ interfecit. Quo facto filiam regis patri incolumen restituit/cepitq̄ regi ac ceteris habitatoribus dicte ciuitatis dicere q̄ forsan in dracone p'us latita

tat demon: et ꝙ si vellent a sibi persecutione liberari: opus illis erat suscipere fidem xp̄i. Qđ illi libenter fecerunt. Nam baptizatus est rex cum vnica filia sua: et de populo suo. xx. milia. Nec multo post rex construi fecit ecclesiam mire magnitudinis in honorem beatissime virginis: de sub cuius altari fons viuus emanat: cuius pot⁹ oēs languidos sanat.

¶ Aduertendum tamen ꝙ historia seu legenda huius sancti inter apocryphas connumerat vt patet di. xv. sancta romana ecclesia. Non quidem quo ad omnia: sed quo ad aliqua que notantur de veritate dubia: vt de dracone interfecto: ꝛ de filia regis ab eodem georgio modo predicto liberata. Sic enim dt dominus Anto. in chroni. sua parte prima. titulo. viij: cap. i. §. xxiij. Ueruntamen hodie dicta historia communiter predicat. Insup ꝛ beatus Georgius solz depingi armatus et eques: atqꝫ cum lancea perfodiens draconem. Aliqui insuper simul depingunt puellam ꝛc. Sz ex quo hoc non est contra fidē neqꝫ cōtra bonos mores vt de se constat: nullū salutis iminet discrimē ita credere vel non credere.

¶ Moraliter. Supposita veritate dicte historie: per ea que dicta sunt, datur nobis itelligi ꝙ diabolus qui per draconē designatur, non querit aliud nisi omi die et omi hora deuorare pauperes alas nostras: nec ex multitudie dānatoꝝ pōt satiari. Job. xl. Absorbebit fluuium et nō mirabit, et habet fiduciā ꝙ influat iordanis in os eius. Sed quale remedium cōtra tm̄ periculum? Certe optimū: vcꝫ armare se scuto fidei prout dicit Apl's. Nā cum tali scuto poterim⁹ oīa tela neqssimi diaboli extinguere. Propter qđ beatus Petrus nos hortat dicens: Fratres sobrij estote et vigilate: qꝛ aduersari⁹ vester diabol⁹ tāqꝫ leo rugiens circuit querēs quem deuoret: cui resistite fortes in fide: ita scilꝫ vt fides sit qsi murus protegens vos a crudelitate ꝛ malitia diaboli. Hoc aūt fit qn̄ homo p fidē considerat penas eternas qs euadit: ꝛ gloriam celestem quā acquirit resistēdo tentationib⁹ diaboli. Ecce quare dictum est: Cui resistite fortes in fide. Unde merito de fide possumus dicere mutato termino in terminum illud. i. Joan. v. Hec est victoria que vincit diabolum: fides nostra. Ecce ergo quō ad instar diui Georgij nos debem⁹ armare scuto fidei: vt possim⁹ p̄uales re ꝯ draconem atiquū inferni.

¶ Scđo xp̄i miles Georgi⁹ volens se armare contra carnem, assumpsit loricam iustitie. Ubi per loricam que totum corpus tegit ne iaculis inimicorum ledatur: intelligitur castitas: que tegit carnem ne ledatur sagittis siue iaculis tentationū carnalium. Que quidem castitas merito vocatur lorica iustitie. Gallice Le haubergeon de iustice: quia reuera iustum est vt homo seruet castitatem in quocūqꝫ statu fuerit. Quod attendens beatus Georgius reliquit filiam regis intactam: supposita veritate historie: quam tamen facile corrūpere potuis-

fet:maxime cū esset solus cum
sola:vt dictum est. Et ideo hoc
fuit signum magne castitatis et
perfectionis in viro dei. Talis
aūt oportunitas fuit multis oc
casio turpiter cadendi per incō
tinentiam:sicut multe declarāt
historie. Ecce enim p̄triarcha il
le Judas inuenit Thamar so=
lā in biuio sedētē: quā carnalr̄
cognouit. Ignorabat tamen eā
esse nurū suam:eo q̄ illa mutas
set vestē. Gene.xxix. Silr̄ Am=
mon filius Dauid opp̄ssit soro=
rē suā Thamar/eo q̄ esset cum
eo sola in cōclaui.ij. Re.xiij itē
duo senes p̄sbyteri inuenientes
Susannā solā in pomerio viri
sui se lauantem voluerunt cum
ea commisceri. Daniel.xiij.

¶ Moraliter. Exemplo viri dei
Georgij docent milites serua=
re castitatē. Cuius tn̄ oēs fer=
me ɔ̄trium faciunt/nec illis suffi
ciunt muliercule communes:et
q̄ se passim exponūt oi trāseūti
verūetiā plerūq̄ opprimunt ca
stas mulieres:atq̄ stuprant si=
ne deflorant pudicas virgines/
etiam vsq̄ ad sanctimoniales/
cum illis datur oportunitas in
grediendi ad eas. Et breuiter
adeo sunt deprauati per incon
tinentiam milites xp̄iani:⁊ pre
ceterꝭ nostri galli q̄ in hac tur
pitudine excedunt paganos et
infideles. Et ideo non mirum si
freq̄nter iusto dei iudicio suc=
cūbāt in bello. Pre ceteris aūt
illi q̄ vocātur ad militiā spūa=
lē:quales sunt clerici ⁊ religio=
si: debent imitari xp̄i militem
Georgiū in predicta castitate ⁊
cōtinentia: maxime cum tales
ad hoc obligentur voto. Primi=
q̄dem per susceptionem sacri or
dinis ꝑm formā eccl'ie occiden=
talis. Scdi ꝟo per professionē
approbate religionis. Modo
scriptum est in Psalm̄. Vouete
⁊ reddite. Ut aūt tales valeant
ɔmodius reddere dn̄o vota sua
per obseruantiam dicte castita=
tis debent sobrie viuere:atque
mulierū familiaritates vitare.
Et per oppositum delicate pa=
sci:et familiaritates mulierum
sectari: faciunt plerosq̄ cleri=
cos et religiosos incontinenter
viuere:sicut aperte docet Aug.
ser.ij.dn̄ice.xxij.post Trinitatē
ita dicens. Multi dicunt/iuue=
nes sumus:cōtinere nō valem⁹.
Quibus rn̄demus q̄ ideo forte
castitatē seruare non possunt:
q̄ȝ amplius manducāt ⁊ bibunt
q̄ȝ expedit. aut quia forte fami=
liaritatem mulierū vitare no=
lūt. Qui igitr̄ tales sunt: audiat
apl'ꝫ ad Ephe.v.dicentem: No=
lite inebriari vino in quo est lu
xuria. Silr̄ illud Eccl'i.xix. Ui=
num et mulieres apostatare fa
ciunt sapientes. Hec ille.

¶ Tertio egregius xp̄i miles
Georgius volens se armare cō
tra mundū:assumpsit gladium
spūalem:qđ est verbū dei. Hoc
autem fuit qn̄ ɔ̄ mundanum et
tyrannum presidem Dacia=
nū prudentissime ⁊ constantissi
me rn̄dit. Pro quo notandum
q̄ imperantibus duob⁹ crudelis
simis viris siue leonibus. Dio=
cletiāo et Maximiano in ptib⁹
orietalib⁹: ⁊ p̄cipue in Cappa=
docia et Licia facta est maxi=
ma persecutio christianorū:ita
vt infra vnū mensem. xvij. mi=
lia martyrio coronarentur sub
Daciano preside:qui faciebat
varijs et exq̄sitis supplicijs in=

terire xpianos quotquot inueniebat. Unde vi tormentorum multi negabant xpm: forsan solo ore/ quamuis corde crederent in eum. Quod tamen eis non licebat: quia ore confessio: supp. fidei fit ad salute: vt hr ad Roma. x. Tanquam diceret apostolus quod cum fides inpugnatur: necesse est ad salutem illam ore cofiteri. Nec sufficiebat dicto tyranno vt pauperes xpiani abnegarent fidem: verum etiam cogebat eos dijs suis imolare: et thura offerre. Cum igitur vna dierum beatus Georgius hoc videret fieri tactus dolore cordis intrinsecus assumpsit gladium diuini verbi: vt pote tanquam miles xpi et in medium sacrificantium prosiliens exclamauit dicens: Omnes dij gentium demonia: dominus autem celos fecit: quod supple est deus christianorum: Ad hanc igitur vocem iratus preses: et miratus de viri audacia ait illi. Qua presumptione audes deos nostros inuictissimos demonia appellare. Dic tamen mihi quo nomine vocaris: vnde es tu: et cuius generis? Ad quem ille Georgius vocor: natione Cappadocus: genere sum nobilis: religione vero christianus. Ad quem preses. Tria prima satis conuenientia sunt: quartum vero absurditas est. Cui Georgius. Tu preses noli dicere religionem Christianam absurditatem esse: sed potius maximam sapientiam. Ego enim oia tpalia et militiam deserui vt liberius possim deseruire Jesu xpo: qui est verus deus Christianorum. Ipse enim est qui ait. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit. Qui vero non crediderit: condemnabitur. Matth. xvi. Econtra autem qui credunt idolis tuis mutis: et illa adorant: perpetuo damnabuntur: iuxta illud psal. Confundantur omnes qui adorant sculptilia/ et qui gloriantur in simulachris suis.

¶ Et breuiter si vis scire quid ego sentio de dijs tuis: ego dico cum regio propheta dauid quod sunt simulachra gentium: argentum et aurum: opera manuum hominum. Os habent: et non loquuntur: oculos habent et non vident. Aures habent et non audiunt. Nares habent et non odorant. Manus habent et non palpant. Pedes habent et non ambulant. Non denique clamant in gutture suo. Et ideo similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis. Ecce quid sentit de dijs tuis propheta Dauid. Ego autem idem sentio cum eo. Quod si velis scire quid sentiat idem propheta de deo nostro: audi quid dicat in Psalm. Deus autem noster in celo: oia quecunque voluit fecit. Hunc ergo deum qui fecit celum et terram/ mare et omnia que in eis sunt: et qui ex tempore homo factus operatus est salutem in medio terre: deinde qui post suam resurrectionem videntibus apostolis suis eleuatus est in celum et nunc sedet ad dexteram dei patris: inde venturus iudicare viuos et mortuos: nos christiani adoramus tanquam verum deum: preter quem etiam nullus est alius deus. Et qui aliter sentit: turpiter se decipit. Hec igitur et his similia verisimile est beatum Georgium dixisse ad

impijssimum tyrannum Datianum. Ecce ergo quō armauit se dictus miles Xpi Georgi⁹ gladio spiritus: quod est verbum dei contra mundum. i. contra mundanum ⁊ impijssimum Datianum presidem.

¶ Post hec igitur videns ipse Datianus q xpi athletā vbis superare nō posset: nec pterea posset resistere sapiētie et spūi sancto qui loquebat p os eius: in insaniā versus venit ad verbera. Nā plura ⁊ quidem grauia illi intulit tormenta. Sed frustra: quia vir dei ꝯ omnia illa se armauit gladio spiritus: quod est verbum dei.

¶ Primo igit Datianus velut miles et satelles diaboli iussit beatū Georgium in equuleū leuari. i. ad vnam trabem: et mēbratim corpus eius vngulis ferreis dilaniari: ita vt eius viscera apparerent. Insup fecit ad latera eius faces ardētes. i. tedas apponi. Deinde iussit sale plagas eius confricari: quod valde augebat dolorem eius. Postremo eū in tali statu iussit in teterrimum carcerē recludi. Et ecce noctis medio dñs apparēs illi cū ingenti lumine cōsolatus est eū. Cuius melliflua visione atq allocutione sic confortatus est vt pro nihilo duceret cruciatus suos: armans se gladio illi⁹ diuini vbi seu apl'i ad Ro. viij. dicentis. Nō sūt cōdigne passiones huius temporis ad superuenturā gliam ⁊c.

¶ Secundo dictus Datianus mane facto videns cōstantiam beati Georgij: ⁊ q ipsum superare non posset tradidit eum cuidam mago vt arte sua eum miserabilr mori faceret. Cunq dictus magus inuocatis dijs suis proprijs nominibus eidem dedisset bibere vinum veneno mixtum: ille vero premisso crucis signo totum hausisset: nec in aliquo ei nocuisset / magus hoc viso ad pedes eius cecidit veniam lamentabiliter petens: et se xpianum fieri postulans. Quem iudex mox decolari fecit. Non dubium autem quin in suo sanguine baptizatus fuerit. In predicta igitur veneni potatione vir dei Georgius armauit se gladio illius diuini vbi Marc. xvi. Et si mortiferum aliquid biberint / supple debite credentes non eis nocebit.

¶ Tertio Datianus iussit seruum Christi Georgium super rotam gladijs acutissimis vndiq circundatam iactari: Sed statim affuit angelus domini qui rotam in frusta confregit et Christi miles illesus euasit. Nota simile de rotis beate Catharine. Tunc ergo armauit se gladio spiritus diuini verbi. dicens ad dominum illud Ps. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuādum me festina. Confundantur ⁊ reuereantur qui querūt animam meam vt ⁊c.

¶ Quarto datianus iratus iussit eum in sartaginem plumbo plenam iactari. Cunq in illam signo crucis pmisso intrasset: in ea velut in balneo temperatissimo stetit. In hoc similis tribus pueris in fornacem proiectis: et illesis. Dañ. iij. Tunc autem vir dei armauit se gladio spūs quod est verbum dei dicētis. Nolite timere eos qui occi-

dunt corpus : animam autem
nō possunt occidere:sed potius
timete eum qui potest et ani=
mam et corpus perdere in ge=
hennam. Matthei.x.
¶ Quinto impiissimus Datia=
nus videns q seruum Christi
Georgium superare non posset
protulit in eū decollationis sen=
tentiam. Cumq ad locum sup=
plicij peruenisset: orauit dñm
vt quicunq eius imploraret au
xilium:petitionis sue conseque
retur effectum. Statimq facta
est vox ad eum de celo dicens:
Veni dilecte meus vt mecum
epuleris in conuiuio meo. Qđ
autem postulasti:scias te impe
trasse. Quo dicto lictor caput
eius vno amputauit ictu. Sic=
que felix eius aīa celum introi=
uit Anno domini.cclxxxvj. Cū
que Datianus de loco decapi=
tationis redire vellet in domū
suam : ignis de celo super eum
cecidit:ipsumq cum vniuersis
ministris suis consumpsit. Sic
que per ignem temporalem ce=
cidit in ignem eternum:quia si
cut non potest esse mala mors
quam vita bona precessit:vt di
cit Augustinus libro primo de
ciuitate dei.cap.xi.ita regula=
riter non potest esse bona mors
quam vita mala precessit. Et
ideo studeamus charissimi be=
ne viuere:vt tandem possimus
bene mori:et sic tandem ad re=
gnum celeste post beatum Ge=
orgium peruenire vbi viuitur
sine morte.

¶ Moraliter. Circa passionem
beati Georgij notandum q pa
tientium penas in presenti tria
sunt genera. Primi enim sunt
qui huiusmodi penas inuitissi=
me et cum murmure tolerant.
Et tales grauiter peccant per
impatientiā. Secundi patien=
ter ferunt penas illatas/q̄uis
bene vellent ab illis liberari.
Et tales sunt quidem boni:sed
tamen imperfecti. Tertij autē
optant pati propter Christum:
aut propter bonū virtutis. In=
super gaudent et exultāt in do=
mino cū penas sustinent et ad=
uersa et tales sūt viri heroici at
que perfecti. De quorum nume
ro fuit dei athleta Georgius:
Cuius precibus nos conuenit
commendari:vt per patientiam
in aduersis perueniamus ad re
gnum celorum. Quod nobis cō
cedat etc.

¶ Sermo de beato
Marco euāgelista.

Facies leonis a
dextris ipsorum
quatuor Eze.j.
Propheta do=
mini Ezechiel
in principio sui
libri dicit se vi=
disse celum apertum:et visiones
dei vidisse. Hoc tamen totum
factum est imaginaria visione.
Insuper dicit se vidisse simili=
tudinem quatuor animalium
secundum quatuor facies eo=
rum : scilicet hominis : leonis:
bouis:aquile. Hec autem visio
potest exponi tripliciter.

¶ Primo quidem allegorice de
Christo qui habuit quodammo=
do quatuor facies sm quatuor
status quos habuit in presenti.
Primo enim in sua natiuitate
habuit faciem hominis : quia
vt habetur ad Philip.ij. In si=
militudinem hominum factus
habitu inuentus est vt homo.

Secūdo in sua passione habuit faciem bouis:qꝛ immolatus est pro nobis. Prouerb.vij. Quasi bos qui ducitur ad victimam/ fuit supple xp̄s in passione sua. Tertio in sua resurrectione habuit faciem leonis. Leo enim hoiem terret. Sic in xp̄i resurrectione exterriti sunt custodes ꝛ facti sunt velut mortui. Matthei.xxviij. Quarto in sua ascensione habuit faciem aquile/qꝛ adeo alte volauit ꝙ ascendit super cherubim:et volauit super pennas ventorum/id est super omnes angelos qui sunt in celo. Actuum.j. Uidentibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eum in celum. Item adeo alte volauit ꝙ nunc sedet ad dexteram dei patris. Patet ergo quam bene predicta visio congruat Christo.

¶ Secundo predicta visio potest moraliter exponi de quolibet viro iusto.

¶ Primo quilibet talis habet faciem hois per discretionem. De hoie eīm dicunt logici ꝙ est animal rationale: eo ꝙ per rationem et discretionem debet se regere: vcz reprobando malum:ꝛ eligendo bonum:vt habetur Esaie.vij. Item p̄s. Declina a malo:ꝛ fac bonum. Ecce facies hois. Sed pfecto hodie multi mutant faciez hominis in faciem brutorum animalium:imitando cōditiones eorum.vnde psalmista. Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedētis fenuz. Et alibi:Homo cum in honore esset:quia ad imaginem dei factus :non intellexit : id est non considerauit se habere talem dignitatem. Et ideo male agendo comparatus est iumentis/ ꝛ similis factus est illis. Tales ergo miseri peccatores recte prefigurantur per regem Nabuchodonosor:qui propter superbiam suam mutatus est in bouem:ita vt fenum tanꝗ bos comederet : ꝛ cum bestijs atqꝫ feris habitaret:ꝛ hoc per septem annos:vt habetur Daniel.iiij. Nota tñ ꝙ talis immutatio nō est facta realiter:sed tantū imaginarie. Bene etiā ad propositum loquitur Boethius de consolatiōe libro quarto prosa tertia:dicens:Euenit vt quē transformatum vitijs videas:hominem estimare non possis. Unde ibi cōparat multa genera peccatorum multis generibus bestiarum.

¶ Secūdo vir iustus habet faciem bouis p carnis et sensualitatis mortificationem / ne scꝫ insurgant motus inordinati:et stimuli libidinum: vn̄ Apls ad Colo. iij. Mortificate (inquit) membra vestra q̄ sunt super terram.ꝛ Augu.in regula de communi vita clericorum.specialiter religiosis indicens carnis mortificationem dicit sic:Carnem vestram domate ieiunijs et abstinentia esce ꝛ potus : q̄ntum valitudo pmittit. In cuiꝰ figuram legitur Numeri.xxiij. ꝙ Balaam percussit asinam suam vt reduceret eam ad rectaz viam.

¶ Tertio vir iustus habet faciem leonis per animi fortitudinem:ꝛ hoc in sufferendo patiēter aduersa:et in aggrediendo magnanimiter ardua propter deū : et in spem eterne sa-

iustis. Nam vt dicit Ambrosius de officiis lib.j.c.xxxvj. Iure illa fortitudo vocatur: quando vnusquisque seipsum vincit: iram continet: nullis illecebris emollitur atque inflectitur: non aduersis perturbatur: non rebus secundis extollitur: et quasi vento quodam variarum rerum circunfertur mutatione. Hec ille. Et de tali leone pōt intelligi illud Apoca.v. Uicit leo de tribu iuda. Iuda enim qui interpretatur confessio: recte designat virum iustum siue verum penitentem: qui per veram peccatorum suorum confessionē vincit diabolum. Ecce quomodo vincit leo de tribu iuda.

¶ Quarto vir iustus habet faciem aquile per mentis contemplationem. Nam per contemplationē supernorum eleuat se iustus supra se: et supra omne qd sub deo est: sicque peruenit vsque ad sedē dei. Ecce volatus aqle id est viri iusti. In cuius etiam figuram dicit Ezechi e.j. q̄ inter quatuor aīalia q̄ vidit Ezechiel: facies aquile erat desup. Nec quidē debet sufficere viro iusto se sursum eleuare per mentis contēplationē: verum etiam ad hoc debet alios inducere: siue verbo siue facto. Signanter autem ad hoc debet laborare bonus prelatus: siue predicator syncerus. Deute.xxxij. Sicut aquila prouocans ad volādum pullos suos: et super eos volitans: supple esse debet bonus prelatus aut predicator deuotus. Patz ergo quomodo quilibet iustus debet habere quatuor facies.

¶ Tertio predicta visio potest ad propositum exponi de quatuor euangelistis: inter quos Mattheus gerit faciem hōis: eo scz q̄ in exordio suorum euāgeliorum describit xpi genealogiam cōcludēs eius tēpalem natiuitatem ex virgine Maria: cum ait. De qua scz maria natus est Jesus qui vocatur xps. Matth.j. Lucas gerit faciem bouis: eo q̄ describit eandem xpi natiuitatem temporalem s̄m tribum sacerdotalem. Luc.iij. Mattheus aūt s̄m tribum regalē. Sacerdotum aūt erat offerre bouem in sacrificio. Joannes gerit faciem aquile: eo q̄ altius ceteris euangelistis volauit: vt patz in exordio libri suorum euangeliorum: vbi loquitur de xpi natiuitate eterna dicens. In principio erat verbū &c. Marcus autē gerit faciem leonis: eo q̄ pre ceteris euangelistis describit apertius xpi resurrectionem in qua ipse idem xps se habuit ad modum leonis: vt dictū est. Unde in die sancto pasche legitur euangeliū s̄m Marcū. Merito ergo de eo dicere possumus illud qd ad literā legitur de Juda Maccabeo.j. Maccabe.iij. Similis factus est leoni in operibus suis.

¶ Pro quo notandū s̄m Isido. lib.xij. etymo. capi.ij. vbi loquitur de animalibus: q̄ leo habet multas pulchras conditiones: que spiritual[iter] intellecte fuerunt in nostro [le]one Marco. Nam leo est animal.

Nobilissimum
Timorosissimum
Uigilantissimum
Uirtuosissimum
Fortissimum
Benignissimum.

¶ Primo igitur leo est aial nobilissimũ: adeo q appellat rex bestiarum. Unde scdm Isido. vbi supra. Leo siue leon grece: rex dicit latine: eo q ipse princeps sit omnium bestiarũ. Ecce eius nobilitas. Sic et beatus Marcus fuit quodammodo nobilior inter quatuor euangelistas: nõ dico genere: sed virtute. Propter quod beatus Petrus apls libenter volebat eũ secum hre. Unñ et de Antiochia Romã veniens adduxit eũ secum. Nã et prius eũ in prouincia baptizauerat: propter qd singularius eum diligebat: quia videbat q grãm dei in vacuum non receperat in baptismo. Nobilitas autẽ spiritalis qua pcellit beatus Marcus alios euangelistas apparuit in eius maxima humilitate. Adeo enim humilis fuit q reputabat se indignum sacerdotio. Propter qd (vt de eo refert btũs Hieroñ. in prologo super euangelium eiusdẽ) pollicem post fidem susceptam sibi amputasse fertur vt sacerdotio reprobus haberetur. Nã sicut beatus Jo. bap. ex humilitate non audebat tangere sanctum dei verticem: qñ scilz xps venit ad eum vt baptizaret ab eo: sed clamabat cum tremore. Sanctifica me saluator: vt de eo canit ecclia: sic et euangelista xpi Marcus ex hũilitate nõ audens tangere sanctissimum xpi corpus in sacro altaris: amputauit sibi pollicem: vt dictum est. In hoc tamen facto non est imitandus: qz hoc sibi nõ licuit de communi lege: vt patet in glo. super. ca. si quis absciderit. dist. lv. Potest tamen dici q hoc fecerit ex familiari consilio spiritussancti. Insuper et dicunt aliqui q huiusmodi pollex diuinitus fuit sibi restitutus: vñ et postea factus est sacerdos: vt legit in ecclesiastica historia. Fuit etiã eps Alexandrie sm Hieroñ. in eodem prologo.

¶ Moralr. Hic habent clerici exemplum non quidem abscindendi sibi aliquod membrum ne sacerdotio fungantur: maxime cum istud reprobetur: et prohibeatur vbi supra per plura capitula: sed habent exemplum se reputandi indignos sacerdotio quo in ecclesia xpi nihil maius saltẽ in ordine ad corpus xpi verum. Sed pfecto hac tempestate multos reperire est q faciunt se promoueri ad sacros ordies quinimmo aspirant ad ecclesiasticas dignitates: cũ tñ non habeant morũ grauitatem: nec literarum peritiã. Hoc autem faciunt forsan vt lautius viuant siue vt honorabiliores videant in populo: adeo q vix de centũ reperire est vnũ dũmodo sciat dicere: dñs q pars: q non se reputet idoneum ad ordines sacros pariter et ad bñficia suscipienda. Qd si beneficiari nequeunt: saltem sub beneficiatis deseruiunt: accipientes eorum beneficia ad firmam/forte in damnationem suam: et eorum qui sibi beneficia sua deseruienda committunt.

¶ Scdo Leo est animal timorosissimum. Nam vt dicit Isidor. vbi supra: valde timet ignem et strepitum rotarũ. Sic et beatus Marcus quantumcũq religiose sancte ac iuste viueret: nihilominus semper timebat ignem

inferni: atq strepitū diuini iudicij. Unde dicere poterat cum apostolo illud.j.ad Corint.iiij. Nihil mihi cōscius sum:sed non in hoc iustificat⁹ sum. Et ideo timeo ignem inferni; pariter et strepitū diuini iudicij finalis. Mirum est q hic vir dei:qui vt refert qdā: infirmos curabat: leprosos mūdabat:spūs immundos solo vbo ab obsessis expellebat: surdis auditum reddebat: cecis visum donabat: atq multa alia miracula et pdigia faciebat: tamen duo predicta valde timebat.

¶Moraliter. Si talis ac tantus vir timuit: q̄to magis nos pauperes peccatores timere debemus duo predicta: videlicet ignem inferni: et strepitū diuini iudicij: Prouer.xxviij. Beatus homo qui semper est pauidus. Glossa interlinearis. pro futura pena. Sed profecto multi timent non timenda: iuxta illud Psalmiste. Trepidauerunt timore vbi non erat timor:qui tñ non timent timenda. Hoc autē pulchre insinuat Augustin̄. de verbis Apostoli sermo. xviij. ita dicens: Timet homo carcerem: et non timet gehennam. Timet q̄stionarios tortores: et non timet angelos infernales. Timet cruciatū temporalem: et non timet penam eternam. Timet ad modicum vri: et non timet in eternum cruciari. Hec ille.

¶Tertio Leo est animal vigilantissimum. De eo enim dicit Isidorus vbi supra: q dormit apertis oculis. Sic beat⁹ Marcus valde vigilauit ad totius ecclesie vtilitatē: sicut patet in libro euangelioꝝ quem scripsit in Italia: s̄m Hieronymum in prologo super euangelium eiusdem. Erat enim genere iudeus de stirpe leuitarū: qui cum beato Petro (cuius erat discipulus: et in baptismate filius) venit Romā vt dictum est prius. Et tunc fideles qui ibi erant rogauerunt eum vt euangelium quod Petrus predicabat, ad perpetuā memoriā scripto commendaret. At ille talibus annuens: fideli scripto conscripsit: ea que ex ore magistri sui Petri perceperat. Denique beatus Petrus postmodū piuim furtum compericns: et diligenter examinans librum: omni veritate plenum conspexit: et recipiendum ab omnibus fidelibus approbauit. Ecce quomodo Leo noster Marcus vigilauit ad futuram ecclesie vtilitatem.

¶Queritur cur necesse fuit vt beatus Marcus scriberet euangelium: maxime cum iam illud etiam prolixo sermone scripsisset beatus Mattheus: qui etiā in huius rei signum primus in ordine quatuor euangelistaruz nominatur: et liber eius ceteris antefertur: non quo ad auctoritatē: cum omnes sint eiusdem auctoritatis: sed quo ad ordinem scribēdi: siue quo ad prioritatem temporis. Nam vt dicit beatus Hiero. in prologo super eundem Mattheum: ipse Mattheus prim⁹ euangeliū scripsit hebraice. Joannes autem vltimus. Et ideo liber euangelioꝝ suorum in quarto et vltimo ordine ponitur.

¶Respondetur ad quesitum q valde conueniens fuit vt bea-

nus Marcus scriberet euãgeliũ in Italia: et hoc propter multa

¶ Primo quidem qr forsan nõdum ad partes illas occidentales peruenerat liber euangeliorum Matthei. Sicut autem necesse fuit ad confirmationez fidei, euangelium predicari: ita etiam conscribi: tum ad commendationẽ faciliorẽ gestoruz Christi: tum ad confutationez futurorũ hereticorũ: qui multa falsa et absurda dogmatizaturi erant sine auctoris nomine aduersus veritatez fidei: et dictorũ atqꝫ gestorum Jesu xpi.

¶ Secundo conueniens fuit vt beatus Marcus scriberet euangeliũ vna cũ alijs tribus euãgelistis ad maiorẽ veritatis euangelice confirmationẽ: maxime cum dicat lex Moysi Deutero. xvij. et sic renouatur in noua lege Matt. xviij. item Jo. viij. qꝫ in ore duorũ vel trium testiũ dz stare omẽ verbũ. A fortiori ergo standũ est testimonio quatuor testium fidelium et probatorum: et qui in eandem conueniunt sententiã. Uerũ vt dicit Hiero. in plogo sup Matthẽũ: plures euangelium scripserunt: sed forte non ea fide qua oportuit. Nam vt dicit magister Nicolaus de lyra in expositione prologi eiusdem Hieroñ. aliqui scripserunt sub noie apostolorũ et discipulorũ Christi: immiscentes falsitates: vt facilius sub noie apostolorũ fideles deciperentur. Ad euitandum ergo tm̃ periculum et tantã confusionem opus fuit vt quatuor viri nominatissimi euangelia scriberent: qui soli haberent auctoritatis testimoniũ: et quorũ dicta approbarentur et reciperentur ab vniuersali ecclesia.

¶ Tertio cõueniens fuit vt quatuor essent scriptores sacrorum euangeliorum: qr sic olim prefiguratum fuerat: videlz Geñ. ij. vbi dicit qꝫ fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandũ paradisum: qui inde diuiditur in quatuor capita: scilz physan/ geon/ tigrim/ et eufratem. Allegorice iste fluuius est euangelica predicatio que a Christo procedit: a quo generaliter omnis voluptas emanat: iuxta illud Mat. xi. Uenite ad me oẽs qui laboratis et onerati estis: et ego et c. Psal. Gustate et videte qm̃ suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo. Congrue autem hmõi euangelica predicatio fluuio comparatur. Nam fluuius proprie dicitur aqua fluens. Modo predicatio euãgelica longe lateqꝫ fluxit per apostolos: iuxta id quod preceperat illis xpus dicens: Euntes in mundum vniuersum pdicate euangelium oi creature. Marci vltimo. Quapropter pceptũ ita efficaciter impleuerunt qꝫ in oẽm terram exiuit sonus eorũ: et in fines orbis et c. Fluuius aũt iste diuiditur in quatuor capita: qr predicatio et doctrina xpi in quatuor euangelia diriuatur.

¶ Quarto conueniens fuit vt essent quatuor euangeliste: et hoc ad ostendendũ duorũ testamentorũ concordiam. Nã sicut in veteri testamento vnus fuit legislator: scz Moyses: et quatuor maiores prophete scilicet Esaias/ Hieremias: Ezechiel et Daniel: item duodecim mi-

dores prophete: item multi sapientes: vt Job / Dauid / Salomon / Jesus Syrach: ita et in nouo testamento vnus fuit legislator: scz Christus. Itē quatuor euangeliste: item duodecim apostoli: item multi alij solēnes doctores: vt Augustinus Hieronymus / Ambrosius / Gregorius: vt per hoc ostendatur φ rota continet in medio rote et φ duo cherubin sese respiciunt versis vultibus in propitiatoriū: vt habet Ezech. i. Et sic ptz solutio ad quesitum.

¶ Moralr. Sicut Christi euangelista Marcus fuit leo vigilātissimus vt dictū est: ita et nos tales esse debemus. Nam et ad hoc nos admonet xp̄us Matt. xxv. dicens: Uigilate: qr nescitis diē neqз horam. Ex quo ptz φ debemus semper vigilare in bonis moribꝰ: et esse parati: ꝓpter mortis incertitudinē. Unde ⁊ deuotus catholicus merito potest dicere illud Cañ. v. Ego dormio / et cor meum vigilat. Hoc autē maxime contingit in illis viris spūalibus qui in somnis habent multas bonas fantasias: siue dulces meditationes. Quoties ergo eundum est ad quietem corporalē / debemus nos deuote cōmendare deo / qui sciunt illū hymnū: Christe qui lux es ⁊ dies. Seq̄tur: Precamur sancte dn̄e defende nos in hac nocte / sit nobis in te requies: quietā noctē tribue. Ne grauis somnus irruat ⁊c. Seq̄tur: Oculi somnū capiant: cor ad te semper vigilet. Ecce q̄uo debemus esse vigilantissimi. Uidemꝰ em̄ φ multa genera hoim cōmuniter vigilant: videlicet seruitores dominos suos expectantes. Item laborantes: vt sunt sartores / sutores / scriptores / et siles: ⁊ hoc ꝓpter spem quam ponunt in lucro. Item milites quandiu sunt in bello: et hoc ne insperate eos inuadant aduersarij. Item cursores seu nuncij regum ac principum. Propter hec quatuor debemus libenter vigilare in presenti. Primo quidē quia sumus serui dei. Luc. xij. Beati serui illi quos cum venerit dn̄s inuenerit vigilantes. Secundo vero quia sumus a deo positi in presenti ad laborandū in spem premij celestis Luc. x. Dignus est operariꝰ mercede sua. Tertio autem qr sumus in cōtinuo bello. Job. vij. Militia est vita hois super terrā. Quarto et postremo qr continue currimꝰ ad mortē. Bene ergo et salubriter nos admonet mater ecclesia dicens: Surgite vigilemus: venite adoremus: qr promisit dn̄s coronā vigilātibus. Et sic patз de tertio.

¶ Quarto principaliter / leo est aīal virtuosissimum. Solo em̄ rugitu adeo terret cetera animalia φ q̄ primū eius rugitū audiunt: in eodem loco sistunt. Item virtus eius in alio apparet: i hoc scilicet φ solo rugitu catulos suos tertio die a partu suscitare dicit: non tamen a morte: sз potiꝰ a graui somno. Ecce mirabilis leonis virtus. Sic et beatus Marcꝰ adeo virtuosus fuit φ suis predicationibus terrebat peccatores. Fuit enim ſm Hieronym. in prologo super euangelium eiusdē: Alexādrie eps. Uerisimile est autē

q frequenter predicabat: dio-cesim visitabat: populum in-struebat. Et si quos proteruos inueniebat: more leonino eos deterrebat. Ceteros autem be-nigne suscipiebat. Et vt de vir-tute τ sanctitate huius leonis plenius nobis innotescat: au-diamus de aduentu eius in ci-uitatē Alexandrie. Nā cū eum ibidē destinasset beatus Petrus in epm: mox in ingressu ciuita-tis calciamentum eius ruptum est. Quod cū tradidisset cuidaz sutori reparandū: τ ille in tali opere manū suā grauiter vul-nerasset: illico vir sanctus facto luto ex sputo manū eius vnxit: τ ɔtinuo sanitatem recepit. Ec-ce quō apparuit virtus nostri leonis Marci. Nec multo post dictus sutor cum tota familia sua sacrum baptisma suscepit. Nam propter beneficium rece-ptum virum dei hospitio rece-perat: qui ipsum in fide xpi in-struxerat: τ demum baptizauit ipsum: vt dictum est.

¶ Moraliter. Ad instar huius viri sancti debent pdicatores diuini verbi deterrere obstina-tos τ pertinaces peccatores: vt saltē terrore τ timore concussi desistant male agere. Debent etiā plati clamore pdicationis τ exhortationis atq dure in-crepationis τ penarū cōmina-tionis suscitare catulos suos. i. subditos a fouea pctōrū suorum. Et de tali clamore loqt pphe-ta Esa. lviij. dicens. Hec dicit dñs deus. Clama: ne cesses: q-si tuba exalta vocē tuā: τ annū-cia τc. Sed qd est q catuli leo-nū nō suscitant nisi tertio die? Certe per hoc plane ostēditur τ declaratur q nullus perfecte suscitatur a morte peccati sic scz q sit immunis a culpa τ pe-na: nisi post tres dies / qui sunt contritio cordis / cōfessio oris / τ satisfactio operis.

¶ Quinto leo est animal beni-gnissimū τ presertim erga ho-minem: adeo vt dicat Isidorus vbi supra: q nisi lesus nescit ho-mini irasci: insuper prostratis parcit: τ captiuos obuios repa-triare permittit. Insuper ho-minem non solet deuorare nisi fame vrgente. Sic τ beatus xpi euangelista Marcus fuit valde benignus. Multa eni aduersa perpessus est. Nihilominus in oibus cruciatibus τ aduersis be-nignum τ gratiosum semper se esse ostendit: Nā tanq ouis ad occisionē τ martyriū exemplo Christi (vt statim dicet) duce-batur: insuper post mortem be-nignitatē suā Venetēsibus ostē-dit. Nam ex quo anno domini cccclxvij. Veneti transtulerunt sacrum eius corpus de Alexā-dria Venetias: atq illi eccle-siam mire pulchritudinis fa-bricauerunt: in qua tantū the-saurū honorifice reposuerunt: semper eorū respublica in me-lius aucta est gloria / honore / atq diuitijs. Nō dubium qn hoc fiat meritis dicti sanctissimi pa-troni Marci: q eisdē Venetien-sibus ostendit suā benignitatē.

¶ Moraliter. Exemplo viri dei Marci atq leonis debemus es-se benigni aduersarijs nostris atq inimicis nris: precipue ve-niam petētibus siue corā nobis pstratis prōpti τ faciles veniā dare. Nam vt dicit Augustinus ser. ij. dñice quarte post trinita-

tem: vnusquisque talem indulgentiam acceptur⁹ est a deo: qualem et ipse dederit proximo suo. Ite post pauca. Certissime, inquit ille, indulgentiā apud deū sperare poterit: qui alijs indulgere nouit. Hec ille. Deterioris igitur conditionis leonib⁹ sunt illi qui postquam semel offensi sunt: efficiuntur implacabiles ad indulgentiam. Et de hoc refert historiam Suaguinus in chronica regum Francie: videlicet de rege Clotario qui interfecit vnum de militibus suis in hunc modum. Hic enim rex habuit in curia sua quendam generosum militē nomine Salterum dn̄m de yuetoto in solo Caletēsiū dioces. Rothomagen. Cui inuidentes aliqui curiales cum grauiter diffamare ceperunt apud regem: et quod dissiparet bona regni et domus regie. Quod audiens rex: de facili credidit ita esse: et quod grauius est: sine ampliori informatione decreuit eū tradere preposito domus sue cito occidendū. Quod intelligens innocēs miles cessit furori quamdiu in cursu erat. Perrexitque in subsidium terre sancte: vbi moratus est per decēniū. Quo tp̄e expleto rediit in Franciam. Cumque in die veneris sancta se prostrauisset coram rege: ille mox arrepto gladio ppinquioris armigeri, dictū galterū ibi interfecit. Quod facinus audiens et horrens summus pontifex nomine Agapitus: mandauit regi vt de tanto scelere satisfacere studeret: alias eum excōmunicationi subderet. Ille ergo velut filius ecclesie in satisfactionem absoluit ppetuo dicti galteri heredes a fide et homagio prestando regibus Francie. Quod quidem priuilegium hucusque perseuerat ita vt dominus dicti fundi vsque in hodiernum diem vocetur a subditis et incolis, rex yuetoti. Hec ex dicta chronica patet quam malum est in principe: et similiter in quocunque alio furere in primū. Discant ergo quicūque cōquerunt se ab aliquibus offensos: illis ex corde parcere: maxime autē cum tales vident humiliatos, et ad veniam querendam paratos.

¶ Sexto et vltimo Leo est aīal fortissimū: cuius fortitudo precipue consistit in capite: in pectore, in collo, et ore. Sic et beatus Marcus fuit valde fortis in bello contra tyrannos et aduersarios christiane fidei: ita vt non cesserit supplicijs: sed potius supplicia cesserunt ei. Nam cum beatus Petrus tandem misisset eū in Alexandriam vt ibi euangelizaret verbū dn̄i: et multos tū doctrina: tū miraculis ad Christi fidem traxisset: tandem pontifices idolorum: eo missam celebrante in die sancto pasche: ipm apprehēderūt: et misso fune ad collum eius: ipsum p ciuitatem crudelissime trahere ceperunt: dicentes. Trahamus bubalum ad loca bubalorum. Cumque sic traheretur, tenere carnes eius in terram fluebant: et eius sanguine pauimentū vicorum rigabatur. Post hec ipsum sic cruentatum dicti pontifices in carcerem recludi fecerunt. Cumque ibi esset: illi apparuit primo angelus de celo: deinde dominus noster Jesus xp̄us confortans eum et dicens. Pax tibi Marce

euangelista meus. Noli timere: q2 ego tecum sum: vt eruam te. s. p mortem gloriosam deducendo in celum. Mane igitur facto funē iterum in collo eius posuerunt: huc atq3 illuc illum pertrahentes. In tali igit cruciatu dicendo, In manus tuas dñe commendo spiritum meum emisit spiritū: Anno dñi quinquagesimoseptimo: regnante Nerone imperatore. Christiani autē rapuerūt venerabile corpus eius: & in ecclesia cū omni reuerentia ipsum sepelierunt.

¶ Moraliter. Instar diui Marci debemus esse fortes in aggrediendo ardua: et in sufferendo aduersa propter deum. Item in resistendo cuilibet tentationi siue sit a carne: siue a mundo: siue a diabolo. Unde de viris iustis & sanctis dei amicis loq̄ns Apo. ad Heb. xi. dicit q fortes facti sunt in bello: supple spirituali: et quod exercetur cum armis spiritualibus gratiarum & virtutū. Sed profecto pauciores habet tales milites rex regum Jesus xp̄s q̄ mundus: q2 vt dicit Grego. lib. xix. moral. et similiter recitat dist. xlvii. oēs. Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt: in celestibus debiles. Nā p mundi gloria vsq3 ad mortem desudare appetunt: & pro spe perpetua nec parū in labore quidem subsistunt. Hec ibi. Studeamus ergo charissimi ostendere nos fortes in his que dei sunt: et in tolerando equanimiter aduersa: vt tandē post leonem Marcū puenire possimus ad regna celestia. Prestante dño nostro Jesu Christo: qui cum pat. &c.

¶ Sermo de beato petro martyre.

Esto fidelis vsq3 ad mortē: & dabo tibi coronā vite. Apocal. ii.

¶ Magna est dei prouidentia atq3 clemētia & bonitas: q̄ a cōstitutiōe mūdi vsq3 in p̄ntem diem semp puidit ecclie sue (q̄ ab Abel p̄mo iusto icepit) de viris fidelib9 & deuotis q̄ vsq3 ad mortem desudarunt pro bono virtutis. Hoc autem inductiue possumus non quidem de oībus: sed de multis palā ostendere. Ecce eī Abel pro obseruatione fidelitatis ad deum: in hoc. s. q de melioribus animalib9 gregis sui obtulit holocaustum dño: a fratre suo Cain inuidia stimulante in agro occiditur. Geñ. iiii. Item populus hebreorum in Egypto sub seruitute Pharaonis degens: eo q peteret libere sacrificare domino deo suo in deserto: dure flagellat: paruuli extinguunt: multiq3 grandeui cum amaritudine ad inferos perducunt. Post modū succedente lege scripta successerunt sancti dei prophete: quorum multi obiurgantes pctā regum ac principum variis mortibus interierunt: secundum q improperat Christus populo iudaico Mat. xxiii. dicens, Hierusalem que occidis prophetas: & lapidas eos qui ad te missi sunt. Nonne etiam Macchabei multa perpessi sunt: etiam & mortem p defensandis sacris dei legibus? Ueniamus ad legem gratie. Nonne impii iudei dei filiū pro eorum salute in terras mis-

sum morte turpissima mori apud Pilatum auide et inuide pcurauerunt? Quid deniq; dicemus de eius apostolis? Nõne oẽs ab impijs tyrãnis calicem dñi biberunt? Ceterũ quis numerare posset quot postmoduz milia sanctorum occisa sunt in odium fidei christiane tum ab infidelibus ⁊ tyrãnis: tũ ab hereticis vineã dñi instar aprorũ demoliri volentibus: precipue autem a manicheis?

¶ Pro quo notanduz prout refert dñs Antoninus in prima parte chronice sue titulo. vij. in fine totius tituli: q fuit quidam homo de Perside dictus Manes siue Manicheus: q̃ fuit ante tẽpora beati Augustini. Ab isto ergo nequissimo viro ortũ habuit heresis que appellatur Manicheorum. Hic g heresiarcha Manicheus duo esse principia asserebat: vnum bonorum: reliquum malorum. Deuz creatorem inuisibilium: diabolum visibilium. Scdo dicebat xpm habuisse corpus fantasticum. Multos etiam alios errores disseminauit. Propter quos reprobatus est ab vniuersali ecclesia: vt patz. xxiiij. q. iij. quidã autem heretici. Contra quos etiam errores accerrime disputauit Augu. in plerisq; locis librorum suorum. Hec autem heresis repullulauit in Italia tempore Innocentij quarti: circa annuz dñi. M. ducẽtesimum quinquagesimum. Nihilominus fuit totaliter extirpata per beatum Petrum martyrem ordinis predicatorum: atq; orthodoxe fidei vigilantissimum inquisitorem. Eam ergo per dei gratiaz penitus de medio deleuit: tum predicationibus: tum disputationibus: tũ miraculis: tum orationibus ⁊ sanctis operib⁹ hoc apud deum merẽdo. Unde huic tam preclarissimo martyri videbatur dñs dicere verbũ premissum in themate: vez Esto fidelis vsq; ad mortẽ: ⁊ dabo tibi coronam vite.

¶ In p̃senti itaq; sermone intendo cũ dei g atia ostendere quõ beatus miles Xpi Petrus fuit deo fidelis vsq; ad mortez inclusiue: et hoc instar multorum sanctorum patriarcharũ: pphetarũ: ac sctorum noui testamenti. Ipse nẽpe habuit fidelitatem subsequẽtium: videlicet

Noe in vite perfectione
Abrahe in cognationis dẽstiõe
Joseph in castitatis dilectione
Moysi in signorum operatione
Josue in celestiũ subiugatione
Thobie in spãli preseruatione
Jude in mortis electione
Joannis in carnis afflictione
Petri in fidei conseruatione
Pauli in mortis conditione.

¶ Primo igitur Xpi pugil fortis Petrus habuit fidelitatem Noe in vite perfectione. De perfectione ei vite ipsius Noe scribitur Geñ. vj. q ipse fuit vir iustus atq; perfectus in generationibus suis: cum deo ambulauit: genuitq; tres filios: Sem: Cham: et Japhet. In quibus verbis tanguntur quatuor in laudem ipsius Noe. Primum ẽ q recte se habuit ad proximũ: quia iustus. Justitia autem est ad alterum. Secundum est qđ recte se habuit ad seipsuz: quia perfectus fuit in generationibus suis. i. inter oẽs homines

suo tpe in presenti viuentes. vnde glos. ordiñ. querit hic dicēs: Si nullus sine peccato est (vt habetur Prouerb. xx.) quomō ergo Noe dicitur homo perfectus? Et rñdet dicens φ aliq̄s potest dici perfectus dupliciť. Primo modo sic φ ei nulla desit perfectio: aut illi addi possit Et tunc soli beati sunt perfecti qui etiam equantur angelis in perfectione. Secūdo modo aliquis potest dici perfectus secū dum quid. i. sm statum peregrinationis hui⁹ vite. Et sic Noe fuit perfectus hoc scdo modo: non autē primo modo. Et ideo notanter additum est. In generationibus suis. Ecce ergo quo modo Noe recte se habuit ad seipsum per vite perfectionem.

Tertium quod dicitur in laudem Noe/est φ recte se habuit ad deum: qr cum deo ambulabat. Glos. interli. sequens vestigia eius. Quartū quod de eodem dicitur: est φ genuit tres filios: Sem: Cham/et Japhet: per quos dilatatus ꝛ multiplicatus est mundus. Nā de Sem repleta est Asia. de Cham Aphrica. de Japhet vo Europa: quam inhabitamus.

¶ Ad propositum beatus Petrus martyr habuit fidelitatē Noe in vite perfectione quantum ad omnia p̄dicta. Primo enim fuit iustus quo ad proximos suos: qr nulli vnq̄ nocuit verbo signo aut facto: sed omnibus profuit. Scdo fuit perfectus quo ad seipm: qr vt testatur papa Innocentius quart⁹ in bulla canonizationis eius: nullius mortalis criminis sēsit vnq̄ cōtagiū: vt firma suoꝝ cōfessoruz assertione comprobat. Vn in hymno de eodem sic canit eccl'ia. Petrus flos pulchritudinis: et virtutum sacrariū: nullū mortalis criminis sensit vnq̄ contagiū. Tertio fuit pfectus quo ad deū: vcz sequendo vestigia eius: ꝛ signāter xp̄i incarnati / vt forte dicetur in sequentibus. Propter qđ de Xp̄o merito dicere potest illud Job xxiij. Vestigia eius secutus est pes meus. Quarto iste noster Noe genuit non carnaliter: sed sp̄ualiter: nec ū tres filios / vez rūetiā pene infinitos filios ꝛ filias: vt fuerūt oēs illi quos de errore manicheoꝝ suis predicationibus reuocauit ad verā ꝛ rectā fidem xp̄ianorū. Idem dic de multis alijs pctōribus ac peccatricibus tam notorijs q̄ occultis: quos ad verā penitentiam vir dei Petrus predicationibus suis attraxit. Propter que merito de talib⁹ dicere potuit illud. j. ad Corinth. iiij. In xp̄o Jesu per euangelium ego vos genui.

¶ Moraliter. Hic nobis datur exemplum vt studeam⁹ ꝑ posse nr̄o hr̄e quat uor predicta si cupimus post ip̄m Petrū tandem cōscendere celū. Primo eñ debemus esse iusti i ordine ad ꝓximos nr̄os: vt nemini noceamus siue verbo per detractionē: opprobrium: irrisionem: mēdaciū ꝑiuriū: aut hmōi: siue facto per ꝑcussionē/furtum: rapinā: ꝛ huiusmodi: siue signo per subsannationem: aut per aliud sile. Nec ad verā iustitiā sufficit φ ꝓximis nr̄is non noceamus: verū etiā necesse est vt illis ꝑ loco ꝛ tp̄e benefaciamus:

z deditū obsequiū impedam⁹. Qð vbi fecerimus:talis iustitia liberabit nos a morte:vt habetur Prouer.x. A morte inquam spūali et eternali. Scđo debemus esse perfecti in ordine ad nosipsos:aut saltē tendere z laborare ad vite pfectionē:vtpote reprimendo illicitos motus: passiōes vitiosas:et inclinatiōnes seu habituatiōes pversas. Mat.v. Estote perfecti sicut et p̄r vester celestis perfectus est. Tū ly sicut:in pposito non dicit oīmodā eqūitatē. alias vbū xpi obligaret nos ad impossibile/sed iportat imitationē. Debemus em̄ p posse nr̄o imitari xp̄m in vite pfectione. Tertio debem⁹ cum deo ambulare per volūtatis cōformitatē:saltem i his in qbusnos voluit sue volūtati pformare. Itē debemus cū deo ambulare p mādatorꝫ suorū obseruātiā. Itē p charitatē z dilectionē ipm̄ sup oīa diligēdo z hmōi. Quarto debem⁹ generare filios:pctōres reuocando p fraternalē et charitatiuā correctionē. Singularius autē nos p̄dicatores debem⁹ gn̄are filios per sanctā predicationē. Silr z p̄lati eccl'ie per sacramentorum ecclesiasticoꝝ administrationē. Talis pater multorū filiorꝫ erat ipse Paulus/qui his quos genuerat verbo vite dicere solebat. Filioli mei quos iterum parturio : donec formetur.s.per boni stabilitatem : in vobis xp̄s. ad Galat.iiij. Ecce ergo quomodo debemus habere quodammodo illa quatuor que fuerunt in Noe.

¶ Secundo btūs Petrus martyr habuit fidelitatem patriarche abrahe in cognationis desertione. De Abraham enim legitur Genes.xij. q dn̄s dixit ad eum. Egredere de terra tua/ et de cognatione tua: et de domo patris tui: et veni in terram q̄ monstrauero tibi/faciamque te crescere in gentem magnam: et benedicam tibi:et magnificabo nomen tuum:erisq̄ benedict⁹. In quibus verbis dominus denunciat Abrahe tria. Primum est patrie ppie et cognationis seu parētele desertio:qꝛ Egredere de terra ꝛc. Secundum est ad alienam patriam multo vberiorem inuitatio : quia veni in terram quā monstrauero tibi. Tertiū est fidelis dei promissio quia Faciam te crescere in gentem magnam: et benedicam tibi ꝛc. Hec enim omnia ad literam fuerunt circa Abraham impleta.

¶ Ad propositum. Hec oīa congrue possunt exponi de beato Petro martyre qui per Abrahā fuit prefiguratus. Tum primo: qꝛ sicut Abraham habuit patrem noīe Thare pessimū idololatram:sic z btūs Petrus patrem habuit errore manicheorum infectum et sectatorem. Tū scđo:qꝛ sicut Abraham habuit vite pfectionē / s̄m q dn̄s illi imperauerat dicens: Ambula coram me: et esto perfectus Gen̄:xvij. ita et beatus Petrus adeo pfect⁹ fuit q nūq̄ mortaliter peccauit vt p̄us dictū est. Tū tertio:qꝛ sicut abrahā fuit in fide pfectus:iuxta illud vbū apl'i ad Ro.iiij. Credidit Abraham deo:et reputatum est illi ad iustitiam:ita etiā btūs Petrus fuit valde firm⁹ in fide ca-

tholica: adeo q sibi commissuz est officium inquisitionis fidei ab Innocētio quarto: vt prius dictum est. Ecce quō fuit per Abraham prefiguratus. Huic ergo alteri Abrahe tria a dño per interiorem inspirationem dicta sunt. Primum fuit vt domum paternā desereret: eo qd non esset tutū illi habitare cum serpentibus. i. parentibus infectis errore Manicheorū. Erat eñ de ciuitate Ueronensi oriundus. Que tunc temporis sicut et cetere: ciuitates Italie atque Lōbardie: infecta erat heresi dictorum manicheorum. Scdz fuit vt ad terrā multo vberiorem se transferret. s. ad sacrum ordinem fratrū pdicatorum nouiter diuinitus institutū. Unde in adolescentie annis egressus affectu pariter et effectu de domo pris sui carnalis: tanq̄ liliū candens de sentibus: et rubens rosa de spinis: ad ordinē predictum se transtulit. In quo q̄dē ordine fere. xxx. annis laudabiliter vixit. Tertiū fuit q in dicta terra sancte religionis plurimum profecit: atq in virum magnum euasit/ tum per vite sanctitatem/ tum per diuini verbi grām: tum per multiplicem miraculorum operationē. Tūc etiā creuit in gentē magnā quātum ad hereticos quos reduxit ad verā fidē: quorū non est numerus. Cui etiam benedixit dñs benedictone grārū et virtutū. Insup et magnificauit dominus nomen suum. i: magnum fecit p bonam famam ipsius que hodie per vniuersam ecclesiam dilatata est. Patet ergo quō xpi pugil fortis Petrus habuit fidelitatem Abrahe in cognationis desertione.

¶ Moraliter. Si cupimus saluare alas nr̄as: et tandē benedici a domino in p̄senti per gratiam et in futuro p gloriā: debemus primū in presenti deserere cognationē nostram. i. terrenum amorem: pariter et carnalem. Hec autē duo simul tangit xp̄s Matth. xix. dicens: Quisqui reliq̄rit domū: ecce desertio terreni amoris: vel fratres: aut sorores: aut patrem: aut matrem/ aut vxorem: aut filios propter nomen meum: ecce desertio carnalis amoris que fit pter deū cētuplū accipiet et vitā eternā possidebit. Ecce finalis benedictio. Ad hoc etiam faciendum admonet spūssanctus animam deuotā/ dicēs in ps. Audi filia supple quid loquatur in te dñs deus: et vide q̄ transitorius: q̄ deceptiuus: q̄ periculosus: quā abominabilis: q̄ instabilis est mūdus. et inclina aurem tuam per obedientiam: et obliuiscere populū tuum: et domum patris tui. Ecce duo pdicta. Quod si ita feceris: pfecto concupiscet rex (supple eternus) decorē tuū. i. interiorē pulchritudinē: ita vt eam do velit tecū habitare per gratiam. Ipse nempe est qui ait Prouerb. viij. Delicie mee esse cum filijs hoim. Tādē aūt idē rex dicet tibi. s. in mortis articulo/ Ueni in terram quam mōstrauero tibi. s. in illam terram de qua ps. Credo videre bona dñi in terra viuentium.

¶ Tertio. b. Petrus martyr habuit fidelitatē Ioseph in castitatis et pudicitie dilectione. De Joseph eñ legitur q intantum

dilexit continentiam q maluit falso accusari: & in carcerem te- terrimū biennio recludi q̄ im- pudice commisceri cum vxore putipharis. Ge.xxxix. Sic & be atus petrus valde dilexit pudi citie donū: adeo q virginitatē inuiolatam custodiuit vsq ad mortem. Nihilominus sicut sā- ctus ille p̄triarcha Joseph fuit falso accusatus de incontinen- tia & hoc ab ipudica vxore Pu tipharis: sic quasi simile ꝯtigit cir ca virū dei Petrū: put pulchre declarat eius legenda. Nam in ea legitur q hunc virum sctm̄ interdū visitabant sancte v̄gi- nes celestis patrie: cum eo fa- miliariter de diuinis colloquē- tes: & hoc totū ꝓpter puritatis tā sp̄ualis q̄ carnalis in eo re- lucentis amorē. Vñ semel acci- dit q eo morante in quodam conuentu ordinis/nonnulli fra tres satis indiscreti & leues trā- euntes ante cellam eius/et au- dientes voces mulierum cum eo colloquentiū: suspicati sunt ma lum de fratre Petro: aut saltē magnā indiscretionē illi attri- buerunt: eo sclʒ q introduxisset in cellā suam mulieres ꝑ causa etsi honesta: tñ cum scandalo & cōtra statuta ordinis. Propter quod accusauerūt eum coram priore in pleno capitulo/ etiam testibus ad hoc inductis. Quo audito prior vocat fratrem Pe trum: iubet vt de culpis suis se accuset. obedientiam implet ip sum tamen factum nec fatetur nec se de eo accusat: tum ne se iactare videret̄: asserēdo collo- quium priuatum habuisse cum sanctis virginibus: tum q̄ cō si- derabat sibi soli fidē non adhi- bendam contra plures. Tacuit ergo ꝯtra falsam accusationē exemplum sumens a magistro suo/ qui scꝫ cū accusaretur a mul- tis & de multis corā Caipha pa riter et Pilato/ tacebat. Prior ergo ex officio grauissime puni uit in Petro crimen cuius ipse innocentissimus erat. Tandem inde liberatus: missus est ad cō uentum vetinum qđ in penam. Cunq; ibi esset: et nocte quadā post matutinas solus in eccle- sia remansisset ꝓstrauit se corā imagine crucifixi: pias & queru las: voces emittens: et dicēs. O bone Jesu: tu scis innocentiam meā: & veritatē rei ꝑ qua false accusatus sum/ & grauissime pu nitus. Cur ergo permisisti me ita falso accusari & confundi co rā fratribus meis? Et mox cru cifixi imago ait ad eū. Et ego inquit Petre quid mali feci vt cum tātis opprobriis/ iniuriis/ & ꝯtumeliis cōdēnarer ad sup- pliciū crucis? Disce ergo exem plo mei oīa equanimiter sustiā nere. Ex quibus verbis vir dei mirabil̄r confortatus est: atque cōsolatus. Successu tñ t̄pis de- claratum est illos fuisse errore deceptos q̄ crediderāt de vir- ginibus celestis patrie cū q̄bus nihil mali suspicari potest: q fuissent mulieres ⁊c. Unde di- cta imago crucifixi vsq in ho- diernā diem ad perpetuam rei memoriā in dicto cōuētu ho- norifice & reuerēter custoditur. Patet ergo quam castus fuerit dei amicus Petrus.

¶ Moraliter. Est notandū cir- ca predicta q beatus Petrus vsus est triplici remedio pro cō seruanda carnis sue integrita-

te: quo etiam vti dz quicunque desyderat debitā seruare castitatem seu virginitatem. Primū igitur remediū fuit corporalis afflictio. Frequenter eñ ieiunabat ad domādum carnem suā. Insup obseruabat cōtinuā abstinentiā a carnibus: ꝯformiter ad statuta ordinis sui. Sciebat enim: ꝙ seruus delicate ⁊ abundanter nutritꝰ de facili ꝓteruit et insurgit in dominum suum. Hoc etiam remedio vti debent clerici/ precipue aūt monachi ⁊ religiosi ordinis fratrum predicatorum. De primo ptz per decretum de ꝯsec. dist. v. carnem. De scdo autem patet per statuta siue constitutiones dicti ordinis predicatorum. Vñ Augu. in regula de cōi vita clericorū: Carnem inquit vestrā domate ieiunijs ⁊ abstinētia esce et potus quantum valitudo permittit. Secundum remedium fuit frequens et feruens oratio. Sepe enim orabat dominum/ dicēs. Domine deus non possum esse continens: nisi tu dederis. Et ideo oro te dñe: vt des mihi carnis ⁊ spūs puritatem. Sic et nos debemus orare dominum. vt idem nobis conferre dignet. Tertium remedium fuit studij frequentatio. Maximam enim temporis partē tam dici ꝗ̃ noctis occupabat vir sanctus in studio sacraꝝ literarum vt posset esse vtilis saluti animarum siue predicando: siue hereticos impugnando: siue salubria consilia dando. Sic ⁊ qui optat in se carnis munditiam: debet se exercitare in studio sacrarum literarum/ iuxta illud Hieron. dictū: Ama studia literarum: ⁊ carnis vitia non amabis. Ptz ergo de fidelitate castitatis in beato Petro: que similiter esse debet in quolibet ecclesiastico ac religioso viro.

¶ Quarto beatus Petrus habuit fidelitatē Moysi in signorum operatione. De Moyse eñ legitur in exodo per plura capitula: ꝙ multa signa operatus sit ꝑ eum dominus/ tam in aq̄s ꝗ̃ in mari/ ꝗ̃ in terra: ꝗ̃ etiam in aere: vt patuit de mutatione aquarum in sanguinem. De diuisione maris rubri. De virga conuersa in serpētem. Item de cynifibus et grossis muscis: de quibus quidem signis summarie loquitur Ps. dicens: Misit (supple dñs) signa et prodigia in medio tui Egypte: in Pharaonē: ⁊ in omnes seruos eius. Sic etiam multa signa ⁊ prodigia operatus est dñs per preces et merita serui sui Petri: nec etiā adhuc desistit in dies operari: sed de multis aliqua referemus.

¶ Primum igit signum fuit factum in terra: etiam viro Dei adhuc viuente. Nam vt narrat eius legenda/ accidit vt semel ad eius predicationem quidam adolescens vehementer cōpunctus redderet. Qui finita predicatione accessit ad virū dei: illicoꝗ confessus est inter cetera se matrē calce percussisse. Quo audito: cepit homo dei factum vehementer detestari: dicens ꝙ pes ille quo matrem percusserat: merebatur abscindi: eo ꝙ fuisset instrumentū tāte impietatis: maxime cum dicat xp̄s in euange. Marci. ix. Si pes tuus scandalizat te: abscinde eum

⁊ proijce abs te. Non tñ inquit dico tibi vt hoc facias: sed caue tibi in futuruʒ a simili delicto. Facies aũt talem ⁊ talem penitentiam. Post hec iuuenis domum reuertit: ⁊ in detestatione delicti commissi: accepto gladio pedẽ sibi abscidit. Clamat pre dolore: sanguis effluit copiose: accurrit mater: factum videt: vocẽ in altũ extollit: accurrunt vicine: omnes stupore replẽtur: remedia q̃runt quib⁹ sanguinis fluxus restringuatur iuuenis cur hoc fecerit interrogatur. Rñdet se confessum fuisse fratri Petro de verona: illicq; dixisse matrẽ calce percussisse: dictumq; frem Petrũ vehementer casum abhorruisse: atq; addidisse hmõi pedem precisione dignũ esse. Ob quam cãm mihi inquit pedẽ abscidi. Quo audito parẽtes ad conuentũ fratrũ currunt: querimoniã apud priorem deponunt: stupet prior: aduocat frater Petrus veritateʒ nudã fatet: nec culpa in eo inuenit. Adducat tñ inquit huc iuuenis: ⁊ forsan illi⁹ miserebitur deus: eo q ignorãs fecit: factũ est ita. Cumq; p̃missa orõne vir dei pedẽ abscissum iũxisset tibie in loco scissure/ adeo ꝯiunctus est carni relique vt nulla scissura ibi prius facta appareret. Qd videntes multi qui aderãt: glorificauerũt deũ qui dedit potestatẽ talem hoib⁹. Ecce signum factũ in terra meritis beati Petri martyris.

¶ Aliud signũ apparuit in hac ciuitate Ebroyceñ. Quidã em ciuis eiusdem ciuitatis dictus Matthe⁹ trisserie tãta paralysi ꝑcussus fuit vt vsum membrorum suoꝝ nullo modo haberet. Audiens q̃ q in conuentu fratrum p̃dicatoꝝ celebraretur festum eiusdẽ sancti: fecit se illic in primis vespis eiusdẽ festi ad eccl'iam p̃dicti ꝯductus in gestatorio seu biga deferri. Mira res. De biga descendit: et cum duobusbaculis sub axellis vtrisq; sustẽtat⁹ a porta eccl'ie vsq; ad capellam predicti sancti cũ magno labore ambulauit. Merita viri sancti ex corde implorare cepit. Dictis ergo vesperꝫ cũ ppl'o egrederet: ille pariter egressus est sanus ⁊ incolumis. In cuius rei signum predictos duos baculos: gallice potẽces in dicta capella reliquit. Qui postmodũ multo tp̃e mãserunt sursum affixi in eadem capella. Hui⁹ miraculi sũt multi testes adhuc in hũanis vitã agentes.

¶ Aliud signũ quod fecit oĩpotens deus meritis beati Petri martyris: factum est in aquis. Ut em̃ refert dñs Anto. in tertia parte chronice sue/ ti. xxiij. c. vj. §. v. In ciuitate Senonensi puella quedã cecidit in aquam raptim transeũtẽ ꝑ ciuitatem. Stetitq; per magnũ tp̃is spatiũ sub aquis. Post hec mortua de fluuio extrahit/ corp⁹ ad ecclesiam fratrũ p̃dicatorum defertur. Merita viri sancti orationibus ab assistentibus implorãtur. Et ecce subito dicta puella vite restituit. Unde laudes deo et famulo ei⁹ Petro ab omnibus acclamantur.

¶ Aliud signum factum est in aere. Nota quomodo post obitũ viri dei frequenter lãpades diuinitus accensevise sunt quasi in aere suspẽse super eius se-

pulchꝛum. Unde de eo canit ec
clesia dicens: Ad sancti Petri
tumulum frequens lux descen-
dit: in cuius laudis titulum lā-
pades accendit. Ceterū refert
dñs Anto. meritis sancti huius
multos demoniacos liberatos
fuisse. Item hydropicos cura-
tos: ꝛ hmōi: ita vt merito de eo
possim dicere illud Ps. Scito-
te quoniam dñs sanctum suū. s.
Petrum mirificauit. i. admira-
bilem et glorioſum ostendit in
miraculoꝛum operatione. Pa-
tet ergo quomodo beatus Pe-
trus habuit fidelitatem Moysi
in miraculoꝛum operatione.

¶ Quinto beatus Petrus mar-
tyꝛ habuit fidelitatem Josue in
celestium subiugatione. Josue
enim virtute diuina sibi quodā
modo ad nutum subiugauit si-
ue subiecit coꝛpoꝛa celestia: et
signanter solem ꝛ lunam. Unde
de eo legitur eiusdem. x. ꝙ i die
qua tradidit dominus Amoꝛ-
reum in manu filioꝝ Israel: di-
xit: Sol contra gabaon ne mo-
nearis: et luna contra vallem
haylon: Steteruntqꝫ sol ꝛ luna
donec vlcisceretur se Israel de
inimicis suis. Sic etiam beat⁹
Petrus quodāmodo imperauit
coꝛpoꝛibus celestibus. Illa ꝟo
suo modo obedierunt voci sue:
sicut sequēs declarat exemplū.

¶ Legitur eñ de eo ꝙ cum se-
mel pdicaret Mediolani sub di
uo: maximus quoqꝫ estus popu
lum affligeret: surrexit in me-
dium quidā magnus hereticus
dicēs ad eū: O petre peruerse:
si tu es ita sanct⁹ sicut iste stul-
tus populus te affirmat, cur eū
estu moꝛi permittis, et non po-
tius oꝛas deū vt aliquam nu-
bem interponat: ne caloꝛis estu
moꝛiatur? Ad quē beatus Pe-
trus. Si pmittis te abnegatu-
rum heresim tuā: ꝛ fidem catho
licam recepturum: rogabo do-
minum: ꝛ spero tm̄ de bonitate
illi⁹ ꝙ ita faciet vt dixisti. Cūqꝫ
ille heresiarcha in sua perfidia
ptinax nollet se obligare beat⁹
Petrus cum omni fiducia dixit
audiente populo. Ad hoc ꝙ il-
le qui est verus deus: monstre-
tur creatoꝛ visibilium sicut et
inuisibilium: ad consolationem
fidelium, ꝛ confusionem hereti
coꝝ: rogo dñm deum vt aliqua
nubecula descendat: que se in-
ter solem et populum interpo-
nat. Cūqꝫ vir dei post predicta
ꝟba fecisset crucis signaculum
per aerem: subito descendit nu-
becula: que per magnam hoꝛā
populum ab ardoꝛe solis pꝛote
xit. Ecce quomodo superioꝛa q
dammodo parebant viro dei.

¶ Sexto glorioſus iste sanctus
habuit fidelitatem Thobie in
speciali pꝛeseruatiōe. De Tho
bia eñ legitur eiusdem. j. cap.
ꝙ inter idololatras ac Judeos
a lege dei auersos conuersans
non est ab eis coꝛruptus: sꝫ sem
per legē dñi dei integre serua-
uit. Spāliter aūt ibi in ei⁹ lau-
dem dr̄ ꝙ cum oēs irent ad vi-
tulos aureos quos Jeroboam
rex israel fecerat: hic solus fu-
giebat consoꝛtia oiꝫ. Sequitur
etiam ibidem ꝙ cum oēs ede-
rent de cibis gentilium: iste cu-
stodiuit aiam suam: ꝛ nunqꝫ cō
taminatus est in escis eoꝛum.
Sic et beatus petrus martyꝛ
ex parentibus hereticis natus
est: ꝛ ab ipsis nutritus atqꝫ edu
catus. Ex tali tamen conuersa-

tione: protegente cū gratia dei non est contaminatus heretica eoꝝ prauitate: ꝗuis ad hoc multum laborarent. Unde specialiter legitur de eo q cum adhuc esset puer septem annorum: et quadam die de scholis rediret: interrogatur a patruo suo seu patrino illi obuio quidnam illa die i scholis didicisset. Cui cum respōdisset se didicisse. Credo in deum patrem omnipotentē creatorē celi et terre. Ait illi patruus. Filiole mi: noli dicere deum creatorē terre: sed tm̄ celi. Ipse eñ non creauit ista visibilia vbi sunt tot defect9. sꝫ illa diabolus produxit ⁊ creauit. Ad quem puerulus. Certe inquit sic credo sicut in scholis dici. Cūq̧ patrinus cepisset per aliquas friuolas rōnes illi persuadere prout poterat diabolū esse creatorem horum inferioꝝ et omniū visibiliū: minime autem deum: puer spiritui sancto plenus sic contra eum rationes suas conuertit. vt eum proprio gladio interimere videretur. Nam adeo docte ⁊ ꝓfunde errorem sui patrini confutauit vt rn̄dere non posset: nec resistere sapientie ⁊ spiritui sancto: qui per eum loquebatur. Ille ergo neq̧ hereticus indigne ferens a paruulo petro se cōclusū ⁊ cōfusum: patri q̄ gesta erant inter eum ⁊ puerum: significauit/ et vt eum omnino a scholis remoueret persuasit. Alias enim inquit: timeo ne cum fuerit bn̄ erudit9: sectam nr̄am destruat ⁊ cōfundat. Hic ergo nequā hereticus nesciēs quid diceret: velut alter caiphas verum ꝓphetauit: dum Petrū destructurum perfidiam hereticorum manicheorum prenūciauit. Nota tamen q propter verba dicti patrui pater beati Petri eū a studio non retraxit: eo q res a domino fieret: ꝗuis ipse ignoraret. Insuper estimabat q postea posset de facili filium ad sectam suā reuocare. Ecce quomō beatus Petrus ex speciali dei munere habuit fidelitatē thobie in singulari ꝑeseruatione a malo culpe.

¶ Moraliter. Ex dictis dat nobis triplex documentum. Primum est q non est obediendum parentibus in his que sunt contra deum: maxime cum dicat Petrus apl's Act. v. q obediendum est magis deo q̄ hominibus. Uñ August. super psal. ꝑs. lxx. dicit q in ea sola re non debet filius obedire pr̄i suo: si aliquid pater eius iusserit contra dominum deum ipsius. Neque etiam debet irasci pater: quando sic ei proponitur deus. Ubi aūt hoc iubet pater quod cōtra dn̄m non sit: sic audiendus est vt deus: q2 obedire patri iussit deus: vcꝫ Exo. xx. Hec ille. Secundum documentū est q valde expedit paruulis ꝓ etate sua vt instruantur in his que fidei sunt ⁊ bonorum morum: dicente scriptura Threñ. iij. Bonum est viro cum portauerit iugum dn̄i ab adolescentia sua. Cuius contrariū sepe videmus in multis iuuenibus imbibitis multa malitia/ fraude/ astutia/ et cautela: cum tamen vix sciant symbolum fidei. Tertium documentum est q interdum ex parentibus vitiosis procedit bona ⁊ electa proles. Et de hoc extāt mul

ta exempla in sacra scriptura q̃ lōgũ esset enarrare. Dicit etiã Augusti. de verbis dñi. ser. v. ꝙ possumus esse ex bonis parentibus mali: ⁊ ex malis boni.

¶ Septio beatus Petrꝰ habuit fidelitatem iude Machabei in mortis electiõe. De ipso eñ Juda legit. i. Machabeo. iij. ꝙ ipse animãs milites suos ad preliãdum viriliter contra inimicos legis dñi: dicebat illis. Accingimini et estote filij potentes: et estote parati in mane vt pugnetis aduersus nationes has que cõuenerũt disperdere nos ⁊ sancta nostra: qm̄ melius est nos mori in bello: q̃ videre mala gentis nostre et sanctorum: sicut fuerit volũtas in celo: sic fiat. Ad propositum Judas qui interpretatur cõfitens: recte prefigurauit beatũ Petrũ martyrẽ: qui cõfessus est constanter rectam fidem catholicam vsque ad mortem. Propter quod ecclesia in collecta de eodem orat fidem illius imitari dum ait. Presta quesumus omnipotens deus vt beati Petri martyris tui fidem congrua deuotione sectemur: qui ꝓ eiusdẽ fidei dilatatione martyrij palmam meruit obtinere. Iste ǧ Judas. i. Petrus martyr videns heresim manicheorum mirabiliter repullulare in lombardia et Italia: hortabat deuotos catholicos ad preliandũ verbo et facto contra predictos hereticos: dicens illis. Melius est nobis mori in bello pro fidei defensione: q̃ videre mala gentis nr̃e. i. deuotoꝝ catholicoruꝫ quos mirabiliter molestabant et affligebant dicti heretici vbi sũ q̃ et quotienscũq̃ illis dabat opportũitas. Unde de eo refert dñs Anto. in chronica sua ꝙ induxit quosdã nobiles viros catholicos instituere quandã con fraternitatem siue societatem ad militandum vi armorum cõtra predictos: volens vt in bello deferrent vexillum cruce rubea insignitum. Ipse aũt verbo predicatiõis ⁊ disputatiõis contra eosdem hereticos pugnaret. Ecce qũo totꝰ ardebat circa fidei orthodoxe defensionem pro qua mori etiã optabat. Unñ quotiẽs celebrabat missam: priusq̃ sumeret sacrã eucharistiã orabat dñm vt non sineret eum de hac vita migrare nisi prius sumpto pro illo calice passionis nec tandem fraudatus est desiderio suo sctõ: sicut rei postmodũ probauit euentus. Propt quod merito de illo põt intelligi illud Psal. Desiderium cordis eius tribuisti ei: ⁊ voluntate labiorum eius. i. deuota et pia oratione: non fraudasti eum.

¶ Moraliter. Instar diui Petri debemꝰ esse adeo feruẽtes ⁊ ardentes in dei amore ⁊ zelo fidei sancte ꝙ debemus habere in ꝑparatione animi potiꝰ pati q̃lcunq̃ cruciatus ⁊ mortẽ q̃ fidẽ abnegare: q2 vt dicit Apost. ad Ro. x. Ore cõfessio fit ad salutẽ. i. de necessitate salutis est tempore et loco cõfiteri fidẽ catholicã non obstante periculo mortis. Unde Apoca. ij. dicit dominus cuilibet catholico. Esto fidelis vsq̃ ad mortem: ⁊ dabo tibi coronã vite. Hoc igr̃ attẽdentes sancti dei martyres maluerunt diris cruciatibus interire q̃ a ꝯfessione vere fidei cessare. Illi ergo grauiter peccant q̃

dicunt q̄ si turci venirent ad terras eorum: et vellēt eos occidere in odium fidei xp̄iane: fidem negarent ore: sed non corde. Sciant ergo taliter loquentes q̄ oēs q̄ sic mortui sunt: ad inferna sine dubio descenderunt.

¶ Octavo beat⁹ Petrus habuit fidelitatē Joannis in carnis afflictione. De ipso em̄ Jo. Bapt. legitur Matth. iij. q̄ esca eius erat locuste: et mel sylvestre. Insuper habebat vestimentum de pillis camellorum: et zonā pelliceam circa lumbos suos. Affligebat igit̄ carnem suā tripliciter. Primo q̄dem quo ad cibi qualitatē: q2 locustas et mel sylvestre edebat. Secundo quo ad vestiū vilitatē: quia de pilis camelorum. Tertio quo ad occultam macerationē: q2 zonā pelliceā circa lumbos deferebat. Sic et beat⁹ Petrus instar divi Joannis afflixit carnē suā illis tribus modis. Primo q̄dem quo ad cibi qualitatem: q2 continue abstinebat a carnib⁹ conformiter ad suas sacras cōstitutiōes que carnes vetant preter casum infirmitatis aut necessitatis. Unde de eo canit ecclesia in hymno. Carnem afflixit iugiter in labore mltiplici: viā sequens humiliter patris sui Dn̄ici. Secundo quo ad vestiū vilitatem. Deferebat em̄ vestes nō attonsas: et de grossa lana. Tertio q̄ ad occultā carnis sue macerationē. Deferebat em̄ asperum ciliciū super nudam carnē. Taceo deniq3 alias eiusdem sancti viri carnis sue occultas afflictiones et austeritates tam in disciplinis q̄3 in aliis.

¶ Moralr. Nos religiosi debemus predictos duos sanctissimos viros pro posse nr̄o imitari in tribus predictis. Primo q̄dem quo ad cibi qualitatem: vt scz abstineamus a delicatis cibis: q2 vt dicit Hieron. iij. parte epistolarum suarum: ep̄la. xxxviij. ad Paulinū scribens. Qui xp̄m desiderat: non querit magnopere de q̄3 preciosis cibis stercus conficiat. Sed p̄fecto vt dicit idem Hieron. vbi supra: epistola. xiiij. cap̄. v. vbi agit de regula monialiū. Sūt nōnulli viles et abiecti in seculo: q̄ quotidianis laboribus se vltra vires affligentes pro victu captando vilissimo: vix raris fabis et rapis cum rudi et hordeaceo pane saturantur. Cum v̄o ad Christi mensam accedūt: et militiā xp̄i suscipiunt: sue egestatis obliti lautiora querunt q̄3 milites qui sunt assueti magnificis. Hec igitur omnia in xp̄i et apostolica vita locū non habeant. Hec ille. Secundo nos religiosi debem⁹ imitari beatū Joannem baptistam: pariter et beatum Petrū martyrem in austeritate quo ad vestium vilitatem: ita vt nō affectemus vestib⁹ placere mundo: sed moribus: vt dicit Augustin. in regula de cōmuni vita clericorum: vt enim dicit Hieron. iij. parte ep̄larum suarum: ep̄la. xiiij. ca. xxxj. Non est opus cadaveribus mortuorum p̄ciosis et cōpositis ornamentis. In sepulchris em̄ monumenta talib⁹ nō indigent. Histrionib⁹ et lusorib⁹ regum ac principum seculi mollia sunt relinquēda. Joannis de pilis camelorum interest vestiri. Pudeat igit̄ religionis nomen h̄re: et se cultu venium histrio-

nem ostẽdere. Fateor illos mẽtiri qui gloriant se seruare castitatẽ: ꝛ in vestibus sectantur lubricitatem. Hec ille. Et nota ꝙ ipse Hieronymus vbi supra specialiter loquitur ꝯtra pompam mũdanarũ monialiũ: contra quas ibidẽ mirabiliter inuehit dicens. Non estimo illas monachas: sed meretrices pessimas: ꝛ scortum vilissimũ: que strictis manicis: ꝑtiosis ac cõpositis pãnis subtili velamine eleuatis supcilijs: coꝛ meretricum nõ tam ꝑtẽdũt ꝙ̃ habent. Hec ille. Tertio nos religiosi debem⁹ imitari ꝑdictos duos viros quantum ad occultã carnis macerationem: vtpote ciliciũ ad carnẽ deferendo: secretas disciplinas suscipiendo: dure accubando: ꝛ hmõi: que oĩa cõmittunt discretioni ꝛ deuotioni cuiuslibet. Unde audiui a quodã ꝓbato ꝛ religioso viro ꝯuẽt⁹ castrẽsis oꝛdinis fratruꝫ predicatoꝝ: ꝙ cũ adhuc degeret sub regula nouitioꝝ in eodem ꝯuẽtu: cõtigit ibidẽ decedere quedã valde ꝓbatũ senez patrẽ: sup cuius coꝛpus inuẽta est catenula vna ferrea ad modum zone: que circa renes carnem vsq; ad ossa penetrauerat: ita vt vermiculi hincinde moueri viderent: q̃ non aliunde ꝙ̃ ex ipsa carne geniti fuerant.

¶ Nono btũs Petrus martyꝛ habuit fidelitatem beati Petri apl'i in fidei cõseruatione. De fide em̃ bti Petri apl'i legit Luce. xxij. ꝙ xp̄us illi dixerit. Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua: scilꝫ finalit. Nam etsi ad tp̄s defecerit: vtpote in passione xp̄i: postmodum tñ et cito eã reassumpsit: ita vt esset ceteris in fide firmioꝛ. Qđ preuidẽs Christ⁹ post ꝑdicta verba subiunxit: dicẽs illi. Et tu aliqñ cõuersus cõfirma fratres tuos: supple in fide. Sic ꝛ btũs Petr⁹ martyꝛ fuit valde fidelis in fidei cõseruatiõe: in cui⁹ rei testimoniũ legitur de eo ꝙ cum exercendo officiũ inq̃sitionis semel obuiasset cuidam heretico multum in cauillationib⁹ acuto: inuitat ab eodem corã multis ad certamen disputationis. Qđ ille nẽ renuit. Incepta igit publica disputatione: hereticus satis subtil'r arguere cepit ad ꝓbandum perfidiã suã. At vero cum btũs Petr⁹ iꝓꝛouisus esset: petijt a dicto heretico sibi cõcedi modicã moꝛã ad respondendũ. Qua data expectãtib⁹ cũctis: vir dei ecclesiã que prope erat introiuit. Accessit ergo ante altare beate virginis: oꝛãs cum lachꝛymis vt defensioni sue vere fidei succurrere vellet. Cũꝫ aliquis paruus motus titubationis menti eius insurgeret: ꝛ hoc propter rõnes ab heretico ꝓpositas: eo ꝙ nõ refert q̃dam falsa q̃busdã veris apparenter esse probabilioꝛa: cepit feruentius Petr⁹ oꝛare. Et ecce mox audiuit vocẽ ab imagine beate virginis illi dicẽtẽ. Ego rogaui pro te Petre: vt non deficiat fides tua: sicut et fili⁹ meus rogauit patrẽ pro suo apostolo Petro. Quo audito cepit Petrus in fide solidari etiã omni ambiguitate semota. Et continuo ab oꝛone surgẽs: redijt ad locũ certaminis: postulans ab heretico vt rationes inductas iterum replicaret. Sed dei vir

tute hereticus ita mutus effectus est: vt nec vnū solū verbū pferre valeret. Sicq̄ confusus abscessit. Beatus autē Petrus mansit in loco certaminis victoriosus.

¶ Moraliter. Quoties tentamur de fide: aut etiam aliquid supra sensum nostrū nobis occurrit: debemus statim ad orationē nos cōuertere: et nos deo ꝯmēdare. Quod vbi fecerimus: absq̄ dubio ꝑ eo auxiliū recipiemus qui nō deficit in necessarijs ad salutē. Nā sicut quoties fidei ratio vētilatur, ad sedem apostolicā recurrendū est: vt notat. xi. dist. palā. Itē. xxij. dist. omnes. Ita etiā pro eodē casu peramplius recurrendum est ad sedē oīpotentis dei: implorādo eius gratiā: ⁊ dicendo cum illo de quo legitur Marci ix. ꝙ dixit ad xp̄m. Dn̄e adiuua incredulitatem meam.

¶ Decimo beat⁹ Petrus martyr habuit fidelitatem apostoli Pauli in mortis ꝯditione. Paulus enim capite truncatus est. Sic et Petr⁹ martyr gladio ad caput percussus extitit. Pro q̄ notandum ꝙ cum hic vir dei officiū inquisitionis diligenter exequeretur: hereticos sollicite inquirens: et nullā eis requiem tribuēs: sed mirabiliter oēs cōfundens: atq̄ sapiēter conuincens: sic scʒ ꝙ non possent resistere sapientie ⁊ spiritui qui loquebat per os eius: ista considerantes dicti heretici ceperunt tractare de morte ei⁹: arbitrātes se posse pacifice viuere si modo ille de medio tolleretur. Cū itaq̄ pro executione dicti officij: de cumis vbi prior erat: Mediolanū pergere tentaret vna cū socio: quidā cōducti prece ac pretio ab ipsis hereticis: pretio inquā. xl. librar. Papiensium: in via ex insidijs egressi in ip̄m impetū fecerunt velut lupi in agnū. Nam vnus ex ipsis sacrum eius caput gladio percussit. Hic autē gladius Parrisius in cōuentu fratrum p̄dicatorū diligenter custodit. Percusso igitur scti viri capite sacro: sanguis funditur. At ille genibus flexis deuote suū dn̄o sp̄m cōmendauit: ꝑfitens fidem pro cuius defensione moriebat et dicens: Credo in deū patrem oīpotentē creatorem celi et terre ⁊c. Cūq̄ ille adhuc aliquantulū palpitaret: alter lictor gladiū ꝑ latera ei⁹ transfixit: sicq̄ beata illa aīa carne resoluta celū introiuit: vbi pleno poculo gustat quod diu sitiuit. Uisa aūt sunt a pluribus religiosis ⁊ deuotis ꝑsonis luminaria ascēdētia ⁊ descendētia super locū passionis eius: ⁊ hoc in signum vere fidei ꝑ qua occubuerat: ⁊ immense glorie ad quam beata eius aīa peruenerat. Superest igitur vt cōmendem⁹ nos meritis ⁊ precibus tāti martyris, quaten⁹ ip̄m ad superna sequi valeamus. Prestante dn̄o. ⁊c.

¶ Sermo de btā Catharina Senensi de tertio ordine fratrum predicatorum.

Multe filie congregauerūt diuitias: tu vero supergressa es vniuersas. prouerb: xxxi. Uerba p̄dicta simplr et absolute

põt tantũ intelligi de christifera Maria: que tot ꝛ tãtas diuitias gratiarũ atq̃ virtutũ congregauit in hac mortali vita vt ceteras dei filias longe supergressa fuerit. Unde Hiero. de ea loquẽs scđa parte epistolarum suaꝝ epl'a.lv. dicit q̃ sicut in comparatione dei nemo bonus: ita ꝛ in cõparatiõe matris dñi nulla inuenitur virgo pfecta: q̃ suis virtutib9 eximys cõprobet. Sicut enim vnus est pater noster ꝛ magister qui in celis est: ita vna est forma virginitatis in Maria: cui oẽs virgines vt imaginẽ reformẽt integritatis: faciẽ imprimere debent in sculpturam spũssancti: qm̃ hec est ortus ↄclusus: fons signat9: puteus aquarũ viuentiũ. Hec Hiero. Possunt nihilominus eadẽ verba aliquo modo aptari xp̃i spõse Catharine Senensi: ꝛ de ea verificari. Que quãti meriti fuerit in cõspectu dñi: opera que per eã fecit dñs testimoniũ perhibent veritati: que certe tanta ꝛ talia fuerunt vt possent quẽlibet lectorem in admirationẽ inducere: nisi illi qui talia viderunt ꝛ testificati sunt: tãte auctoritatis ꝛ pbitatis extitissent q̃ de veritate et testimonio eoꝝ nullus merito habeat dubitare. Scripsit autẽ legendã ei9 frater Raymũdus de capua gñalis magister ordinis fratrũ p̃dicatorum ꝛ theologie doctor pfundus: q̃ multa ex his que scripsit vidit: aut ab eadem virgine didicit: siue ab alys fide dignis suscepit. Merito ergo de ea p̃missum est in themate: q̃ multe filie congregauerũt diuitias: tu p̃o supple Catharina Senẽsis supergressa es vniuersas.

¶ In presenti ergo sermone in laudẽ eiusdẽ virginis intendo ostendere quõ supgressa est in diuitys spũalib9 multas p̃claras ꝛ insignes filias siue mulieres de quibus meminit sacra scriptura: qꝛ de singulis dissere re fastidiosum esset.

¶ Primo igit filia Hester congregauit diuitias munditie et puritatis: vt ptꝫ eiusdẽ. ij. cap̃. Nam de ea ꝛ in ei9 laudeꝫ tria principalr ibi dicuntur. Primũ q̃ erat incredibilis pulchritudinis. Scđm q̃ fuerat edocta in lege dñi a suo auũculo Mardocheo. Tertiũ q̃ rex Assuer9 pp̃ter immẽsam ei9 pulchritudinẽ adamauit eã sup oẽs mulieres que erant in palatio suo adeo q̃ eã assũpsit in sponsam.

¶ Beata autẽ Catharina Senensis supergressa est Hester i tribus predictis.

¶ Primo quidem in pulchritudine. Nam pulchritudo Hester erat corporalis: sed pulchritudo Catharine spiritualis: vtpote adornãs aĩam ipsius: ita vt de ea merito dicere possimus illud Psalmiste. Oĩs gloria ei9 filie regis ab intus: id est in cõscientia. Quanto ergo aĩa est plus q̃ corpus: tanto pulchritudo Catharine supergreditur pulchritudinem Hester.

¶ Secundo Catharina supergressa est Hester in doctrina ꝛ eruditione. Hester eñ fuit erudita i lege dñi a Mardocheo: vt dictũ est. Catharina autẽ a deo: scꝫ a sponso suo Jesu xp̃o. Quanto ergo deus est prestantior homine, tanto ipsa Ca-

tharina ꝓfundior fuit dicta he-
ster in doctrina ⁊ eruditione.
¶ Tertio Catharina supgressa
est hester in desponsatione. He-
ster enim desponsata est morta-
li viro regi terreno: cui⁹ regnū
habuit finē. Catharina aūt de-
sponsata est immortali deo: re-
gi celesti: cuius regni non erit
finis. Hec autem Catharine de
sponsatio cum xp̄o facta est per
votum castitatis quod illa emi
sit in etate puellari. i. septē an-
noꝝ. Et si dicat̄ ꝙ puella scd̄m
iura non pōt vouere ante duo-
decimū annum: vt patet. xx. q. ij
puella. Ad hoc respōdet̄ ꝙ ve-
rū est regulariter. Nihilominus
deus qui non alligauit poten-
tiam suam constitutionibus hu
manis: pōt aliter ordinare put
sibi libet. Circa aūt instructio-
nem huius virginis nota ꝙ cū
attigisset quintum etatis sue an
num: docuit eam spiritussct̄us
salutationem angelicam: quam
quotiens ascēdebat aut descen-
debat gradus domus paterne
flexis genibus ⁊ pausans/ deuo
te soluebat. Qd̄ aduertens mat̄
eius que lapa dicebatur: ipsam
interrogauit quid totiens di-
ceret. At illa. Ego inq̄t saluto
dei genitricem Mariā. Et quō
inq̄t mat̄ hoc potes facere: ma-
xime cū nōdū didiceris eā? At
illa. Certe non ab hoie: sȝ a deo
didici illā. Et si vultis hoc ꝓba
re: date mihi librū: et ego legā
plane in eo. Oblat⁹ est puelle li-
ber q̄ vitas patrum dr̄: et cepit
cursim in eo legere: ꝙuis lr̄as
nō posset discernere. Qd̄ cū vi-
disset mr̄: cepit plurimū admi-
rari magnalia dei in filia sua.
Merito ḡ illa dicere potuit ad
matrē ill⁹ Sap̄. vij. Oim arti-
fex docuit me sapientiā. i. p infu
sionē. Pȝ ḡ quō puella Cathari
na supgressa est hester in trib⁹.
¶ Moralr̄. Instar diue Catha-
rine debemus circa tria p̄dicta
laborare. Primo q̄dē circa pul-
chritudinē aie et nitorem illi⁹.
Hec est ei pulchritudo sola quā
in nobis requirit sponsus aiaꝝ
deuotarū Jesus xp̄s. p̄s. Cōcu-
piscet rex decorē tuū. Vn̄ Chry
so. hom̄. j. sup Psal. l. Nolo inq̄t
pulchritudinē corpis: honesta-
tem mētis req̄ro. Quid eñ spe-
ciosa mulier? Certe sepulchrū
dealbatū: nisi fuerit sobria/ ca-
sta/ pudica. Pulchritudo nem-
pe corporis sine his virtutib⁹ est
p̄cipitiū patēs: et venenū insi-
pictib⁹ ꝯpositū. Decus enim et
pulchritudo corpis leui infirmi
tate marcescit. Aie aūt pulchri
tudo imortal' est. Hec ille. Scd̄o
debem⁹ instar p̄dicte v̄ginis fre
quent̄ salutare dei gēitricē ma
riā: dicentes deuote. Aue Ma-
ria gr̄a ple. ⁊c. Nā quotiens di-
ctā salutationē deuote illi por-
rigim⁹/ totiens ei gaudiū melli-
fluū qd̄ hūit in ꝯceptiōe saluato
ris: ad memoriā reducim⁹. Hic
lo q̄re de rosario seu psalt̄io btē
v̄gis: ⁊ de institutiōe ꝯfraterni-
tatis eiusdē. Tertio debem⁹ ad
hoc laborare vt aie nr̄e sint vt
cūꝗ digne despōsari a rege re-
gū iesu xp̄o. Ip̄e eñ est q̄ de aia
deuota loquit̄ Sap̄. viij. dicens
Hāc amaui: et exquisiui eam a
iuuētute mea. i. ex q̄ humanam
carnē assumpsi: et quesiui spon-
sam mihi eam assumere: vez per
fidē formatā. Osee. ij. Sponsa-
bo te mihi in fide. Sequitur. Et
amator factus sum forme illi⁹

id est interioris pulchritudinis quã solã amat in nobis sponsus xp̃s: vt dictum est.

¶ Scd̃o filia Ruth cõgregauit diuitias p̃cipui amoris ad noemi socrum suam: adeo q̃ mortuo marito suo: filio. s. ipsius noemi: noluit eã derelinq̃re: sed cũ ipsa venit de t̃ra sua vsq̃ bethlehem: vt p3 Ruth. j. Specialr̃ aũt tria dicunt̃ in eod̃e libro in laudẽ gl̃iam et honorem ipsius Ruth. Primo q̃ mortuo Elimelech marito ipsius noemi ac duobus liberis eius: quoꝝ vnus fuerat sponsus ipsius Ruth: volẽs ipsa noemi redire in Bethlehẽ: monuit vxores filiorũ suorũ vt remanerent in terra illa cũ amicis suis ꝛ notis. Q̃d cũ audisset Ruth: ex vehementi dilectione quam gerebat ad socrũ suã: dixit ei q̃ nullomõ ipsa3 relinq̃re vellet: sed secũ in Bethlehẽ pgeret: aut quocunq̃ ire vellet: etiã relinquẽdo parentes suos ꝛ notos atq̃ ppriã patriã. Scd̃o de ea d̃r q̃ interdũ vixit in maxia penuria ꝛ austeritate: adeo vt pre necessitudinẽ colligeret semel spicas post terga metentiũ. Tertio de eadẽ d̃r q̃ tandẽ fuit desponsata viro iudeo cui nomen Booz. Hec sunt tria q̃ summarie leguntur de filia Ruth.

¶ Btã aũt catharina supergressa est Ruth in tribus p̃dictis.

¶ Prio q̃dẽ quo ad patrie desertionẽ: q2 non solum deseruit domum paternã: verũ etiam totum mundũ p votum paupertatis: vt sic facilius posset seq̃ socrũ suã. i. ordinẽ soroꝝ de penitẽtia beati D̃nici. Vñ frequent̃ sibi in cõtemplatione existenti videbatur q̃ audiret vocem dicentẽ sibi illud Psal. Audi filia quid supple in te loquatur dñs deus: ꝛ vide q̃3 periculosum sit habitare cum scorpionibus in seculo. Inclina igitur aurẽ tuã. s. condescẽdendo diuie inspirationi. Insup obliuiscere populum tuum ꝛ domũ p̃ris tui per cõtemptum terrenorum attendens quid dñs taliter agentibus pmittat Mat. xix. dicens. Om̃is qui reliquerit domum: vel fratres: aut sorores: aut patrẽ: aut matrẽ: aut vxorẽ: aut filios: aut agros propter nomen meum: cẽtuplum accipiet: ꝛ vitam eternam possidebit. Q3 si ita feceris concupiscet rex decorem tuum: id est multum eris illi grata q̃ est rex regum et dominus dominantiũ q̃ etiã est dñs deus tuus. Ecce quomodo ppositum primum relinquendi seculũ processit in xp̃i sponsa Catharina ex diuina inspiratione. Secundario aũt processit ex quadam singulari visione imaginaria. Nã semel visũ est ei q̃ videret multos sanctos patres fundatores diuersarum religionum: vtpote beatum B̃ndictum, Bernardũ, D̃nicum, Franciscũ: et siles qui eã admonebant vt eligeret vnũ statum de illis quẽ vellet. Et ecce mox cõuertit se ad beatum D̃nicum: prosternens se ad illius pedes. Quã gloriosus pater leta facie intuens: eleuauit ea3 de terra: ꝛ ait illi. Forti aĩo esto charissima filia: quia in pximo est vt efficiaris soror ordinis mei. Ex qua responsione pia filia non parum exhilarata extitit. Ecce q̃uo filia Catharina supergressa est Ruth quo ad patrie desertionem.

¶ Scđo supergressa est eandez Ruth quo ad vite austeritatem Ruth enim pascebat pane atro per singulos dies. Sed beata Catharina ex quo habitũ sancte religionis assumpsit: mensibus multis absq; pane ⁊ quocũq; corporali cibo vixit: adeo q̃ corpusculum ipsius in etate. xxviij. annorum erat in duplo minus grossum quã in etate. v. annoꝝ. quod certe videre mirꝫ erat valde. Item ad vite ipsius austeritatẽ facit q̃ noctes pene ducebat insomnes. Nam ordinarie vigilabat in oratione vsq; ad noctis mediũ. Et tunc q̃ primum audiebat pulsari ꝓ matutinis apud fratres predicatores de Senis: dicebat apđ se: O domine: ego vigilaui pro fratrib⁹ meis vsq; in hãc horã. Nũc aũt surgũt vt orẽt pro me. Interim ꝙ paululum dormitabo. Breui itaq; somno capto iterum surgebat ad orationem et sanctam contemplationem.

¶ Tertio eadez ꝟgo supgressa est Ruth quo ad despõsationẽ. Ruth ei fuit desponsata homini terreno: vcꝫ Booz: Catharina aũt dei filio: et hoc in etate xij. Annoꝝ. Dictũ est eñ supra q̃ ipsa in etate. vij. annoꝝ emisit votũ perpetue castitatis / sic ꝙ despõsata est q̃dammodo đo sꝫ in occulto. Postmodum autẽ in etate. xij. annoꝝ nuptie quodammodo solẽniter celebrate sunt. Ad cuius euidentiã notãdũ q̃ cũ parentes eius vellent eã in predicta etate. xij. annorum nuptui dare: eoq; a multis postularetur in sponsam: illa restitit quantum potuit. Qđ videntes parẽtes: eã tradiderunt sorori sue Bonauẽture de recenti vxorate: vt eam induceret ad seculi pompam et fastuꝫ forsan suo exẽplo. Erat enim sa isimũ dana. Docebat ergo eã pectus ornare: faciem lauare: ⁊ crines componere. At vero xp̃i sponsa in signum despectionis mundialium fatuitatum: crines capitis sibi abscidit. Qđ cernens predicta soror: eam parentibus restituit. Post hec: eam coquine seruire fecerunt: ita vt esset ancillaꝝ domus paterne ancilla. Illa autem velut humillima dictum vile officium exercere non renuit. Ut aũt nihil ageret qđ a dei laudibus vacaret: in aïo suo cõstituit q̃ seruiẽdo patri et matri: seruiret xp̃o ⁊ virgini Marie: ceteris antẽ famulis domus tanq̃ xp̃i discipl'is. Postq̃ igit̃ oibus humiliter seruierat. intrabat cubiculuꝫ suũ: et clauso ostio orabat patrem suum celestẽ: prout cõsulit dñs Mat. vj. Unde pater eius (qui Jacobus dicebatur officio pãnoꝝ tinctor) semel eam explorans quidnã sola ageret in camerula sua: vidit spiritum sctm̃ in specie columbe super caput ipsius orãtis. Et ex tũc pmisit ei vt faceret quecunq; vellet. His igitur peractis / dicte filie oranti apparuit dñs Jesus xp̃s cũ matre sua sanctissima: Joanne euang. Paulo: Magdalena Dñico: ⁊ Dauid psallente cum sua cithara. Et ecce virgo Maria accepta manu filij sui ex vna parte: et manu Catherine ex altera parte rogat filium: vt dignetur eam desponsare. Cui annuens: tradidit Catharine in signum desponsationis

annulum aureū quatuor ꝓtiosis lapidibus intextum ipsumq̄ digito Catharine imponēs dixit: Desponso te mihi creatori: ꝛ saluatori tuo in fide ꝛ charitate. Quibus peractis: disparuit visio. Remāsit tñ annulus predictus in digito puelle: nō quidem ſm visionem aliorꝫ: sed tm̄ ſm visionem eiusdem virginis. Post dictā itaq̄ desponsationez tā familiaris illi factus est spōsus suus Xp̄s: vt pene per singulos dies illi appareret: ꝛ quedam arcana sua eidem ostenderet: simulq̄ interdum psalleret. O mirabilis Christi ad Catharinam charitas. O indicibilis amor. O alta desponsatio: q̄s vnquam audiuit talia.

¶ Moraliter. Ex predictis datur nobis triplex instructio. Prima est vt mundum relinquamus quo ad superfluū amorem. Propter quod nos admonet beatus Joan. in sua prima canonica. cap. ij. dicens. Nolite diligere mundum / neq̄ ea que in mundo sunt. Si quis diligit mundum: non est charitas patris in eo. Secūda instructio ē vt carnem nostram affligamus abstinentijs: ieiunijs: ꝛ vigilijs sanctis. Tertia instructio est q̄ parentes tunc inique agunt q̄tiens minis aut terroribus inducunt seu verius compellunt filias suas ad ꝯtrahendas nuptias: siue cum isto: siue cū illo. Unde matrimonia sic contracta vt in pluribus habēt infelicem exitum / eo q̄ vix bono per aguntur fine que malo incohoata sunt principio.

¶ Tertio filia Judith congregauit diuitias victorie triūphalis. Naz ad ipsius laudem. vlti. capit. eiusdem: tria magnifica narrantur. Primum concernit vite solitudinem: q2 fecerat sibi locum secretum in superioribus domus sue: vbi post mortem viri sui vna cum puellis suis clausa morabatur. Secundum concernit carnis sue macerationē: quia deferebat cilicium ad carnem: insuper ieiunabat omnibus diebus vite sue / exceptis sabbatinis diebus. Tertium concernit victoriam eius mirabilem: quia caput holofernis potentissimi principis gloriose abstulit.

¶ Beata autem Catharina supergressa est hanc filiam Judith in tribus predictis prerogatiuis et punctis.

¶ Primo quidem quo ad vite solitudinem. Judith enim secū habebat puellas suas. Sz hec virgo in tenera etate voluit sola in loco hoibus ignoto habitare. Quadā nēpe die cum vno pane extra ciuitatem Senensem ꝓfecta: non multum a longe cauernam inueniens: quasi eremum elegisset: ibidem intrauit: et orationi se dedit vsq̄ ad vesperam: Sed eam spiritussanctus edocuit deo non placere vt illum statum assumeret: et iō domum paternam repetiuit. Item aliquando desyderium magnum intrauit in cor eius: assumpto habitu virili seu scholaris: sexu feminco occultato: proficisci ad partes remotas: quatenus illi tanquam ignote traderetur habitus fratrum vt sic salutem animaꝝ efficacius valeret ꝓcurare: mente reuoluēs hoc euphrosynam atq̄ eu

geniam egisse: prout legitur in vitis patrũ. Sz diuinitus edocta: ppositũ illud in melius cõmutauit. Hec cum omnia suis confessoribus reuelauit.

¶ Secundo beata Catharina supergressa est dictam Judith quo ad carnis macerationem: quia non solum deferebat cilicium ad carnem: verum etiam catenam ferream que vsqz ad ossa penetrabat eius teneram carnem. Insuper volens imitari patrem suum beatum Dominicũ: tres sibi quotidie de vna catena ferrea disciplinas inferebat. Unam pro se: aliam pro defunctis: tertiam pro peccatoribus in mundo versantibus. Et pro qualibet disciplina vnã horam cum media occupabat. Si de lecti mollitie queritur: certe sibi fieri fecerat stratum de tabulis ligneis: in quo sedẽs meditabatur vel prostrata orabat: nec vestes vllas detrahebat cum quiescere volebat. De abstinentijs autẽ & ieiunijs ipsius mirabilia & inaudita narrantur. Nam ex quo in etate xvj. annorũ assumpsit habitum sororũ de penitẽtia beati Dominici: & hoc de manu pr̃is spiritualis dictarum sororũ Senẽsis ciuitatis: oĩno a se vsum carnium abdicauit: intantum vt etiã odorem illaꝝ absqz corporis passione ferre non posset. Item vinũ adeo lymphare cepit: ꝙ sapore simul cum odore perdito: colorem tantum rubedinis retineret. Cõseqnter: xx. etatis sue anno vini vsum ex toto dimisit: tantum potu aque frigide vtens. Insuper nihil coctum preter panem comedebat. Denium ad esum panis et crudarum herbaꝝ seipsam restrinxit. Quinimmo circa annũ xx. etatis sue priuauit se vsu panis: sibi solum reseruans crudarum herbarum vsum. Quid vltra de eius mirabili abstinẽtia dicam? Nam postremo ex diuino miraculo ad tam altum statum deducta est: ꝙ licet corpusculum suum pluribus infirmitatibus subiaceret: laboresqꝫ alijs fortioribꝰ importabiles sustineret: ꝯsumptio tñ humidi radicalis in ea locũ nõ habebat. Nec sibr stomachus eius facere poterat officiũ digerendi. Iñu per quod valde miraculosum erat vires eius corporee ppter priuationem cibi et potus nimie debilitabantur. Multos legimus patres in vtroqꝫ testamento miras abstinentias fecisse: sed nullos huic similes: aut saltem paucissimos. Indiscrẽti tñ essent qui vellent eam in p̃dictis simpliciter imitari: nisi forsan quibus diuina bonitas et virtus similem gratiam conferret. Nam priuilegia paucorum non faciunt legem communem.

¶ Et qꝛ sepe in pñti sermone fit mẽtio de sororibus tertij ordinis beati Dñici: ideo vidẽdum est aliquid de statu & institutione dicti tertij ordinis. Pro quo notandũ ꝺm dñm Anto. tertia parte chronice suẽ. tit. xxiij. ca. xiiij. vbi ꝓlixe agit de vita sepe dicte ꝟgis senensis. §. ij. ꝙ cum tp̃e beati patris nr̃i Dominici ptes tholosane atqꝫ Lõbardie plene essent hereticis q̃ moliebãtur ab ecclesia auferre oẽm temporalitatem: preter alios errores: vtpote ꝙ deus esset tm̃

creator inuisibiliū: et diabolus visibilium: et huiusmodi: dict⁹ pater dominicus indefesse contra illos p̄dicans: dicitur conuertisse ex talibus centū milia. In sui autem adiutorium assū psit quosdam deuotos catholicos et fidei zelatores: q̄ dictos hereticos gladio materiali expugnarent: q̄s ipse gladio v̄bi diuini amputare non posset.

Talibus itaq̧ militibus Christi tradidit sanctus p̄r Dn̄icus certum spiritualē viuendi modum: vltra communē modū laicalem: ⁊ citra statum complete religionis. Et dicebantur tunc fratres de militia beati Dn̄ici. Demū extirpatis hereticis in partibus illis: cum non esset vltra opus gladio materiali pugnare: remanserunt dicti milites in predicto viuendi modo partim religioso cum vxoribus suis. Que etiā vxores: mortuis viris suis continēter viuebant. Postmodū multi vtriusq̧ sexus hoīes tā̄ coniugium amplexantes: q̧ virgines: q̧ etiam ad viduitatis statum peruenientes: p̄dictis adheserunt vocati post ea fratres seu sorores de penitentia beati Dominici. Quorū regulam approbant Innocentius papa. vj. similiter et Joannes. xxij. qui etiam declarauit huiusmodi personas non fore intelligendas de numero illorum qui dicuntur in clementinis. Ad nostram. de hereticis. Bechardi et Bechine seu Beguine. Hūc itaq̧ statum et habitum assumpsit beata Catharina senensis. Qui quidem status etsi non astringat totaliter ad paupertatem: castitatem: ⁊ obedientiā qualiter status religiosorū / tamen beata Catharina superogauit dicto statui / tā quo ad obedientiam: castitatem ⁊ paupertatem: q̧ quo ad cerimonias ordinis fratrū predicatoꝝ: vtpote quo ad cibum regularem in principio sue conuersionis ad regionem: etiam in etate. vij. annorū. Item quo ad vsum laneorum ad carnem. Item quo ad silentium / et huiusmodi. Patet ergo descriptio status sororum de tertio ordine beati Dominici.

¶ Tertio beata Catharina supgressa est Judith q̄ ad triumphalem victoriam. Judith em̄ triūphauit de hoīe: q: de Holoferne. Beata autem Catharina aliquid amplius fecit / quia triumphauit de diabolo qui robustissimus est: vt habetur Job xl. Unde in collecta de eadem sic legitur. Deus qui beate Catharine malignantium spirituum certamina vincere: et in amore tui nominis inconcusse permanere tribuisti. Nam non solum sp̄us malignus suis astutijs: illusionibus atq̧ communibus et vsitatis tentationibus interioribus nitebatur deuincere virginem et ad peccatum attrahere / verūetiam q̄nq̧ exterius illi visibiliter apparendo. Hoc autē qualiter factū sit: videamus. Refert enim eius sacra historia q̧ demones a Deo permissi aggressi sunt eam. Et primo inchoant suum prelium a carnis tētatione / scientes q̄d ex illa parte homo est debilior ad resistendū. Non solum ꝙ illi immittunt turpes cogitationes interius: nec solas illusiones

& fantasias in somnis: verũetiã per apertas visiones: quas in assumptis corporib⁹ aereis suis oculis et auribus ingerebant. Horror inquit dñs Anto. est illa prelia narrare: sed victoriam audire puris mentibus ẽ delectabile. Cũ ergo ipsa ꝟgo castissima tales illusiones ꝑcipiebat ꝯ carnem suam insurgebat catena ferrea vehementer eam vsq₃ ad sanguinẽ affligens. Secundo demones ad acrius preliũ se cõuertebant. Effigiabant enim formas viroꝝ ac mulierũ turpissime ad inuicem se ꝯmiscẽtiũ / actusq₃ fedos & ṽba inhonestissima tam visui virginis q̃₃ auribus obijcientium. Et quod magis horrebat / cogebat etiã clausis oculis et auribus tales illusiones tã horrendas videre pariter et audire. Addebat̃ q₃ menti eius valde alia afflictio: quia sponsus suus Xp̃s qui sepius solebat eam visitare & cõsolatiões spirituales plurimas adhibere: videbat̃ ab ea ẽlõgatus. Nec tamen illa deijciebat̃ animo: quo nõn minus faceret quod in se erat. Uñ ad oratiõnẽ se ꝯ tales illusiones conuertebat: diuinum cũ lachrymis et pia voce implorans auxiliũ / dicens cũ p̃s. Judica dñe nocentes me: expugna impugnantes me. Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium meum. Effunde frameã: & conclude aduersus eos qui persequũtur me dic aĩe meẽ salus tua; ego sum. ¶ Cum igit̃ pia virgo⁹ sic lamẽtabiliter oraret: subito totꝰ ille demonũ ꝯuẽt⁹ ꝯfusus abscessit. Insup & q̃dã magna lux de sup̃i⁹ appuit: totã virginis camerulã illustans: simul aũt cũ luce apparuit xp̃s i forma crucifixi: et quasi totalr̃ cruentãs. Dixitq₃ ad virginẽ. Catharina spõsa mea: vides quãta passus sũ ꝑ te? Nõ sit ğ tibi graue aliqd sustinere ꝑ me. At illa more diui Antonij ait. Heu vbi eras o bone Jesu: vbi eras? Quare a principio nõn affuisti mihi / ꝑ usquam cor meum pariter & oculi mei atq₃ aures tot turpitudinibus vexarẽt? Ad quã xp̃s. Ego erã i corde tuo. Et illa salua semp dei virtute: ꝑ admirationẽ ait. O quõ credere possum q tu tunc habitares in corde meo: quod tantis turpissimis cogitatiõibus vexabatur? Cui domin⁹. Cogitationes ille causabant ne in corde tuo delectationem: an tristitiam? Cui illa: certe causabant summã tristitiam. Ad quam dominus. Quis ğ faciebat vt tu tristareris: & nõ delectareris in eis nisi ego ipse q̃ latebã in medio cordis tui? Post hmõi ergo victoriã cepit benignissimus ei⁹ spõsus xp̃s familiariter cũ ea ꝯuersari adeo vt incredibile videret̃. Adducebat nãq₃ cum eo aliqñ gloriosam genitricẽ suã: aliqñ beatã Mariam magdalenã: vl' Joan. euangelistã / aut aplm̃ Paulum siue etiã btm̃ Dñicum: et tunc cũ ea colloquebat̃ sicut amicus cũ domestico suo. Qñq₃ simul dicebãt etiã psalmos ambulãdo per camerã sicut solẽt agere duo clerici vel religiosi simul le officium dicentes. Patet ergo ex predictis quomodo hec virgo sanctissima supergressa est Judith modis predictis.
¶ Moraliter. Ex tribus articu-

lis precedentibus datur nobis
triplex documentũ. Primũ est
vt elongemur affectu a mundo
si velimus appropinquare deo
quia valde difficile est inuenirẽ
dominum in strepitu mundi cõ
uersando. In cuius figuram le
gitur. iij. Reg. xix. q factus est
spũs grãdis et fortis subuertẽs
montes: et cõterens petras antẽ
dñm: audiente helia. Nec erat
in tali spũ dñs. Deinde post spi
ritum facta est cõmotio. Nec si=
militer in tali cõmotione erat
dñs. Hoc igitur considerans re
gius propheta Dauid dicebat.
Ecce elongaui fugiens: supple
mundi strepitum: et mãsi in soli=
tudine. Secũdum documẽtum
est vt affligamus carnem nr̃am
ieiunijs et abstinentia esce et po=
tus quantum valitudo permit=
tit: prout docet pater nr̃ Augu.
in regula de cõmuni vita cleri=
corum. Et signanter istud ob=
seruare debent religiosi. Qd si
secus fecerint: surget hec virgo
sanctissima in iudicio cũ gene=
ratione ista malorũ religiosorũ
qui volũt laute ad modum mi=
litum epulari: et condẽnabit eã
cõparatione melioris facti: q̃a
penitentiam egit modis predi=
ctis in tenera etate. Multi au=
tẽ religiosi ẽt ad debitã perue=
niẽtes etatẽ digito suo statuta
sue pfessionis mouere nolunt.
Tertium documentũ est vt pu=
gnemus viriliter c̃ hostẽ nr̃um
antiquũ: qui nobis in occultis
insidiat per blãdimẽta carnis.
Est autem duplex modus pug=
nandi c̃ huiusmodi hostẽ. vnus
est preueniendo eum per car=
nis macerationẽ: ne nos mor=
deat. ps. Preueni eum / et supplã
ta eum. Alius est recurrẽdo ad
deum p deuotam orõnem. ps.
Btũs qui tenebit: et allidet par
uulos suos. i. primos motus sen
sualitatis: allidet inquã ad pe=
tram. Petra autem est xp̃s / vt
dicitur. j. ad Cor. x.

¶ Quarto mulier illa vidua q̃
pauit Heliã tp̃e famis / de q. iij.
Reg. vij. ad plenum legitur / cõ=
gregauit diuitias pietatis et li
beralitatis ad pauperes. De ea
ẽ tria ibi dicũtur. Primũ est q
ipsa subuenit vni necessitatem
patiẽti. s. Helie. Secundum est
q primo pauit prophetam dñi
deinde de reliquis q illi super=
fuerãt comedit. Tertiũ est q il
la subuenit homini iusto et san=
cto: et qui erat pphẽta domini.

¶ Beata aũt Catharina super
gressa est hanc probam et hone=
stam viduã in tribus predictis
operibus pietatis.

¶ Primo quidem quo ad illos
q̃bus subuenit. Vidua enĩ mu=
lier tm̃ vni subuenisse legitur /
vt dictum est. Ista autem vir=
go sanctissima et pietate plenis
sima: vtpote apud quam creue=
rat miseratio ab adolescentia
illius: subuenit multis. Preci=
pue autem subuenire satage=
bat noctis silentio pauperibus
verecundis: largas eleemosy=
nas illis porrigendo: clam quo
q instar diui Nicolai recedẽ=
do. Manebat enim i domo pa=
rentũ: a q̃bus largã licẽtiã ha=
bebat veris paupibus eleemo=
synas largiẽdi: etiã interdũ no
tabiles: eo q dicti parentes satis
abũdarẽt. Nota de q̃dã paruo
vase vini optimi: de quo quoti=
die dabat bibere pauperibus: ac
toti familie domus. Quo nõ ob=

stante: durauit in hūc modum per tres ꝯtinuos ⁊ integros mēses absq₃ sui diminutione: sup quo parentes vna cuz tota familia valde admirari ceperūt: maxime autem quia sic suffecit quousq₃ tps vindemiarū se offerret: semperq₃ optim⁹ liquor: et optimi saporis apparebat. Cum itaq₃ superuenisset tēpus vindemiarum: ⁊ iussisset pr̄ dictum vasculum euacuari vt in eo reponeretur vinum nouum: cum sero precedenti virgo Catharina magnū flasconem vini puri ⁊ clari inde hausisset / die sequēti aperientes dictū vasculum aptandū p nouo: nullū vini vestigiū in eo reptū est: quin immo erat ex omni pte deliccatum. Et qꝛ sic erat dedita operibus pietatis: ideo meruit xp̄o i forma paupis eleemosynam dare. Hoc aūt ptʒ duplici exēplo. ¶ Primum est tale. Cū eni ipsa semel eēt in ecclīa fratrū p̄dicatorum Senensiū orās: ⁊ accessisset ad eā quidam pauper: seu ver⁹ xp̄s in forma paupis eleemosynam petēs: admonuit euz vt paululū expectaret: quousq₃ domū rediret / ⁊ tunc sibi libenter eleemosynā tribueret. Ille aūt rn̄dit se expectare non posse. Quo audito: cū nil aliđ tunc apud se haberet qđ pauperi dare posset: ꝯtulit illi paruulā crucem argenteā q̄₃ inter patrinolas vt vulgo dicitur filo ligatā habebat. Nam mox filo fracto hmōi crucē pauperi dedit. Nocte aūt seqnti apparuit illi xp̄s cū illa cruce argentea: s₃ lapidibus p̄tiosis ornata: dicens: Agnoscis o filia crucem istam. Qua rn̄dente. Agnosco verūtn̄ nō erat ita ornata qn̄ eā dedi. Ait illi dn̄s. Et ego ꝓmitto tibi q᷑ talem ad cumulū tui gaudij p̄ntabo in die iudicij coram oībus angelis meis ⁊ sanctis. ¶ Scđm exēpluʒ est tale. Cum enim dicta virgo semel rediret de ecclīa / accessit ad eā quidaʒ pauper siue xp̄s in forma pauperis / petens ab ea vestimentū. Cūq₃ illa ingressa domum spoliasset se altera tunicarum suarum / et eā illi tradidisset: adiecit ille: Dn̄a / prouideatis mihi de camisia. At illa accepta vna de camisijs patris / eam illi obtulit: Et ecce nocte sequenti apparuit illi dn̄s / dicens: Tu heri hac veste me induisti: et ego volo tibi aliam dare: alijs quidem hoib⁹ inuisibilem: sed tibi sensibilem / que te ꝓteget a frigore ⁊c. Moxq₃ de cicatrice lateris sui extraxit xp̄s quādam vestem coloris sanguinei / vndiq₃ radios emitentem / ad mensuram corporis virginei: qua eā induit manibus suis. Huius aūtem muneris adeo fuit efficax gratia / vt ex illa hora nūq̄₃ plures deferret tunicas in hyeme q̄₃ in estate: nec tamen frigus sentiebat / q̄₃uis vnica tm̄ tunica super priorem vteretur. ¶ Moraliter. Ex predictis patet q̄₃ gratum sit deo et acceptum vacare operib⁹ pietatis: et signanter vestire nudos ob amorem ipsius. Unde de hoc beneficio quasi regratiabitur ip̄e dn̄s hoīes pios in finali iudicio: dicens illis illud Matth. xxv. Nudus eram: et cooperuistis me. Nota historiā de beato Martino / q̄ dedit mediā chlamydem pauperi nudo. Tunc

re etiã debẽt diuites a quibus petitur elecmosyna: ne sit dñs qui tentet eos: sicut fecit circa Catharinã. vñ Aug. ad fres in eremo. Ser. xlvi. Discite inquit charissimi hospitalitatẽ i cũctis exhibere: ne forte cui domum clauseritis ipse sit de⁹. Hec ille. ¶ Scdo beata Catharina sup gressa est pdictã viduã quantũ ad reliqas q̃ remãserũt Helie: quas comedit. Ille eñ reliquie erant pure et mũde: qz de pane subcinericio remanserãt: sed aliquid amplius fecit pter dñz hec sãcta virgo. Nam cũ semel esset in ciuitate Senẽsi quedaz mulier leprosa in hospitali leprosoꝝ degens: nec eẽt q̃ vellet ei seruire propter infirmitatis horrorẽ: beata Catharina arbitrans illã a dño sibi derelictã: ad eã accessit pmittẽs q a cetero q̃ diu viueret: ipsam quotidie bis visitaret: scz man° et vespere: simulqz vite necessaria afferret: quod et in effectu fecit. Quid plura? Certe post humanitatis incredibilis obseqa reliqas eius interdũ sumebat. Nota etiã historiã de illa sorore de pnia/que passa est cancrũ in toto pectore/de quo quidem vlcere tantus fetor pcedebat: q nullus aut nulla poterat qz ppe ad eã accedere nisi clausis naribus: pp quem horrorẽ ferme ab oĩbus derelinquebatur. Qd intelligẽs xpi spõsa Catharina ad dictaz infirmã accessit atqz letãter et diligẽter illi seruire cepit. Cunqz semel abluendo dictũ vlcus fuisset quasi ad vomitũ puocata: hoc illa psentiẽs: lotionẽ fedi vlceris in scutella recollegit/et ad partem se trahẽs totum bibit. Quo facto precedẽs abominatio cessauit. Sequenti aũt die dixit secrete cõfessori suo se nũqz in vita sua cibũ vel potum tãte suauitatis gustasse. Insuper postmodum illi apparuit xps dicens: Filia: heri rem grãdem pter me fecisti. s. sumendo abominabilem potũ: vñ mihi valde placuisti: quapropter volo vt nũc de latere meo potum sumas: cuius suauitate adeo replebitur anima tua q in corpus tuum etiaz redundabit. Sicqz factum est. ¶ Moraliter. Hic instruimur exhibere pietatis opa infirmis et egrotis. Nam q̃ taliter fecerint. specialiter a dño regratiabuntur in die iudicij: cum dicet illis illud Matth. xx. Infirmus eram et venistis ad me.

¶ Tertio beata Catharina supgressa est sepe dictã viduam quo ad psonam cui subuenit. Illa eñ vidua subuenit homini iusto et sancto et qui erat propheta dñi. Ista autez subuenit ingratis infirmis: et mala pro bonis reddẽtibus. Qd erat argumẽtum excellentissime charitatis in ea. Hoc autẽ patuit in quadam muliere que horribiliter in infirmitate sua in lecto iacens fetebat: et cui ex mera charitate Catharina fuiebat. Nam si qñqz cõtingeret ad horam xpi sponsam camerã dicte egrotãtis exire grã diuina audiẽdi: quũ primũ reuertebatur predicta infirma ex diabolica tẽtatiõe xbis contumeliosis et iniuriosis cõtra eã insurgebat dicẽs: Bñueniat dña mea regina. O q̃ gloriosa et nobilis est regina ista: q̃ tota die in eccle-

sis moratur. Nunquid fuisti toto mane cum fratribus: et hmõi. At virgo sacra in nullo permota eam cõsolabatur dicens. Noli turbari charissima: cito enim perficiam quod expedit pro seruitio tuo. Ecce quõ xpi sponsa Catharina supergressa est pdictam viduã de sarepta sydonie.

¶ Quinto anna prophetissa de qua legitur Luce. ij. congregauit diuitias specialis deuotionis. Nam de deuotione ei9 tria vbi supra leguntur. Primum est q non discedebat de tẽplo: non quidẽ sic q semper ibi esset: vt dicit glos. ordina. sed quia frequẽter illic conueniebat. Da exẽplum de muliere bñ frequẽtante ecclesiã de qua vulgo dicitur q semper est in ecclesia. Scdm est q die ac nocte seruiebat domino ieiunijs et obsecrationib9 vacans. Tertiũ est q cõfitebat dño. s. confessione laudis: grãs illi referens de bñficio incarnationis impleto. Et loquebatur de illo. s. xpo omnibus qui expectabant redemptionẽ israel: vz annunctando eis natũ esse mundi saluatorem. In quo facto se ostendebat habere spiritum prophetie. Unde et in eodem textu prophetissa appellatur. He ergo sunt tres diuitie quas congregauit anna prophetissa.

¶ Beata aũt Catharina supergressa est dictã Annam in tribus predictis diuitijs specialis deuotionis: sicut liqde patz ex eius sacra historia.

¶ Primo qdem q ad sacrorum locorũ frequẽtationem: qz a puerilibus annis ipsa ecclesiã frequentare studuit. Anna autem pdicta tẽplũ frequẽtasse non legitur nisi post mortem viri sui: cum quo etiã vixerat annis. vij. Insuper ob specialẽ causam catharina eccl'iam frequentabat scz vt sacrũ dñi corp9 sacramentaliter susciperet. Hoc aũt Anna non fecit. Nec quidem mirũ: quia nondum erat ipsum sacramẽtum institutum. Ipsa igitur Catharina deuotione precipua ducebatur ad venerabile altaris sacramentum: quod etsi non quotidie: tamen frequenter sumebat. Nec super hoc rephensibilis erat: maxime cum legatur Act. ij. q erant oẽs xpicole etiã laici quotidie perseuerantes in doctrina aplorum: et cõmunicatione fractiõis panis. Quod ab oibus doctoribus exponitur de sacramento altaris. Uñ cũ quidam eps domestice eam argueret de tanta frequentatione cõmunionis: maxime cum dicat Aug. et recitatur de consec. distin. ij. quotidie. Quotidie inqt eucharistiam sumere nec laudo nec vitupero: singulis tñ diebus cõmunicandũ hortor. Respondit sacra virgo in presentia pluriũ. O dñe et pater reuerendissime ex q Aug. nõ me vituperat in dictis suis: quare vos me vituperatis? Sicqz ille cõfusus tacuit. Qz aũt talis frequentatio sacre cõionis in virgine placeret deo: sequens exemplũ insinuat. Naz cũ magister Raymundus confessor suus: et qui postmodũ factus est magister generalis ordinis fratrũ predicatorũ: semel celebraret missam in eccl'ia conuentus. Seneñ. eiusdez ordinis cui aderat dicta vgo Catharina cõuis notabil'r distans ab altari: illeqz nesciret eã ibi adesse

contigit quod eo diuidente sacram hostiã vt moris est ante Agnus dei: vna particula dicte hostie impceptibiliter subterfugit oculos eius. Ex qua re valde perturbatus: hincinde aspexit: nec quod querebat inuenit. Finita igitur missa audiens beatã catharinã ibi esse: ad eam accessit tristẽ habens faciẽ. Cũque illa causam tristitie eius inquisisset illeque casum aperuisset: illa subridens ait. Nolite pater super hoc tristari. Nunquam enim dictã hostie particulam inuenietis. Ad quam ille. Ex parte dei tibi precipio vt dicas mihi quid inde factum sit. Cui illa. Certe ad me manibus angelicis est delata. Quo audito ille gauisus est gaudio magno. Item in signũ maxime deuotionis et feruoris eius ad venerabile sacramentum altaris: cum se offerebat hora qua cõicanda erat: sepe ipsa sacra hostia de manibus sacerdotis quasi ab alio sumpta ad os eius accedebat. Plerunque etiam post acceptã cõionem rapiebatur in extasim: sicque per tres aut quatuor horas permanebat immota. Pluries etiam in missa vidit hostiã in formã paruuli iesu conuersam. Aliquãn etiam sub diuersis formis. Hec et his similia ponit dñs Antoñ. in. iij. parte chronice sue titu. xxiij. c. xiiij. ¶ Moraliter. Exẽplo huius sacre virginis docemur frequẽtare sanctissimum altaris sacramẽtum et ipsum habere in honore et reuerentia. Quia tñ quotidiana et frequens misse celebratio in plerisque sacerdotibus diminuit reuerentiã ipsius sacri: eo forsan quod nõ deuotionis gratia: sed potius lucri ad altare accedunt: ideo melius illis esset tñ semel in hebdomada celebrare: quam sic indeuote quotidie cõicare. Unde super hoc magister Jordanus primus generalis ordinis fratrũ predicatorum post beatum Dñicum: super hoc dat familiare exemplũ: prout legitur in vitis fratrum eiusdem ordinis. Sacrista inquit ecclesie nostre: eo quod habet frequenter circuire maius altare: et per chorum transire: non facit nisi modicam inclinationem: vbi tñ ceteri fratres solẽt profundius inclinare. Applicatio est facilis ¶ Scdo beata Catharina Señ. supergressa est predictam annã quo ad ieiunia et obsecrationes. Et de ieiuniis quidem eius atque abstinentiis quãuis supra multa dicta sint: vnum tñ omissum est: videlicet quod interdum vixit per plures menses sacra cõione altaris contenta: nullũ aliũ cibũ sumẽs: et presertim a die cinerum vsque ad diẽ Pentecostes. Insuper vixit per octo annos nullum cibũ sumẽs preter dictũ sanctissimum altaris sacramentum cum modico gustu herbarũ. Hoc aũt Anna prophetissa nõ fecit. De obsecrationibus vero eius seu orationibus quam assidue fuerint et continue: sacra testatur eius historia: dicens quod assiduitate orationũ noctes pene ducebat insõnes. Demũ crescente aia eius in perfectione sancte contẽplationis: cessauerunt paulatim in ea orationes vocales adeo quod vix poterat orationem dñicalem vocaliter semel perficere quin aia eius ab exterioribus sensibus raperetur. In huiusmõi autem raptu videbat diuinã essentiam sicut et Paulus. Unde semel, cũ

post raptum ad se rediisset: dicebat audientibus qui aderant Uidi arcana dei: pluries hoc repetens. Hoc etiã predicta Anna non fecit. Ecce quõ suggressa est eã in operib⁹ sanctis; vez in ieiunio ⁊ oratione.

¶ Moraliter. Debemus laborare vt saltem a longe imitemur p̄dictã virginẽ in duobus predictis; maxime cũ dicat Christus Matt. xvij. ꝙ hoc genus demoniorꝫ nõ eijcitur nisi per orationem ⁊ ieiuniũ. Sed proh dolor pauci volunt ieiunare: pauciores quoqꝫ student debite orare. Sunt eñ plures qui orant ore: sed pauci corde: cum tñ dicatur de cõsecra. dist. v. Nõ mediocriter: qꝛ non verborꝫ multitudine flectitur deus vt homo. Et ideo vt ibi subdit: nõ v̄bis tñ: sed corde orandus est deus.

¶ Tertio beata Catharina Senensis suggressa est sepe dictam Annã quo ad ꝓphetie donum. Ipsa eñ Anna solũ legitur prophetasse de x̄pi aduentu ⁊ natiuitate. Beata aũt Catharina multa in spũ prophetico cognouit: etiam vsqꝫ ad cogitationes hoim: ita vt veraciter diceret sepe his q̄ cũ ea cõuersabantur Uos talia et talia cogitat;: atqꝫ tales et tales cogitationes versat in cordibus vestris. Ut aũt ad particularia descendamus: aliqua de cognitis ab ea in spũ ꝓphetico referamus. Legit ergo de ea ꝙ cum admonuisset quendã sceleratum virũ Senensem ad verã oris confessionẽ: et ille confessus fuisset postmodũ dixit illi seorsum. Uere non oĩa dixistis. Cũqꝫ ipse ecõtrario diceret se ꝯfessum fuisse oĩa peccata sua que memorie occurrerant: ipsa secreto reduxit sibi ad mentẽ quoddã scelus quod perpetrauerat in Apulia cum esset miles: veruntñ illius ipse fuerat oblitus cũ cõfiteri voluit et non erubuit dicere virgini Catharine ita esse sicut illa dicebat. Et ideo rediit ad confessionis sacramentũ. Legit etiam de fratre Thoma de Senis: qui ⁊ aliqñ solitus erat audire ꝯfessionẽ huius virginis: ꝙ cum semel transiret per quoddam nemus vna cum socio: superuenientesqꝫ insidiatores viarũ volentes eos occidere quasi arbitrantes eos nummos multos habere: ait virgo Catharina socie sue: Pater meus frater Thomas me inuocat: eo ꝙ magnum periculũ sibi imminet: ideo oremus pro eo. Et ex tali oratione subsecuta est plena liberatio eorum. Ipsa etiã in spũ prophetico preuidit ⁊ p̄dixit futurũ schisma in ecclesia x̄pi quod secutũ est post decessum Gregorij. xi.

¶ Moraliter. Ex predictis monemur assentire his que predixerunt sancti dei prophete: pariter ⁊ ipse Christus qui illuminauit olim corda prophetarum de his scilꝫ que predixerunt de consummatione seculi: de remuneratione bonorum: ⁊ supplicio reproborꝫ: qꝛ vt dicit Ambro. libro de Salomone. capi. p̄mo. Omnia que in libris diuinis prophetarum annunciatione congesta sunt: suis temporibus sunt reseruata. Sed profecto hodie multis Christianis potest improperari illud quod olim improperauit Christus duobus discipulis euntibus

in Emaus: dicens ad illos. O stulti et tardi corde ad credendū in omnibus que locuti sunt prophete. Luc. xxiiij.

¶ Sexto christifera Maria inter multas et pene infinitas diuitias specialiter congregauit diuitias patientie in doloribus quos sustinuit in hora passiōis filij sui: prout illi lōge ante predixerat sanctus ille Simeō dicens. Tuam ipsius aīam pertransibit gladius. Luce. ij.

¶ Beata autem Catharina supergressa est aliquo modo predictam filiaz: non quidem simpliciter: sed ꝑm quid: presertim quo ad materiam subiectam. et hoc tribus modis.

¶ Primo quidē quo ad genus doloris. Dolor enim virginis Marie fuit spūalis et mētalis. Dolor ꝟo virginis Catharine fuit corporalis. Hoc autez fuit qñ xp̄s impressit corpori eius virgineo stigmata sua in modum qui sequitur. Nā cū semel esset in ciuitate Pisana: quadā die dominica audita missa in ecclesia: et sumpta sacra cōmunione de manu sui confessoris: scz magistri Raymundi: rapta est in extasi: atq; a sensibus alienata. Deinde post aliqđ spatiuz ad se reuersa vocauit dictum suū confessorē: dicēs ei. Noueritis pariter q; ego stigmata dñi mei Jesu in corpore meo porto. Nam hac hora vidi dominum meū crucifixū magno cum lumine descendentē. Propter qđ ex impetu mētis volentis suo creatori occurrere / corpusculū meum coactum est se erigere. Et tunc ex cicatricibus suoꝝ sacratissimoꝝ quinq; vulnerum vidi in me quinque radios sanguineos descendere: qui ad manus meas pedes et cor tendebant. Rogaui tñ dñm meum Jesum Christū: vt cicatrices exterius in corpore meo non appareant. Nihilominus tantus est dolor què in illis quinq; partibus patior: et precipue in corde: q; nisi deus fecerit nouū miraculum: non videt mihi q; possim diu in ista vita permanere. Uñ et postmodū dolor ille mitigatus est.

¶ Uerum ratione huiusmodi cicatricum vulneꝝ xp̄i in virgine Catharina inueteratā lis versatur inter ꝑdicatores et minores. Contendūt enī fratres minores et zelo accenduntur pro gloria et honore p̄ris sui Francisci: quē et ipse veneror: q̄uis indignus cultor tāti sancti extiterim. Soli itaque illi att ribuere volunt stigmata dñi Jesu in corpore suo portasse: quasi (salua pace) velint ligare dei potentiā vt non possit cōmunicare sexui femineo quod cōmunicauit sexui virili in patriarcha et seraphico Frācisco. Forsan dicent hoc deum posse: sed minime fecisse. Sed hos condēnat papa Pius scđs: qui Senensis erat. Ob quā rem in ꝑpria edidit officiū dicte virginis: quam etiam catalogo sanctorū ascripsit: Anno scilz dñi M.cccclxi. in quo quidem officio dictam virginē alloquitur dicens: Uulnerū formam miserata Christi exprimis ipsa. Uerum beatus Franciscus suscepit cicatrices vulnerū Christi visibiliter: beata aūt Chathari na inuisibiliter: id est nō apparenter exterius: sensibiliter tñ

eam cruciātes interius: vt dictum eſt. Et qꝛ inuiſibilia dei per ea que fiunt exterius / facilius intelliguntur: ideo fratres predicatores depingi rationabiliter faciūt predictā virginē cū cicatricibus. Da exemplum de angelis / aiab9 / demonib9 / et sancta trinitate: que oia ꝗuis ſint ſubſtātie ſpirituales: nihilominus depinguntur cum formis corporeis tanꝗ libri ſimpliciū. Item ad exprimēdū dolorē interiorem quē habuit virgo Maria in hora paſſiōis filij ſui: ſolet depingi modernis diebus cū enſe perforante cor ſuū. Et ſilr idem fit de alijs doloribus eiuſdē chriſtifere Marie. Et ſi dicat ꝙ ita predixerat ille ſenex ſanctus Simeon: dicens ad xp̄i matrē. Et tuā ipſi9 animā pertrāſibit gladius. Luc. ij. Certe ſatis conſtat hoc eſſe intelligendū de gladio ſpirituali ꝛ nō materiali. Quo nō obſtante depingit cum gladio materiali. Ita et in propoſito ꝗuis xp̄i ſponſa Catharina non habuerit cicatrices exteri9 apparentes: ſed tm̄ interius: et hoc ad inſtantiā ſuam vt dictū eſt: nihilominꝰ licite poteſt depingi cū cicatricib9: vt per viſibilia deueniamus in notitiā inuiſibiliū: ꝛ per exteriora in notitiā interioꝝ. Et ſi dicatur vt allegāt aduerſam partē tenentes: ꝙ in bulla canonizationis ipſius virginis nulla ſit mentio de hmōi cicatricib9: in primis fateor me bullā ipſam non vidiſſe. Secūdo eſto ita: nō tñ ſeqtur per bonā conſequentiā quin ita fuerit. Nam ſicut non oia que geſſit xp̄s in preſenti ſunt ſcripta in libro euāgelioꝝ: vt habet Ioā. vltimo: ita etiā non oia que geſſerunt ſancti et ſancte: ſcripta ſunt in libro canonizationis eorūdem. Et ſi iterum ab aduerſarijs replicet ꝛ dicat nō eſſe veriſimile ꝙ de hoc tacuiſſet papa Pius qui ad eādē virginē precipua ducebat deuotione: Rñdetur ad hoc ꝙ etiam hoc idem aſſerit in hymno de feſto eiuſdem virginis: vt dictū eſt. Qd ſi de hoc nihil expreſſerit in bulla canonizationis: hoc forſan fecit eo ꝙ non curauit ibi loqui niſi de hiſque probari poterāt: aut que exteri9 patebant. Non ſic autem fuit de predictis cicatricibus virginis Catharine / vt dictum eſt.

¶ Et breuiter vt ꝓbemus hanc partē per locum ab oppoſitis: tot ſigna etiam ſtupenda ꝛ tremenda oſtenſa ſunt ſup nōnullos pertinaciter oppoſitū defendētes: et dignitati atꝙ ſanctitati ſepedicte virginis derogare volentes: ꝙ ceteri merito debent timere iudicia dei. Et vt de multis pauca dicam9 nō niſi que adhuc per ſuperſtites ꝓbari poſſunt: et que in noſtra gallia ꝯtigerunt referā. In primis ꝯtigit in dioceſi Senonenſi quendā doctorē / cuius ſtatū ſubticeo: magnū fautorē ꝛ defenſorē partis aduerſe fulgure interiſſe: eo equitāte: ꝛ vt nonnulli aſſerūt ꝑperāte ad ꝗddā oppidū quod dicit mōſargus: vbi eſt monaſteriū ſoroꝝ ordinis p̄dicatoꝝ: vt ibi predicādo detraheret ſtigmatibus dicte virginis. Secundo cū degerem Parriſius adhuc nouitius: cō-

rigit duos iuuenes in ecclesia sancti Eustachij eiusdē ciuitatis suadente diabolo gladijs suis abrasisse stigmata imaginis eiusdez virginis in pariete depicte: qui post meridiē euntes ad fluuium Sequane grā se balneādi: ibi demersi sunt. Tertio ante paucos annos litē preteritam nonnulli renouare volentes: infra annū mortē obierūt. Rogo ergo ꝯfratres meos predicatores vt quoties contingerit illos p̄dicare de hac materia: sobrie loquant̄: vtpote dicēdo cicatrices diue Chatarine exterius non apparuisse. Nihilominus ꝙ dicta sancta rationabiliter depingitur cum cicatricibus ꝓpter causam predictam. Simulq̧ extollant seraphicū Franciscū: affirmantes ipsum visibiliter hm̄ōi cicatrices in quinq̧ partibus sui corporis suscepisse: ita vt merito dicere posset cū apostolo Paulo. Decetero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata domini Jesu in corpore meo porto. ad Gal. vi. Et sic ptz diffuse de primo.

¶ Secundo beata Catharina Senēsis supergressa est beatā virginē in actuali exhibitione sui corporis spōso suo Christo. Nam de ea legitur ꝙ cū Christus semel illi appareret atq̧ interrogaret quantū eum diligeret; respondisse fertur ꝙ toto corde; et ꝙ illi offerebat cor suum. Unde tunc ipse Christus sensibiliter ab ea extraxit cor illius: sicq̧ stetit triduo. Post hec redijt ad ipsam Christus tenens cor vnum clarissimum qđ reposuit in latere dicte virginis: simul vulnus curās. Nihilominus extunc semper in latere sinistro ipsius virginis apparuit cicatrix in testimonium tanti miraculi. Sic enim asseruerunt eius socie que pluries hoc viderunt. Hoc idē etiā reuelauit secrete confessori suo. Unde extunc sentiebat tātum gaudiū tantāq̧ suauitatē spiritualem in corde suo ꝙ exprimere verbis nequibat.

¶ Moraliter. Ad exemplū huius virginis debemus cor nr̄m totaliter per sancta desideria et affectiones puras dare deo: sm̄ ꝙ vnūquēq̧ nostrum ipsemet admonet dicens Prouerb. xiij. Fili prebe mihi cor tuum. ipse enim est de natura falconis; qui non querit nisi cor de preda. Orandus etiaz est deus vt auferat cor lapideū de carne nostra: et det nobis cor carneum qđ ipsum diligat: ipsum timeat: ipsum sequatur: vt dicit Augu. in quadā oratione. Ubi ergo sic orauerimus dn̄m: ipse indubie exaudiet nos. Sic em̄ ꝓmittit se facturum. Ezechiel. xxxvi. dicens: Dabo vobis cor nouum: et spiritū nouum ponaz in medio vestri.

¶ Tertio dicta Christi sponsa Catharina supergressa est dei genitricē Mariā quo ad coronę spinee susceptionem. Nā de ea legitur ꝙ xp̄s semel illi apparuit tenens in manibus suis duas coronas: vnā quidem spineam: aliam vero aureā: dicēs illi. Si in p̄nti elegeris coronā aureā: spineā postea portabis. Qđ si ecōtra in presenti elegeris spinosam coronā: indubie post hanc vitā aureā obtinebis

Qd illa audiens: et ad patiendū conformiter ad sponsum suum xpm se per omnia offerens: accepit de manu dñi coronam spineam: quā suo capiti imponens etiam diebus pluribus vehemētissimum in capite suo persensit dolorē. Huic autē simile non legitur de sanctissima xpi matre. quia ꝙ elegit in presenti corona ri corona spinea: ideo nūc in celesti patria defert super caput suum coronā aureā quam nunꝙ deponet. Quam suis meritis et precibus nobis conferat ille q̇ in trinitate pfecta viuit ⁊c.

¶ Sermo de beatis Apl'is Philippo et Jacobo.

Cedros libani plantauit illic passeres nidificabunt. Ps. ciij. Solēt hac prima die Maij iuuenes et adolescentes plantare in medio plateaꝝ et locorū cōmuniū quasdā arbores frondosas in signū letitie et iucunditatis: quas gallice appellant le may/et hoc a vocabulo mensis maij: q̇ hodie incipit. Sic ēt oīpotēs de⁹ in hoc mundo plantauit plures cedros altas libani: gallice plusieurs mays. Prima igit̄ cedr⁹ est illa de q̇ legit̄ Gen. ij. q̄ dñs de humo pduxit lignū vite in medio paradisi. Et dr lignū vite: nō q̄ in se haberet vitā aliā p̄ter vitā oīm vegetabiliū: sed q̄ ex dei ordinatione poterat fruct⁹ illius ligni cōseruare vitā in hoīe co vtēte. Itē q̄ poterat preseruare comedentē a morte corpali. Scda cedr⁹ est ille palus quē moyses ad mādatū dñi erexit in deserto: super quē statuit serpentem eneū: vt hr̄ Nume. xxj. Per hoc aūt p̄figurabat xpi erectio sup arborē crucis: iux̄ id qd ipse saluator Jo. iij. loq̇t dicēs. Sicut moyses exaltauit serpentē in deserto: sic exaltari opz filiū hoīs. Tertia cedr⁹ est illa arbor quā vidit Daniel eiusdē. iiij. ca. vbi sic legitur. Ecce arbor in medio terre: et altitudo eius nimia magna arbor et fortis: et pceritas eius tangēs celū. Latitudo ei⁹ erat vsq̄ ad terminos vniuerse terre: et folia ei⁹ pulcherrima: et fructus ei⁹ nimius: et esca vniuersoꝝ in ea. Subter aūt habitabāt aīalia et bestie. In ramis eius ꝯuersabant volucres celi: et ex ea vescebatur oīs caro. hec ibi: q̇ oīa p̄figurabant crucē xpi put pdicator doctus declarare pōt p singula discurrens. Quarta cedr⁹ fuit ipsa crux saluatoris: quā q̇dē cedrū plantauerūt impij iudei in mōte caluarie: in ea suspendentes oīm saluatorē. Nūc vo debem⁹ dictam cedrum plātare in terra cordiū nr̄oꝝ p iugē dñice passionis meditatiōnē et recordationē: iux̄ illud ad Heb. xij. Recogitate eū q̇ talem aduersus ⁊c. Quinta cedr⁹ est xpi hūanitas: q̇ prio fuit plātata in t̄ra vteri v̄ginalis. Nūc autē trāsplātata est in summitate terre celestis. Act. j. Uidentib⁹ illis eleuat⁹ est: et nubes suscepit eū in celū. Itē in Psal. Eleuata est magnificentia tua sup celos deus. Sexta cedr⁹ est beatus Philippus pariter et beatus Jacobus frater dñi. Et he due cedri prio fuerunt plātate in hac mortali vita vt fructum

boni opis afferrēt: nūc vo q̄ ad animas trāsplātate sunt cū xp̄o in terra viuētiū. Et de illis duabus cedris hodie facim⁹ festum solēne p vniuersā eccl'iam. De q̄bus loquit thema dicens. Cedros libani plantauit illic ꝛc. Pro quo aduertēdū ꝙ liban⁹ est mons in arabia: in quo colligitur thus ꝛ in q̄ crescūt cedri altissime. Merito ḡ hm̄oi mons s̄i gnificat eccl'iam triūphātē in q̄ iam plātauit dn̄s cedros altas. vcȝ Philippū Jacobū. Qd autē subditur illic passeres nidificabunt: ad deuotos catholicos ptinet: q̄ si fuerint deuoti ad hos xp̄i sanctissimos apl'os: indubie meritis ꝛ precib⁹ eoꝝ tandē nidificabūt in celo p eternā mansionem in eo. Et de his duabus cedris in p̄nti sermone nobis loquēdum est: sepatim tamē ad euitandam confusionem.

¶ Prima ps sermonis in q̄ tractat de btō Philippo.

Primo igitur tractandū est de btō Philippo: eo ꝙ primus nominatur. Hec ḡ xp̄i cedr⁹ habuit sex magnas prerogatiuas siue excellentias: que sunt

Primitatis
Charitatis
Familiaritatis
Sollicitationis
Potentialitatis
Penalitatis.

¶ Prima igitur p̄rogatiua diui apl'i xp̄i philippi vocat primitatis: ideo em̄ in calendario et martyrologio p̄fert iacobo: eo ꝙ sit a xp̄o ante eum ad apostolatum vocatus. Propt qd etiam Matt. x. vbi inserunt duodecim apostolorum nomina: iste post Petrum et Andream tertio loco ponitur. Nam vt legitur Joan. j. Christus post baptismum suū prio vocauit duos fratres: scilicet Petrum ꝛ Andream: qui erant de bethsaida ciuitate galilee. Post hos in crastinū ipse Christus inueniens Philippum qui et de eadē ciuitate erat: vocauit eum dicens: sequere me. Quo audito statim ꝛ absq̄ mora secutus est eum non tā gressu corporis q̄ affectu mentis. Propter ergo hm̄oi primitatem vocationis prenominat philippus Jacobo. Da exēplum de ordine fratrum predicatorum qui in corpore iuris prefertur ordini fratrum minorum: eo ꝙ sit primo ab ecclesia per decenniū confirmatus: vt patet in glo. super capitulo. Quia ex eo. rubrica de pactis. lib. vj. Idem habetur extra de excessibus prelat. cap. Nimis praua: et similiter extra de priuilegijs: cap. in his Item in clementinis: rubrica de sepulturis. ca. dudum. Nam in omnibus illis locis preferuntur predicatores minorib⁹. Similiter in alma vniuersitate parisiensi ijdem fratres preferunt ceteris fratribus ordinum mendicantium: eo ꝙ primum fuerunt incorporati eidem vniuersitati. Ita in proposito suo modo dicendum est.

¶ Moral'r. Sicut beatus Philippus non superbiuit de primitate sue vocationis ad Apostolatum et xp̄i collegium: ita nec fratres predicatores de primitate predicta. Idem practica de illis baccalarijs qui preferūtur in ordine licentiādoꝝ. Idē similiter practica de illis q̄ pre

ferustur alijs in collatione pre bēde: aut in electione ad curaz pastoralem. Idē etiam dic de il lis q̄ preferunt alijs in officijs publicis. Debent em̄ oēs tales in se considerare q̄ p̄sunt mul tis q̄ forsan corā dn̄o sunt mul to meliores ipsis. Quinimo ali qui per supercilium dn̄atiōis ad deteriora defluūt: vt dicit Au gu. in libello d. xij. gradib⁹ abu sionū: gradu. vj. Et ibi dat exē plū de Saul: q̄ postq̄ sceptrum regni suscepit: per inobedien tie superbiam deum offendit.

¶ Scd̄a p̄rogatiua beati Phi lippi vocatur charitatis. Fuit em̄ valde accensus igne chari tatis ad deū ꝛ ad p̄ximū. Pri mum ptz i. hoc q̄ vocat⁹ a xp̄o mox relictis oīb⁹ secut⁹ est eū. Secundum sil'r ptz in hoc q̄ nō suffecit sibi p̄pria salus ꝛ con uersio ad xp̄m: nisi etiā ad eun dem traheret fratrem suum/ q̄ Nathanael dicebat: dicens ei: Quem scripsit Moyses in lege ꝛ prophete: inuenimus Jesum filiū Joseph a nazareth. Et no ta q̄ vocat Jesum filiū Joseph non verum ꝛ naturalem/ sed pu tatiuum. Quē cum inter rogas set Nathanael: dicens. A Na zareth pōt aliq̄d boni esse? Rn̄ dit illi/ dicens: Ueni ꝛ vide Jo an. j. Ecce quō ex abūdāti cha ritate sua p̄curauit salutē fra tris sui Nathanaelis. Merito ergo os lampadis interpretat cedrus alta Philippus: eo q̄ lumen inuentum. s. Christū pre dicauit Nathanaeli.

¶ Moraliter. Instar diui hui⁹ ap'li debem⁹ h̄re duplicē chari tatem. Primā quidē et princi palem ad deum a quo oīa p̄ce dunt in quo oīa eminentissime existūt/ per quem omnia susten tātur: et ad quem omnia ordi nantur. Secūdam autem ꝛ mi nus principalem debemus ha bere ad proximum: procurādo ei⁹ salutē: ꝛ ad xp̄m ipsum p̄uo vere doctrine ꝛ exēplo bone vi te attrahēdo. Et de hac dupli ci charitate scriptum est Mat thei. xxij. vbi xp̄s loquēs cuidā legisdoctori: ait illi: Diliges dn̄m deū tuū ex toto ꝛc. Dein de subdit dicēs. Et p̄ximū tuū supple diliges sicut teipsum.

¶ Tertia p̄rogatiua beati Phi lippi vocatur familiaritatis. Fuit em̄ xp̄s huic apostolo val de familiaris. Hoc autem patz triplici indicio. Primum fuit q̄ ip̄m per se ꝛ in p̄p̄ria vocauit: nullo alio mediante. Plures em̄ apostolo℞ venerunt ad Xp̄m p̄ medium alio℞: sicut Andreas p̄ per mediū Joan. bap. Petrus p̄ medium fratris sui Andree. Na thanael p̄ medium ipsius Phi lippi fratris sui: ꝛ sic de alijs. Secundum indicium siue si gnum dicte familiaritatis fuit q̄ cum ipse xp̄s vellet pascere maximam multitudinē populi sequētis se: solum interrogauit Philippum: dicēs: Unde eme mus panes vt manducent hi. Tertium indicium fuit q̄ cum quidā gētiles cuperent videre Jesum: accesserūt ad hūc apo stolum tanq̄ ipsi Jesu fami liariorē: dicentes ei: Dn̄e: volu mus Jesum videre. Hoc autem denunciauit Philippus vna cū Andrea xp̄o: vt patz Joan. xij. Ecce magne familiaritas inter dn̄m ꝛ seruū: inter magistrum ꝛ discipulū: inter regē ꝛ militē

¶ Moraliter. Ecclastici huic aplo sunt in hac familiaritate quodammodo siles: eo scz q ad ipm habent facilem accessum qties vcz ad altare accedunt. Nam tunc tam familiares sunt xpo/et econtra: q ore ad os loquuntur ei. Item q ipm ppriis manib9 pertractat. Insup per ipsos ppls ad xpm hz accessu/ dum dnicum corpus omni coicare volenti dispesant. Preterea ipi sunt mediatores inter deuz et populum: iuxta id q scriptu est.j. Reg.ij. Si peccauerit populus/orabit pro eo sacerdos. Et ideo vt dicit Aug. sup Psal. ps. xxxvj. Talem opz esse dni sacerdotem: vt qd ppls pro se apud dnm no valuerit: ipse pro pplo mercatur qd poposcerit impetrare. Hec ille.

¶ Quarta prerogatiua beati apli Philippi dr sollicitationis. Cum enim xps sepe loqueretur discipulis suis de patre suo: semel dixit ei Philippus: Dne/ ostende nobis patrem et sufficit nobis. Joan. xiiij. Ecce quo erat sollicitus de sua salute. no ergo erat sollicitus de congregandis diuitijs: nec de honoribus adipiscedis: neq breuiter de terrenis: sed tantu de celestibus. Propterea ait xpo: Dne/ ostende nobis patrem: et sufficit nobis. glo. interli. q2 i eo sufficientia erit nob3. Nam vt dicit magister Nico. de lyra: Philippus credebat deum patrem posse videri oculis corporeis/ sicut et ipe xps videbatur. Ite vt dicit dns Hugo cardin. credebatq maior sufficientia esset in patre et de eius visione q3 in filio: et ideo tam studiose querebat illu sibi ostedi. Cui9 errorem repħedit xps/simul et sue petitioni satisfacies cum ait illi: Philippe/qui videt me: videt et patrem meum: eo q vtriusq vna sit essentia.

¶ Moraliter. Instar hu9 apli debemus rogare dnm Jesum xpm: vt p meritum sue benedicte incarnationis/ natiuitatis/ passionis ac mortis possim9 videre deu patre in celis. Qd vbi obtinuerimus: profecto merito dicere poterimus cu aplo Philippo/ Sufficit nobis. Sic enim attestatur idem xps. Joa. xvij. dicens ad patrem. Hec est vita eterna vt cognoscant te solum deu veru: et que misisti Jesum xpm. Ite. Sap. xv. Nosse te consumata iustitia est. glo. interli. summa beatitudinis perfectio. Ibi ergo q videt filium/ videt et patre atq spmsctm. Nec pot etia p dei oipotentia absoluta alr fieri: qcqd dicat. Scotus.

¶ Quinta prerogatiua Beati Philippi dr potetialitat3. Magna em potentia habuit supra dracones/ infirmitates/ mortem/ hereticos/ paganos. De primo patz de ingenti dracone q latitabat sub statua Martis in quada ciuitate Syrie. Nam cu post dni ascensione hic apls Syria in sorte accepisset: contigit eu accedere ad quada villam i qua colebat statua Martis. Cuq potifices idolo4 vellet eu copellere ad adorandum dictu idolu: eo orate subito quidam inges draco exiuit de sub base dicti idoli: q filiu vnius potificu interfecit/pariter et duos tribunos. Insuper fetore sui flatus infecit multos de astatibus

ita vt morbidi efficerent. Tan-
dem tamen vir dei dictum dra-
conẽ facto sibi precepto in no-
mine dñi trãsmisit in desertum
locũ: vt amodo nulli hominum
noceret. Qui ex tunc nusq̃ com
paruit. Et forte hic erat demon
in specie draconis. Quod si sic:
patet q̄ habuit potestatem su-
per demones. De secundo patz
de illa maxima multitudine ho
minum ac mulierum quos infe
cerat dictus draco suo flatu: q̃s
omnes p̃missa oratione ad do-
minum Iesum xp̃m sanauit ipse
Philippus. De tertio ptz de fi-
lio pontificis et de duobus tri-
bunis p̃dictis/ quos tres simi-
liter premissa oratione ipse a
mortuis suscitauit: De quarto
ptz de ingenti multitudine he-
reticorũ qui ebionite diceban-
tur: de q̃bus etiam loquitur de
cretum. xxiiij. quest. iij. quidam
autem heretici. Hi enim assere
bant xp̃m non habuisse veram
carnem: sed fantasticam tantũ.
Item q̄ ipse esset tantũ homo
iustus tñ et sanctus. Quam he-
resim hic apostolus cõfutauit:
oñdens ip̃m xp̃m esse verũ deũ
et hoiem perfectum: iuxta illud
Athanasij in Symbolo. Perfe-
ctus deus perfectus homo ex
aia rationali et humana carne
subsistẽs. De quinto ptz de in-
numerabili multitudine paga-
noꝝ q̃ visis signis prioribus cõ
uersi sunt ad xp̃i fidem. Et tunc
in loco in quo prius colebatur
idolum Martis/ q̃ deus belloꝝ
dicebatur: et sub quo latitabat
serpens vt dictum est. ipse Phi-
lippus destructo idolo ꝛ cõmi-
nuto: loco illius crucem Christi
erexit. Quam eo hortãte: pp̃ls
qui crediderat et curatꝰ fuerat
suppliciter adorauit. Et forte
in signum huius hodie in locis
patentibus affiguntur arbuscu
le quas vulgo may appellant
galli/ vt dictum est prius.

¶ Moraliter. Quicũq̃ fide for-
mata credit in Christũ: expellit
a se dracones infernales: ita vt
de vnoquoq̃ tali possit veraci-
ter dici illud p̃s. Super aspi-
dem et basiliscum ambulabis:
ꝛ conculcabis leonem ꝛ draco-
nẽ. Similiter si talis prius erat
infirmus per veniale peccatum
aut spiritualiter mortuus per
mortale delictum: virtute vere
confessionis et penitentie vna
cum gratia dei tunc curatur a
p̃dicta infirmitate: q̃nimmo
resuscitat a morte culpe ad vi-
tam grẽ. Insuper talis docente
eum vnctione grẽ dei superabit
hereticos atq̃ paganos vt non
deuiet a recta fide.

¶ Sexta ꝛ vltima prerogatiua
xp̃i apl̃i Philippi dr penalita-
tis. Mori eñ pro Christo ꝛ pa-
ti pro eo: magna prerogatiua ẽ
et speciale dei donum: scdm̃ qd̃
de Apl̃is legit Act. v. q̄ ibant
gaudentes a conspectu cõsilij:
qm̃ digni habiti sunt pro noie
Iesu contumeliã pati. vbi glos.
interli. super illo vbo: Pro noie
Iesu/ non pro aliquo inquit cri
mine. Nam vbi xp̃s in causa est
maledictio est optanda. Dicit
etiam glos. ordi. super dicto te-
xtu q̄ Christi apostoli non pu-
tabant moriendo se laborare:
sz magnum munus accipere: qꝛ
Beati q̃ persecutionem patiun
tur propter iustitiam: quoniam
ꝛc. Matt. v. Ecce quare mori p̄
Christo prerogatiua dicitur.

Hanc itaq3 prerogatiuam habuit ipse Philipp9. Qd sic patz. Nam postq3 per annos.xx. predicauit per Syriam: et populū vniuersum ad fidem conuertit: ordinans ibi epos: p̄sbyteros: atq3 diaconos: in asiā se transtulit: venitq3 in ciuitatē Hierapolim: vbi destruxit heresim hebionitarum: de qua prius dictū est. Tandem ante septem dies predixit passionem suam . In quo facto fuit similis xp̄o. Septimo igitur die infideles eum apprehēdentes / cruci ad instar magistri sui Xp̄i quē illis predicabat: affixerunt / atq3 in hunc modum spiritum domino feliciter reddidit. Anno etatis sue lxxvij. Preciosa igitur in conspectu dn̄i mors sanctorū eius.

¶ Moralr. Debem9 instar diui Philippi suspendi in cruce: et hoc dupliciter: scz mente & corpore. Mente q̄dem per deuotā contemplationem supernorum. & desideriū eor / dicentes illud Job.vij. Suspendium elegit anima mea. Suspendium inquā desiderij ad alta: vt dicit. Glos. interli. Suspendium q̄ hic vocat Job quietē contēplationis p quā suspendit animus ab his q̄ mundi sunt & carnis. Ecce q̄liter debemus esse suspensi mēte in cruce. Corpore etiā illic debemus esse suspensi: et hoc per equanimē tolerantiam aduersor: q2 vt dicit apl's ad Roma. viij. Si cōpatimur: simul glorificabimur. Et.ij. ad Corin.j. Sicut socij: estis passionū: sic eritis & consolationis. Et hoc est contra illos delicatos hoies q̄ nil aduersitatis volūt ferre in p̄nti: & tñ appetunt quietem eternam. Hoc aūt nunq3 fiet. Alias essent feliciores xp̄o: qui nō fuit exēptus a miserijs huius vite: sed oportuit eum pati: & ita intrare in gloriam suam / vt habetur. Luce.xxiiij.

¶ Scd'a pars sermōis in q̄ tractatur de beato Jacobo.

Postq3 in precedentibus habitum est de alta cedro libani.i. de.b. Philippo: notando sex prerogatiuas ipsius / superest in hac secūda parte loqui de altera cedro et de altitudine ipsius. i. de bt̄o Jacobo minore. Pro quo notādum q libanus est mons in Arabia situs / in quo colligit optimum thus: et in quo crescunt altissime cedri. Et vt colligitur tā ex Jsidoro lib.xvij. etymo.c. vij. quam ex postilla dn̄i Hugo cardi. sup lib. Eccl'iastici: Exponē do illud: Quasi cedrus exaltata sū &c. eiusdē.xxiiij. Cedr9 est arbor hn̄s multas pulchras conditiones: pp. q̄s merito noster iste Jacob9 dicte arbori cōparat. Est igitur cedrus arbor

Prolixe radicis.
Maxime altitudinis.
Semper viridis.
Longeue durationis.
Uermium non susceptibilis.
Serpentibus odibilis.

¶ Primo igitur cedrus est arbor plixas et extensas atq3 profundas habens radices. Hoc eñ commune est in omnib9 arboribus magnis magnas h̄re radices: vt sic fixe maneant. Sic et beat9 Jacobus magnas et prolixas habuit radices: vt ptz in descriptione genealogie sue. Nam pater eius Alpheus appellatus: vir iustus atq3 ho-

nestus fuit:similit et mater ei9 Maria cleophe sācta fuit. Unā et ab ecclesia tanq̄ sancta venerátur. Insuper auus ei9 nomine Cleophas: vir spectabil' extitit. Multo magis autē proauia eius anna.s. mater marie matris christi: marie cleophe: atq̄ marie Salome. Q3 si proaui atq̄ proauie sciremus nomina z vitā: z sic sursum ascendēdo: forsan inter eos vtriusq̄ sexus inueniremus probatissimos viros ac mulieres. Ceterꝝ fratres vterini hui9 Jacobi catalogo sanctorū ascripti sunt: vtpote Simon et Thadeus xp̄i sanctissimi ap̄li: pariter et Joseph cognomēto Justus ob vite sanctitatē. Et breuit vt verbis vtar psal. Hec est generatio querentium dominum.

¶ Queri potest circa hoc quare hic Jacob9 minor appellat et alter maior: maxime cū iste p̄cesserit ex antiq̄ori anne filia vcz ex maria cleophe: vt dictū est: alter autem ex maria Salome. R̄n̄sio: quia iste posterior vocat9 fuit ad xp̄i apostolatū: alter autem prior. Nam Jacobus maior simul vocatus fuit cum fratre suo Jo. euangelista: eodem scz die quo et Petrus et Andreas frater eius: vt patet Matthei.iiij. Propterea Matthei.x. vbi enumerantur duodecim nomina apostolorꝝ: primo nominatur Jacobus zebedei: deinde Jacobus Alphei. Quemadmodum ergo in religione fratres tenent loca sua et primitates non ɓm annorum cōputationē: sed ɓm religionis p̄mordialitatē: ita in proposito. Patet ergo quare hic Jacobus dicit minor: et alter maior. Nec certe in hoc attendit vite sanctitas: nec glorie celestis sublimitas: q2 ille sol9 nouit quis eorum in his duobus precellat q̄ solus ponderator est spirituū. Nihilomin9 non incōuenit appellare hunc Jacobū maiorē: z alterū minorē: ratiōe scilicet dignitatis. Nam etsi oēs ap̄li fuerint ep̄i ɓz cōmunem theologorum doctrinam: tamē Petrus et Jacobus alpheus in dignitate hac precellunt. Nā Petrus xp̄i vicarius generalis extitit: cui soli dixit xp̄us. Pasce oues meas: pasce agnos meos Joā.xxi. Hic autem Jacobus secūdū in dignitate post ipsum Petrū videtur tenuisse locum: in hoc scilicet q2 fuit archiep̄s hierosolymitanus: etiam primus ibidem pro pontifice sedens. Item Hierosolymis primus missam fertur celebrasse. Insuper tradidit nobis ordinē et ritum missam celebrandi: saltem quo ad aliqua: quanuis nō quo ad omnia. Et de hoc habes de consecra. dist.i. Jacob9. Ceterum in consilio Hierosolymis celebrato per Christi apostolos super controuersia de obseruatione legaliū: ipse sententiā protulit in hunc modum dicens. Ego iudico non inquietari eos qui conuertūtur ex gētibus ad dominum: sed scribere ad eos vt abstineant se a cōtaminationibus simulachrorū et fornicatione/et suffocatis: et sanguine. Actuū. xv. Propter hec igitur hic Jacobus qui minor vulgo dicitur: recte maior dici potest. Et sic patet solutio ad questitum.

v

¶ Moraliter. Ex precedentibus datur nobis intelligi quod inter homines virtuosos et iustos nullus est qui omnes habeat virtutes: saltem quantum ad vsum: et in excellenti gradu: sed vnus abundat in vna virtute: per quam forsan ceteros precellit: et alius in alia: dicente scriptura Eccles. v. Excelso excelsior est alius. Et ex hac parte habet omnis homo materiam se humiliandi: et alterum saltem in corde suo sibi preferendi. Et quamuis huiusmodi excellentia virtutis in proximo: non semper exterius se prodat: verisimiliter tamen debet estimari interius latere. Hinc de quolibet confessore merito legitur illud Eccli. xliiij. Non est inuentus similis illi.

¶ Secundo cedrus est arbor ingentis altitudinis: ita vt in sylua superemineat ceteris arboribus. Unde et beata virgo volens ostendere suam preeminentiam tam in ecclesia militante quam triumphante: loquitur Eccli. xxiiij. dicens. Quasi cedrus exaltata sum in libano Sic et beatus Jacobus minor fuit maxime altitudinis et in presenti Hec autem altitudo et sublimitas illius patet ex parte trium.

¶ Primo quidem quia frater domini appellatur ab apostolo Paulo ad Gala. j. Non quidem sic quod fuerit filius Joseph qui fuit pater putatiuus et nutritius christi: vt aliqui dixerunt: maxime cum dicat Hiero. Joseph virum marie semper in virginitate permansisse. Sed dicitur fuisse frater domini: eo quod esset sibi valde similis in facie: et in omnibus lineamentis corporis. Unde beatus Jgnatius ad beatum Jo. euangelistam scribens dicebat. Cupio videre illum iacobum hierosolymitanum episcopum: qui cognominatur Justus: de quo etiam dicitur quod qui videt eum: videt christum.

¶ Secundo patet eadem Jacobi sublimitas in hoc scilicet quod fuit ordinatus in archiepiscopum hierosolymitanum: atque consecratus ab excellentibus viris: videlicet a Petro/ Jacobo maiore/ et Joanne vt dicit Anacletus papa: prout recitatur dist. lxviij. porro Ubi etiam subdit quod illi tres ordinatores Jacobi minoris dederunt futuris formam vt nullus ordinetur in episcopum minus quam a tribus episcopis. Nota de episcopo sancti Flori in Gallia: de quo cum fuisset compertum quod fuisset consecratus tantum a duobus episcopis cum vno abbate: tandem re ventilata oportuit eum iterato consecrari: eo quod fuerat declaratus non rite consecratus Insuper mandauit papa quod nullus ab eo ordinatus: siue in sacerdotem: siue infra: fuerat vere ordinatus: et quod quilibet talis faceret se iterum ordinari. Ex qua re grande scandalum ortum est. Hoc autem contingit Anno domini circiter. M.cccc.xc.

¶ Tertio patet predicta Jacobi sublimitas in hoc quod canonicam vnam scripsit: que canonica Jacobi intitulatur: Jacobi inquam minoris: vt patet per Hieron. de illustribus viris. Thomas et etiam similiter Bartholomeus Jacobus maior et plures alij fuerunt quidem apostoli: attamen non leguntur aliquid scripsisse. At vero hic Jacobus Alpheus fuit apostolus sicut et ceteri: et preter hoc scripsit sicut Jo. Matth. Petrus et similes. Ecce quanta fuit diui Jacobi Alphei sublimitas.

¶Moraliter. Instar hui⁹ apli debemus laborare in presenti vt sim⁹ sublimes per vite meritum: quatenus tandem simus sublimes in celo per eternum premium. Unde de vnoquoq bene viuēte ꝛ alios ad idem faciēdum admonente dicit Matthei.v. ꝙ talis magnus vocabitur in regno celoꝝ. Debemus etiam laborare vt nominemur et simus xpi fratres: sicut ꝛ hic apostolus frater dñi appellat. Hoc aūt fiet si voluntatem dñi fecerimus: iuxta illud xpi verbum Mat.xij. Quicūq fecerit volūtatem patris mei qui i celis est: hic meus frater soror et mater est. Qd profecto ad magnam pertinet dignitatem.

¶Tertio cedr⁹ est arbor semper viridis in folijs. Omni eñ tēpore gerit folia virentia. Sic beatus Jacobus semper fuit viridis per gratiam ꝛ charitatē. In cuius etiam signum ꝛ testimoniū cognominatus ē iustus: vt dicit Hiero. de viris illustribus. Et reuera bene iustus est appellatus: quia reddebat vnicuiq quod suum erat: aut sibi debebatur: vez deo obedientiam: sibi vite ꝛ mentis munditiam: proximo dilectionem et charitatem. Item bene iustus est dictus: quia i vtero matris sue Marie cleophe sanctificatus extitit: prout refert idem Hiero. vbi.s. ex dictis Egesippi: in.v. libro cōmētarioꝝ. Qui quidem Egesippus fuit vicin⁹ tēpou aploꝝ xpi. Refert etiam idem Hiero. vbi.s. allegans Josephum.xx. antiqtatum: ꝙ iste Jacobus tante fuit sanctitatis et celebritatis i populo vt creditum sit propter ei⁹ necem ciuitatem Hierlm per Titum et Uespasianum fuisse destructā. Eadem refert Eusebi⁹ in historia eccl'iastica.lib.j.ca.xxiij. Ex quibus oibus inferre possum⁹ ꝙ hic christi apostolus ꝛ frater nunꝗ mortaliter peccauit. Et si arguat ꝙ oēs apli perdiderūt fidem tēpore passionis xpi: sm ꝙ illis predixerat in cena vltima dicēs: Oēs vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Matthei.xxvj. Respondetur sm aliques ꝙ ab hac gñalitate exceptus est ipse Jacobus. Nam videtur ꝙ nūꝗ amiserit fidem resurrectionis xpi: maxime cum dicat Hierony. in lib. de viris illustribus: ꝙ votum vouit se non comesturum donec videret ipm xpm a mortuis resurrexisse. Deinde subdit ꝙ ipa die resurrectiōis apparuit illi dñs pariter et illis qui cū eo erant: dicens: Ponite mensam ꝛ panem. Cōsequēter accipiens panem / ipsum benedixit / deditq ipsi Jacobo dicens: Surge frater mi ꝛ comede: quia filius hominis a mortuis resurrexit. Et hoc est quod videt innuere Aplus.j. ad Corin.xv. dicēs: Deinde visus est supple xps: Jacobo.

¶Sed predictis non obstantibus videtur mihi saluo meliori indicio ꝙ ipse Jacobus Alpheus mortaliter peccauerit i passione christi: vtpote errans circa xpi diuinitatem: sicut et ceteri apli. Sic enim gñaliter predixerat xps Matthei.xxvj. dicens: Omes vos scandalum patiemini in me ꝛc. Qui autem dicit omes / neminem excludit.

Illud aūt scādalū fuit amissio
fidei de diuinitate xp̄i. Unde
et cōiter tenent doctores q tp̄e
tridui fides eccl'ie māsit in so=
la virgie Maria. Propter quā
cāin dies sabbati illi dedica=
ta est: sicut et dies veneris filio
suo: ob reuerentiā sue bn̄dicte
passiōis. Silr et dies dn̄ica ei=
dē dedicata est ob honorē sue
iucūde resurrectionis. Hoc idē
etiā videt aperte innui in hoc
sc3 q in officio tenebrarꝝ accē=
dūtur. xiij. cādele ceree / q̄ suc=
cessiue extiguūtur vsq ad vlti=
mam: p quā videt innui fides
vgis. Marie: q̄ semp inuiolata
pmāsit. Et ad allegata ī cōtra=
rium dupl'r rn̄deri pōt. Primo
qdē q Hiero. nō loquit assertī=
ue: s3 tm̄ recitatiue. Refert em̄
dicta Egesippi siue scd̄m alios
Egisippi dicētis ip̄m diuū Ja=
cobum in vtero sanctificatum:
et per ꝯn̄s tūc ab originali pur=
gatū: atq ab oīm mortali pec=
cato preseruatu3. Modo q̄uis
ip̄e Egesipp9 fuerit ver9 catho=
licus: et ep̄s sctūs ƀm Eusebiū
in historia eccl'iastica: dicta tn̄
eius nō sunt tante auctoritatis
vt non liceat illis cōtradicere:
p̄sertim vbi subest causa cōtra=
dicendi. Scd̄o dici pōt q vbi tā
Hieronymus q̄3 Eusebi9 viderē
tur approbare dictū Egesippi
circa subiectā materiā: potius
tn̄ stādū est dicto xp̄i dicentis:
Oēs vos scādalū patiemini et c.
q̄3 dictis oīm doctorꝝ eccl'ie vbi
cōtrariū sentirēt. Et sic pt3 qd
sit tenēdum circa materiā pre=
dictā. Quāuis ḡ Jacob9 iste fi=
dem perdiderit: verisil'e tn̄ est
q cito eā recupauerit. qd̄ etia3
attestat votū quo se astrixerat
non comesturu3 donec videret
ipsum xp̄m resurrexisse a mor=
tuis. Unde pp̄ter tā modicam
moram in infidelitate dictum
est supra de eo q fuit semper
viridis ad modum cedri.

¶ Moraliter. Debem9 sūmope
studere et laborare q̄3tum i no=
bis est vt semp virides sim9 ī=
terius p grām et charitatē: sic
sc3 q folia grāꝝ et virtutū ac
bonorꝝ operū nō defluāt in no=
bis p mortale pctm̄. Sed pfe=
cto in hoc sum9 fragiliores ne=
dum cedro / verum etiā ceteris
arboribus. Cōe em̄ est vt arbo=
res incipiant virescere in vere /
et ī autūno folia deponere. At
vo hoīes q̄ incipiūt virescere
in paschate p sacramētalē cō=
fessionē: cito deponūt virídita=
tem suā: etiam q̄nq ante finem
hebdomade paschalis: sicq p
totum annū manēt sicci et aridi
et absq fructu bonorꝝ operum
cū tn̄ clamet apl's ad Eph̄. iiij.
di. Renouamini spū mētis vr̄e.

¶ Quarto cedrus est arbor lō=
geue durationis. Longius em̄
durat et manet in esse q̄3 quer=
cus aut quecūq alie arbores.
Sic et btūs Jacobus alpheus
diu vixit post dn̄i passionē: an=
nis sc3. xxx. Hoc aute3 fuit spe=
ciale dei donū: maxime cum in
Hierl'm habitarēt tūc tēporis
maximi aduersarij xp̄i et chri=
stiane religionis: q etiā eodem
anno q̄ ipse xp̄s passus fuerat
lapidauerāt Stephanum. Act.
vij. Item flagellauerāt apl'os.
Act. v. Et multas psecutiones
intulerāt seruis xp̄i. Nulli du=
bium igitur q non permisissent
dictum Jacobum in medio eo=
rum viuere tāto tempore si non

deus specialiter eum conseruasset: forte quandã innatam mansuetudinem & benignitatem illi conferendo qua omnibus amabilis reddebatur: vt dicitur in eius legenda.

¶ Moraliter. Qui volunt diu viuere in pñti: & tandem perpetuo in celo: debent tria habere et obseruare: vcz honorẽ ad parentes: castitatem ad se: mansuetudinem ad proximos. De primo. Exodi.xx. Honora patrem tuum et matrem tuam vt sis longeuus super terram. De scdo Eccli.xxxvij. Qui abstinẽs est: adijciet vitam. Qd qdẽ verbum non solum intelligit de abstinentia a cibis & potib⁹: verum etiã de abstinentia a venereis. Unde per contrarium aialia magni coit⁹ sunt breuis vite sm Aristot. de animalibus. De tertio in Psal. Mansueti hereditabunt terrã: & inhabitabunt in seculum seculi.i.diu sup eam Non mirũ ꝙ si beatus Jacobus dñi frater diu vixit: qꝛ in eo fuerunt tria predicta. Practica.

¶ Quinto cedrus est arbor vermium non susceptibilis. Sunt eñ nonnulle arbores quas intra corrodũt vermes. Nõ sic ãt ꝯtingit de cedro. Sic in proposito beatus Jacob⁹ non fuit corruptus per libidinẽ: qꝛ virginitatẽ illibatam vsqꝫ ad vite sue terminum fidelr custodiuit: vt dictũ est. Nõ sic aũt fuit de btõ Petro aplo: q̃ mrimoniũ cõtraxit: filiã quoqꝫ noie petronillã ꝓcreauit. Hic tñ Petrus solus creditur inter oẽs aplos vxorẽ duxisse sm Hieroñ. q̃ prima pte epistolarum suarũ epla.v. taliter loquit dicens. Excepto Petro non est manifestũ alios apostolos habuisse vxores. Et cum de vno scriptum sit: ac de ceteris tacitũ: intelligere debemus sine vxoribus eos fuisse de qb⁹ nihil tale scriptura commemorat. Hec ille.

¶ Queri autẽ põt qũo hic xpi apostolus potuit sic imputribilis permanere quo ad carnis integritatem: maxime cum dicat August. ser.ij. dominice.xx. post Trinitatem: ꝙ inter xpianoꝝ certamina sola duriora sunt ꝓlia castitatꝭ: vbi quotidiana est pugna: et rara victoria. Rñsio. Certe vsus est triplici recepta seu medela ad hoc valde propitia. Prima fuit abstinentia. Nam de eo loquens Hieroñ. in lib. de illustribus viris: dicit ꝙ carnes nunqꝫ comedit: neqꝫ vinum aut ciceram aliqñ bibit. Bene ergo considerabat ꝙ castitas in delitijs periclitari solet. Uñ Augu. ad fratres in eremo. ser.xlvij. qui intitulatur de vehementi detestatione peccati sodomitici: dicit ꝙ castitas cũ abundantia & fertilitate stare non põt: sed si mihi inquit nõ creditis: gomorrentibus credite. Abũdabant enim in cũctis bonis valde: et postqꝫ comederant & biberant: surrexerunt ludere. Hec ille. Secunda recepta fuit vitatio allectiuoꝝ ad impudicitiam: qꝛ sm Hiero. vbi.s. oleo non est vnctus: cũ tñ in palestina soleãt hoies in estate ꝑungi oleo ad carnis delicias fouendas contra solis ardorem. Item balneo non est vsus. Ecce quomodo vitabat illa que possunt allicere carnem ad impudicitiaꝫ. Uerisimile etiam est ꝙ

frequenter ieiunabat: dure dormiebat: multum vigilabat: et sic de aliis operibus extinguentibus carnales cōcupiscentias. Tertia recepta fuit deuota oratio. Nā ita assiduus in orōne erat ꝙ genua ipsius erant dura ad modum plantarum pedum suorum. Nam callos in genibus suis sicut in calcaneis videbatur hr̄e. Legerat em̄ illud Sap. viij. Non possū esse ꝯtinens nisi deus det. Et ob hoc frequenter orabat dn̄m vt sibi perpetuam conferret continentiam. Ecce qūo ⁊ quibus mediis beat⁹ Jacobus obtinuit a dn̄o ppetuam carnis integritatē. Uade tu religiose aut clerice ⁊ fac similit. ¶ Moral'r. Tria induxerūt xp̄i apostolum ad virginitatem seruandū: q̄ etiā debent quosq̧ religiosos atq̧ in sacris ꝯstitutos clericos ad idē inducere. Primū fuit exemplū xp̄i: sue quoq̧ dignissime mr̄is: quos constat ꝟgies pmansisse. Scd̄m fuit altitudo meriti ⁊ p̄mij. Nam ꝟginitas est velut semen qd̄ cadit in terrā bonā: et qd̄ affert fructum centuplū. Tertium fuit desideriū vite angelice. Unde Hiero. ij. parte epistolarū suaꝝ epistola. lv. Bene inquit ad Mariam virginem angelus mittitur: q̄a semper angelis cognata est virginitas. Profecto in carne preter carnem viuere: non terrena vita est: sʒ celestis. Hec ille. ¶ Scd̄o cedrus est arbor serpentibus odibilis. Non enim possunt serpētes illi⁹ ferre odorem. Sic nec impij iudei potuerunt diu ferre odorem sancte vite quam diuus Jacob⁹ ducebat nec salubris doctrine quaʒ docebat et p̄dicabat. Sʒ velut rabidi canes persecuti sunt euʒ vsq̧ ad mortem. Hoc aūt qualiter factū fuerit audiam⁹. Anno enim a passione domini trigesimo accesserunt impij iudei ad ipsum Jacobum: prout legit in ecclesiastica historia: et sumitur ex dictis Egesippi dicentes. Oramus te vt reuoces populum: quia errat credens in Jesum: putans ꝙ ipse sit xp̄s. Deprecamur ergo te vt suadeas omnibus conuenientibus in die sancto pasche ne vlterius credant in eum. Nam ois populus tibi credet: eo ꝙ habeat magnam de te estimationem: vtpote ꝙ sis iustus et sanctus. Statuerunt ergo eū supra pinnaculum templi: atq̧ illi alta voce dixerunt. Uirorū iustissime cui nos omnes obtemperare debemus et volumus: quid tibi videt de Jesu nazareno crucifixo? Tunc ille cum ingenti voce respondit dicens. Quid me interrogatis de filio hominis? Certe ipse sedet in celis a dextris dei patris: inde venturus iudicare viuos et mortuos. Qd̄ audientes xp̄iani q̄ aderāt: gauisi sunt gaudio magno: scribe autem et pharisei valde indignati sunt. Propter quod ascenderunt ad pinnaculum: et inde ip̄m precipitauerunt. Alij autē iudei qui deorsum erant lapidibus eum obruere ceperunt. Ille autē prout potuit super genua procumbēs: orabat dominū dicens. Rogo dn̄e: dimitte eis: q̄r nesciunt quid faciunt. Cumq̧ ille more Stephani protomartyris ꝑ se lapidantib⁹ oraret ad dominum: vnus ex ipsis

accepta pertica fullonis / valido et atroci ictu sacrū eius caput impetijt: atq in hanc modum cerebrum ipsius excussit. Taliq martyrio xp̄i frater et Apostolus migrauit ad dn̄m. Sepultus quoque est ibi prope templū. Cunq xpiani qui aderant: vellent mortem eius vindicare: et malefactores capere atque punire: illi protinus aufugerunt. Huius itaq apostoli beatitudinis ille nos participes efficiat: qui in trinitate perfecta viuit ꝛ regnat. Amen.

¶ Sermo de inuentione sancte Crucis.

Lignum vite affert fructus duodecim. Apocalips. xxij. Duo sunt festa precipua que colit mater ecclesia de sanctissimo ligno crucis in quo pependit pro nostra omniumq salute benedictus dei filius: videlicet festum exaltationis in mense septembri: ꝛ festū hodiernū: quod dicitur inuētionis sancte Crucis: quando scȝ ad procurationē sancte Helene matris Cōstantini imperatoris fuit sub terra adiacente mōti Caluarie inuenta, vera crux saluatoris mūdi: ꝛ per miraculorum factorū signa tunc euidētissime ostensa ꝛ declarata.

¶ Querit autē circa hoc: vtrum liceat facere festum de cruce dn̄i nostri Jesu Christi. Videtur ꝙ non. De nullo enim licet facere festū: qd non est susceptiuū sanctificationis. modo crux dn̄ica cū sit res mere corporalis: non videt esse susceptibilis sanctificationis. igitur ꝛc. Item xp̄us fuit in cruce flagellatus / dehonestatus / crucifixus. Modo ꝙ filius honorē deferat patibulo in quo pater ipsi⁹ pependit: videt valde irrationabile. igitur. Itē adorādo crucē: ꝛ festū eius celebrando: ipsam sepe alloquimur: vtpote dicendo: O crux aue spes vnica. Item dicēdo in hymno: Salue crux sancta: salue mundi gloria: vera spes nr̄a. Itē cōsequenter. Te adorandā te crucē viuificā: per te redempti dulce decus seculi: semp laudamus: semp tibi canimus ꝛc. Modo alloqui creaturā insensibilem / cuiusmodi est crux xp̄i videtur ridiculosum et irrationabiliter factum. igitur.

¶ Responsio. Rationabiliter facimus festum de dominica cruce. Pro quo notandum ꝙ ecclesia non facit festum de aliqua re nisi sint tria in illa: videlȝ dignitas / sanctitas / virtuositas. Quo ad primum non facit ecclesia festum neq gaudium de rebus vilibus: vt mundus: sed de rebus nobilibus: vtpote de deo: de angelis: de hoibus sctis quia homo est dignissima creaturarum. Quo ad scd̄m: non facit similiter festum de omnibus hominibus: sed tantum de illis qui sancte vixerunt. Quo ad tertium: non facit festum de omnibus sanctis hominib⁹: sed tantū de virtuosis: id est quorum virtutes apparuerunt exterius: vtpote per miraculorum operationem. Modo ad propositum descendentes predicta tria fuerunt in cruce dn̄i.

¶ Primo em̄ fuit valde nobilitata ex contactu dn̄ici corpis: ꝛ ex superfusione sui sanguinis.

Nā sicut beata virgo fuit valde nobilitata ex hoc q portauit xp̄m: sic in proposito. Unde canit eccl'a. Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis: nulla sylua talem profert.

¶ Scd̄o fuit valde sanctificata: scz ex cōtactu p̄dicto. Nā sicut xp̄s per cōtactum sue mundissime carnis: vim regeneratiuam contulit aquis ita per contactū eiusdē carnis sanctificatū fuit lignum sanctissime crucis. Jō de ea canit ecclesia. O crux splē didior cunctis astris: mundo celebris hominib⁹ multum amabilis sanctior vniuersis.

¶ Tertio fuit valde virtuosa: ita vt dicat Apl's. i. ad Cor. i. Uerbū crucis his qui salui fiūt virtus dei est. Eius igit̃ virtus maxima esse ostendit̃ ex parte multor. Primo em̄ ipsa est clauis paradisi. Nā per eam celum quod per multa milia annorū clausum fuerat: reseratum est. Jn cui⁹ figurā xp̄o patiente in cruce: velū templi scissum est a summo vsq deorsum: vt habetur Mat. xxvij. Unde de ea potest intelligi illud Esa. xxij. Da bo clauem domus Dauid super humerum eius: scz xp̄i in cruce pendentis. Scd̄o ipsa infernum spoliauit. Uñ Ansel. in oratione de cruce. O crux admirabilis: per te infernus spoliat⁹ est. Jtem in ecclesiastico officio de ea dicit̃ q predam tulit tartari Tertio ipsa est baculus contra demones. Unde Ansel. vbi. s. O crux admirabilis: per te demones terrentur/ comminunt̃/ vincuntur/ ꝛ cōculcant̃. Et ideo rationabilit̃r cōparat̃ virge Moysi que Pharaonem debellauit: vt ptz in Exod. per plura capl'a Quarto ipsa est per quam multa miracula olim facta sunt: et presertim in ei⁹ inuētione. Preter hec igitur virt⁹ ipsius crucis ex pte multor alior effectuum ostendit̃: vt pulchre ꝓsequitur Chrysosto. Homil. xiij. de cruce ita dicens: Crux est spes Christianor: resurrectio mortuorū: lux cecor: baculus claudorum: Crux est consolatio pauper: refrenatio diuitum: destructio superbor. Crux est male viuentiū pena. Crux est aduersus demones victoria. Crux est spes desolator: requies tribulator: et sic de multis alijs gloriosis titulis ipsius sctissime crucis dn̄i nostri. Ptz ergo q rationabilit̃ sit festum solenne in ecclesia de ipsa cruce. Sic em̄ precepit esse faciendū Eusebi⁹ papa: put h̃r de consecra. dist. iij. crucis.

¶ Restat r̄ndere ad argumenta in oppositū. Ad primū igitur r̄ndet̃ q q̄uis crux non sit susceptibilis sctificationis q̄ fit per gratiā gratū facientē: est tamen susceptibilis sctificationis que ꝯhit ex contactu rei sacre ꝛ sancte: cuiusmodi est xp̄i humanitas. Da exemplū de manu apothecarij ꝯtrectāte species aromaticas: q̄ inde ꝯhit quendam specialē odorē. Ad scd̄z/ dicitur q non honoram⁹ crucē dn̄icam ad intētionē iudeor: q̄ scilz per eā ꝛ in ea voluerūt dehonestare xp̄m: sed ad intentionē veror et deuotor xp̄ianorū: inq̄tum vcz in ea facta fuit nr̄a redemptio: vt dicit Glos. sup prealleg. ca p̄. crucis. de consecra. dist. iij. Unde Ansel. in or̄one de cruce. O crux (inquit) gloriosa: non es

suscipiēda ꝫm crudeliū qui te mitissimo parauerunt insipientissimā impietatē: sed scd̄m ei⁹ qui in te pependit sapiētissimā pietatē. Nā illi te elegerunt vt per te scelus īpietatis ꝓpetrarent. Ille te elegit vt ꝑ te opus pietatis ꝯsummaret. Illi te elegerūt vt iustū morti traderent. Ille vt pctōres a morte erueret. Illi vt vitam interficerēt. Ille vt mortē interimeret. Illi vt saluatorē damnarēt. Ille vt dānatos saluaret. Illi vt viuificantem mortificarent. Ille vt mortuos viuificaret. Illi insipienteret crudel̄r. Ille sapiēter et misericorditer. Hec Ansel.
Ad tertium dicit̄ ꝙ alloquēdo crucē nō ꝓprie eā alloquimur: sed potius christū qui in ea pependit. Unde oēm honorem ac reuerētiā quā illi exhibemus: ꝓprie et principaliter xp̄o exhibemus. Et sic ptꝫ ad quesitum: ꝙ scꝫ licet facere festum de cruce domini.
¶ His igit̄ p̄missis decreui conformiter ad thema preassumptum declarare et ꝓsequi duodecim fructus quos nobis salubriter attulit lignum vite: id est arbor illa sanctissima in qua ꝓ nobis pependit dei filius. Hi igitur fructus sunt

Humilitatis,	¶ Primus igitur fructus quem nobis attulit benedictum lignū vite sancte crucis dicitur fruct⁹ hūilitatis de Christo
Obedientie,	
Patientie,	
Pacis,	
Justicie,	
Prudentie,	
Fidei,	
Spei,	
Charitatis,	
Timoris,	
Fortitudinis,	

Compassionis. enim legitur in Psal. ꝙ fuit adeo humiliatus et ignominiose in sua pijssima passione tractatus ꝙ merito dicere poterat. Ego sum vermis et non homo: opprobrium hominum et abiectio plebis. Omnes videntes me deriserūt me: locuti sunt labijs vocantes me deceptorem: incantatorem et malefactorem: et mouerunt caput me subsannantes atqꝫ dicentes: Sperauit in domino: eripiat eum: saluum faciat eum: liberando eum de manibus nostris: quoniam vult eum vt ipse dicit. Et hoc est quod impij iudei dicebāt de ip̄o pijssimo christo in cruce pendente. Confidit in deo: liberet eum nūc si vult. Ecce fructus humilitatis quē nobis attulit lignumvite: id est Christus pendens in cruce. De hoc etiam fructu loquebantur maledicti illi iudei dicentes illud Esaie.liij. Desiderauimus eum despectum: et nouissimum virorum. Glo. interli. Nouissimum opinione omnium hominum. Item Sap. ij. Morte turpissima cōdēnemus eū. Glo. interli. Cruce: que vsqꝫ ad passionem xp̄i pena reorū fuit. Sed deinceps valde honorata fuit: qui vt dicit Augu. sup Psalm. ps.xxxvj. exponēs illud verbū. Oīa brachia pctōꝝ conterent̄: a locis suppliciorꝝ fecit transitum ad frontes imperatorum.
¶ Moraliter. Debemus cū omi diligētia appr̄hēdere predictū fructū humilitatis ligni vite: vt scꝫ xp̄i exēplo humiliter in cruce pendētis studeamus esse humiles. Nam ad hoc nos ille gratiose inuitat Matt.xi. dicēs:

Discite a me: quia mitis sum et humilis corde. Item premium pollicetur veris humilibus: et supplicium superbis: Luc. xiiij. dicens Omnis qui se exaltat/ humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. Unde de humilitate christi atque nostra figuram habemus. ii. Reg. xxiij. de Banania qui descendit ad virum Egyptium cum virga; et interfecit eum. Bananias qui interpretatur edificator: significat christum: qui edificauit sibi domum i. ecclesiam militantem. Hic ergo Bananias descendit de celo ad terras: et cum virga crucis prostrauit diabolum: dicens illud Jo. xiij. Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Exemplo ergo huius Bananie nos christiani descendamus per humilitatem: et teneamus virgam: id est christi crucem per fidem rectam in cordibus nostris. Quod si fecerimus: facile vincemus Egyptium qui tenebrosus interpretatur. Et ideo recte designat diabolum qui continue in tenebris culpe et gehenne habitat. Unde agonizantibus datur crux in manu dextra: vt cum tali virga facilius resistant diabolo qui illis tunc quantum potest aduersatur. At pro illi debent dicere ad dominum saltem in cordibus suis. Per hoc signum crucis de inimicis nostris libera nos deus noster.

¶ Secundus fructus quem nobis attulit christus pendens in ligno vite: dicitur obedientie. De ipso enim dicit apostolus ad Phil. ij. quod factus est obediens patri vsque ad mortem: mortem autem crucis. Et ad Heb. v. Cum esset dei filius: didicit ex eis que passus est / obedientiam: id est expertus est obedientiam per ea que passus est.

¶ Moraliter. Debemus diligenter apprehendere predictum fructum obedientie ligni vite: vt scilicet exemplo Christi in cruce pendentis studeamus esse maioribus nostris obedientes: vt tandem quilibet nostrum dicere possit cum Jacob. In baculo meo transiui Jordanem istum. Gen. xxxij. Jacob enim qui valde obediens fuit patri suo Isaac: designat quemlibet religiosum vere obedientie filium: et similiter quemlibet deuotum catholicum suis maioribus, obedientem. Hic ergo Jacob in baculo transit iordanem vite presentis: et sic peruenit ad terram promissionis regni celestis: quum exemplo obedientie christi in cruce morientis didicit obedire quibus obediendum est: quando obediendum est: quomodo siue qualiter obediendum est. Hoc autem precipue obseruare debet omnis religiosus: dicente christo Mat. xvj. Qui vult venire post me: abneget semetipsum: scilicet per perfectam obedientiam: et tollat crucem suam: per vite austeritatem: et sequatur me: in memoria habendo crucem meam: in qua amarissimam mortem sustinui pro eo saluando.

¶ Tertius fructus quem nobis attulit lignum vite sancte crucis dicitur fructus patientie. De patientia enim christi in cruce pendentis aperte prophetauit Esa. liij. dicens: Sicut ouis ad occisionem ducetur: et quasi agnus coram tondente se obmutescet: et non aperiet os suum. Item de huiusmodi christi patientia loquens Petrus in sua prima canonica. ij. ca. dicit. Cum malediceretur / non maledicebat;

et cum pateret: non comminaba tur. Practica de patientia eius contra falsos testes eum accusantes coram Caipha: et dicentes. Nos audiuimus hūc dicentem. Ego dissoluam templū hoc manu factū etc. Mar. xiiij. Item quando dixerunt impij iudei. Blasphemauit. Itē quando vocauerunt eum malefactorē coram Pilato. Itē quādo eo pendente in cruce blasphemabant ipsum dicētes. Uah q̄ destruis templum dei etc. Item quando improperabant ei dicentes. Alios saluos fecit: seipsum non pōt etc. Et sic de multis alijs cōuitijs: contra que oīa ipse Christus habuit patientiam.

¶ Moralr. Debemus apprehendere huiusmodi fructū patiētie ligni vite: sic scilicet q̄ exemplo Christi in cruce pendentis observemus patientiam in omnibus aduersitatib9/ iniurijs/ cōuitijs/ et contumelijs: iuxta illd Sap. ij. Probemus patientiam eius. Hinc beatus Petrus dicit: xp̄s passus est pro nobis: vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Item Cyprian9: put recitat dis. xciij. dñs nr: dicit q̄ oīa a xp̄o ideo facta sunt humiliter atq̄ patiēter: vt nos humilitatis ac patiētie haberemus exemplum. Hoc autem figuratum est. iij. Regū. xix. per hoc scz q̄ Helias cū persequeretur ab impia Jezabel: adeo etiā grauiter vt mortem optaret: requieuit sub vmbra iuniperi: et obdormiuit ibi. Ita et mens hūana aduersitatibus oppressa dz ad lignum vite sctē crucis refugere: et ibi reqescere ꝯtēplando q̄r quanta passus sit dei filius pro nobis. Qd vbi fecerit: indefectibiliter ibi inueniet maximum exemplū et motiuum patientie.

¶ Quartus fructus quem nobis attulit lignum vite sctē crucis: dr fructus pacis. Nā ꝓpter peccatū primi parētis erat grāde bellum inter deū et hominem adeo q̄ nullus hoim etiā quantuncunq̄ sanctus siue pṫriarcha aut propheta: permittebatur in morte ingredi palatium celi. Si gnū autē magne inimicitie est cum q̄s interdicit alteri ingressum dom9 sue: insup pctā aliorū hoim adauxerāt irā dei patris aduersus genus humanū, ita vt ipse diceret. Penitet me fecisse hoiem. Gen. vj. At vero ipse Christus in cruce voluit suspendi: vt sic se faceret mediatorem inter deū patrē et humanū genus: vt sic inimicitie priores rumperent: et pax vera et pfecta fieret inter eos. Et hoc est qd ait Apo. ad Ephe. ij. dicens. Per crucem interficiens inimicitias in semetipso: que supple erant inter deū et hoies: vt dicit glo. ord. Item ad Colo. j. Pacificans per sanguinem crucis ei9 siue que in celis: siue que in terris sunt. Unde ipsa crux merito fuit prefigurata per ramū oliue quē attulit colūba in ore suo ad Noe in arca existentē. Gen. viij. Per quod intellexit Noe q̄ cessassent aque super terram: vt dicitur ibidē. Et ita predictum lignum fuit signum cessationis ire dei mundū punientis. Sic etiam suo modo dicendum est de ligno crucis.

¶ Moralr. Debem9 cū omi gaudio apprehendere hmōi fructū

pacis ligni vite:ita scz q habea
mus pacem ad deum et ad proxi
mos nostros. Prio q̃ad deũ
mãdata eius seruando. ps. Pax
multa diligẽtibus legem tuam.
Scdo vero ad pximos charita
tiue et amicabil'r cũ illis cõuer
sando. ad Heb. xij. Pacẽ seqmi-
ni cum oibus. Sz qr aliqui sunt
velut eq̃ herniosi qui semp sunt
alijs infesti: ideo idem apls ad
Rom. xij. dt sic. Si fieri põt qd
ex vobis est: cum omnibus ho-
minibus pacem habentes. Hic
possent multa dici de pace que
pertranseo.

¶ Quintus fructus quẽ nobis
attulit lignum vite sancte cru-
cis: dr fructus iustitie. De quo
põt intelligi illd. Sap. xiiij. Be-
nedictũ lignũ p qd facta est iu-
stitia. Sed videt q melius di-
ceret bñdictum lignum per qd
facta est mia: q̃z p qd facta est iu
stitia: maxime cũ opus huma-
ne redẽptionis fuerit opus ma-
xime pietatis et mie. Responsio.
In opere humane redẽptionis
simul fuit iustitia et misericor-
dia. Justitia quidem in hoc q
xps soluit preciũ dicte redem-
ptionis: seu debitum contractũ
pro peccato primi parẽtis. Que
quidem solutio facta est deo pa
tri qui offensus fuerat. Que ẽt
infinities fuit illi magis grata
et accepta: q̃z illi displicuerit of-
fensa ipsius primi parentis: eo
q ille qui soluit debitum, fuit
deus et homo. Mia etiã appa-
ruit in dicto ope: eo scz q xps
tũc fuit adeo pi9 et misericors
q fecit debitum alienum tanq̃z
proprium: ipsum assumens su-
pra se totaliter: ita vt merito dice
re possit illud Psalm. Que non

rapui. i. debita q̃ peccando nos
contraxi: tunc scz moriendo in
cruce: exsoluebã: condigne deo
patri satisfaciendo.

¶ Moral'r. Debemus letanter
apphendere pdictũ fructũ iu-
stitie pciosi ligni vite: qd vtique
faciemus si nosmetipsos in pre-
senti punierimus: ne in futuro
nos puniat dñs. Post cõmissum
enim peccatum: aut punit hõ,
aut punit de9. Si punit hõ, non
punit de9. Si non punit hõ, pu-
nit de9. Uis g vt te non puniat
deus in seuero iudicio suo: pu-
ni teipsum q̃zdiu est locus mie.
Hec ex August. super Psal. ps.
xliiij. Item ad fratres in eremo
ser. lxiiij. qui intitulatur de ex-
hortatione ad sacerdotes. Bñ
g et prudenter predictũ fructum
iustitie dñice crucis apphendit
Dauid: qui post a se commissũ
adulterium et homicidium: ora-
bat dñm dicens in ps. Feci iu-
diciũ et iustitiã. Et ideo rogo te
non tradas me calũniantibus
me: supple demonibus in futu-
ro qui sunt executores tue seue
rissime iustitie quam exerces in
alio seculo quo ad reprobos.
Q; si pene presentis seculi vi-
deant homini dure et aspere: de
bet apud se considerare que et
quãta passus sit p eo dei filius.
Qd vbi fecerit indubie quecun
q patietur: illi dulcia et leuia
erunt. In cuius figurã legitur
Exo. xv. q moyses misit lignum
intra aquas marath que erant
amare, que hoc modo dulces
facte sunt.

¶ Sextus fructus quẽ nob; at-
tulit lignum vite viuifice crucis
dicitur fructus fidei. Nam per
ea que xps pertulit in cruce et

precipue ibi moriendo: confirmauit in nobis veritatem fidei que est de sua humanitate. Et similiter per signa tunc ostensa: vna etiam cum sua resurrectione a mortuis confirmauit i nobis veritatem fidei que est de sua diuinitate: ita scz vt credamus eum esse verum deum et hoiem perfectum. Et hoc est qd loquitur Aplus.ij.ad Cor.xiij.dicens: Crucifixus est supple xps ex infirmitate: sed viuit ex virtute dei.

¶ Moraliter. Debem⁹ iugiter in cordibus nris apprehēdere et firmiter tenere predictū fructum fidei: vt scilicet credam⁹ q xps passus est sub Pōtio Pilato: crucifixus: mortu⁹: sepultus. Item q descendit ad inferna. Item q tertia die resurrexit a mortuis ⁊c. Sic enim traditur nobis tenendū ⁊ credendum in symbolo apostolorum. Item quotiēs sacrum dni corpus in altari sumimus / debemus apprehendere predictum fructū fidei: ad memoriam reducentes ingētem charitatem quam ad nos ipse xps habuit quando pro nobis miseris peccatoribus in ligno crucis mori voluit. In cuius figuram legitur Exodi.xij. q quotiens filij Israel comesturi erāt agnū paschalem: debebāt tenere baculum in manibus. Ubi per baculum figuratur crux xpi. Agnus aūt pascalis est xps immolat⁹ deo patri in ara crucis pro nobis. Quotiēs itaq ad mensam altaris accedimus / predictum baculum sancte crucis per rectam fidem apprehēdere ⁊ firmiter tenere debemus.

¶ Septimus fructus quez nobis attulit lignum vite sancte crucis: est fructus spei. Ideo eī voluit christus in cruce sursum erecta potius q super terram accumbente suspendi et mori: vt spem nostram sursum eleuaret per desyderium eternorum et celestium bonorum. Propter qd dicebat Ioā.xij. Ego si exaltat⁹ fuero a terra: oia.i.hoiem qui est quodāmodo oia (vt inquit Grego.) trahā ad meipsū: supple, dando illi spem de perceptione eterne hereditatis.

¶ Moraliter. Debemus firmiter apprehēdere ⁊ tenere predictum fructum sancte spei: vt scilicet nō presumamus de propria iustitia: sicut ille pharise⁹ de quo Luce.xviij. sed confidamus de infinita dei grā ⁊ misericordia: et in merito passionis christi quā in cruce pro nobis pertulit. In cui⁹ figuram legit Luc.xix. q zacheus princeps publicanoꝝ qrebat videre Iesum quis esset: et non poterat pre turba: qr statura pusillus erat. Ecce humana imperfectio ⁊ impotentia ascendendi in celum. Sed quid egit dictus zacheus vt videret Iesum? profecto ascēdit in arborem sycomorum vt videret illū. Per qd datur nobis intelligi q si velimus videre Iesum post hāc vitam: oportet in presenti ascendere in arborem sancte crucis per spem meriti passionis ipsi⁹: alias nunq ipm clare et nude videbim⁹. Et hoc est qd loquit Aplus ad Titū.iij. dicēs: Non ex operibus iustitie que fecim⁹ nos: sed sm suā misericordiam saluos nos fecit.

¶ Octauus fructus quem nobis attulit saluificum lignum sancte crucis: dicitur fructus charitatis. De quo quidē fructu loquens Apl's ad Roma. v. dicit sic: Cōmēdat deus charitatem suam in nobis: qm̄ cum adhuc peccatores essem⁹: christus pro nobis mortuus est. De hoc etiam loquēs idem Apl's ad Rom. viij. ait: Proprio filio suo non pepercit deus: supple pater: sed pro nobis oībus tradidit illum. Ecce ingens charitas dei patris filium suū pro nostra redemptione tradentis. Ecce similiter ingēs charitas filij dei pro nobꝫ mortem dolorosam ⁊ turpissimam acceptantis/et in cruce morientis: Propterea Joan. xv. dicebat: Maiorem dilectionem nemo habet/ ꝙ vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

¶ Moraliter. Debemus firmiter apprehendere/firmiusqꝫ semel apprehensam tenere predictaꝫ dei charitatem ad nos/ tanꝗ fructum saluberrimum procedentem ex arbore sancte crucis: vt scꝫ illi⁹ nunꝗ obliuiscamur: iuxta illud Eccli. xxix. Gratiam fideiussoris: scilꝫ xp̄i: ne obliuiscaris. Cui⁹ ratio assignatur/ cum subditur: Dedit eī pro te aīam suam. Queādmodum ꝗ ip̄e xp̄s habuit ingētem charitatem ad nos ꝑ nobis dādo suam aīam: sic ⁊ nos quasi vices reddendo debem⁹ inflāmari in amorem illi⁹ mente reuoluendo durum supplicium crucis quod pro nobis sustinuit. In cuius figuram legitur Judicum. v. ꝙ angel⁹ accepit virgam cū qua tetigit carnes ⁊ azimos panes: ⁊ ascēdit ignis de petra supra quā erant predicta. Sic dū cor⁹ hoīs ꝑus durum vt petra/crucis christi memoria tangitur: ex eo ascendit ignis diuini amoris ⁊ charitatis ad ip̄m christum.

¶ Nonus fructus quem nobis attulit sepedictum lignum vite sancte crucis: dr̄ fructus prudentie. Nam xp̄s in cruce pendens ex sua summa prudentia occultauit diabolo suam diuinitatem/ne eam agnoscendo impediret suaꝫ mortem: et per consequens toti⁹ humani gnīs redēptionem. Vn̄ Abacuch. iij. Ibi/scꝫ in cruce: abscōdita est fortitudo eius. Et breuiter (vt dicit Apl's ad Phili. ij) Habitu inuētus est vt homo: ne scilicet agnosceretur a diabolo.

¶ Moraliter. Debemus apprehēdere predictum fructū prudētie: vcꝫ occultādo bona que facimus/ne appareat hoibus: et inde inaniter gloriemur. Sic enim nos facere docet ipse xp̄s Matthei. vj. dicēs: Attendite ne iustitiam vestrā faciatis coram hoibus vt videamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrē vestrum qui ī celis est. Sed huic videtur aduersari illud eiusdē Mat. v. vbi sic ait dn̄s: Sic luceat lux vestra coram hoibus/ vt videant opera vestra/ bona: et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Respōsio. Duo sunt bonoꝝ hoim genera. Primi sunt imperfecti ꝗ incipientes vocantur. Et tales non debent facere iustitiam suam coram hominibus: quia de facili posset in illis insurgere ali-

quia motus inanis glorie q̄ de facili posset extinguere bonum ꝓpositū in cordibus eorū. Da exēplū de candela modice accensaq̄ si exponatur ad mediū: poterit facili et leui vento superueniente extingui. Scđi sunt ꝑfecti ⁊ in diuina charitate radicati ⁊ fundati: et q̄ nō pn̄t de facili tētari de inani glīa. Et tales licite pn̄t facere iustitiā suā corā hoīb⁹: vt illi inde edificent ⁊ ad sīlia ꝓuocent. Da exēplū de magno igne q̄ vento non extinguitur.

¶ Decimus frutus quē nobis attulit lignū vite sancte crucis: dicitur fruct⁹ timoris. De ipso enim xp̄o loquens deus pater Ezech. liiij. ait. Propter scelus populi mei percussi eum. Item Aposto. ad Ro. viij. Proprio filio suo non pepercit deus: sed pro nobis ⁊c.

¶ Moraliter. Debemus apprehendere predictum fructum timoris: cōsiderantes ꝙ si oportuit Christū tanta pati in cruce pro nobis: cū tamen ipse esset verus et naturalis dei patris filius: et ab omni peccato alienus: debemus nos miseri pctōres/ et q̄ in multis offendimus oēs: valde timere. Unde cū duceretur ad crucē idem dei filius: et videret mulieres multas deuotas flētes super eum: cōuersus ad eas/ ait: Filie hierusalem/ nolite flere super me: sed super vosipsas/ et super filios vestros: quia si in ligno viridi hec faciunt: in arido quid fiet? Luce. xxiij. Item vt dicit Aug. dn̄ica. j. post octauas pasche. ser. j. Qui flagellat vnicū filium sine peccato: nunquid relinquet adoptiuum cum peccatore? Greg. sup Ezechie. homilia. viij. Si (inquit) xp̄s sine flagello non exiuit: qui tamen venit sine peccato: quō flagellis digni non erūt qui huc cum peccato venerunt?

¶ Undecimus fructus quē nobis attulit lignum vite sancte crucis: appellat fruct⁹ fortitudinis. Per baculum enim sancte crucis eiecit ipe xp̄s diabolum de pn̄ti mūdo: auferendo ab eo potentiā tyrānicam quā circa genus humanum exercebat: dicendo illud Joannis. xij. Nūc pīceps mūdi hui⁹ eijcietur foras. Abacuch. iij. Ibi abscondita est fortitudo ei⁹. sequitur. Ante faciē eius ibi mors. Ecce victoria quā habuit xp̄s in cruce de pctō quod est mors anime. Egredietur diabolus ante pedes eius. Ecce victoria quā ipse idem habuit de diabolo per fortitudinem suam insuperabilem. De quo etiam dicit Apl's ad Heb. ij. ꝙ per mortem destruxit eum q̄ habebat mortis imperium. i. diabolum.

¶ Moraliter. Debem⁹ apphendere p̄dictū fructum fortitudis bellādo ꝯtra diabolū: et ponēdo fiduciā nostrā in ꝟtute crucis dn̄i nr̄i. In cui⁹ figurā legitur. j. Regū. xvij. ꝙ Dauid pugnaturus cōtra philisteū/ accepit baculū quē manu gestabat cum funda et lapide: et ꝑcussit eū/ atq3 in terrā ꝓstrauit et occidit. Sic ⁊ nos preliaturi contra demonē debemus assumere baculum crucis/ ponēdo fiduciā nostrā in ea: et sic deuincemus oēm potestatem inimici. vnde Augu. in annunciatione

domini. Ser. iij. Qui inq̄t hoc mare magnum et spatiosum: in quo sunt reptilia quorū non est numerus: absq̧ naufragio trāsire desiderat: crucem sequatur: crucē teneat: et eam non deserat: donec ad optatum salutis portū perueniat. Qđ enim faciebat in terris corporis xp̄i presentia: hoc facit cum fideli inuocatione nominis Christi victoriose crucis isignita memoria. Hec ille.

¶ Duodecim⁹ et vltim⁹ fruct⁹ quē nobis attulit p̄memoratū lignū vite crucis saluatoris: appellat fruct⁹ cōpassionis. Nam xp̄o patiente oīs creatura insensibilis cōpassa est: saltē suo modo. Vñ Hiero. sup Matth. Oīs inquit creatura cōpatitur xp̄o patienti. Sol obscuratur: terra mouet. Petre scindunt: velū templi diuidit: sepulchra aperiunt. Solus miser hō non cōpatit: pro quo solo xp̄s patitur. Hec ille. Dicit autē Hiero. q̧ solus homo nō cōpatit xp̄o patienti: ꝑpter paucitatē compatientium. Nam illi compasse sunt deuote mulieres q̄ videntes eum duci ad mortē: ⁊ faciē sanguinolētam habētem: vna cū corona de spinis ad caput: flere ceperunt. Cōpassus est ei aliquātulum Pilatus. Cōpassa est pia eius mater: cū alijs mulieribus sctis. Cōpassus est Centurio dicēs. Uere fili⁹ dei erat iste. Cōpassus est bonus latro. Cōpassus est Nicodem⁹ / pariter et Joseph de Arimathia: corp⁹ ei⁹ deuote sepulture tradētes. et sic de nōnullis alijs.

¶ Moraliter. Debemus apprehēdere predictū fructum compassionis: ita vt ex corde cōpatiamur xp̄o patiēti pro nobis. Et istđ est sacrificiū deo acceptissimū. quo nihil maius. Sūt autē tria ꝑpter que potissimum debemus xp̄o patienti in cruce compati. Primum est causa: q2 ꝑpter nos redimēdos ⁊ liberādos a patibulo inferni / voluit in crucis patibulo affligi. Esaie liij. Ipse vulneratus est ꝑpter iniq̄tates nostras: attritus est propter scelera nostra. Secūdū est pena / que fuit omni pena p̄sentis vite acerbior. Threñ. j. O vos oēs q̄ transitis per viā: attendite et videte si est dolor sicut dolor me⁹. In cui⁹ figurā legit de Job. c. ij. q̧ a plāta pedis vsq̧ ad verticem capitis non ⁊c. Tertium est persona que patiebatur: q2 rex regum et dn̄s dominantium: q2 pater noster qui fecit nos et creauit nos: quia benefactor noster q̄ pascit nos suis bonis: et q̄ preparauit diligentibus se gl'iam regni celestis. Propter hec igitur et multa alia que longum esset narrare / debemus xp̄o domino nostro cōpati in cruce pendēti. Qđ vbi fecerimus / socij sue passionis per compassionem: proculdubio erim⁹ in futuro socij et participes sue ineffabilis glorie quā possidet in celis. Quod nobis prestare dignetur ille qui in trinitate perfecta viuit ⁊c.

¶ Sermo de corona dn̄i.

Milites plectentes coronam de spinis: iposuerūt capiti Jesu. Jo. xix. Inter oīa regna totius xp̄ianitatis: regnū Frācie est maxie ditatū / et

decoratū sacris isignijs passiōis dñi nr̄i Iesu xp̄i: q̄ cū maximis ipensis p magna pte ad se traxit btūs Ludouicus francorū rex ex diuersis mūdi partibus atq3 in capella palatij Parisien sis reponi iussit: q̄ ob eam rem sacra capella appellatur. Inter aūt hmōi insignia p̄cellit corōa spinea saluatoris quā milites pilati imposuerūt sacro ei9 capiti in die sue pijssime passionis Uerū festū dicte corone diuersis temporibusa diuersis colit. Nā i dicta sacra capella fit de ea festū solēne in crastino beati Laurētij. Cuius festi p̄mas vesperas vna cū missa diei sequentis adiūctis tertijs ꝛ sextis horis solenniter decātant fratres predicatores: eo q p duos fr̄es eiusdē ordinis fuit de mādato dicti bti Ludouici allata de venetijs i frācia: vt postea dicet. Nec certe satis admirari possū q nō mandat dictū festū tanq̄ solēne obseruandū p totā. Frācia: immo p totā xp̄ianitatem: maxime cū dicta sacratissima corona: cuius multi aculei dignissimū xp̄i caput pforari: nō sit minori honore digna q̄ veneratissima illa crux in qua pepēdit dictus xp̄s. De qua quidem cruce mandat fieri festum de consecra. di iij. crucis. Sed quid dicam de festo corone domini? Certe nō solum ab exteris populis ꝛ ciuitatib9 negligitur: verū etiam a Parisiēsibus apud quos recōditur huiusmodi corona: non obseruat. q̄nimo die festo illi9 curia plamenti q̄ adiacet dicte sacre capelle: sedet more aliorū dierū. Q; si dicat propterea dictū festum non precipi obseruandū ne scz populus multitudine festorum grauetur: Certe multa festa precipiuntur obseruanda que non sunt tante sanctitatis / aut dignitatis vt constat. Item vna dies non facit ver. Preter ea sine grauamine populi posset de facili statui dictū festum obseruandum certo die dñico mensis Augusti: sicut statuit. Pius secundus quo ad festum diue Catharine senē. qd quidē festum voluit semp sollennizari prima dñica Maij. O vtinam p̄a hec ꝛ charitatiua atq3 humilis admonitio nostra perueniat ad aures eorum qui huic tā sancte ac salubri ordinationi manū possunt apponere efficacem. Sed de hoc hactenus.

¶ Et quia est questio in presenti sermone vtcūq3 loqui de sacrosctā corona saluatoris: ideo anteq̄ de ea particulari9 loquamur: aduertendum est q multiplex corona: vcz

Uitrea
Rosea
Ferrea
Argentea
Aurea
Spinea.

¶ Prima igit corōa vocatur vitrea: q̄ coronant superbi ꝛ ambitiosi. Nam sicut vitrū splendet: ita etiā honores huius seculi splendent in oculis hoim superborum et mundanorum q̄ terrena sapiunt. Nihilominus sicut nihil fragilius corona vitrea / que per casum in terram frangitur: ita honores p̄sentis vite sunt valde fragiles: et de facili amittūtur. Signāter autem per mortē vbi corpus humanum cadit in terrā: iuxta illud gen. iij. Puluis es: ꝛ in pul-

uerē reuerteris. Hoc igiř sepe cogitare deberēt illi q̄ gloriāř de corporis formositate/ fortitudine/et pulchritudine. Item illi q̄ gloriāř de honorib⁹ hui⁹ seculi: de officijs seu beneficijs ⁊ huiusmodi. De hac igitur vitrea corona scribiř Esa. xxviij. Ue(inq̄t ꝓpheta)corone superbie/ ⁊ flori decidēti glorie exultationis. Ue autem in proposito idem est qđ maledictio. Bene ergo ⁊ recte malediciř corōa supbie: q꞉ reuera superbi subijciūtur duplici maledictiōi: vcʒ temporali et eternali. Primam patiūtur in presenti ꝑ nimiam solicitudinē quā habēt vt perueniāt ad honores ⁊ pōpā atqꝫ gloriā seculi. Ad que cū peruenerit/tūc solicitantur qualiter altum statum tenere poterunt vt reputenř magni in populo. Sed q꞉ gl̄ia exultationis eorū parū durat: ideo Esaias cōparat hmōi gloriā flori decidenti. Item apertius de hoc loquitur idē propheta. xl.c. dicens: Omnis caro fenum. i. omnis hō similis est feno. Sequiř. Et oīs gloria eius q̄si flos agri. Explicatū est fenū: scʒ homo per senectutē aut grauē īfirmitatē/ et cecidit flos vcʒ pulchritudinis corporalis: q꞉ spūs dn̄i sufflauit ī eo: scʒ finaliř dissoluendo corp⁹ ab aīa. Ecce tēporalis maledictio cui subijciuntur superbi. Secūdā autē maledictionem patientur dicti supbi in futuro: quando quidem trahentur ad inferna cū superbia sua: vt dictum est a domino primo angelo. Esa. xiiij.

¶ Notandū est autē ꝙ in dicta corona supbie sunt. iiij. partes scđʒ ꝙ contingit hoies supbire ex. iiij. Pars em̄ anterior illius corone est supbia q̄ oriř ex generis nobilitate seu qualitate practica. Pars posterior ē superbia que oritur ex bonorum dei gratuitoꝝ multiplicitate: vtpote de dono scie vel intellectus. Itē de sapiētia/ aut đ dono lingue et huiusmodi. Pars dextralis est supbia q̄ oritur de officijs/beneficijs/ dignitatib⁹ et huiusmodi. Pars vero sinistralis est supbia que oritur ex bonis tēporalib⁹/ ⁊ de diuitijs quando abūdant. Tādem hec corona conquassatur: ⁊ cadit ꝑ mortem. Propter quod miseri illi damnati qui propter superbiam ad inferna descenderunt dicūt lamentādo illud Thren. v. Defecit gaudium cordis nr̄i: versus est in luctum chorus nr̄: cecidit corona capitis nr̄i. Ue nobis q꞉ peccauim⁹. Precipue hec dicēt tyranni principes: q̄ excoriauerunt subditos vt possent in magnis ⁊ in mirabilib⁹ supra se. i. plusq̄ʒ statui eoꝝ decebat: ambulare. Et sic patʒ de corona vitrea superbie.

¶ Secūda corona vocatur rosea: qua plerūqꝫ coronantur q̄ choreas: ⁊ mundi vanitates sectātur / dicētes illud Sapi. ij. Coronemus nos rosis antequā marcescāt. Predicta tamen corona ꝑmittiř nuptias ducentibus/ atqꝫ parentibus et amicis sp̄osi ⁊ sponse. Permittiř etiam puellis ⁊ paruulis ad quādam recreationē/non tn̄ tp̄e luctus. Unde ⁊ btūs Ludouicus francorū rex nō ꝑmittebat tal' tp̄e aut etiā sextis ferijs filios suos aut filias serta de floribus ad

caput deferre.
¶ Tertia corona vocat ferrea pñie, q̄ coronant deuoti catholici ⁊ penitentes: de qua pōt intelligi illud pu̇erb. iiij. Corona inclyta ptreget te. nā sicut corona ferrea ptegit caput: sic ⁊ penitētia protegit animā ne ledatur a diabolo. In hac autē corona ferrea dure pñie sūt quatuor partes. Pars anterior est memoria ⁊ dolor de pctis que ante commisimus. Esa. xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine aie mee. Pars posterior est cogitatio de tremendo dei finali iudicio: in quo oportebit vnūquēq̧ personaliter ꝯparere: ⁊ de oib⁹ gñaliter rōnē reddere: dicēte apostolo. ij. Cori. v. Oēs nos manifestari oportet añ tribunal xp̄i vt ⁊c. Pars dextralis ē cogitatio de oib⁹ bonis que peccādo amisimus. Pars sinistralis est cogitatio de malis que p peccatum incurrimus.
¶ Quarta corona vocat argētea diuie sapientie: de qua pōt intelligi illō Eccli. xlv. Corona aurea super caput eius. s. hois sapiētis: sapiētia. s. q̄ ē ſm deū tō subdit. Expssa signo scītitatis. Circa qō notādū ꝙ aliqui hñt coronā sapiētie in capite: q̄ tñ nō est expssa signo scītitatis: sed poti⁹ vanitatꝫ ⁊ glie mūdane: vt sūt multi docti theologi iuriste ac phi. Tales eñ sciunt qñq̧ optime p̄dicare, disputare, legere, dictare, ⁊ similia facere. Sed qr plerūq̧ talia ordinant ad gloriā mundanā: ⁊ nō ad dei honorē: nec ad aiarum salutē: ideo eorū corona nō est expressa signo sanctitatis. Ista aūt corona diuine sapiētie habet quatuor ptes. Pars eñ anterior ē cognitio de deo: vtpote cogitando q̄ bon⁹ sit ad oēs q̄ misericors ad penitentes: q̄ durus et seuer⁹ ad obstinatos et dānatos. Pars posterior est cognitio eorū q̄ olim fecit dominus: vt reminiscēdo q̄ seuere puniuit Adā p peccato gule ⁊ inobedientie. Itē mūdum per diluuiū pro pctō carnis ⁊ luxurie. Itē sennacherib p pctō superbie: et hmōi. Pars dextralis est cognitio eorum que facere debemus vtpote q̄ deuoti et obedientes ad deum esse debemus, q̄ pij ⁊ misericordes ad p̄ximū, q̄ puri et mūdi ad nosmetipsos. Pars sinistralis ē cognitio maloꝝ que vitare debemus: vtpote maloꝝ culpe in p̄senti, et pene eterne in futuro.
¶ Quita corona vocat aurea, q̄ dat electis post hāc vitā i celo. Uñ de vnoquoq̧ regnāte in celo pōt recte intelligi illō p̄s. Posuisti dñe in capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. Itē alibi. Glia ⁊ honore coronasti euꝫ. s. electū, i celo cum p̄miādo. Hec aūt corona dat quatuor gñib⁹ hoim. Prio eñ dat illis q̄ sunt pij ad pauperes. p̄s. Coronat te in misericordia ⁊ miserationibus. Secūdo datur tribulatis ⁊ afflictis. Jacob. j. Btūs vir q̄ suffert tentationē: qm̄ cum probat⁹ fuerit: supple iter aduersa: accipiet coronā vite. Tertio bene laborātib⁹. Uñ ⁊ Apo. ij. Ti. iiij. de seipso loquens dicebat: Bonū certamen certaui, cursū cōsummaui, fidē seruaui, in reliq̄ reposita est mihi corona iustitie ⁊c. Unde in signum

huius in plerisqꝫ ecclesijs cathedralib⁹ ponitur corona cuprea i medio chori sursū suspēsa: ⁊ hoc ideo vt clerici diuinis assistentes cogitent de corona paradisi q̄ dabitur bene laborantibus in dei seruitio. Quarto daꝭ veris fidelibus ⁊ ꝓmissa fideliter soluentib⁹: vt sunt religiosi vota solēnia emittētes. Item clerici castitatē vouētes in susceptione sacrorū ordinū: ⁊ hoc secundū morem ecclesie occidētalis. Itē oēs christiani in baptismo sathane ⁊ omnib⁹ pompis eius abrenunciantes. Unde vnicuiqꝫ taliuꝫ loquitur dominus Apoc. ij. dicens. Esto fidelis vsqꝫ ad mortem: ⁊ dabo tibi coronam vite.

¶ Sexta corona vocaꝭ spinea: qua coronatus est xp̄s in extremo vite sue die: ꝓut refert euāgelista Joan. ꝺm ꝙ premissum est in themate / dicens. Milites plectētes coronā de spinis imposuerunt capiti iesu. Joā. xix. Et de hac corona breuiter videnda sunt aliqua dubia ꝓ materie ampliori declaratione.

¶ Primū igitur dubiū est tale. Quare xp̄s voluit coronari spinis. Responsio. ꝓpter tria. Primo vt nobis acqreret coronaꝫ eterne dulcedinis. Unde cantat ecclesia. Coronat regē oīm: scꝫ pilatus: corona cōtumelie: cui⁹ nobis opprobriū coronam confert glie. Scd̄o vt auferret culpā a nobis. Esa. liij. Propꝭ scelus ppl̄i mei ꝑcussi eū. Hinc canit ecclia. Corona xp̄i capitis sacro ꝑfusa sanguine penis solutꝫ debitꝫ reos purgat a crimine. Tertio vt potestatē solueret demōis. Jo. xij. Nunc p̄nceps mundi huius eijcietur foras. Item ecclesia in hymno. De spinarꝫ aculeis christi corona plectitur: qua ministris tartareis mūdi potestas tollitur.

¶ Secundum dubium est tale. Quomodo spine corone dn̄i potuerunt perforare ⁊ penetrare ossa siue testā sui pretiosissimi capitis. Responsio. ꝓpter tria. Primo quidem ex natura ipsarū spinarū que dure erāt pariter ⁊ acute: vtpote de iūcis marinis. Uñ refert de Lyra i postilla sua se audiuisse a quodaꝫ qui fuerat vltra mare cū beato Ludouico quondā francorum rege: ꝙ ambulando iuxta litt⁹ maris senserat a casu puncturas dictorꝫ iuncorū per sotulares itermedios. Fecit ergo pilatus parari coronā christo de predicta materia iuncorū marinorū: quam milites imposuerūt capiti regis eterni: ꝑcutientes cum baculis dictā coronaꝫ vt sic posset perforare testā capitis illi⁹. Hoc aūt factū nō est absqꝫ grauissimo dolore p̄ijssimi iesu. Et sic ptꝫ de prima ratione: quō. s. dicte spine potuerunt penetrare Christi caput. Secundo hoc factum est ex dei voluntate: cui ad nutū obedit omnis materia / siue mollis / siue dura fuerit. Psal. Oia quecunqꝫ voluit / dominus fecit in celo ⁊ in terra ⁊c. Tertio hoc factū est ex sacri dominici capitis teneritudine. Erat enim dominicū corpus optime complexionatum: ⁊ per consequens valde tenerum. Propter quam causam facilius potuit obedire Christi caput dictis spinis ipsum perforantibus.

¶ Tertium dubium est tale. Quis coronauit Christū corona spinea? Responsio. Tria hominum genera ipsum coronauerunt. Primo quidem Pilatus imperatiue: qui hoc iussit fieri vt sic pacaret iudeorum rabiem aduersus Christū: et vt tandē eū videntes tā crudeliter et dure coronatum: illi parcerent ne moreretur. Unde post talem coronationem adduxit Pilatus Jesum foras in pretoriū: et dixit iudeis de eo. Ecce homo: scilꝫ dure coronatus: et ideo compatiamini ei. At illi dixerunt. Tolle tolle crucifige eum. Sperabat em̄ ipse Pilatus ꝙ faceret eundem Christū taliter postea mederi ꝙ sanitatem reciperet. Secundo Christum coronauerunt milites Pilati ministerialiter siue executiue: vt tortor q̄ suspēdit hoiem exequēdo sentētiā iudicis. In hoc tñ̄ facto peccauerūt tanꝗ̄ executores iniq̄ sententie. Tertio xp̄m coronauerūt impij iudei pcuratiue. Nā quicq̄d mali illi actū est tam a Pilato ꝗ̄ a ministris illius: hoc totum factum est ad procurationem formalem vel interpretatiuam eorūdem iudeorum. Q̄d ergo iudei predicto modo coronauerint xp̄m: patꝫ per illud q̄d longe ante prophetauerat Salomon Canti.iij. dicens. Egredimini filie sion.i. aīe deuote. Egredimini inquam ab ignorantia: siue a negligētia vel torpore: et videte oculo fidei siue per deuotam mentis contēplationem: regem Salomonem: id est Christum pacificum: qui est rex regum: et dñs dominantiū: in diademate.i. in corona spinea quo coronauit eum mater sua: id est iudeorꝫ synagoga: de qua nat⁹ est Christus ꝑm carnē in die desponsationis illius: id est in die passionis quando ipse factus est ecclesie sponsus sanguinum: sicut dicitur Exod.iiij. Patet ergo ad dubium.

¶ Quartum et vltimū dubium est tale. Quomodo scilꝫ Christi corona spinea in Franciā fuerit allata. Ad hoc rñdet dñs Antoni. in tertia parte chronice sue titulo.xix.capi.iiij.§.vi. in fi. ꝙ Balduino imperatore grecorū regnante apud Constantinopolim: Greci inierunt fedus cum Turcis vt dictum Balduinum ab imperio eijcerent. Quod ille intelligens venit in Franciā ad beatum Ludouicum consanguineum suum: auxilium petitur⁹: suam grauissimam necessitatē exponens. Cui cōpatiens christianissimus et deuotissim⁹ rex Ludouicus magnam pecunie quantitatem illi tribuit: vna cū multitudine bona electorꝫ militū. Quod videns ipse Balduinus liberaliter illi donauit coronam spineam saluatoris que apud Cōstantinopolim diu honorifice seruata fuerat: tunc tamen tp̄is Uenetijs fuerat translata: eo ꝙ Ueneti mutuauerant dicto Balduino magnam pecuniam vt se fortificaret aduersus inimicos. Pro qua pecunia tanꝗ̄ in pignus tradiderat illis predictam coronam. Facta ergo donatione hm̄oi preciosissime corone beato Ludouico per dictum imperatorem Balduinum: continuo ipse Ludouicus misit regales nuncios venetias qui deferrent totam pecuniam

mutuatam Balduino: adiūgēs illis nuncijs duos venerabiles fratres ordinis predicatorum qui tam preciosum thesaurum tractarent. Cūq3 dicti nuncij et fratres diligente r et fideliter suam legatiōem compleuissent: et Parisius properarent vbi audierant regē adesse: audito eorum aduentu ipse rex totus ardēs in fide et charitate: illis nudis pedibus obuiā venit extra portā que dr sancti Antonij. Et ibi cū incredibili reuerentia et deuotione adorata christi coronam: eam iussit deferri ad sacram capellā palatij regalis a se paulo ante constructam: et preciosis iocalibus ornatam: cui etiā deputauit certū numerū canonicorum et alioꝝ clericorum qui in dicta capella horas canonicas persoluerent: assignans eisdem regia ambitiōe redditus et stipēdia copiosa. Omnia in laudem gloriam et honorem domini nostri Jesu xp̄i. Qui cum p̄re et spiritu sancto ꝛc.

¶ Sermonē de b. Joāne añ portā latinā: reqre in alio festo eiusdem post natiui. dñi.

¶ Sermo de beato Barnaba apostolo.

Segregate mihi Barnabam in opus ad quod assumpsi eum. Actuum. xiij.

¶ Uerba ista protulit spiritussanctus loquens quibusdam magnis viris christianis qui in primitiua ecclesia erant antiochie: precipiens eis vt destinarent beatū Barnabā qui apud eos tunc tp̄is erat: in opus apostolatus siue predicationis verbi diuini: vt dicit glo. interliñ. ad qđ eum assumpserat ipse spūssanctus: et hoc p eternam electionem.

¶ Sz circa hoc oritur cōis difficultas: vtrū scilz btūs Barnabas fuerit de numero et collegio apostoloꝝ. Uidet q non: qr alias essent plusq̄ȝ duodecim ap̄li: qđ est contra illum textum Matth. xij. vbi enumerant̄ur. xij. apostolorū nomina: inter quos non cōnumeratur Barnabas/ vt satis constat. Super quo dicit glossa ordi. q ideo ibi ponit catalogus apostolorū / vt preter hos qui futuri erant pseudo prophete excludant. In oppositū arguit ex verbis in themate assumptis: vna cū glo. interli. preallegata.

¶ Responsio. De ap̄lis possumus loqui dupliciter: scilcz stricte et proprie: communiter et large. Si ergo de ipsis loq̄mur p̄mo modo: scz pro illis q̄ fuerunt a xp̄o ante passionem suā vocati ad apostolatum: tunc tm̄ fuerunt duodecim: nec cum illis connumerari debet btūs Barnabas similiter neq3 btūs Paulus: q̄a neuter fuit a xp̄o adhuc mortali vocatus: sed iam gloriose in celo regnante. Qđ si fiat instātia de beato Mathia q̄ fuit assumptus in apostolum proprie sumptum post xp̄i ascensionem in celum: vt ptz Act. j. Respondetur q in eo restauratꝰ est numerus duodenarius apostolorum qui fuerat minoratus per mortem Jude. Et ideo non est sile de eo et de Barnaba et Paulo. Nec eñi a casu pcessit dictus duodenarius apostoloꝝ nūerus quinimmo ab eterno sic fuerat ordinatus et preuisus: dicente

xp̄o eisdem suis apostolis Joā. vi. Ego vos duodecim elegi. Itē eiusdē. xv. Ego elegi vos: et po sui vos vt eatis et fructum affe ratis rc. De hoc etiā aptius lo quitur apost. Ephe. j. dicēs. Ele git nos ante mundi cōstitutio nem. Qd̄ quidem verbū etsi ge neraliter referatur ad oēs ele ctos: pōt tamē specialiter refer ri ad apostolos. Fuit etiam di ctus duodenarius apostolorum numer⁹ olim multipliciter pre figurat⁹: vtpote per duodecim filios Jacob. Item per duode cim principes seu duces tribuū Israel. Item per duodecim fon tes in helym. Item per duode cim lapides sublatos de Jor dane. Item per duodecim bo ues sustentātes mare eneū. Itē p duodecim minores p̄phetas Et sic de multis alijs figur; pos set allegari. Si autē loquamur de ap̄lis cōmuniter et generali ter: tunc sunt numero quatuor decim. Nam apostolus idem est qd̄ missus. Constat autē q̄ tam Paulus q̄z Barnabas fuerunt missi a spūsancto ad p̄dicatio nis officiū: vt patz Ack. xiij. Et sic patet ad quesitum.

¶ His q̄ suppositis: notandū q̄ spūssanctus assumpsit beatum Barnabā ad multa egregia o pera: vcz ad opus

Sanctitatis
Fraternitatis
Pietatis
Humilitatis
Austeritatis
Inlupabilitat;

¶ Prio igitur spūssanctus as sumpsit beatū Barnabaz ad op⁹ sctitatis. Nam de eius sctitate legitur Ack. xi. q̄ erat vir bon⁹: et plen⁹ spūsancto et fi de. Et per hoc designatur q̄ ha buit virtutes non solum coiter aut mediocriter: verumetiam excellenter: et in summa perfe ctione et gradu. Fuit q̄ plen⁹ spi ritusancto in corpore per per fectā castitatē. In ore per fer uentē predicationē. In manu per diligētē operationē bonā. In intellectu per abūdantē sa pientiā. In affectu per ardētem charitatē. In aia p gr̄e eminen tiā: et sic de alijs. Ecce qūo hic xp̄i ap̄lus fuit assumptus a spū sancto ad opus sanctitatis.

¶ Moral'r. Debem⁹ orare et de precari spūsanctū vt nos assu mat ad idem opus sanctitatis siue quo assumi non possumus. Non em̄ dictū opus sanctitatis est hois volentis aut currentis sed solum dei miserantis: vt ha bet ad Roma. ix. Ad dictū igit op⁹ sanctitatis assumpserat spi ritussanctus iustum illum Noe de quo legit Geñ. vi. q̄ erat iu stus atq̄ perfect⁹. Itē ad dictū opus assumebat spiritussanctus Abrahā cum dicebat illi. Am bula coram me: et esto perfect⁹. Geñ. xvij. Itē ad idem opus as sumptus fuit sanctus ille Job de q̄ legit q̄ inter multa et grauis sima aduersa non peccauit la bijs suis: nec stultum q̄d 𝔷 deū locut⁹ est. Eiusdē. j. Sil'r ad idē opus sctitatis assumpta est xp̄i mr̄ Maria: pariter et ap̄li post aduētū spūssancti aduētū. Studeamus q̄ charissimi fuire dn̄o in sctita te et iustitia corā ipso oibus die bus n̄ris: vt dicebat sctūs ille pontifex Zacharias pr̄ btī Joā. baptiste. Luce. j. Pre ceteris autem de hoc obligantur sa cerdotes qui habent tractare diuina: quibus etiam speciali ter precipit et loquit dominus

dicens illud Leui. xix. Sancti estote: quia ego sanctus sum. Itẽ eiusdem. xxi. Sacerdotes incensum dñi et panes dei sui offerũt et ideo sancti erunt. Sed proh dolor in multis ecclesiasticis inuenitur parua sanctitas: quinimmo multa iniquitas atque irreuerentia ad diuina: vnde scandalizantur multi. practica.

¶ Secũdo spũssanctus assumpsit beatũ Bar. ad opus fraternitatis et sctẽ societatis. Leguntur enim Paulus et Barnabas magnam inter se fraternitatis societatẽ habuisse. Hoc autẽ patet multipliciter. Primo quidẽ quia erant soliciti de se mutuo. Unde legitur Act. xi. quod cum apostoli qui erant Hierosolymis: misissent Bar. ad Antiochiam: illicque venisset: et christianos qui ibi erant hortatus fuisset in bono proposito permanere: vcz in fide xpi: statim profectus est tharsum vt quereret Saulum. Quẽ cũ inuenisset perduxit Antiochiam. Et annum totũ conuersati sunt in ecclesia: et docuerũt turbam multã: ita vt cognominarẽtur primũ antiochie discipuli christiani. Hec ibi. Secũdo vero quia erant pari charitate soliciti de pariter subueniẽdo tẽporali necessitati discipulorum qui erant in Hierusalem. Nã tpe famis que mirabiliter afflixit pene vniuersum orbẽ sub Claudio imperatore: Barnabas et Paulus persuaserunt fratribus qui erãt antiochie: et qui satis abundabãt: vt de suis facultatibus mitterẽt ad fratres qui erant hierosolymis: a quibus etiã mobilia abstulerant impii iudei post lapidationem Stephani: et hoc in odium xpi. Dicti ergo antiochenses per manus dictorum duorum discipulorum vcz Barnabe et Pauli miserunt de suis facultatibus aliis xpianis qui erant in iudea. Tertio autẽ quia simul laborauerunt in euangelio xpi: percurrentes varias regiões. Nã postquam spũssanctus dixit xpianis qui erant antiochie: Segregate mihi saulũ et Bar. in opus ad quod assũpsi eos: illique dimisissent eos: ipsi missi a spũ sancto abierũt seleuciam et inde nauigauerunt cyprũ. Et cũ venissent salaminã: predicabãt verbũ dei in synagogis iudeorũ. Perambulauerunt autẽ simul vniuersam insulam cypri vsque ad paphũ euangelizantes xpm: vt habetur Act. xiii. Deinde profecti sunt ad varias alias nationes: vt patet Act. xiiii. et consequenter. Et breuiter ipse Bar. indiuiduus socius et comes Pauli extitit per multa tpa: vt videre est in actibus apostolorum. Sed vnde tãta fraternitas et indiuidua horum discipulorum societas? Certe quia Bar. primo adduxerat paulũ ad aplos: narrans illis quomodo in via vidisset dñm: qui etiã illi locutus fuerat: vt habetur Act. ix.

¶ Moraliter. In fraterna societate et dilectiõe horum duorum xpi discipulorum habemus exemplũ coniungendi nos viris iustis, honestis et deũ timẽtibus: quia vt dicit psal. Cũ sancto sanctus eris. Et per oppositũ cum peruerso peruerteris: itẽ poeta. Cũ bonis ambula. Unde etiam Seneca ad Lucilium. epla. v. scribit dicens. Conuersare cũ illis qui te meliores facturi sunt: illos etiã admitte quos tu potes facere meliores. Dicit etiam

Hierony.iij. parte epistolarum suarū epistola.lxxxv. q talis efficitur homo qualiū societate fruitur. Dende subdit magnum verbum. Plusq̄ inquit impossibile puto virum diutius in bonis permanere operib⁹: q̄ mala conuersatione assidue vtitur. Hec ille. Da exemplū de dente sano adiacēte putrido. Item de pomo integro cū corrupto. Itē de hoīe sano cū leproso aut pestilente. Propterea nos admonet dn̄s Apocaly.xviij. fugere malam societatem sub noīe Babylonice ciuitatis: dicēs. Exite de illa popule me⁹: ne participes sitis delictorū eius: et de plagis ei⁹ nō accipiatis: quoniam peruenerūt pctā eius vsq̄ ad celum. ¶ Tertio spiritussanct⁹ assumpsit beatū Barnabam ad opus pietatis. Fuit enim valde pius et charitatiu⁹ ad paupes. Hoc autē patuit in hoc q detulit de Antiochia vsq̄ Hierusalē pietatis beneficia q̄ tēpore necessitatis trāsferebāt p manus illius christiani qui erāt Antiochie/ad Christianos q̄ erant in Hierusalem: vt dictū est supra. Itē de eo Act.iiij. sic legit. Joseph qui cognominat⁹ est Barnabas ab aptis: qđ est interpretatum filius cōsolationis: leuites.i. de gn̄e leuitarum: cypri⁹ genere.i. de cypro oriundus: cū haberet agrū: vēdidit eū: et attulit precium et posuit ante pedes apostolorum. Sup quo dicit glos.ordi. q Barnabas fili⁹ cōsolationis interpretat: et hoc pter elemosynas q̄bus pauperes consolabatur. Nota etiā circa hoc q iste Joseph fuit ali⁹ ab illo q̄ cū Mathia accepit sortes: vt habetur Act. i. quia vt habetur in historia scholastica: ille fuit filius Alphei: et de galilea oriundus: iste autem de cypro natus extitit.

¶ Moraliter. Debem⁹ nos religiosi imitari diuum Barnabā ponēdo omnia temporalia ad pedes prelati quotiēs op⁹ fuerit: quia hoc exigit votū paupertatis. Qui aūt secus faciunt: incurrunt damnationē eternā. In cuius rei signū legit Act.v. q ananias et saphira volentes ingredi religionem apostolorū mox ceciderunt mortui ad pedes Petri: eo q aliqđ retinuissent de p̄cio agri vēditi p eos. Item legitur lib. iiij. dialogorum: q beatus Gregorius iussit corpus cuiusdā monachi i sterquilinio sepeliri: eo q inuenti fuissent in eius camera tres aurei/quos acquisierat arte medicine: i qua quidē arte perit⁹ erat. Similiter ex predictis instruunt seculares diuitias possidētes subuenire iuxta facultatem suā seruis dei penuriam in temporalibus patientibus. Quod vbi fecerint/merito filij consolationis vocabūtur. Eos enim cōsolabit dn̄s in generali iudicio dicēs illđ Matt.xxv. Esuriui: et dedistis mihi mā ducare. Sitiui: et dedistis mihi etc.

¶ Quarto spiritussanctus assūpsit beatū Barnabam ad opus humilitatis. Magnū eni humilitatis indiciū est honores mūdanos non appetere. Sed pfecto maius est oblatos nō acceptare: sed refugere. Un̄ Augu. sup Jo. tractatu. iiij. exponens illud Jo.j. Nō sum ego Christ⁹ dicit q Joānes nullū tm̄ meri=

sum habuit ꝙ de ipsa hũilitate: ꝙ cũ posset fallere homines ⁊ putari xp̃s / atq₃ haberi pro xp̃o/ eo ꝙ tãte gr̃e ⁊ excellentie erat; confessus est tamen apte ⁊ dixit. Non sũ ego xp̃s. Hec ille. Modo ad propositum btũs Bar. honores mũdanos nõ solum non appetiuit: verumetiaz oblatos refutauit. Qđ sic patz. Nam in miraculis ⁊ signis que per eũ dñs fecit: tam mirabilis fuit ꝙ gẽtiles eũ esse deũ putabant; atq₃ illi sacrificare volebant. Uñ vt legit Act. xiiij. cum Bar. ⁊ Paul⁹ venissent lystris; ⁊ Paulus fecisset ambulare atq₃ recte incedere quendã claudum qui ab vtero matris sue nunq̃ ambulauerat: populus videns hoc signũ mirabile/ cepit dicere. Dij similes hominibus descenderunt ad nos. Et vocabant Barnabam Jouem; Paulum vero Mercurium. Et nota ꝙ illi ꝑponebant Barnabam Paulo. Propter qđ etiam vocabant eũ Jouẽ: id est deorũ patrẽ: ⁊ hominum regẽ: vt dicit glo. interli. Nã q̃uis illi crederet plures esse deos: nihilominus existimabant Jouẽ esse summum ⁊ principem omnium aliorum. Tãte ergo estimationis erat Bar. apud lystrẽses: et hoc propter virtutes ⁊ miracula q̃ faciebat corã eis / vt dicerent eum esse deorũ patrem: et hominũ regẽ supremũ. Similiter vocabant Paulũ mercuriũ quoniã ipse erat dux ṽbi: id est proponẽs verbũ edificationis. Mercurius enim dicitur fuisse eloquentissimus. Unde propter hãc excellẽtiã vocabat a gẽtilib⁹ deus eloquentie: ⁊ q: etiã eã in daret hominib⁹. Propter ergo grossam estimationẽ quã habebãt Lystrẽses de duobus predictis Christi apostolis: sacerdos Jouis: id est eius cultu deputat⁹: voluit illis tãq₃ dijs immortalibus immolare tauros: precipue autem Barnabe quasi Joui; vt dicit interli. At vero dicti apostoli nõ ferentes patienter in iniuriam dei veri tm̃ honorem sibi deferri: ꝯscissis tunicis suis in signum vehementis doloris/ vt dicit eadem glo. (Sic enim soliti erãt facere iudei quotiens aliquid blasphemum contra deum audiebant: vt dicit gl. ordi) dixerunt ad turbas. Uiri quid hec facitis? Nos enim mortales sum⁹ similes vobis homines: annunciãtes vobis ab his: vanis supple: recedere: scz a Joue / mercurio: ac ceteris dijs: ⁊ cõuerti ad deum viuum/ qui fecit celuz ⁊ terram: mare ⁊ omniã que in eis sunt. Et hec dicẽtes vix sedauerunt turbas ne sibi immolarent. Patet ergo magna hoꝝ apostoloꝝ humilitas: i. hoc scilicet ꝙ vocant se similes i natura illis paganis qui volebant eis immolare tanq₃ dijs: quod omnino prohibuerunt.

¶ Moraliter. Hic instruimur honores quibus indigni sum⁹ refutare. Nam sicut virtus magnanimitatis inclinat veꝝ magnanimum ad acceptandum honores quibus est dignus: sic etiam humilitas inclinat verũ humilem ad refugiendũ honores quibus dignus non est: sicut patuit in beato Joãne baptista: vt dictũ est. Sed ꝑfecto multi in hoc se decipiũt q̃ cre-

dentes in se virtutem magnanimitatis hre: magnos honores appetunt: cū tū nec minimis digni sint. Et ita in talib⁹ supbia fingit se ṽtut ē esse magnanimitatis. Et ideo caute in talibus honoribus incedendum est.

¶ Quinto spūssctūs assumpsit xpi aplm Bar. ad opus magne austeritatis. Hoc est dicere ꝙ austeram duxit vitam. Hoc autem patuit tripliciter. Primo quidē quo ad ieiunia que obseruauit. Erat enim de numero illoꝝ de quib⁹ dr Act.xiij. ꝙ ministrantibus illis dño et ieiunantib⁹: dixit illis spūssanctus Segregate mihi Barnabam et Saulū in opus ad qđ assumpsi eos. Similiter erat de numero illorū xpi discipuloꝝ de quibus creditur ꝙ a die ascensionis ipsius xpi vsqꝫ in diem pentecostes ieiunauerunt ꝫm ꝙ predixerat ipsemet xps Mat.ix. dicens. Nun quid possunt filij sponsi lugere quandiu sponsus est cum illis? Uenient autē dies cum auferetur ab eis sponsus: ⁊ tūc ieiunabunt. Et sic patz austeritas vite in beato Barnaba quo ad ieiunia que obseruauit. Secundo patz eadē austeritas quo ad labores viaꝝ quas fecit ꝑdicationis causa. Nā ꝓpt hanc causam multas ciuitates/regiones ⁊ regna tam in terris ambulando: ꝗ maria transuadando circuiuit: aliquando cum Paulo: aliquando absqꝫ eo: prout diffuse legitur in actibus aploꝝ: ꝑci pue. xiij. xiiij. et. xv. capi. Tertio ptz eadē austeritas quo ad flagella q̄ sustinuit. Nā creditꝰ flagellatus fuisse cum ceteris aplis; vt legitꝰ Act.v. preterea que sustinuit in passione.

¶ Moraliter. Debemus imitari hūc sanctū dei aplm in sufferendo aduersa: iuxͣ id qđ scriptum est Act.xiiij. Per multas tribulationes opꝫ nos introire in regnū dei. Si eñ oportuit xp̄m pati: ⁊ ita intrare in gloriā suam vt hr Lu.xxiiij. quō ꝑsumit hō absqꝫ aduersis intrare in glīam alienā? Un̄ Hiero.iij. pte eplarū suaꝝ epla. xvj. ad eustochiā ṽginē scribēs. Quis inqt sctōrū sine certamie coronat⁹ est? Abel iustus occiditur. Abrah ⁊ vxorē amittere piclitatꝰ. Et ne immensum volumē extēdā: q̄re ⁊ inuenies singulos aduersa ꝑpessos. Solus salomon in delicijs fuit: et forsan ideo corruit. Quē eñ diligit dñs corripit: et castigat oēm filiū quem recipit: vt dr ad Heb.xij. Hec ille.

¶ Sexto spūssanct⁹ assumpsit beatū Barna. ad opus insuparabilitatis. Nō eñ cessit supplicijs sed potius supplicia cesserūt illi. Qđ qualiter factū sit: audiamus. Nam postq̄ per multas ciuitates et regna euangelizauit xp̄m/vt dictū est: tādē deuenit Salaminā grecie ciuitatē. Cumqꝫ ibi predicare cepisset: et multos egrotos curasset: super eos euangeliū sancti Matthei qđ secum semper deferebat/ ponēs: q̄dā magus dictus barien quē Paulus ad tēp⁹ lumie priuauerat: ⁊ postmodū ad instantiā Sergij procōsulis sanauerat: ille seditionē non modicam cōcitauit aduersus eū: vocans ip̄m ppli seductorē: et deoꝝ destructorē. Cū ꝓhesus igitꝰ ⁊ multis iniurijs affect⁹ ꝑcipue aūt a iudeis ibi ꝯmorātib⁹ tradit⁹ est

iudici ciuitatis morti cõdẽnan-
dus. De cuius licentia ligaue-
runt funez ad collum eius: sicqȝ
crudeliter ipm trahentes extra
ciuitatẽ cõbusserunt. Nocte ve-
ro sequenti tres de discipulis
eius venerunt: ⁊ ossa eius colli-
gentes/ in quadã crypta occul-
te sepelierunt. Post annos autẽ
quingentos ab incarnatiõe do-
mini spiritusctõ reuelante re-
perta sunt hmõi ossa: tpe videlz
Gelasij pape. Ptz ergo quomo-
do spũssanctus assumpsit bea-
tum Bar. ad sex opera. Tandez
vero in passione eius assumpsit
spiritum eius ad celum. Quod
nobis suis meritis largiat̃ Je-
sus xp̃s: qui cum patre ⁊c.

¶ Sermo de beato Anto-
nio de Padua diui ordi-
nis fratrum minorum.

Scitote qm̃ do-
minus sanctum
suum mirifica-
uit. ps. iiij. San
cta religio fra-
trum minorum
tripliciter deco
ratur.

¶ Primo quidẽ prelatoꝝ ⁊ pon
tificum dignitate. Nam ex hac
venerabili religione prodierũt
tres pontifices summi: quorum
ista sunt nomina: videlicet Ni-
colaus quartus: Alexãder quin
tus demũ nostra etate Sixtus
quartus. Inde etiã prodierunt
cardinales multi: vt sanct⁹ Bo
nauentura Parisiensis doctor
valde famosus et deuotus: qui
etiam multa scripsit. Item inde
prodierunt pene infiniti archie-
piscopi et episcopi vita et lite-
ris referti.

¶ Scdo decoratur sacra religio
beati Frãcisci doctoꝝ copiosita
te. Nam ex ea prodijt magr̃ Ale
xander de hallis: doctor theolo
gus Parisieñ. cuius scripta val
de eum vsqȝ in hodiernum diez
cõmendabilẽ reddunt. Modus
aũt ingressus sui ad dictũ ordi-
nẽ talis fuit. Adeo eñ deuotus
erat beatissime virgini Marie
qꝫ vouerat se nunqȝ aliqd dene-
gaturũ peteti si sue subesset fa-
cultati: qd peteretur ob amorez
seu honorẽ dicte virginis. Qd
audiens quidã frater minor q̃
questam panis per ciuitatem fa
ciebat ꝑ sustentatione fratrum
ad ipm accessit: rogãs eũ vt ob
amorẽ dicte virginis dignaret
ordinẽ eoꝝ ingredi: eo maxime
cum nullũ doctorẽ adhuc habe
rent in ipso ordine. Quo audito
rñdit magister Alexãder fratri.
Uade frater: statim te sequar/
faciam quoque quod postulasti
Nec multo post promissum im-
pleuit: nõ absqȝ ingenti gloria ⁊
honore ordinis minoꝝ. Floruit
etiam in dicto ordine magr̃ Ri-
chardus de media villa; q̃ egre
gie scripsit super q̃tuor libros
sententiaꝝ. Insup floruit in di-
cto ordine frater Joan. scot⁹: q̃
subtiliter scrip̃sit sup quatuor
libros sententiarũ. Unde ⁊ do-
ctor subtilis a scholasticis appel
latur. Ceteꝝ in p̃dicto ordine
floruit frater Nicolaus de lyra
qui in literali expositione sacre
scripture similem sibi non reli-
quit. Hic receptus est ad ordi-
nem predictũ in conuentu Uer-
noliensi diocesis Ebroycenẞ.
Preterea fratrem Petrum au-
reoli: fratrem Franciscũ de ma
ronis: fratrem Aluarũ: fratrem
Guillermum olzam: et plerosqȝ

illuminatos & doctos magistros in theologia: nonnullos etiam in iure canonico peritissimos: quorum scriptis bibliothece moderne nõ parum ornantur. Ecce quomodo decoratur sacra religio fratrum minorum doctorum copiositate.

¶ Tertio decoratur eadẽ religio sanctorum virorũ numerositate. Nã ex huiusmodi religiõe prodierunt sanctissimi viri: vtpote btissimus Frãciscus primus fundator & institutor dicti ordinis: qui fuit syncerus paupertatis amator & xp̃i imitator: ita vt in suo corpore stigmata dñi iesu portare visibiliter & sensibiliter meruerit. Pretereo btm̃ Ludouicũ regis sicilie primogenitũ: q̃ successioni p̃rne libere renũcians: habitũ fratrũ minorum deuote suscepit atq; de mãdato pape Bonifacij octaui in ep̃m Tholosanũ p̃ficitur. Taceo de btõ Bernardino. Taceo de pene infinitis huius ordis viris: q̃ zelo fidei succẽsi ad terras infideliũ se trãstulerũt v̄bũ salutis p̃dicaturi: qui tãdẽ in odiũ xp̃i martyrio coronati sunt. Quorum noĩa sunt scripta in libro vite. De q̃bus dif fuse tractat dñs Anto. circa finẽ t̃tie ptis chronice sue. Prelictis itaq; viris sanctis q̃bus gl'iose decorat nedũ sacra religio fratrũ minorũ: verũetiam vniuersa xp̃i eccl'ia: merito annumerãdus est btũs Antonius de padua: sic cognominatus non q̇dem ex radice parentũ: aut q2 de padua ciuitate Lombardie originẽ traxerit: sed q2 in eadẽ ciuitate multo tẽpore verbum dei predicauit: ac tandẽ ibidez feliciter vite cursum ɔsummauit: vt postmodũ, dicet. De q̃ in themate iuste premissum est ex ps. dauidico. Scitote q̃m dñs sanctum suum mirificauit.

¶ Ad laudem ergo huius sanctissimi Antonij decreui ostendere ex cõtentis in eius legenda: quam prolix e satis et luculenter p̃sequit dñs Antoninus florentinus vbi supra: q̃ multipliciter ip̃m dñs mirificauerit in terris. i. mirabilẽ ostenderit.

¶ Primo igit vos diuini verbi auditores scitote quoniã dominus sanctum suum Antonium de Padua mirificauit in zelo martyrij. Pro quo notãdum q̃ sanctus iste ex Hispanie partibus / ciuitate Ulixbona / ex honestis & venerabilibus parentibus originez traxit. Qui sacro baptismate regeneratus: tunc Ferdinandus est nominatus. Postmodũ puerilibus annis innocẽter in domo parẽtũ transactis: canonicorum regulariuz habitũ deuote suscepit: et hoc in famoso monasterio dicti ordinis quod situm erat p̃pe dictã ciuitatẽ. Erat autẽ tunc tẽporis etatis. xvj. annorũ. Et q2 ibi inquietabatur spiritus eius ex nimia frequẽtatiõe parẽtũ: ideo biennio expleto cũ licentia sui superioris ad illud monasterium eiusdem ordinis dictum sancte crucis de colibrus conuolauit. Postmodũ autem zelo martyrij succẽsus: religionẽ fratrũ minorum est ingressus. Modus autẽ talis fuit. Contigit enim quosdam f̃res minores hospitãdi gratia ad dictuz monasteriũ declinasse. Qui cuz fratribus referrent qualiter de recẽti nõnulli fratres sui ordi=

nis qui ad tartaros declinaue rāt grā predicādi fidē catholicam: fuissent ob hanc causam crudeliter ab illis occisi: continuo hoc audito vir dei ferdinādus licentiā petijt a suo plato quaten⁹ posset dictos fratres hospites seq̄: atq₃ eorū ordinez ingredi. Et hoc totum vt posset adire terras infideliū: ⁊ p xp̄o mortē pati. Obtenta ḡ licentia a suo plato: quāuis cū difficultate magna: dictis fratrib⁹ recedentibus pariter cum eis recessit: assumpto prius eorū habitu.

¶ Sed forsan insultabunt non nulli dicentes nō licere transire de vna religiōe in qua bene viuitur: ad aliā etiā arctiorem tum q₂ illi qui relinquuntur plurimū scandalizantur ex tali facto: de q̄bus forsan d₂ q̄ non bene apd̄ eos religio obseruat ex quo talis ab eis recessit. Tū quia facili⁹ proficit quis in religione quam cōsueuit ceteris partibus: q̄₃ in illa quā nō ꝯsueuit. Unde abbas nestori⁹: ꝓut legitur in collationib⁹ patrum fertur dixisse. Unicuiq₃ vtile ē vt secundū propositū qd̄ elegit summo studio ac diligentia ad operis arrepti pfectionez peruenire festinet: et nequaq̄₃ a sua quam semel elegit professione discedat. Hec ille. Itē Apl's. j. ad Cor. vij. dicit. Unusq̄sq₃ in qua vocatione vocatus est: in ipsa permaneat.

¶ Respondet huic insultationi beat⁹ Tho. ij. ij. q. clxxxix. arti. viij. vbi de hoc mouet specialē questionem: et dicit q̄ transire de religione ad religionem nō est laudabile nisi in duob⁹ casibus. Primus est quādo talis transitus fit propter magnam vtilitatem. Secundus quando fit propter magnam necessitatem. Postea tamen dicit q̄ aliquis potest laudabiliter transire de vna religiōe ad alterā triplici de causa. Primo quidē zelo perfectioꝛ religiōis: vtpote q₂ talis religio ad quā transit ordinatur ad pfectiora opera et finē: q̄₃ religio a qua transit. Pro quo etiā facit decretum illud quod habetur. xx. questio. iiij. virgines. vbi sic dicit. Uirgines sacre si pro lucro anime sue propter districtiorē vitam ad illud monasterium pergere disposuerint: ibiq₃ commanere decreuerit: sancta synodus ꝯcedit. Et vt ibidem subditur. Eadem ratio est de monachis. Secundo vero ꝓpter declinationē religionis a debita perfectione sua. Nam in tali casu ꝯm eundē doctorē licet transire ab arctiori religione in qua remisse viuitur: ad religionem latiorē in qua regulariter viuitur. Tertio autē ꝓpter debilitatē vel infirmitatem: ex qua interdum ꝯuenit q̄ non potest aliq̄s seruare statuta arctioris religiōis: q̄ tñ pōt ſuare statuta latioris religiōis. Deinde subdit btūs Tho. vbi supra: q̄ in predictis trib⁹ casib⁹ est dr̄ia. Nam in primo casu sufficit petere licentiam a superiore: que petenda est ex humilitate: que etiam denegari nō debet: dum modo constet illam religionem ad quā q̄s aspirat: esse arctiorē. Qd̄ si de hoc dubitat: tunc reqrendū est iudiciū supioris: vt hr̄ ex de regularib⁹ ⁊ trans-

euntibus ad religionē.c. licet. In scdo casu reqritur similiter iudicium superioris. In tertio vero casu necessaria est dispensatio. Hec btūs Tho. vbi.s.

¶ Aduertendum tn̄ q propter abusus et scādala vitanda oēs pene ordines obtinuerūt a sede apostolica priuilegiū: ne qs professus possit p libito suo ordine priori dimisso ad aliū commeare. Unde Martianus quintus in conci. Constañ. fecit decretum siue decretalē que incipit, viam ambitionis: que inseritur inter extrauagantes noviter impssas et adiunctas clemētinis: per quam simpliciter interdicit oībus fratrib9 mendicātibus ne se transferant ad quencunqȝ ordinem alium, vtpote monachoꝝ, canonicorum regulariū, Cisterciensium, aut huiusmodi possessiones habentium, absqȝ speciali licētia apostolice sedis: qz vt dicit dictus Martinus: presumit q id non agant p aiaꝝ suarū salute: sed vt liberi9 degant, aut vt dignitates et beneficia monastica cōsequi valeant. Eximitur tn̄ ibi ordo Carthusiensiū: de quo talia nō presumuntur. Nihilominus dn̄s Antoni. iij. pte summe sue tit: xvj. cap. iiij. §. iiij. dicit q neqȝ frēs predicatores possunt trāsire ad ordinē Carthusieñ. absqȝ speciali dispensatione sedis apłice: eo q ille ordo nō est arctior ordine p̄dicatorū, neqȝ perfectior, si omnia bene ponderentur. Unde inquit potius licet Carthusiēsi se trāsferre ad ordinem predicatorum q̄ e diuerso. Et p hac parte adducit duos famosos doctores iuris canonici hoc tenētes. s. dn̄m Joānē Andree: et dn̄m Joan. dn̄ici. Itē dr hoc Parisi9 p doctores Theologie fuisse declaratum et decisū. O vtinā ista diligent notarēt nōnulli religiosi mēdicantiū: q subterfugere volētes onera religiōis et vitā regularē: p̄curāt sibi a sede apłica alterū istoꝝ: vcz exēptionē a suis ordinarijs: aut licētiam transeundi ad religionem bti Bn̄dicti: aut hmōi: sicqȝ discedūt cum peculio suo: euntes ad mille diabolos. Un̄ cuilibet tali dici pōt a zeloso p̄lato monasterij a q̄ discedit: illud qd olim dixit Petr9 simōi mago. Pecunia tua tecū sit in pditionē. Act. viij. Noui eni quedā alterius pfessionis a pfessione p̄dicatoꝝ: q̄ p multos annos fecerat ꝯuētū suū i tpalibus et spūalib9: cōtra tn̄ cōditionē sui status. Qui audiēs cōuentū illū in breui reformandū secrete īpetrauit dispēsationē ingrediendi monasteriū sancti Mauri prope Parisius ordinis bti Bn̄dicti. Illicqȝ se transtulit cum octingētis libris auri et argenti: et hoc totum de fraude cōmissa in sibi commisso priori monasterio. Sed iusto dei iudicio post tres mēses obijt mortem taliter qualiter. Sicqȝ valde formido ne pecunia illa trāsierit cum eo in perditionē suā. Hec omnia dicta sint incidentaliter: videlicet propter translationem beati Antonij de Padua de ordine canonicorum regularium ad ordinē beati Frācisci: quod sibi licuit: vt potest faciliter trahi ex dictis. Et sic patet de primo principali: diffusius tamen q̄ sperabam.

¶ Secundo vos diuini verbi auditores scitote quoniā dn̄s sanctum suū Antonium de padua mirificauit. i. mirabilē fecit in vite solitudine. Legitur em̄ de Helia. iij. Regū. xix. q multum amabat solitarie habitare i. de serto. Sic etiā fuit de btō Antonio. Pro quo notandū q primus conuentus fratrū minorū ad quē se con tulit cum fratrib9 de quibus prius dictū est: dicebatur conuentus seu dom9 scti Antonij. Propter quod vt ibi esset hominib9 ignotus: rogauit vt amodo nō frater Ferdinandus: sed frater Antoni9 vocaretur. Qd et factū est. Cunqz non multo post vellet satisfacere desiderijs suis de subeundo martyrio pp̄ter xp̄m: de licentia superiorum suorum ingressus est nauem vt iret ad terraz sarracenorū: Sed flante vento nauis applicuit in Italiā ppe assisium: vbi tūc tēporis generale ordinis celebrabat cp̄m. Cum autem recollegit prouincialis minister Tuscie: q̄ iuxta desideriū cordis viri dei prouidit illi de loco vite solitarie valde apto. Ad quē se transferens velut alter Antonius in desertis egypti habitās: soli deo cognitus aliquāto tēpore pmansit. Qz si linguis hoim aut āgeloꝝ loquar: vix exp̄mere valebo que tunc ibi egerit: vtpote quātam abstinētiam fecerit: q̄ grauiter corpus suū flagellauerit: q̄ assiduus in orōne et contēplatione extiterit: q̄ta suspiria pro leuib9 culpis prius commissis in celū emiserit: quantas et q̄ mirabiles demonū illusiones sustinuerit et superauerit: ita vt in his parū videatur differre ab Antonio egyptio.

¶ Moralr̄ nos religiosi in hoc sctō habem9 exēplū seq̄strandi nos a tumultibus et ɔsortijs hominum mundanoꝝ si cupimus tandē interesse ɔsortijs angelorū. Qui em̄ propter deū vitant cōsortia hoim: soli non sunt: sed adest illis multitudo sanctorū angelorū. Propter qd dicebat sctūs ille pater Ambro. ep̄larū suarum libro. vi. epist. xli. Nunq̄ inquit minus solus sum q̄ cum solus esse videor. Nec minus otiosus q̄ cū videor otiosus. Hec ille. Istud autem scd̄m dicit propter sanctā cōtemplationem. Nam cōtemplatiui videntur et iudicantur a mundanis otiosi: cum tamen vacent sctō exercitio / quo nil melius in vita hoib9. Unde de Magdalena contēplatiue vite dedita dr̄ Lu. x. q optimam partē elegit que nō &c. Sz proh dolor pauci admodū religiosi sunt in mundo qui solitarie velint viuere: et qui non diligant in mundo et cum mūdanis conuersari: atqz de rebus seculi fabulari: cum tamen sanctus ille Hiero. religionis speculum et exemplar viuum / ep̄la. lxxij. dicat. Mihi oppidū carcer est: solitudo vero paradisus.

¶ Tertio vos diuini verbi auditores scitote qm̄ domin9 sanctum suuz Antoniū de Padua mirificauit. i. mirabilē fecit in sciētie plenitudine. De aliquib9 em̄ legit q habuerūt a deo per infusionē sciētie plenitudinem: vt de Adam. Item de Salomone. Itē de ap̄lis. Sic etiā fuit de btō Antonio. Unde de

eo legitur q cum semel simul adessent plures fratres mino-res:inter q̄s etiā aderant qui-dam fratres predicatores: ille q̄ maior erat inter eos cepit eos hortari vt vnus eorū propone-ret dei verbū. Cunq3 vnusq̄sq3 se excusaret:tandē q̄ p̄erat in-iūxit frī Antonio hāc obedien-tiam subeūdā. Qui cū se humi-liter excusasset / dicēs se aptio-rem ad abluēda coquine vten-silia/ q̄3 ad exponendum diuina eloquia et mysteria:tādē vicit in eo humilitatē vera obedien-tia. Nam cū cepisset de diuinis loqui/tātā infudit deus labijs suis gratiam:vt oēs in admira-tionē adduceret: ita vt dicerēt vix aut nunq3 talia audiuisse. Et extūc iniunctū est illi publi-ce predicationis officiū per ge-neralē ministrum / qui de eius sufficiētia plenissime informa-tus fuerat. Quod quidem offi-cium hincinde valde laudabi-liter et cum multorum salute exercuit. Nā magni et paruuli/ docti pariter et indocti / nobi-les z ignobiles/iusti et peccato-res currebant quocunq3 audie-bant eum verbū predicationis seminantem. Quo audito iuue-nes et virgines/senes cū iunio-ribus laudabant nomen domi-ni: dicētes illud quod olim di-ctū fuerat de magno illo pre-dicatore Christo. Nunq3 homo sic locutus est sicut loquitꝛ iste Joā.vij. Unde etiā (vt legitur in chronicis ordinis fratrū mi-norum) cum tempore generalis concilij Rome coram papa et cardinalibus vniuersoq3 popu-lo predicasset:suaq3 natiua lin-gua varijs nationibus satisfe-cisset:qui referebant distincte omnia illius verba intellexisse: cum omnes fuissent in admira-tione suspensi : summus ponti-fex arcam testamenti eum vo-cauit. Ideo autem sic locutus est:quia vir dei in suis predica-tionibus profūda de sacris elo-quijs eructabat. Ecce ergo q̄3 mirabilis fuit in plenitudine di-uine scientie. Quam etiam ma-gis per infusionem a deo q̄3 per humanum exercitium acqui-sisse creditur: ita vt dicere me-rito posset illud. Sapiētie.vij. Optaui: z datus est mihi sens9. Inuocaui/supple per deuotam orationem:et venit in me spiri-tus sapientie. Uenit inquam p infusionem a deo.

¶ Moraliter. Quicūq3 habent proponere verbum dei populo: debēt prius dare operā sacris eloquijs:ne loco veritatꝫ semi-nent errores in populo. Unde in ꝯstitutiōib9 ordinis nostri vetatꝛ ne q̄s efficiatꝛ predicator ge-neralis/ q̄ non audierit theolo-giā ad minus p tres annos. Et quāq3 viro dei Antonio fuerit diuinit9 infusa pfecta scientia propter illius vite meritū: pre-sumptuose tn̄ agerent moder-ni p̄dicatores si absq3 humano studio z labore parē gratiam a deo expectarēt. Unde contigit in Anglia q cū quidā religio-sus haberet p̄dicare certo die latine ad clerum de beata Ca-tharina:nec sibi prouidisset de materia: sed potius potationi-bus more pꝛie operā dedisset: mane facto q̄ p̄dicare debuit assistēte clero copioso:ipse am-bonem conscendens:et memor illius dicti psalmiste. Aperi os

tuum/ et implebo illud: statim iunctis manibus in celũ: et os suum aperiēs quantum valuit cepit loqui et dicere. O beata Catharina sermonem propina tuo famulo. Cunque tertio sic orasset/ et tunc quasi mutus tacuisset quasi gratiam dei expectans: quidã de astantibus ait. Hora serotina detur disciplina isti fatuo. Sicq̧ soluta est cum risu predicta clericorũ congregatio. Nõ debet ergo predicator tentare deum: quo non minus faciat quod in se est: residuum pie deo committendo.

¶ Quarto vos diuini verbi auditores \scitote q̃m dñs sanctũ suũ Antoniũ de Padua mirificauit. i. mirabilem fecit in hereticorum confutatione. De beato enim augustino aperte constat ꝙ fuerit flagellum domini aduersus hereticos/ quos verbis/ exẽplis/ ⁊ scriptis confutauit. Sic etiã fuit de viro dei Antonio. Erãt eñ suo tp̄e in Italia et Lõbardia a plerisq̧ aliis nationibus multi heretici: q̃rũ aliqui errabãt circa xp̄i humanitatem/ dicentes xp̄z non habuisse verũ corpus humanum: sed tm̃ fictũ et fantasticũ. Alij autẽ errabant circa eiusdẽ xp̄i diuinitatẽ: dicentes eũ scd̄m ꝙ deus esse minorem patre. Alij deniq̧ errabãt circa sacramenti altaris veritatem: dicentes xp̄m non veraciter cõtineri in illo sacramẽto: sed tantũ sicut in signo. Quã quidem heresim aliqñ defensauit vir magnarũ literarũ Berengarius dictus. Quã postmodũ reuocauit: vt patet de conse. di. ij. ego Berengarius. At vero Christi miles intrepidus Antonius viriliter decertauit contra hm̃oi hereticos. Precipue autem aduersus eos qui negabãt veritatẽ preciosi sacramenti altaris: sicut sequens insinuat exemplum.

¶ Legitur eñ ꝙ cũ ipse diuus Antonius in partib⁹ tholosanis aduersus quendã hereticũ perfidissimũ profundissime de ipso eucharistie venerabili sacramento diu disputasset: ⁊ tandẽ ipsum quasi cõuictũ vtcũq̧ ad verã fidẽ inclinasset: ait illi hereticus. Dimittamus verba ⁊ veniamus ad facta. Si tu Antoni inq̃t miraculum in conspectu hoim potueris ostẽdere ꝙ in hostia sacra sit verũ Christi corpus: ego adiurata omni heresi/ iugo fidei colla submittã. Cunq̧ vir dei hoc se facturum confidenter promitteret: subiunxit hereticus. Ecce miraculum quod posco. Ego mulum meum in stabulo clausum per triduũ tenebo: negans illi omnem alimoniã. Post triduũ autem illum de stabulo deducã et escas paratas illi ostendam. Tu vero econtra astabis cũ sacra hostia: quã asseris esse xp̄i corpus. Si ergo mulus me⁹ sic fame cruciatus relicto naturali et vsitato pabulo festinauerit ad deũ illũ quẽ affirmas esse in eucharistia ab oĩ pp̄lo indubie adorandũ: adherebo fidei quã predicas. Spondet vir sanctus cũ dei adiutorio se hoc facturũ. Die igitur statuta ad locũ prefixũ conuenit maxima multitudo catholicorũ. Cõuenit etiam nõ minor multitudo hereticoꝝ. Omnib⁹ ergo ita se habẽtib⁹ btũs Anto. celebrat

missam in quadam capella lo-
co propinqua. Mulus e stabulo
educit: esca copiosa corā eo ap-
ponitur. Eadē ꝗꝫ hora Anto.
capellā cum sacra eucharistia
egredit: ⁊ corā mulo pedem fi-
git: ita dicēs. In virtute ⁊ i no-
mine creatoris tui: quē in ma-
nib⁹ licet indign⁹ veraciter te-
neo: tibi mule ꝑcipio vt ꝯfestim
accedas: ⁊ pro modulo tuo illi
reuerētiā exhibeas: vt oēs hic
astātes veraciter cognoscāt ꝙ
sub hac hostia latꝫ ipe creator
tuus: et redēptor meus. Mira
res ⁊ stupēda nimis. Nam his
dictis mul⁹ relicto pabulo ac-
cessit versus venerabile altarꝭ
sacramētū: ⁊ capite vsqꝫ ad po-
plites inclinato: ante ipsum sa-
cramentū genua flexit. Quo si-
gno viso: vniuersi astantes ce-
perunt glorificare deū: ⁊ dice-
re. Uidimus mirabilia hodie:
Hereticus ꝰ iuxta ꝓmissa reli-
cta ꝑfidia sua/ fidē catholicam
deuote amplectitur. Propter ꝰ
hmōi signū solet depingi beat⁹
iste Antonius cū calice in ma-
nu cum figura hostie desuper.

¶ Moraliter. Ex hac historia
docemur ꝟaciter credere post
consecrationē sub sacra hostia
contineri verum christi corpus
pariter ⁊ sanguinem: vna cum
diuinitate perfecta. demum in-
struimur ipsum sacramentum
adorare. Si enim bruta ipsum
adorant: multo forti⁹ nos xpia-
ni semota oi hesitatione ipsum
suppliciter ⁊ hūiliter debemus
adorare. Grauiter enim offen-
deret imperator si videret ma-
iorē honorē sibi deferri a bru-
tis ꝗꝫ a militibus ⁊ famulis ꝓ-
prijs. Nam corā venerabili al-
taris sacramēto oīe genu fle-
ctitur/ celestiū/ terrestriū: et in-
fernorꝫ. Celestium quidem si-
cut ꝑꝫ de sanctis angelis astā-
tibus altari in multitudine co-
piosa. Unde dicit Chryso. li. vj.
dialo. c. iiij. ꝙ sacerdote cele-
brāte altaris locus celestibus
virtutibus impletur in honorē
illius qui immolatur. Terre-
striū vero sicut patet de deuo-
tis catholicis. Item de apibus
que corpori christi proiecto ad
pedem rubi per quendā sacri-
legum/ domunculam paruā fe-
cerūt. Infernorum autē: sicut
patet de demonibus qui fugan-
tur ad presentiam huius vene-
rabilis sacramenti: sicut multe
docent historie.

¶ Quinto vos diuini verbi au-
ditores scitote quoniam domi-
nus sanctum suum Antonium
de padua mirificauit: id est mi-
rabilem fecit in signorum ope-
ratione. Legitur enim in Exo-
do per plura capitula ꝙ dn̄s
per manum Moysi fecit signa ⁊
ꝓdigia multa in terra Egypti.
Sic etiam in nouo testamento
idē deus ⁊ dn̄s ꝑ merita serui
sui Anto. de padua fecit mira-
cula quorum non est numerus.
Sed de multis pauca ī mediū
afferamus: vt sic magis ac ma-
gis excitetur xpifideliū deuo-
tio ad sepe dictū Anto. Nā si-
cut illi Antonio Egyptio pro-
misit dn̄s ꝙ in toto orbe terra-
rum faceret eū noiari: ita etiā
miracula que in dies fiunt in
plerisqꝫ locis ad preces beati
Anto. paduen. ipsum reddunt
noiatissimū ⁊ celebrem a mari
vsqꝫ ad mare: ⁊ a flumine vsqꝫ
ad terminos orbis terrarum.

¶ Primum igitur miraculum apparuit ad litus maris ppe griminum: ad qd accedens vir dei Antoni9 aduocauit pisces dicens: Audite vbū dñi pisces maris: ex quo illud audire cōtēnunt heretici. Prius em̄ predicauerat in ciuitate Ariminē si: sed inde eum eiecerāt foras heretici. Ad vocē itaq ipsius cōuenit multitudo copiosa piscium: q̄ta prius ibi visa nō fuerat. Et om̄es hmōi pisces tenebant capita aliquantulū extra aquā. Quibus ait Anto. O fratres mei pisces multū tenemini p modulo vestro gratias referre creatori vestro: qui in vestrum habitaculū dedit vobis tam nobile elemētum. Et multa alia illis dixit: Cūq finisset hūc sermonem: pisces videbantur extēto collo illi grās referre. Hoc igitur signū cuz audissent heretici / cōpūcti sunt corde: z relicto suo errore ipm extunc deuotē audire ceperunt.

¶ Scdm miraculum apparuit in aere. Cum em̄ semel predicaret in ciuitate Leuisarcensi in quodā latissimo campo: eo maxime q neq ecclesie latissime neq platee ciuitatꝫ possent capere populū eū sequentē vt audiret verbū dei de ore eius: inaudita tonitrua z coruscationes mirabiles apparere ceperunt et postmodū secuta est indisa aquarū abundantia: forte hec oia procurante aduersario salutis animarū diabolo. Que videns populus fugere voluit. Sed beato viro orante: pluuia hincinde se diuertit: z populuz in nullo tetigit.

¶ Tertiū miraculum apparuit in veneni potatione. Cuz enim semel inuitaretur ab hereticis ad ꝯuiuiū in dolo: illuc iuit: vt sic posset esse salutis eoꝝ occasio: sicut et xp̄s q̄nq cū publicanis z pctoribus mādu cabat et bibebat: vt eos alliceret ad penitentiā. Predicti igitur heretici miscuerunt venenū in cibum illius. Sed cū illi non nocuisset: multi de hereticis illic presentibus conuersi sunt ad fidem. Tūc ergo fuit in eo ipleta illa xp̄i promissio facta credentibus in eum fide perfecta: Et si mortiferū quid biberint: non eis nocebit. Marci. vlti.

¶ Quartum miraculum apparuit in subita eiusdē translatione. Cuz em̄ semel apud Lemouicas p̄dicaret i maiori ecclesia: accidit q eadem hora fratres minores in ppria ecclesia celebrarēt diuia: z qz ipse erat notatus ad aliquod officium: ideo subito ibi cōparuit: z completa obedientia sua subito disparuit. Referebat autē ianitor q neq intrauerat neq exierat p ianuā cōsuetus. Et (qd maius est) visus est continue a populo in ambone predicans. Sed cuz homo simul z semel in distictis locis corporaliter esse non possit sm cōmunē doctrinā theologoꝝ: necesse est dicere q i altero dictorū locoruz suppleuit impceptibilr angelus dñi presentiā viri dei: sicut i simili factū fuisse legit de beato Ambrosio simul diuina celebrante Mediolani: et exeq̄as celebrā te socij sui Martini Turonis.

¶ Quintum miraculum apparuit in suscitatione filij paruuli cuiusdaz mulieris. Hec enim

auiditate audiendi verbum dei ab ore beati Antonij / cucurrit ad ecclesiam. Cumque domum redijsset: inuenit filiū suum resupinum iacere mortuum. Que mox cucurrit ad virū dei/ pium casum lamentabiliter exponēs ⁊ pro resuscitatione paruuli sui humiliter eum rogitans. Cui ille compatiens respondit illi qđ Christus respōdisse fertur Centurioni in casu simili. Uade: filius tu⁹ viuit. Mat.viij. At illa plena bona fide et spe/ domū repetens inuenit filiū suum quem mortuū reliquerat/ rediuiuum: cum lapillis paruulis q̄s nunq̄ habuerat colludentem. Multa quidem et alia signa fecit dn̄s meritis sancti huius q̄ non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt vt credant vniuersi q̄m ipse dominus sanctū suum mirificauit.

¶ Sexto vos diuini verbi auditores scitote q̄m dn̄s sctm̄ suum Antonium de Padua mirificauit .i. mirabilem fecit in felici migratione. De eo enim dicere possumus illđ Sap.iiij. Cōsummatus in breui: expleuit tempora multa. Placita em̄ erat deo anima illius. Propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatū. Qualiter autem hoc factū sit/ videamus. Nam cū multas Italie ciuitates predicando pagrasset: tandem Paduam se cōtulit: vbi predicationi et confessionum audientie se totum dedit. Cuius operibus sanctis inuidens humane salutis inimicus: quadā nocte cum se sopori dedisset: eius guttur tam valide strinxit: vt ipsum cito suffocasset si non diuinitus prohibitus fuisset: sicut cuidam fratri sibi familiari vir sanctus retulit. Cumque in tali oppssione nomen gloriose virginis inuocasset: statim conspexit cellulam suam superno lumine illustratam. Tandem post multum fructum suis predicationib⁹ domino acquisitum: grauiter egrotare cepit. Propter quod petiuit humiliter ecclīasticis sacramentis muniri: quibus deuote susceptis: aliquādiu oculos sursum direxit. Cūque ab astantibus fratribus interrogaretur quidnam tam fixe cerneret: respondit. Uideo dominū meum. Quo dicto: feliciter obdormiuit in dn̄o: statimque mirabilibus cepit coruscare miraculis: ita vt egroti etiā quacūque detinerentur infirmitate / sepulchrū eius tangentes continuo optatam reciperent sanitatem. Quib⁹ miraculis auditis et debite pbatis: Gregorius nonus pontificatus sui anno.vj. ab obitu autem viri sancti mense vndecimo: eū sanctorum catalogo ascripsit Anno dn̄i. M. ducentesimo trigesimoscđo. Nota quomodo in trāslatione sui corporis in eminentiorē locū: facta longe post obitum suū: inuenta est lingua ei⁹ tota recens: rubicūda ⁊ pulchra: ac si tunc decessisset. Hoc aūt priuilegiū illi contulit dn̄s forsan propter multum fructum domino acquisitum: cuius ipsa lingua fuerat instrumentum. Habet autem hic sanctus priuilegiū a domino circa res perditas: que sepe suis meritis recuperantur. Et hoc idem ego ipse frequenter expert⁹ sum: ita vt merito de eo dicere possim

quod deuotus Bernardus dicit in laudem dei genitricis marie. Sileat tuas laudes o beate Antoni: qui te deuote inuocatū in necessitatib⁹ suis sibi meminerit defuisse. Huius itaque sancti precibus nobis largiatur gratiam in presenti: et gloriam in futuro: ille qui est bñdictus in secula. Amen.

¶ Sermo de beato Joanne Baptista.

Excelso excelsior est ali⁹. Eccl'e.v. Mirabilis de⁹ in sanctis suis: nō sine causa a regio propheta predicat: qr p eos fecit mirabilia magna solus: vtpote cecos illūinādo: leprosos mūdando: surdis auditū reddēdo: paralyticos curādo: mutis loquēlam restituēdo: mortuos suscitando: ꝛ consimilia. Et breuiter quicquid in sanctis est admirabile ꝛ laudabile: ab ipso deo est a quo iuxta testimonium apostoli Jacobi: Omne datū optimum: et omne donū perfectum descendit. Merito ergo mirabilis deus in sanctis suis predicatur. Tum primo eos ab eterno predestinando. ad Ro. ix. Cū nondum nati fuissent: aut aliquid boni vel mali egissent: dictum est / supple a domino. Jacob dilexi: Esau autē odio habui. Tum secundo eos vocando quia vt dicit apostolus. ad Ro. viij. Deus quos predestinauit. hos ꝛ vocauit. Ubi notandum q̄ duplex est vocatio: scilicz exterior ꝛ interior. Exterior vocatio communiter fit per predicatores: et est communis bonis et malis. Interior autem fit tantum a deo: ꝛ est propria electis. Deū ergo aliquem interius vocare est illi cognitionem de credendis ꝛ agendis dare: vel eum compungere ad detestandum commissum delictum. Tum tertio eos iustificando per remissionem peccatorum: similiter et gratiā conferendo. Tum quarto eos magnificando p eternam remunerationem: vel eos magnificando in presenti quidem per gratiam q̄ est arra anime: in futuro vero per eternam gloriam. Ecce q̄ mirabilis est de⁹ in sanctis suis: circa ipsos quatuor predicta operādo. De quibus simul loquit apostolus ad Rom. viij. dicens. Quos presciuit ꝛ p̄destinauit cōformes fieri imaginis filij sui. Quos autē predestinauit / hos ꝛ vocauit: et quos vocauit / hos et iustificauit. Quos autē iustificauit: hos ꝛ magnificauit.

¶ Sed pfecto mirabilior multo apparuit deus in sancto suo precursore Joanne Bapti. Hoc autem perpulchre declarat longo satis sermone Petr⁹ damianus in quodam sermone q̄ incipit Uita dilectissimi: vbi in eius laudem prorumpit ita dicens. Que religio / que perfectio / que deniq₃ virtus: qd deniq₃ sanctitatis genus in aliquo sanctorū reperitur: qd in Joanne quasi prerogatiue cuiusdam non teneat principatū? Sunt siquidē scti eremite et anachorite. Sed quis sibi viuendi regulā in syluestri melle et incomestibili locustarum esca prefixit? Cuius

porro ad asperitatem vestium non sufficiant saga cilicina caprarũ: Iste vero zona pellicea precinctus pilis induitur camelorum. Sunt sancti abrenũciatores et seculum relinquentes. Sed iste puerilis adhuc indolis: cum necdum didicisset ciuiliter viuere: deserta penetrans decreuit solitarius habitare. Prophete vaticinant futurũ saluatoris aduentum. Apostoli ceteriqꝫ doctores testantur impletum. Joannes autem hunc presentem ostendit: digito eum demonstrans et dicẽs. Ecce agnus dei. Joãnis. j. Multa alia dicit idem Petrus in laudem ipsius beatissimi Joannis: que forsan in presenti sermõe suis in locis adducentur. Hoc autem firmiter tenendum est q sicut sol reliquos planctas excedit: sic et laus diui Joannis baptiste post Christum et dignissimam eius matrem: omnium aliorum sanctorum preconia superat. Neqꝫ enim in veteri aut nouo testamento inuentus est aliquis quãtacũqꝫ sanctitate refulgens qui Joanni baptiste valeat comparari. Unde Ambrosius sermone. lxv. qui intitulatur de natali sancti Joannis baptiste: de eo loquens dicit sic. Magnus Joannes: cuius magnitudini etiã saluator testimonium perhibet dicens. Inter natos mulierum non surrexit maior Joanne baptista. Hic enĩ precellit cunctis: eminet vniuersis: antecedit prophetas: supergreditur patriarchas: et quisqs natus est de muliere: inferior est Joanne. Hec ille. Recte ergo de eo in thema te premisimus q excelso excelsior est alius.

¶ In presenti ergo sermone intendo ostendere cum dei adiutorio: et intercedentibus gloriosis meritis eiusdem Joannis: q ipse fuit per vite meritũ omni excelso excelsior: id est omni sancto quantuncunqꝫ magno maior. Et quia hoc de singulis probare nimis longũ esset: ideo tantum de potioribus tam legis nature q̃ꝫ scripte q̃ꝫ etiam gratie exempla subijciemus.

¶ Primo igitur in lege nature excelsus fuit Isaac: in hoc scilicet q fuit prenunciatus diuinitus: vt patz de angelo apparente Abrahe similit et Sarre vxori sue. Genes. xviij. Sed in hoc excelsior quodãmodo fuit beatus Joannes baptista. Et hoc ideo quia fuit non tantum semel: sed ter prenunciatus ab homine: et quarto ab angelo. Primo quidem per Esaiam: qui in eius persona dixit. Ego vox clamantis in deserto. Parate viã domini. Esa. xl. Qꝫ autem predicta vba nõ intellexerit Esaias de seipso: sed de beato Joanne: patet per ipsiusmet Joannis assertionem: quando scilicet iudeis querentibus ab eo. Tu qs es? Matth. xi. respondit dicens. Ego vox clamantis in deserto: sicut dixit: id est de me predixit Esaias propheta. Ecce quomodo fuit prenunciatus per Esaiã prophetam. Secundo fuit idem Joan. prenũciatus p Malachiam prophetam: qui. iij. cap. sui libri in persona domini de eo dixit. Ecce ego mitto angelum meũ: et preparabit viam ante faciem meam. Quod autem dicta pphetia intelligat ad literã de Jo.

patet per assertionē christi dicentis de eodē Jo. Mat. xj. Hic est de quo scriptū est. Ecce ego mitto angelū &c. Tertio idem Joan. fuit prenunciatus p angelum Gabrielē: qui etiā dñi nunciauit aduentū beate vgini: dicens patri suo zacharie. Uxor tua Elizabeth pariet tibi filiū: et vocabis nomē eius Joānem De eodē etiā Joāne multa ibi consequēter predixit dictus gabriel: vt patet Luce. j. Quarto fuit idē Joā prenunciat9 saltē quātum ad suum futurum officium a patre suo zacharia. Cui cum restituta fuisset loquela in circūcisione eiusdem Joannis: cepit de eo prophetare dicens. Tu puer propheta altissimi vocaberis: preibis em ante faciem domini parare vias eius &c.

¶ Moraliter. Notandum circa predicta q quicunq leguntur ī sacra scriptura diuinit9 prenūciati: semp sortiti sunt quādam prerogatiuā et gratiā singularē: quia vt dicit beat9 Tho. iij. parte: q. xxvij. arti. iiij. illos qs de9 ad aliquid eligit: ita preparat & disponit: vt ad id ad quod eligunt/inueniantur idonei. Et de hoc possūt multe historie adduci hoc probantes. Nec quidē mirū: maxime cū deus sit prescius futurorum.

¶ Scdo in eadem lege nature excelsus fuit fortissim9 ille Sāson: presertim in hoc q fuit miraculose cōceptus. Nam vt legitur Judicū. xiij. fuit ex matre pri9 sterili nat9. Sed quantū ad hoc excelsior fuit beatus Joannes baptista. Qd sic patet. Conceptio nempe ei9 fuit miraculosa/gratiosa gaudiosa.

¶ Primo quidem miraculosa quia ex matre sterili et annosa iuxta illud verbū Gabrielis ad virginē Mariā. Et ecce Elizabeth cognata tua et ipsa concepit filiā in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis: id est de qua est cōmune q est sterilis & infecunda. Ecce quomodo describitur elizabeth annosa et sterilis. Item in principio euangelij Luce dicitur q Zacharie nō erat filius eo q esset Elizabeth sterilis: et ambo processissent ī dieb9 suis id est transierant temp9 generandi. Ptz ergo quomodo conceptio diui Joan. fuit miraculosa ex parte matris illius dupliciter.

¶ Secūdo dicta conceptio fuit gratiosa. Nam puer conceptus fuit spiritusancto p gratie donū repletus: & ab originali peccato mundatus. Sic enim promiserat Gabriel zacharie dicens: Spiritusctō replebit adhuc ex vtero mr̄is sue. Hoc autem factū est quādo beata virgo ɔcepto dei filio intrauit domū zacharie/ & salutauit elizabeth: mē se scz sexto a cōceptione ipsius Joannis.

¶ Tertio dicta conceptio fuit gaudiosa: & signanter ex parte plis: de qua dixit elizabeth ad Mariam. Ex quo facta est vox salutatiōis tue in aurib9 meis: exaltauit ī gaudio infans: ī vtero meo. Super quo dicit magister Nicolaus de lyra: q Joan. nondū natus cognouit per spiritūsanctum deū presentem in vtero virginis. Ex quo patz q fuit tūc in eo accelerat9 rationis vsus pariter & voluntatis.

Hoc idem etiam tenet Ambro. super Lucam lib.ij. Quomodo (inqt) pater ille zacharias rationabiliter alloqtur infantem octo dierū dicēs? Tu puer propheta altissimi vocaberis ꝛc. Deinde respōdet dicēs. Profecto potuit infans mox nat⁹ vocem pr̄is audire: qui marie salutationē anteꝗ̄ nascerek audiuit. Habebat ergo intelligendi sensum qui exultandi habebat affectū. Hec ille in forma.

¶ Moraliter. Nostra conceptio spiritualis q̄ totiens fit ꝛ reiterak quotiens incipimus habere aliqđ bonum propositum siue de emendando vitā nostrā: siue de satisfaciendo de iam cōmissis delictis: siue de quocūꝗ̄ bono peragēdo: talis inquā cōceptio habet tres priores cōditiones cōceptionis diui Joannis baptiste. Primo enim talis cōceptio est tanꝗ̄ miraculosa. Excedit enim communem hominum atꝗ̄ totius create nature facultatē. A solo enim deo fit et pcedit: ſm illud Esa.xxvj. A facie tua domine cōcepim⁹: et quasi parturiuimus et peperimus spiritū salutis.i. bonū et sanctū propositum. Talem eni spiritum salutis tunc parimus cum bonū propositum ad effectum deducim⁹. Practica. Secundo predicta spiritualis conceptio est gratiosa.i.a gr̄a ꝛ dei dono procedēs/ ſm illud Jac.j. Omne datū optimum/ et omne donū perfectū desursum est descendens a patre luminū: id est a datore gr̄arū ꝛ virtutū. Tertio huiusmodi conceptio spiritualis est gaudiosa: vcz celesti curie. Luc.xv. Gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente.

¶ Tertio in lege nature excelsus fuit Noe: et p̄sertim in hoc ꝙ fuit a pr̄e suo Lamech in spū pphetico i sua natiuitate laudatus et magnificat⁹. Nā mox eo nato ait de eo pater suus lamech. Iste consolabitur nos ab operibus ꝛ laboribus manuum nostrarū in terra: cui benedixit dn̄s. Geñ.v. Sꝫ pfecto isto excelso excellior fuit ali⁹: scꝫ beatus Joā. baptista in sua natiuitate: eo scꝫ ꝙ abūdanti⁹ cōsolatus est multos ꝗ̄ Noe.

¶ Primo enim nascēdo consolatus est patrē suū/ qui propter difficultatē quā fecerat de natiuitate illius tum pꝑter suam senectutem: tum pꝑter vxoris sue sterilitatem mut⁹ fact⁹ fuerat vsꝗ̄ in diem natiuitatꝫ ei⁹: quinimmo vsꝗ̄ in diem circuncisionis ipsius: prout predixerat angelus Gabriel. At vero in dicta circūcisione cum esset questio quo noīe puer vocaretur: zacharias pater ei⁹ postulans pugillarē.i. chartā quam postulauit nutu siue signo: scripsit dicens. Joannes est nomen eius. Et continuo apertū est os eius/ ꝛ lingua ei⁹: ꝛ loqbak benedicēs deū. Et replet⁹ spiritu sancto pphetauit dicēs. Bn̄dictus dn̄s deus israel: qꝛ visitauit ꝛc. Magna ꝗ̄ cōsolatio fuit tam ipsi zacharie ꝗ̄ cognatis ꝛ vicinis ei⁹ qui venerāt ad dictā circūcisionē: ꝙ puulus Jo. tm̄ beneficiū cōtulerat pr̄i. Vn̄ canit eccl̄ia in hymno de eodē. Ille pmissi dubius superni perdidit prōpte modulos loquele sed reformasti genit⁹ perēpte

organa vocis.

¶ Scđo btũs Jo. iste nascendo cõsolat⁹ est vis matrẽ suaʒ: que prius in opprobriis habebatur ppter sterilitatem suã. Sed in dicta natiuitate cessauit hmõi matris opprobriũ. Propter qđ dicebat. Sic fecit mihi dñs in diebus quib⁹ respexit auferre opprobrium meũ inter hoies. Unde etiã canit ecclesia de eadem Elizabeth: Erat quidẽ in fecũda corpore: sʒ seruata mysterio: caruitqͣ sterilitatis opprobrio gignendo filiũ de celo promissum.

¶ Tertio dictus Jo. nascendo cõsolatus est ferme vniuersum mũdum: quia venit tanq̃ precursor direct⁹ ⁊ lucerna lucens ante dñm. Propter quod de eo voce angelica p̃dictũ est. Multi in natiuitate ei⁹ gaudebunt. Quod verbũ pertractãs deuotus Ber. in p̃mo ser. hui⁹ solẽnitatis dicit q͏ natiuitas Joãnis ipsis paganis (vt inquit audiuim⁹) leta est ⁊ solẽnis. Similiter idem Ber. ser. ij. de eadẽ solẽnitate: vbi agit de decẽ honoribus ipsius Joãnis: tractans de quinto honore dicit sic. Letatur orbis: ⁊ p quatuor orbis climata circũsonat gloriose festiuitatis instantia: ipsis etiam celis celebris ⁊ famosa. Et post pauca. Nullius inquit hois natiuitatẽ preter soli⁹ dei in auctoritatis arcẽ recepit ecclesia huius isti⁹ exceptione seruata. Hec ille. Et nota q͏ tp̃e ipsius beati Ber. nõdũ institutũ erat festum natiuitatis beate virginis. Ex q̃ patʒ q͏ ecclesia prius coluit festuʒ natiuitatis Joan. q̃ beate v̄ginis. Et hoc arguit magnũ priuilegiũ in ipso Joanne. Hoc idẽ etiam dicit beatus Augusti. ser. primo huius diei: vbi in p̃ncipio sic ait. Post illũ sacrosanctum domini natalis diem nullius hominum natiuitatem legim⁹ celebrari nisi solius beati Joãnis baptiste. Dicit etiã idem Augu. ad fratres in eremo ser. xxv. qui intitulatur de ieiunio: q͏ festiuitas natiuitatis beati Joã. non solum apud fideles: sed ⁊ apud infideles vigiliam habet: in qua conueniunt ad suam ecclesiam vigilantes. Hec ille.

¶ Moraliter. Sicut facim⁹ festũ in terris de natiuitate corporali ioãnis: ita etiam sancti angeli in celo faciunt festũ valde gaudiosũ de natiuitate spirituali q̃ pauper peccator renascitur per gratiam: quia vt habetur Luce. xv. Gaudiũ est angelis dei super vno peccatore penitẽtiã agente. Et vt dt Origenes sup librũ Numeroꝝ homil. lxix. Agũt angeli diẽ festũ letãtes super his qui refugientes, cõsortia demonũ: per exercitia virtutũ angelicis festinãt sociari consortijs. Hec ille. Et sic ptʒ de p̃ma parte p̃ncipali.

¶ Postq̃ ergo ostendimus pro nr̃a mediocritate qualiter beatus Joã. baptista fuit excelsior tribus viris excelsis quo ad legem nature: cõsequenter restat idem ostẽdere de excelsis viris qui fuerũt sub lege scripta. Sʒ de multis tm̃ dicem⁹ de trib⁹.

¶ Primo igitur in lege scripta excelsus fuit Samuel in fama. Nã adeo celebris ⁊ p̃clara erat illius fama, q͏ vt habet. j. Reg. iij. cognouit vniuersus israel a

Dan vsq Bersabee q fidelis Samuel propheta esset dñi. Et nota q dicit a Dan vsque Bersabee.i. a fine regionis vsq ad alium finem.

¶ Sed profecto excellior Samuele fuit btūs Jo. in preclara fama. Nā iudei nō solum credebant eum esse communē pphetam alijs similē: verumetiā cū opinabantur esse verū messiā in lege promissum. Propter quod Judei miserunt semel ad eū sacerdotes et leuitas vt interrogarent eū si ipse esset xps: vt legit Jo.i. Item Luce.iij. dicit q populus existimabat et cogitabant oēs in cordibus suis de Joāne ne forte ipse esset Christus: vnde Petrus Damianus in ser. de eodē Joan. qui incipit. Uita dilectissimi: dicit sic. Perpendite fres mei q admirabilis immo q angelica erat vita btī Joan. baptiste: q certe magnifica cūctis opinione claruerit: q cum nullius signū virtutis ostenderet: xpm tamen illū esse ois populus existimabat.

¶ Moralit. Ex pdictis instruimur p virtutum insignia nobis pcurare bonā famā: et hoc ad proximorū edificationem: dicente xpo Matth.v. Sic luceat lux vra corā hoibus: vt videat opera vestra bona, et glorificent et c. Nā et ad hoc ipsum nos admonet scriptura Eccli.xlj. dicens. Curam habe de bono nomine. Cuius ratio assignat Prouerbi. xxij. cum dicitur q melius est nomen bonum q diuitie multe. Uñ Aug. lib.j. de vita et moribus clericorū: exponens illum textū apli.ij. Cor.viij. Prouidemus bona nō solū corā deo: sed etiā corā hoibus: dicit sic. Nolo vt aliquis de nobis inueniat male viuendi occasionem. Propter nos enim cōsciētia nostra sufficit no bis. Propt vos fama nra non pollui sed pollere debet in vobis. Due res sunt cōsciētia et fama. Cōscientia tibi: fama pximo tuo. Et nota q ibi loquit de platis: quo bona fama debet alios edificare.

¶ Scdo in lege scripta excelsus fuit Helias in vita sua: et hoc pcipue in qtuor. Primo quidē in mirabili ɔstantia. Nā regē Isrl crudelissimū noie Achab ɔstanter et intrepide ppt suā idololatriā et alia publica ipsius facinora reprehēdit: vt ptz.iij. Regū. xviij. Silr regē Ochosiam.iiij. Reg.j. Scdo in aspera vita. Nā interdū panē subcinericiū comedit: vt ptz.iij. Reg.xvij. Tertio in hitatiōe solitaria. Nā ingressus ē desertū: et ibi aliquāto tpe māsit: vt ptz.iij. Reg.xix. Quarto i vestiū duritia. Nā vt hr.iiij Reg.j. Uir pilosus erat: et zona pellicea accinctus erat renibus.

¶ Sed profecto excellior Helia fuit btūs Joā q ad oia pdicta. Et q uis Ambro. sup Lucā lib. j. expones illd vbū Luc.j. Ipse pcedet illū: scz Joannes xpm in spū et virtute Helie, in multis equiparat duos pdictos viros Heliā scz et Joan. nihilominus possumus facile persuadere Jo. multo excelsiorē Helia quo ad quatuor predicta.

¶ Primo igitur fuit Joan. excelsior Helia in constantia Helias enim timuit: et a facie impijssime Jezabel vxoris Achab fugit: ne scilicet caperetur et occideretur: vt patz.iij. Regū.xix.

Hoc autē Jo. nō fecit: quinimmo de desertis exiuit vt imperterrite regem Herodē super incestu suo redargueret: dicēs illi in faciem. Nō licet tibi habere vxorē fratris tui Philippi. Mar. vj. Item valde constanter reprehēdit phariseos et saduceos: vocās eos progeniem viperarum: et dicens illis. O progenies viperarum q̄s demonstrabit vobis fugere a ventura ira? Facite igit fructū dignum penitentie. Matth. iij.

¶ Secundo Joā. fuit excelsior Helia in aspera vita. Helias em̄ non solum panem comedisse legitur: verum etiam quandoq̄ carnibus vsus est: quas sibi per singulos dies mane et vespere ex diuina ordinatione ministrabant corui: vt patet. iij. Regum. xvij. At vero Joan. panem ex quo desertum intrauit / minime gustauit: sed cibus illius erant locuste. i. musce magne ad longitudinem vnius digiti. Alij autem dicunt q̄ locuste sunt herbe syluestres aspe ꝛ amare. Ecce esca patriarche Joannis. Ecce delitie filij pontificis Zacharie. Preter aūt locustas alium cibum habebat Joan. in vsu: scilicet mel syluestre. i. muscarum syluestrium. Certe nescio quid gustui Joan. delicatiꝰ: locuste: an mel syluestre. Unde deuotus Ber. ser. ij. huius diei: describens quintū o hnorem diui Jo. dicit sic. Nō querunt p hasides aues: non per totā curritur regionē: vt patriarchalis stomachus impleatur: sꝫ erat esca eiꝰ locusta ꝛ mel syuestre. Celi rore pascitur: ꝛ animalis vilissimi satiatur edulio: nihilq̄ coctum accipit ieiunantis austeritas. Castigato ventre: et diuturna maceratione distento: ignota fuit ferculorū varietas: nec introiuit in os eius qđ gulā alliceret: aut stomacho blandiret. Helias cōedit carnes: ꝛ si quid aliud apponebat / cū gratiarum actione pcipiebat: nec aliquem legimus ex illa veteri officina ad legis huius (scꝫ abstinentie a carnibus) aspirasse fastigium. Hec Ber. vbi supra.

¶ Tertio beatus Joan. fuit celsior Helia in habitatiōe solitaria. Helias enim etsi quandoq̄ in deserto manserit: non tamen diu: nec assidue: sed quandoq̄ inter homines conuersabatur. beatus autem Joan. a septimo etatis sue anno: spirituisancto afflatꝰ / nō puerili leuitate motus / paterna domo derelicta eremum petiuit: iuxta id quod canit ecclesia. Antra deserti teneris sub annis ciuium turmas fugiēs petisti: ne leui saltē maculare vitā famine (.i. locutione) posses. Ibiq̄. xxv. annis solus incognitus hominibꝰ mansit: quousq̄ scꝫ predicare et baptizare cepit. Qđ si q̄ratur quomodo pater suus Zacharias similiter ꝛ mater passi sunt eum quē vnicū habebant / tanto tempore inuisum permanere? Responderi potest ad hoc tripliciter. Primo quidem q̄ incertum est nobis si dicti parentes tunc adhuc supstites essent. Secundo vero dici potest q̄ desertum illud erat longum et latum: insuper q̄ ibi erant varie speluncе et latibula in quibꝰ se poterat Joan. abscōdere. Et ita arbitrari poterāt q̄ in vanū que-

liuissent eum. Tertio autem et melius dici pōt ꝙ dicti parentes libenter propter deum passi sunt filij sui vnici absentiam scientes ex his que in eius ꝯceptione ⁊ natiuitate diuinitꝰ acciderant: dictū puerū ad oīa gesta sua per spiritūsanctū dirigi et regulari.

¶ Quarto beatꝰ Joan. fuit excelsior Helia in vestiū duritia et asperitate. Quāuis em̄ Helias vocetur in sacra scriptura vir pilosus.i.habens habitum hirsutum seu pilosum ad modum hirci: (vnde scd̄m catholicon hirsutus ꝓprie dicitur cuius pili erecti extant) nō tñ legitur de eo ꝙ a sua puerili etate/⁊ vsqꝫ ad vite terminū in tali despecto ⁊ duro habitu icesserit. Insuper quāuis desuper sic tegeretur Helias: nō tamen negat scriptura quin sub tali veste hirsuta deferret aliā vestem molliorem. Modo de beato Joan. communiter tenetur ꝙ ex quo intrauit desertū: scilicet in etate septem annorum: nunqꝫ deinceps vsqꝫ ad decollationem eius alio vsus est habitu. Unde eo decollato caput eius cilicinis inuolutū est: quibus scilꝫ cilicinis indutus fuerat in deserto: vt legitur in historia de inuētione capitis eiꝰ. Propterea de eo canit ecclesia in hymno. Prebuit hirtum tegimen camelus artubꝰ sacris. De eo etiā scribit Matth.iij. ꝙ habebāt vestimentum de pilis camelorꝫ: et zonam pelliceam circa lumbos suos. Idē etiam habetur Marci.j.

¶ Moraliter. Ex quatuor predictis datr nobꝫ religiosis quadruplex instructio. Prima est ꝙ debemus esse cōstantes ⁊ audaces in reprehēsione vitiorū: ita vt non adulemur magnatibus neqꝫ potētibus huius seculi. Sic enim precipit dominus cuilibet predicatori dicēs illd Esa.lviij. Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuā: ⁊ annuncia populo meo scelera eorū: ⁊ domui iacob peccata eorum. Sed profecto multi sunt moderni predicatores quibus dominus dedit ⁊ literas ⁊ gratiam verbi / qui ne perdāt gratiam magnatū/nō audēt mordere vlcera eorum: sed potius ea lingunt per adulationem. Et tales recte figurātur per illos canes qui veniētes ad Lazarum vlceribꝰ plenum/lingebant vlcera eiꝰ. Luce.xvj. Applicatio est facilis.

¶ Secunda instructio que ex precedentibꝰ nobis religiosis datur / est ꝙ debemus domare carnē nostram ieiunijs ⁊ abstinētia esce ⁊ potꝰ: vtpote abstinendo a delicatis ⁊ exquisitis atqꝫ superfluis cibis et potibꝰ. Unde secundum iura antiqua monachis extra casum necessitatis aut infirmitatis iterdicitur esus carniū: vt patet de cōsecratiōe dist.v.carnem. Caro enim carnem nutrit: ⁊ ad carnalia desideria prouocat. Ideo religiosi cupiētes domare carnis cōcupiscētias: debēt a carnibꝰ abstinere. Sed dicunt non nulli religiosi gulosi / allegantes excusationē in peccatis: ꝙ ideo volunt pasci bonis carnibus/cibis ac potibus: vt fortiores efficiātur. Quibus respondet Augu. ad fratres in eremo

ser.iiij.qui intitulatur de prudentia: dicens. Non enim seculum reliquimus vt delicate pasceremur in eremo: supple religionis. Item Hier. expressius ad propositum loquitur prima parte epistolarum suarum / epistola. vj. capi. xxxviij. ita dicens. Si milonis illius crotoniate vires olera non ministrant: que nascuntur et aluntur ex carnibus: quid necesse est viro sapienti / et philosopho xpi tantam habere fortitudinem que athletis et militibus est necessaria: quam cum habuerit: ad vitia prouocetur? Hec ille.

¶ Tertia instructio que datur religiosis ex precedentibus: est quod solitarie conuersentur: vitando secularium hominum conuersationes quantum eorum status patitur. Unde Hiero. iij. parte epistolarum suarum epistola xxxix. ad Rusticum monachum de seipso scribit dicens. Mihi oppidum carcer: et solitudo paradisus est. Quid desideramus vrbium frequentiam: qui de singularitate censemur?

¶ Quarta instructio est quod religiosi exemplo beati Joan. non debent preciosis indui: sed potius vilibus. Unde Augusti. in regula de communi vita clericorum. Nec inquit affectetis vestibus placere: sed moribus. Et per oppositum Hieron. iij. parte epistolarum suarum epistola. xiiij. ca. xxxj. vocat illas moniales meretrices pessimas: et scortum vilissimum: que preciosis et pomposis pannis indui volunt. Non est inquit opus cadaueribus mortuorum preciosis atque compositis ornamentis superuestiri. Histrionibus et lusoribus regum et principum seculi mollia sunt relinquenda. Joannis de pilis camelorum interest vestiri. Pudeat igitur religionis nomen habere: et se cultu vestium histrionem ostendere. Fateor illos mentiri qui gloriantur se seruare castitatem: et in vestibus sectantur lubricitatem. Hec ille.

¶ Tertio in lege scripta excelsius fuit moyses in humilitate. Nam cum dominus vocauit eum vt esset dux ppli sui in liberando eum de manu pharaonis: et in deducendo eum per deserta: tripliciter ex humilitate se excusauit apud eundem dominum. Primo quidem dicendo. Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem: et educam filios israel de Egypto? Exo. iij. Secundo vero allegando suam imperfectionem. et dicendo. Obsecro domine: non sum eloquens ab heri et nudiustertius. Nam ex quo locutus es ad seruum tuum: impeditioris et tardioris lingue. Ego sum. Exo. iij. Tertio autem orando pro aliquo digniori cui detur a deo commissio educendi populum de Egypto: cum ait. Obsecro domine mitte quem missurus es. glo. interli. aliquem digniorem. De lyra autem dicit quod hic orabat pro fratre suo Aaron qui erat eloquentissimus: et quem petebat a domino habere consortem in predicta commissione. Patet ergo quomodo Moyses tribus modis ostendit suam humilitatem magnam. Ecce quomodo ipse fuit excelsus in humilitate.

¶ Sed profecto btus Joan. baptista fuit excelsior ipso Moy-

se in humilitate. Hoc autē ipse aperte ostendit tripliciter siue tribus modis.

¶ Primo quidē dicendo se non esse prophetam. Hoc aūt Moyses de se nō dixit. Nam vt legitur Joā. j. cum misissent iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad eū vt interrogarent eum si esset propheta: dixit illis ꝙ non. Ecce eius humilitas.

¶ Q; si arguatur Joan. de mēdacio in sua responsione: maxime cū de eo dicat Christus qui est ꝟitas infallibilis: ꝙ ipse est propheta: et plusꝙ propheta. Mat. xj. Hic autem interrogatus an esset ꝓpheta: respondit ꝙ nō: videtur ergo mendaciter respondisse iudeis. Q; si dicat sic respōdisse mēdaciter ex magna humilitate que in eo erat: hoc reprobat Augusti. de ꝟbis apostoli. ser. xxix. et similiter recitatur. xxij. q. ij. cum humilitatis causa. vbi sic ait. Cum humilitatis causa mentiris. si non eras peccator antequam mentireris: mentiendo efficeris quod euitaueras.

¶ Respondetur ad hoc ꝙ Joā. non est mentitus cū respondit sacerdotibus et leuitis se nō esse prophetā. Tum primo quia respondit scd̄m ꝙ intendebant eū interrogare. Judei em̄ eum interrogabant si esset ille magnus ꝓpheta de q̄ Deut. xviij. ꝓphetauerat Moyses dicens. Prophetā suscitabit vobis de⁹ ⁊c. qui quidem propheta futurus non erat alius ꝙ Christus incarnandus. Modo euidēter constat ꝙ Jo. non fuit xp̄s: sed precursor ipsius. Tum scd̄o: q2 scd̄m aliā opinionē, ꝑdicti intē debant Joā. interrogare si esset ꝓpheta Heliseus: qui per quādam excellētiā dicitur hic antonomatice propheta. Constat autem ꝙ Jo. non fuit Heliseus: saltem in persona. Uel secundū glo. interli. super predicto verbo. Propheta es tu? Joānes illis respondēs nō: voluit eis dicere. Non sum vn⁹ de illis prophetis de quibus me esse putatis. Tū tertio quia scd̄m glo. ordina. allegantem venerabilem Bedam: Joan. fuit plusꝙ propheta: quia angelus: non natura: sed officio. Angelus em̄ ꝑm Jsido. de summo bono: lib. j. c. xij. nomen officij est: non nature. Nam scd̄m naturam angelus spiritus nuncupat: sed tunc angelus vocatur quando mittit. Unde et angelus idē est ꝙ nuncius. Merito ergo Joann. angelus dicitur: id est nūcius: quia fuit nuncius Christi: eius aduentum nuncians iudeis, et dicēs. Medi⁹ vestrū stetit quē vos nescitis. Jpse est qui post me venturus est: scilȝ ad predicandum, baptizandum, patiendū: et ad limbū descendendum. Tum quarto quia Joann. non tantū propheta fuit: sed etiam plusꝙ ꝓpheta ꝑut de eo testatus est xp̄s Mat. xj. eo. s. ꝙ non tm̄ xp̄m venturum ꝑdixit: sicut moris est ꝓphetarū futura predicere: verum etiā eū digito demōstrauit dicens: Ecce agnus dei Joan. j. Ex his ergo oībus liquide patet Joannis humilitas qui se prophetā esse negauit. Per quā quidem confessionem et responsionē patuit eius ingēs humilitas super humilitatem Moysi.

¶ Secūdo beat⁹ Jo. excelsiorē Moyse in humilitate se esse ostendit: cū de se interrogātib⁹ quis esset ait. Ego vox: scʒ verbi incarnati: vt dicit gl. inter. clamantis: supple in me et per me in deserto. Sed quid clamantis? Certe id qd sequitur. Esa. xl. Parate viam dñi: scʒ in vobis per fidem et per bona opera: p que dñs in aias sanctas se trāsfert. Circa quod notandum ꝙ beatus Jo. non dixit iudeis ꝙ esset filius zacharie pontificis aut ꝙ esset propheta: et plusꝙ propheta: aut in vtero sanctificatus: sʒ humilia de se sentiens dixit se esse vocem verbi diuini clamātiʒ i deserto. Et hoc ideo qꝛ sicut verbum mētale pcedit vocē: eo ꝙ sicut dicit Philosophus. j. Periherme. voces sunt note earum que sunt in anima passionuʒ: sic etiam beatus Jo. primo apparuit in terris tam nascendo: ꝙ seipsum manifestādo mūdo: nihilominus ipe xp̄s tanꝙ verbum patris ipsum ab eterno precessit: iuxta testimonium eiusdē Joan. dicentis de xp̄o. Jo. j. Ante me fact⁹ est. Est nota ꝙ ibi capit factio improprie: put se extendit ad gñationem diuinā. Deinde cōsequēter ostendit suam magnā humilitatem/ ꝛ simul xp̄i sublimitatē: cum ait de ipso xp̄o. Cuius nō sum dignus vt soluā eius corrigiam calceamenti. Et est cōmunis modus loquendi illius qui vult alium multum exaltare.

¶ Tertio beatus Joā. ostendit se esse in humilitate excelsiorē Moyse circa Xp̄i baptismum. Nam vt legitur Matt. iij. cum Xp̄s venisset ad Joannē vt baptizaretur ab eo: ipse Joā. prohibebat eum dicēs. Ego a te debeo baptizari / et tu venis ad me? Ac si apte diceret. Ego sum seruulus/ ꝛ tu summ⁹ dñs. Ego vilis creatura/ ꝛ tu omipotens creator. Ego filius pontificis et tu filius vnigenitus dei patris. Ego homo ex tempore natus: ꝛ tu verus deus ab eterno genitus. Tu rex regum: et ego precursor tuus. Tu verbū dei patris: ꝛ ego vox exprimēs verbum. Tu ex sola iuuenili virgine ex tēpore natus: ꝛ ego ex sene patre ꝛ sterili matre formatus. Et breuiter/ te oportet crescere: me autē minui. Ecce Jo. humilitas cū debuit baptizare illū qui est fons et exemplar totius humilitatis: de q̄ etiam loquitur ecclesia dicens. Baptista contremit/ et nō audet tangere sanctum dei verticem: sed clamat cum tremore: sanctifica me saluator.

¶ Moraliter. Sicut btūs Joā. fuit excelsior Moyse in humilitate trib⁹ modis: ita etiā deberm⁹ laborare ad triplicē gradum humilitatis obtinendū et conseruādum in nobis. Primus est necessitatis: vt scʒ humiliemur coram dño et maioribus seu superiorib⁹ nostris. Secundus gradus est charitatis ꝛ societatis: vt scʒ humiliemur coram nobis eq̄libus et paribus etate/ gradu/ ꝯditione: ꝛ hmōi. Tertius gradus dicit summe pfectionis et supererogationis vt scʒ humiliemur corā inferioribus nr̄is/ siue illis ministrando/ siue alias. Et ad hunc summum humilitatis gradū valde pauci perueniūt. Ad illū tamen

peruenit beatus Martinus: de quo legitur q seruo vno contentus erat: cui versa vice adeo seruiebat vt plerunque ei calceamenta detraheret: et ipsa detergeret. Itē ad eundem humilitatis gradū peruenerat beatus Ludouicus quondam francorū rex: de quo legitur q quolibet sabbato consueuerat in loco secretissimo quorundam pauperum proprijs manibus abluere pedes: deinde detergere ac humiliter osculari: similiter et manus: certam summā pecunie cuilibet tribuēdo. Interdum etiam parē humilitatem exercebat pius rex erga ducentos pauperes. Et qd est mirabilius/ quādoqz leprosis proprijs manibus ministrabat. Et istud est contra illos superbos et clatos qui abhorrēt et dedignantur pauperes &c. Sic ergo patet de secunda parte principali presentis sermonis.

¶ Postqz in superiori parte ostensum est quō beatus Jo. fuit excelsior tribus magnis et excelsis viris quo ad legem scriptam: nunc et finaliter superest idem ostendere de excelsis viris quo ad legem gratie: Sed de multis tantū et breuiter dicemus de tribus.

¶ Primo igitur in lege gratie excelsi fuerunt gloriosi illi innocētes qui pro Christo occisi sunt. De quibus etiam legitur Apocalyp. xiiij. q sine macula sunt ante thronum dei.

¶ Sz multo excelsior fuit beatus Joānes. Tum primo qr in vtero sctificatus: vt dictū est. Non sic aūt de illis innocentibus. Tū scdo quia multa sancta et laudabilia opera in vita sua est operatus: illi aūt tantū vnū opus laude dignum gesserunt: scilz q p xpo occisi sunt. Tum tertio quia Joan. dupliciter merito est dotatus: scz merito alieno/ qd est xpi: et merito personali. Illi autē nullū meritum personale habuerunt presertim fm illos qui negant in eis fuisse rōnis vsum acceleratum: sed q nunc saluentur et regnent in celis: hoc tm pueniss e ex merito xpi. Ex qbus oibus infertur q sicut beatus Joannes fuit excelsior beatis innocentibus in presenti p vite meritum. ita etiam et nunc in celo per copiosum premium.

¶ Moraliter. Hic instruimur postqz ad annos discretiōis peruenimus/ et cū sumus doli capaces: multiplicare bona opa: vtpote ieiunia/ orones/ eleemosynas/ et fim lia: quia sic agendo maius pmiū tandē pcipiemus in celo. Tunc enī reddet deus vnicuiqz iuxta opera sua.

¶ Scdo in lege gratie excelsus fuit beatus Paulus apls in populorū instructiōe. Multos enī scripto et vbo attraxit Paulus ad viā veritatis: sicut patz de Corithijs/ Colossensibus/ Ephesinis/ Philippensibus/ et Galathis: qui oēs greci erant. Idem silr de patz de Hebreis. Idem silr de Romanis: q sunt Latini. Ecce quō instruxit Paulus Hebreos/ Grecos/ et Latinos: sicut patz intuenti eplas suas. Propter qd doctor ecclesiarum appellatur: cuius doctrina fulget ecclesia vt sole luna.

¶ Sed multo excelsior q tum ad aliquid fuit beatus Joann.

baptista: in hoc scz q vt legitur Matt. iij. Omnis hierosolyma et omnis Iudea / atq ois regio circa iordanem exibat ad eum. Et hoc propter tria. Primo quidem vt audirent predicationē eius q̄ terrebat multos dicens: O pgenies viparū: q̄s demonstrabit vobis fugere a ventura ira? Deinde puocabat eos ad bonum: dicēs. Facite ergo fructū dignū penitentie. De paulo aūt nō legit q ppls sic curreret post eum vt audiret eius predicationem. Secundo populus exibat ad Io. vt baptizaret ab eo. Tertio vt confiteretur sibi peccata sua. Et de istis duobus simul scribit vbi supra: cū subditur. Et baptizabātur ab eo in Iordane: confitentes peccata sua. Ubi aduertēdū q nec baptismus quē dabat Io. erat verum sacramētum: nec similiter confessio que illi fiebat. Primū patet ex forma qua vtebatur: q̄ talis erat. Ego te baptizo in noie xp̄i venturi. Secundum similiter patet satis euidenter: qz nec Io. erat sacerdos: et per cōsequens non poterat esse minister sacramenti confessionis. Nec etiam adhuc erat institutum penitentie sacr̄m. Utrunq; tñ scilz tam baptismus quē dabat Io. q̄ confessio que illi fiebat: erat quedam p̄paratio et prefiguratio vtriusq; sacramenti a Christo instituendi.

¶ Respōsio. Non fit festum speciale hac die de cōmemoratione beati Pauli q̄si in signū qḋ non eodem die passus sit quo ꝛ beatus Petrus: vt aliqui voluerūt dicere: maxie cū eccl'ia teneat. ꝙ eodē die numero et nō specie q̄si reuoluto anno passus sit Paulus post Petrū: vt patet expresse dis. xxj. Quis. vbi dicit̄ ꝙ Petrus et paulus non diuerso sicut heretici garriunt: sed vno tp̄e/ vna eadēq; die gl'iosa morte coronati sunt. Item in signum huius eccl'ia in collecta de festo eorūdez apl'oꝝ sic orat dicēs: Deus qui hodiernā diē apl'orum tuorū petri et pauli martyrio consecrasti ꝛc. Sil'r. beatus Dionysius q̄ interfuit eoꝝ martyrio: scribens de hoc ad Timotheum Pauli discipulū sic loquitur/ dicēs: O frater mi Timothee/ si vidisses agones cōsummationis eoꝝ: defecisses q̄dē pre tristitia ꝛ dolore. Quis nō fleret illa hora q̄n preceptum sententie egressum est in eos: vt petrus crucifigeretur: ꝛ Paulus decollaretur? vidisses tunc turbaz iudeorum et gentiliū pcutiētes eos/ et expuētes in faciē eoꝝ. Aduenien te aūt terribili tp̄e cōsūmationis ipsoꝝ cū separētur abinuicem: ligauerūt colūnas mūdi: non vtiq; absq; fratruz gemitu et ploratu. Tūc inquit paulus petro: pax tecū fundamentum eccl'iaꝝ/ et pastor ouiū ꝛ agnorum xp̄i. Petrus aūt ad paulū ait: Uade i pace predicator bonoꝝ mediator ꝛ dux salutis iustoꝝ. Cum aūt elongassent eos abinuicem: secutus sum magistrum meum. Non enim in eodem vico occiderunt eos. Hec Dionysius. Ex cui⁹ dictis patz euidenter ꝙ eodē die numero martyrium consummauerunt Petrus et Paulus. Idem refert Leo papa in sermone de eisdez apl'is. Similiter et Hiero. de viris illustribus. Itē idem cōfirmat eccl'ia: que de ipsis canit/ dicens: Gloriosi principes terre q̄uo in vita sua dilexerūt se: ita et in morte nō sunt separati. Patet ḡ ꝙ eodē die numero passi sunt Petrus ꝛ paulus.

¶ Sed ex quo sic est: tunc manet q̄stio pus posita indecisa: cur. s. hodie facim⁹ festū de btō Paulo? Ad qḋ respondetur ꝙ ꝓpter quatuor. Primo quidem qꝛ quilibet eoꝝ est tāte digni-

tatis apud hoies:z tante sancti tatis apud deum:q bene mereretur specialiter honorari et coli. petrus quidem: qz clauiculari⁹ celi. paulus vero:qz doctor z lumen eccl'ie. Scdo vero qz totum offm diei hesterne vsque ad vesperas tantum loquitur de btō petro: sicut et offm huius diei de beato paulo. Tertio aūt hoc fit eo q hesterna die aut saltem simili fuit dedicata eccl'ia beati petri. Quarto et vltimo hoc fit in signum q btūs Petrus prius cōuersus est ad xp̄m:z qz etiam prior vrbem intrauit. Et sic ptz de prima questione.

¶ Scda questio est q̇s horum duorum apl'orum maior fuerit Ad hoc respondetur q potest esse q̄stio de maioritate meriti aut excellentie.

¶ Primo igit̃ si sit q̄stio de maioritate meriti et gr̄e: ille solus q̇ spirituū est ponderator: nouit q̇s eorū sit maior. Dicit tn̄ Ambro.in serm̄.de eisdem apostolis: put recitat̃.ij.q.vij. beati.duo satis notanda. Primū est q inter vniuersos apl'os isti duo eminent:z speciali quadā prerogatiua precellunt:vt scz parem virtutem z constantiam contra psecutionē in passione habuisse videant̃: vt dt glos.sup codē capl'o. Scdm est q putandi sunt equales esse meritis qui equales sunt passione. Non em̄ inq̄t ipse Ambro.sine causā factū putamus q vna die passi sunt:vno in loco: et sub vno persecutore. Una enim die passi sunt: vt ad xp̄m pariter peruenirent. Uno in loco:ne alteri Roma deesset. Sub vno persecutore: vt equalis crudelitas vtrūq ↄstrigeret

¶ Scdo si sit questio de maioritate excellentie: tunc se habent sicut excedens et excessum atq eq̄le:z hoc ſm tria q̄ in ipsis possumus considerare que sunt p̄latio.p̄dicatio: apostolici status conditio. Primo igitur si in ipsis cōsideremus prelationem eccl'iasticam:tūc petrus est maior paulo: sicut papa est maior legato. Nā ↄstat q beatus petrus tanq̄ vicari⁹ xp̄i fuit papa vniuersalis eccl'ie. In cuius signū ipse xp̄s dixit ei q deberet vocari Cephas.i. caput eccl'ie. Jo.j. Paulus aūt fuit tanq̄ legatus a latere: qz fuit vocatus ad apl'atum a xp̄o sedente ad dexteram dei p̄ris: ideo dicit de seipso loquēs.ij.ad Cor.v. Legatione fungimur tanq̄ deo exhortāte p nos. Si ḡ ſm p̄latiōnē eccl'iasticam petrus fuit papa:et paulus legatus a latere: euidenter concluditur btm̄ petrum fuisse maiorem ipso paulo. Scdo si in dictis duobus xp̄i apl'is cōsideremus predicationem: tunc ipse paulus fuit maior petro. Nam in officio predicatiōis plus oib⁹ apl'is laborauit: put ipsemet testat̃.j.ad Corin.xv. vbi postq̄ p̄misit dicēs. Ego sū minim⁹ apl'oꝝ:q̇ nō sum dignus vocari apl's: subdit dicens. Abundantius omnibus illis.s.apl'is:laboraui: qz vt dicit glo.interli.sup predicto verbo. Paul⁹ apl's plures populos p̄dicauit q̄ ceteri apl'i sigillatim: Unde de eo canit ecclesia q fuit vocatione nouissimus:sz p̄dicatione primus. Tertio si in p̄dictis duobus apostolis consideremus status apostolici conditionē: tūc in hoc fuerūt equa

les. Nā quilibet fuit aplus xpi. Da exēplū de sacerdotibus qui ex vi consecrationis sue sunt pa res. Quantū igr ad aplatum nō est dria inter eos: nisi qr petrus fuit vocat⁹ prior: ⁊ paulus posterior: qr post dñi ascensionem: vt ptz Act. ix. Et sic ptz ad q̄situm.

¶ Tertia q̄stio est iux vba thematis: q̄re. s. paul⁹ vocatur vas electionis. Rñdetur q ppt tria. Primo quidē qr pbandus erat multitudine tribulationū: vt dicit glo. interli. Scdo qr erat integer carne: vt dicit eadem glo. Tertio qr erat specialiter a deo elect⁹ vt in eo reponeret gra dei de qua frequēter loq̄tur in suis eplis: vt ibi. Gra dei sum id qd sum: ⁊ gra eius in me vacua nō fuit: sed semp in me manet. j. ad Cor. xv. itē ad Tit. ij. Apparuit gra dei et saluatoris nři ⁊c. Itē ad Ro. xij. Scdm gram q̄ data est mihi. Itē dictū est illi a dño. Sufficit tibi gra mea. ij. ad Corin. xij. Et breuit si bñ ispiciant eple eius: nullus est inter euangelistas seu apostolos qui scripserunt: q̄ tā frequēter nominet gram dei sicut hic apls. Nec q̄dē mirū: qr teste saluatore nřo Mat. xij. Ex abūdātia cordis os loquitur. Bonus eni hō. s. paul⁹: de bono thesauro suo. i. de abundātia gratie dei in eo existentis pfert bona. i. loquit frequenter de gratia dei ⁊ de opibus illius. Ecce quare Paulus dictus est vas electionis a dño: q̄ de eo loquens Ananie ait. Uas electionis est mihi iste: vt portet nomē meū corā gentib⁹: ⁊ regibus: ⁊ filijs Israel. Act. ix. Ecce alia rō assignata a dño: cur paulus dicatur vas electionis.

¶ Circa qd notandū q Paulus ante vocationē suā cū. s. psequebatur ecclam dei: poterat merito de seipso dicere illud Psal. Factus sum tanq̄ vas pditum. Nā tunc erat tanq̄ vas plenum spurcitia infidelitatis: supbie: ⁊ crudelitatis aduersus xpi discipulos: ⁊ q̄scūq xpianos. vñ Actu. ix. in pncipio sic de eo legr. Saulus adhuc spirans minarū ⁊ cedis in discipulos dñi: accessit ad principē sacerdotū: et petijt ab eo eplas in damascū ad synagogas: vt si quos inueniret huius vie: sup. dñi: viros ac mulieres. i. q̄scūq xpianos: vinctos pduceret hierlm. Ecce quō tunc paulus erat vas pditū. At vo postq̄ circūfulsit eum lux de celo/ et rñdit dño dicens. Dñe quid me vis facere: cepit esse vas electionis: ita vt de eo posset dici illud. Eccli. xliij. Uas admirabile est: sup. paulus. Nec q̄dē mirū: qr op⁹ excelsi. i. opus dei fuit: q̄ fecit eū talē. Uñ de eo possum⁹ dicere illud eiusdem. Eccli. l. Quasi vas auri solidum: ornatum omni lapide precioso: ita vt sit sensus. Beatus Paul⁹ fuit quasi vas auri. i. contentiuū gre dei: que per aurum designatur. Quod quidē vas fuit solidū p virtutem patientie. Item ornatum omni lapide pcioso. i. omni genere virtutum.

¶ Quarta questio versatur circa vltimam partem thematis: vbi dicitur q beatus Paul⁹ vere digne est glorificādus. Queritur ergo quare beatus Paulus digne est glorificādus? Respondetur q pp̄ter multas virtutes que fuerunt in eo: sed de multis paucas adducemus in

presenti sermone: q̄ etiā eliciun tur ex textu ep̄le presentis solē nitatis. Est ergo hic ap̄ls Paulus glorificandus ratione.
Fidei
Humilitatis
Uocationis
Obedientie
Diligentie
Abstinentie
Curationis
Baptizationis
Fortitudinis
Disputationis.
¶ Primo igitur beat⁹ Paulus digne est glorificandus ratione fidei. Fuit enim in principio sue cōuersionis illuminatus per fidē a deo. Hoc autē notat̄ cum dicit̄ in ep̄la φ subito circūfulsit eum lux de celo: sicut solet fieri in fulgure et coruscatione. Nā lux descendēs de celo significat rectā fidem: que de sursum descendit: scʒ a patre luminū: et hoc per infusionē in intellectuʒ hoīs viatoris. Hec igitur lux fidei circunfulsit. i. ex omni parte illuminauit Paulum: ita vt per speculū et in enigmate iam cognosceret quanta gaudia parata sunt electis in celo: et similr̄ quanta supplicia ordinata sunt reprobis in inferno. Sunt autē nonnulli qui referunt dictā lucē circunfulgentē ap̄lm Paulū: ad claritatē diuine visionis: quam constat ipsum habuisse toto illo triduo quo apertis oculis corporalib⁹ nihil videbat. Tūc em̄ fuit rapt⁹ vsq̄ ad tertium celū: et vidit arcana dei. i. secreta celestia: q̄ nō licet homini loqui. i. que non pōt hō verbis explicare: vt ipsemet testatur. ij. Cor. xij. Predicta tñ opinio non est multū authentica: maxime cum Paulus nesciret quis cum eo loqueretur tunc: vt dicit textus.
¶ Moraliter. Debem⁹ instanter rogare dn̄m vt circunfulgeat nos in presenti vera lux de celo id est fides: que a deo infundit̄: vt dictū est: vt sic tandē circunfulgeat nos lux glorie in celo: dicentes ad ipsum dn̄m illud Psalmiste. Illumina oculos meos (supple interiores) ne vnq̄: id est aliqñ (obdormiam) per errorē aut infidelitatē (in morte) tam nature q̄ culpe.
¶ Scd̄o btūs Paulus digne est glorificandus rōne hūilitatis q̄ tangit̄ cū dicit̄ in presenti ep̄la φ cecidit in terram. Ecce signū humilitatis in eo. Sed ipsemet dat maius testimoniū sue humilitatis. j. Cor. xv. vbi primo vocat se quasi abortiuū dicens sic. Deinde. i. post multos alios de qb⁹ ibi loq̄tur: visus est mihi. i. apparuit mihi xp̄s post suā resurrectionem: mihi inq̄ tanq̄ abortiuo. Sup quo dicit gloss. interlin. φ ipse coactus est ad deū conuerti: vt abortiu⁹ cogit̄ nasci. Uel dic φ ideo abortiuus fuit Paulus: q̄ tardius nat⁹ ad apostolatū q̄ ceteri ap̄li: quia post dn̄i ascensionē. Scd̄o Paulus vocat se minimū ap̄loꝝ: eo scʒ φ sit vltimo a xp̄o vocatus. Da exemplū de Jacobo alpheo qui dicit̄ minor: non q̄ esset minoris etatis ad litteram q̄ Jacobus zebedeus: sed quia posterior venit ad dignitatē apostolatus. Tertio Paulus dicit φ est indignus vocari apostolus. Cuius causam assignat cū subdit. Quoniam persecutus sum ecclesiam dei: quod supple non

fecerũt alij apostoli. O quanta igitur apostoli Pauli humilitas atque suipsius abiectio: et ɔtẽptus ꝓprie glorie. O ꝙ vili rei se comparat: quia abortiuo. Propter qḋ Chrysost. de laudibus eiusdem pauli dicit sic. Tāta paulus tanꝙ crebra cũ deo habens colloquia: quanta nec ꝓphetarum nec apostolorũ vllus habuit: per ea ipse humilior reddebatur.

¶ Moraliter. Exẽplo diui Pauli istruimur semper humilia de nobis sentire. Hec enim est vera cõditio veri humilis qui cupit in gloria celesti exaltari. Propter qḋ Psal. de seipso loquens dicebat. Si non humiliter sentiebã. i. q2 ita est ꝙ hũiliter sentiebã de meipso: ideo exaltaui animã meam: id est per talem humilitatem in presenti/merui animã meã exaltari in futuro per gloriã eternam: iuxta illud Luce. xiiij. Ois qui se humiliat exaltabitur. Nonne humiliter sentiebat de seipso saluator noster xp̃s: quandoquidẽ in eius persona loquitur psal. dicens. Ego sum vermis et non homo: opprobriũ hoim ꝛc. Item nunquid humiliter de se sentiebat sanct9 ille patriarcha Abrahã cum dicebat. Loquar ad dñm meũ cum sim puluis ꝛ cinis? Genesis. xviij. Silr nunqḋ humiliter de se sentiebat rex Dauid cũ dicebat Sauli eũ ꝑsequenti ad mortẽ. Quem persequris rex Israel: quẽ persequeris? Canẽ mortuũ ꝑsequeris et pulicẽ vnũ i. Reg. xxiiij. Bene ergo et saluberriter alloquebat̃ sapiẽs hoiem in potestate aut dignitate constitutũ cũ aiebat. Quanto magnus es: humilia te in oibus. Eccl'ia. iij. Sed profecto multi sunt qui sentiunt de se magna: et de alijs parua. Contra quos loqtur scriptura Esa. v. dicens: Ve qui sapientes estis in oculis vestris: et coram vobismetipsis prudentes.

¶ Tertio beatus Paulus vere digne est glorificandus ratione vocationis. Nam postꝙ ꝓstrauit eum dñs in terram: mox vocauit eum noie proprio dicens: Saule Saule qd me persequeris? scʒ in membris meis: vt dicit glo. interli. Satis enim constat ꝙ Paulus tũc non poterat persequi xp̃m in propria: eo ꝙ sederet ad dexteram dei patris gloriosus ꝛ immortalis. Nihilominus ipse xp̃s ex abundanti charitate sua reputat tam aduersa ꝙ ꝓspera membris suis illata / sibi inferri: iuxta illud quod ipsemet ait Matth. xxv. Quod in quit vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. De aduersis quidem hic historiaʒ habemus. De prosperis vero historiã habemus de dtõ Martino: qui cum dedisset mediam chlamydem algenti pauperi: Christ9 de eo dixit. Martinus adhuc cathecumin9 hac veste me contexit. Sed quare geminauit dñs dicens: Saule Saule? Rñsio. propter tria. Primo quidẽ vt ipsum Saulum attentiorem redderet. Secundo vt zelum quẽ ad salutẽ illius gerebat: oñderet. Tertio vt illi insinuaret ꝙ ꝓpter duo eum vocaret. Primo quidem vt vitam priorẽ qua ecclesiã persequebatur: desereret. Secundo ſo vt nouã qua pro ecclesia pateres

tur inchoaret. Ac si aperte illi dñs diceret. Saule Saule declina a malo: ⁊ fac bonū. Desine ab ira: et derelinque furorē quē hactenus exercuisti aduersus discipulos meos. Noli emulari pro paternis tuis traditionib⁹: sed pro meis legib⁹. Desine me in mēbris meis persequi: et para te ad patiēdū pro noīe meo. Durū est tibi cōtra stimulum calcitrare. i. potentiori te incomparabiliter: resistere. Et nota ꝙ vocatio Pauli ad apostolatū est nobilior siue perfectior vocatione aliorū apostolorū: eo scilʒ ꝙ ille vocatus est a xp̄o iā gl'iose regnante in celis. Ceteri aūt ap'li vocati sunt ab eo adhuc ambulante in terris. Et hinc est ꝙ in sigillo pastorali summi pontificis imago Pauli poniť ad dexteram imago autem Petri ad sinistram.

¶ Moraliter. Sicut dñs vocauit Saulū exteri⁹ vt resiliret a via sua mala: et inchoaret viā nouā et bonā: ita etiā plerunqꝫ idem dñs vocat peccatores ad penitētiā: interius eos admonendo et inspirando de salute sua. Inter autem ipsos pctōres duo sunt genera. Primi sunt q̄ faciunt dño aurem surdam: nolētes audire interiorē ipsi⁹ vocationem. De q̄bus p̄s. Aures habent: ⁊ nō audient. Et tales sunt sil'es aspidi obturanti aures suas ne audiat vocē incantantiū. Secūdi sunt qui ꝟ͂ primum audiunt dominū eos interius vocantē: mox parant se ad veniendum. Unde de vnoquoque tali merito potest dñs dicere illud p̄s. In auditu auris obediuit mihi. Sed profecto sunt valde pauci tales. Practica.

¶ Quarto beatus Paulus vere digne est glorificādus ratione obediētie. Ualde enim obediēs fuit dño in principio sue cōuersionis: quod ptʒ ex illo verbo. Dñe quid me vis facere. Ac si aperte diceret. Dñe iube quecūqꝫ volueris, etiā quātūcunqꝫ grauia aut difficilia existant: ⁊ stu debo tibi parere. Glo. interlinearis. Dñe indica voluntatē tu am: ⁊ ego obediā. O profūda obedientia. O discreta et prudens interrogatio. O admirabilis mutatio dexter e excelsi. Nam subito Paulus ex lupo factus est ouis. Lupus eñ prius erat: vtpote sitiens sine intermissione sanguinē sctōrū. Sed cadens in terrā factus est obediēs et mitis ad modum ouis: cum ait. Dñe quid me vis facere? Ac si diceret. Dñe tu es verus pastor et bon⁹. Ego autē sum ouis tua. Faciat ergo bonus pastor de oue sua quecunqꝫ voluerit. Eam ducat et reducat quocūqꝫ libuerit: etiam per spinas et deserta: per montes, colles et valles: per mediū leonum ac luporū. i. tyrannorū: per ignes et gladios. Et breuiter quascūqꝫ aduersitates illi parare decreuerit: eum nunqꝫ deseret. Heu olim errraui sicut ouis q̄ perierat. Nunc ergo bone pastor req̄re seruū tuū. Hec igiť et his sil'ia forsan dicebat Paulus in terram prostratus.

¶ Moraliter. Paulus in terrā prostratus est quilibet veruspenitens, qui confitendo peccata sua debet humiliter se habere: vtpote genua in terrā flecten-

do: oculos deorsum inclinando: manus deuote iungendo: et hmoi. Talis ergo debet omnino suo confessori obedire: et illi dicere. Dñe quid me vis facere? Id est impone mihi qualecunq; et quantācunq; penitentiā: volueris: et ego parat⁹ sum illā subire et portare. Sic enim consulit beatus Augu. libro de vera et falsa penitētia. cap. xv. Et similiter recitatur de pe. dist. v. cōsideret. Ponat inquit se penitens omnino in arbitrio seu potestate iudicis: in iudicio sacerdotis: nihil sibi reseruans sui: vt omia eo iubente paratus sit facere pro recuperanda anime vita / quecunq; faceret pro vitanda corporis morte. Et hoc cum desiderio: quia vitā recuperat infinitā. Cū gaudio enim debet facere immortalis futurus que faceret pro differenda morte moriturus. Hec ille.

¶ Quinto beat⁹ Paulus digne est glorificandus ratione diligentie. Fuit em̄ valde diligens in adimplendo dñi preceptum. Nam cū sibi querenti et dicēti. Dñe quid me vis facere? respondisset dñs. Surge et ingredere ciuitatē: scz Damascenorū: et ibi dicetur tibi qd te oporteat facere: continuo surrexit de terra. Ecce ei⁹ diligētia. Et quia apertis oculis nihil videbat: ideo illi qui cum eo stabāt stupefacti: eo q' vocē quidē audiebant: sed neminē videbant: ad manus illū trahētes introduxerūt Damascū. Ubi etiam notādū iuxta illud verbū: Uocem quidem audiebant. q' hoc intelligit de voce ipsius Pauli dicentis. Dñe quid me vis facere. Non autem hoc referendum est ad vocē domini: quam astantes nō audierunt: vt dicit glo. ordi. Uiderūt tñ claritatem de celo super eū descendentem: ad modum coruscationis: et ex hac visione fuerunt stupefacti.

¶ Moraliter. Paulus est quilibet penitens: vt dictum est: cui precipit dñs vt surgat a pctō: ipsum totaliter deserendo fm illud Psal. Surgite vos supple penitentes postq̄ sederitis: scz in peccatis vestris. Qd autem hoc intelligat de penitentibus patet per id quod seq̄tur. Qui manducatis panem doloris: id est contritionis: que est dolor pro peccatis voluntarie assumptus. Itē ad Ephe. v. Surge q̄ dormis: et exurge a mortuis. i. a morte peccati: et illuminabit te xp̄s: supple lumine gratie. Hoc aūt faciendū est diligēter instar Pauli: et nō procrastinādo. Uñ Ecclesia. v. Non tardes conuerti ad dñm: et ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira eius: et in tempore vindicte. i. in iudicio tam particulari q̄ generali disperdet te: nisi supple in presenti diligenter conuertaris ad dominum.

¶ Sexto beat⁹ Paulus digne est glorificandus ratione abstinentie. Fuit em̄ maxime abstinentie. Hoc autem patet ex his que sequūtur in epistola: vbi dicitur q' cum socij sui ipsum per manus suas / manus illius supple apprehendentes: traxissent in Damascum: fuit ibi tribus diebus non videns: eo q' non credebat xp̄m tertia die resurgendo mortem vicisse: vt dicit glos. ordi. Et vt dicit dñs Hu-

go cardi. verisi[m]ile est in illo triduo Paulu[m] euangeliu[m] didicisse q[uo]d se non ab homine accepisse: sed per reuelationem Jesu x[rist]i gloriat[ur] ad Gala.j. Sequitur. Et no[n] manducauit neq[ue] bibit: sup[p]ple toto illo triduo. Ecce ap[osto]li Pauli abstinentia. Fuit e[ni]m inquit de Lyra: tunc suste[n]tatus illa visione: sicut et Moyses quadraginta diebus in monte. Ite[m] ipsemet de seipso loquens .ij. ad Cor. xj. cu[m] premisisset: in labore et eru[m]na: in vigilijs multis: supple fui: addidit dicens: in fame et siti, in ieiunijs multis. Super quo dicit de Lyra: q[uod] Paulo aliquando deficiebat cibus et potus. Aliq[ua]n[do] etiam ab habitis abstinebat ad domandu[m] carnem propter alioru[m] exemplu[m]. Chrysosto. etia[m] in tractatu de laudibus Pauli: de abstine[n]tia et parcitate illius loque[n]s dicit sic. Joannes in cibum locustas et mel syluestre sumebat: sed Paulus ita in mundi medio strepitu quemadmodu[m] ille in eremi quiete versatus est: non quidem pastus locustis aut melle syluestri: multo autem his victu viliori co[n]te[n]tus. Hec ille. Ecce igit[ur] quanta fuit diui Pauli abstinentia.

¶ Moraliter. Abstinentia seu p[ar]simonia apostoli Pauli q[ui] tam sanctam ducebat vitam: vt diceret: Nihil mihi conscius sum: id est nullius p[e]c[ca]ti remorsum in [con]scie[n]tia habeo: debet nos multum terrere: maxime cu[m] in multis offendamus omnes, nec t[ame]n vllus est qui agat penitentiam super p[e]c[ca]to suo: vt habetur Hiere. viij. Omnes e[ni]m ferme quantu[m] in eis est: q[ue]ru[n]t delicias suas in p[rese]nti. Qui a[ute]m eas ad desideriu[m] h[abe]re nequeu[n]t: inde tristantur et freque[n]ter moleste feru[n]t q[uod] non possunt replere ventrem. Insuper ieiunia eccl[es]ie pleriq[ue] passi[m] et indiffere[n]ter tra[n]sgrediunt[ur] et quasi pro no[n] culpa hoc reputant. Item multi religiosi ieiunia et abstinentias regulares minime obseruant: quinimmo si detur eis facultas: epulant[ur] quotidie splendide cu[m] diuite illo epulone: qui epulo ab epulis est appellatus. Et io[deo] tales valde timere habent ne cum eo sepeliantur in inferno.

¶ Septimo beatus Paulus digne est glorificandus r[ati]one curationis. D[omi]n[u]s enim qui Paulu[m] ad tempus visu priuauerat: post triduu[m] illu[m] curare voluit et hoc medio ananie ia[m] ad fide[m] co[n]uersi: et apud Damascu[m] habitantis Cui appare[n]s ipse d[omi]n[u]s in visu .i. plena luce: sicut legitur multis apparuisse: dixit illi. Anania surge: et vade in vicu[m] &c. Textus est clarus. Per impositionem ergo manuu[m] Ananie super oculos Pauli confestim deciderunt ab oculis eius tanq[uam] squa[m]e .i. macule dure et albe sicut sunt squa[m]me pisciu[m]: q[ue] quide[m] squa[m]me fuera[n]t in paulo causate a lumine excessiuo ip[su]m pri[us] exceca[n]te. Cadentib[us] [er]g[o] h[uius]m[od]i squa[m]mis ab oculis Pauli p[er] impositione[m] manuu[m] ananie: co[n]tinuo visum recepit. Si[mi]l[ite]r legim[us] de b[ea]to Laurentio de quo canit eccl[es]ia: dicens. Laure[n]ti[us] bonu[m] op[us] op[er]at[us] est: q[ui] p[er] signu[m] crucis cecos illuminauit: sup. cu[m] manuu[m] impositione.

¶ Moral[ite]r. Paul[us] est q[ui]l[ibet] p[e]c[ca]tor: Ananias aute[m] est q[ui]l[ibet] sacerdos habens absoluendi potestate[m] siue ordinaria[m] vt curati et supra:

siue delegatam: vt sunt fratres mendicantes post presentationem diocesano factam. Tunc ergo Ananias imponit manus super Paulū: quotiēs cōfessor sup cōfitentem dicit. Ego te absoluo in nōie patris ⁊c. Cadūt autem tunc squamme cūm virtute absolutionis: vna cū debita dispositione confitentis: remittuntur peccata que prius maculam inferebāt aīe. Quibus rite peractis visum interiorē recipit vel nitens pariter ⁊ gratiam spūs sancti. Prius enim erat cecus p culpā: sed postmodū illuminatur per gratiam: ita vt merito possit dicere cum ceco nato illud Joan.ix. Unū scio q2 cum prius essem cecus: modo video.

¶ Octauo beat9 Paulus digne est glorificandus rōne baptizationis. Nam vt subditur in epistola hodierna post pdicta: surgēs Paulus de terra baptizatus est.s. ab ipso anania: vel forsan ab aliquo alio ministro idoneo sacramēti baptismi: ⁊ accipiens cibum: supp. corporalem: confortatus est carne ⁊ mente.

¶ Moraliter. Baptismus grece lotio dicitur latine. Per hoc ergo q beatus Paulus primo baptizatus est ꝙ cibū sumpserit: designat q quicunq cupit sumere cibum sacramētalem qui est xpi corpus: dz primum baptizari.i. lauari per sacramentalem cōfessionē: ⁊ hoc intellige vbi talis sentit se irretitū aliq mortali pctō. Propterea dicit Apost. de volente accedere ad altaris sacrm. Probet autem seipm hō: ⁊ sic de pane illo edat et de calice bibat. Cuius rōnē assignat cū subdit dicēs. Qui manducat et bibit indigne: iudiciū sibi ⁊c. j. ad Cor.xj.

¶ Nono beat9 paulus digne est glorificandus ratione fortitudinis. Fortitudo nēpe illi9 designatur in multis: pmo qdem in hoc q nō reuerebatur facies tyrannor ac pncipū: sicut patuit de Nerone impatore. Item de illo iudice q cum iniuste fecisset eū in os pcuti: ait illi. Percutiet te de9 paries dealbate. Actuū. xxiij. Scdo in hoc q patus erat pati ardua. Uñ ⁊ ad Ro.viij. dicebat. Quis nos sepabit a charitate xpi? Tribulatio: an angustia: an fames: an nuditas: an periculū: an persecutio: an gladius. Ac si aperte diceret q potius erat parat9 oīa talia aut qcunq tormētor gña pati: ꝙ xpi fidē relinqre seu abrenunciare. Tertio i hoc q eo baptizato nō post dies multos ingressus in synagogas pdicabat Jesum: affirmans q2 hic est filius dei: vt dr in pñti epła. Tunc ergo in eo impletū est illud Esa.xl. Qui sperant in dño: mutabunt fortitudinē. Nōne dñ mutauit fortitudinē suā btūs paulus: qñ quidē ex persecutore ecclie xpi factus est defensor illi9 vsq ad mortē? Certe ita. Ptz ergo fortitudo illi9.

¶ Moraliter. Si cupimus imitari beatū paulum: necesse est vt fortes fiamus in bello tā contra mundum ꝙ contra carnem ꝙ etiam diabolū hostes nřos nequissimos. Nam contra mundum debemus esse fortes p contemptum terrenorum: dicentes illud.j. Tim.vj. Nihil intulim9 in hunc mundum: nihil ⁊c. Item illud Job.j. Nudus egressus sū ex vtero matris mee: nudus q

feuertar illuc. Item cōtra carnem debemus esse fortes per castitatem/siue per castigationem illius: attendentes illud Apostoli verbum ad Rom.viij. dicentis. Si s̄m carnem vixeritis/moriemini scilz spiritualiter et eternaliter. si autem spiritu.i.recta ratione facta carnis mortificaueritis: viuetis vita quidem gratie in presenti/ et glorie in futuro. Item contra diabolum debemus esse fortes per fidem: iuxta illud.i. petri.v. Aduersari⁹ vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit q̄rens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Resistere autē fortiter in fide/est credere premia celestia parata esse fortiter resistentibus tentationibus demonis.

¶ Decimo et vltimo btūs Paulus digne est glorificandus ratione disputatiōis. Nam vt dicitur in fine epistole hodierne. confundebat iudeos: ostēdens supple illis que de christo scripta erāt in veteri lege per prophetas: adeo q̄ non poterant resistere sapiētie et spiritui qui per eū loquebatur. Primo eñ ostēdebat illis xp̄i conceptionem ex illo textu Esa.vij. Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel.i. nobiscum deus. Item probabat illis eiusdem christi natiuitatem ex illo textu eiusdem Esaie.ix. vbi ait: Paruul⁹ natus est nobis: et filius datus est nobis. Item probabat eiusdem christi mortem et passionem ex illis v̄bis eiusdem Esa.liij. Uere lāguores nostros ipe tulit: et dolores nostros ip̄e portauit. Et multa his similia que ibi continentur. Item probabat iudeis eiusdem christi resurrectionem ex illis v̄bis eiusdem Esaie.vbi.s̄. dicentis: Iustus de angustia sublatus est.i. christus per gloriam resurrectionis liberatus est de angustia mortis et passionis. Similiter probabat iudeis ipsi⁹ christi in celum ascensionem ex illis verbis Michee.ij. Ascendit pandens iter ante eos/scz apostolos qui viderunt eum in celum ascendentem. Ecce quomō paulus confundebat Iudeos disputans cum eis: quos conuincebat ex verbis legis eorū. Item legitur Actuum.xvij. q̄ cum esset Athenis/disputabat in Synagoga cum iudeis per oēs dies. Item legitur Actuū.xx. de quadam alia disputatione Pauli/ que fuit protracta vsq̄ in mediam noctē. Et breuiter nullus aliorum apostolorum legitur tam crebro disputasse/nunc cum istis /nunc cum illis: sicut ipse fecisse legitur. Necquidem mirum. Erat enim dupliciter instructus in lege et prophetis. Primo quidem humanitus a Gamaliele: ad cuius pedes sedens audierat legis et prophetarum interpretationez vt patet Actuum.xxij. Erat autem Gamaliel vir doctissimus in lege iudeorum. Secundo vero fuerat diuinitus instructus a christo per totum illud triduum in quo legitur non manducasse neq̄ bibisse. Tunc enim fuit raptus vsq̄ ad tertium celum: et vidit ibi arcana dei que non licet homini loqui: vt dictum est prius. Patet ergo q̄ mul=

Tertio autem quia Elizabeth verecūdabatur prodire in publicū: eo q iam annosa concepisset. Vñ Luc.i.dicit q postq̄ cōcepit: abscōdit se quinq̧ mensibus. Quarto et vltimo sic egit vt se cōformaret filio suo q̄ veniebat in hunc mundum non vt ministraretur illi: sed magis vt alijs ministraret: sicut ipsemet dicit Matth.xx.

¶ Secunda questio est cur beata Maria concepto dei filio potius prexit ad Elizabeth: q̄ ad sorores suas Mariā cleophe et Mariā salome. Rñsio. Propter multa hoc fecit. Primo qz angelus Gabriel fecerat sibi specialē mentionē de dicta Elizabeth: dicēs: Et ecce Elizabeth cognata tua: et ipsa etc. Et ideo summopere cupiebat illam videre: non quasi incredula de oraculo. non incerta de nuncio: non dubitās de exēplo: sed leta pro voto: religiosa pro officio: festina p gaudio. Et eādem humilitatē quā angelo exhibuit: elizabeth exhibere voluit. hec Ambro. et recitat in glo. ordin. super hoc passu. Secundo quia Xp̄s qui in eius vtero erat: sic disposuerat sanctificare Joannem baptistam in vtero Elizabeth existētem. Et ideo spūsſāctus dictā xp̄i matrem ad hoc instigabat. Tertio qz ip̄a summe optabat videre matrē precursoris filij sui.

¶ Tertia questio est cur Maria non salutauit Zachariam sicut legitur salutasse vxorem illius Elizabeth. Respōsio. quia ille adhuc mutus existebat propter incredulitatem suā: prout illi predixerat angelus, dicēs: Pro eo q non credidisti verbis meis eris tacens: et non poteris loqui vsq̧ in diem natiuitatis eius. Luc.i.

¶ Quarta questio est de comitatu Marie abeūtis in domum zacharie. Respōsio. De hoc nihil dicit euangelista. Est tamē verisimile q sola non ierit: sed cum decenti et honesto comitatu: siue viri sui Joseph: siue alicui⁹ honeste matrone, aut huiusmodi. Et hoc ideo ne cuiq̄ daret materiam scandali: aut etiā puellis siue iuuenibus mulierib⁹ solitarie vagandi. Dicūt enī aliqui q a Nazareth vsque Hierl'm sunt.xxxv.miliaria. Insuper dicunt q domus zacharie erat vltra Hierusale ferme per.iiij.miliaria: que in toto faciunt fere.xx. leucas. Non decebat ergo tam tenerā puellam vtpote.xiiij.annorū tātum spatium absque decenti comitatu peragrare. De ea enim loquēs Ambro.lib.ij.de virginibus: dicit q domum suam non exibat nisi cū ad ecclesiam conueniebat: et hoc ip̄m cū parentibus aut propinquis. A fortiori ergo non est credēdum q sola abierit in domū zacharie. Discant ergo iuuencule nō hincinde sole cursitare: ne illis similiter accidat sicut Dine filie Jacob. De ea enim legitur Geñ.xxxiiij. q cum sola ex quadam curiositate abijsset foras vt videret mulieres regionis illi⁹ in qua tūc erat continuo rapta est et oppressa a Sychen,

¶ Moraliter. Juxta p̄dicta notādum cōformiter ad glo.ordi. q sicut accepto ꝟgis consensu super conceptione filij dei: cele-

stia pctit angelus Gabriel quē virgo sequitur que in mōtana progreditur:sic aīa deuota que verbum dei concepit: virtutum cacumina gressu amoris conscendit: vt ciuitatem iuda.i.cōfessionis et laudis arcem penetret:et vsqꝫ ad perfectionem fidei/spei/ꝛ charitatis:quasi tribus mensibus in ea commoretur. Hec glo.ordi.

¶ Moraliter et aliter. maria q̄ interpretatur mare amarꝫ: est anima penitens: que tunc concipit filium quotiens concipit bonum ꝛ salubre ppositū:iuxta illud Esa.xxvj. A facie tua concepimus ꝛ quasi parturiuimus spiritum salutis. Tunc autem exurgit dicta maria cum peccatum deserit.ad Ephe.v. Surge q̄ dormis.et exurge a mortuis. Econtra autē de peccatore hoc negligente dicitur Prouerb.vj. Usqꝫquo piger dormis: quādo consurges e somno tuo? Consequēter maria.i. penitēs anima tunc abit in montana quando ipsa perducit bonum ppositū in opus:secundum ꝙ in figura dictū est a xp̄o paralytico: surge tolle grabatū tuū:et ābula. Jo.v. Hoc aūt debet facere cū festinatione: scđm ꝙ scriptum est Eccli.v. Ne tardes conuerti ad dn̄m:et ne differas de die in diem:alias subito veniet ira eius ꝛc. Sꝫ quo debꝫ ire ꝛ currere dicta maria/ seu penitens aīa? Certe in montana:per desiderium celestium bonorum: vel p cōsiderationē diuine mie quo ad penitentes. Itē p considerationem diuine ire et iustitie quo ad obstinatos pctōres. Ps. Duo hec audiui: quia potestas dei est: i puniēdo pctōres: et tibi dn̄e mia:i benigne suscipiendo ad te per penitentiam reuertētes. Item debet huiusmodi maria ire in ciuitatē iuda confitendo peccata sua. Nā et hoc significat istud nomē iuda:quod interpretatur confessio. Tunc ergo anima penitēs ingreditur ciuitatem iuda: cū pergit ad ecclesiam gratia confitēdi peccata sua. Insuper debet intrare domum zacharie. zacharias enim interpretatur memorans dominū. Tum ergo anima deuota volens confiteri peccata commissa intrat domum zacharie quando ad memoriam reducit q̄ pius et misericors sit dominus omnibus vere penitentibus:sicut patuit de Magdalena: Petro: Paulo: et huiusmodi. Sed qđ est ꝙ Maria salutauit Elizabeth? Certe Elizabeth que interpretatur vno modo dei mei iuramentū: designat illā dei magnam promissionē de qua Ezechie. xviij In quacūque hora ingemuerit peccator:omnium iniquitatum eius non ꝛc. Que qdem pmissio magnā spem ꝛ fiduciam debet dare omni penitenti. Patꝫ ergo qđ predicta significent.

¶ Scđo pncipalr in pn̄ti euangelio fit mentio de Elizabeth pphetia seu prophetica locutione. Nā q̄ pmū virgo Maria salutauit dictam Elizabeth:mox repleuit eā spūssanctꝰ / et cepit prophetare exclamādo nō tam clamose q̄ deuote: vt dic glos. interlinea. Itē clamauit: quia magna dei dona cognouit : vt dicit eadem glo. Prophetauit ergo Elizabeth multipliciter.

¶ Primo quidē de prerogatiua virginis Marie: cuz ait illi. Benedicta tu inter mulieres: supp. bn̄dictas: qr iter benedictas mulieres maiori bn̄dictione es insignita. vt dt glo. interli. Eadē ꝙ voce Maria benedicitur ab Elizabeth qua ab angelo Gabriele: vt angelis et hominibus veneranda: et cunctis feminis preferenda mōstretur. vt dicit glo. ordi. Item fuit benedicta inter mulieres. i. super omnes mulieres: qr simul virgo et mater. Item fuit benedicta singulariter: qr pre omnibꝰ fuit prolis nobilitate glorificata: qr filium dei genuit: vt dicit dominus Hugo cardi.

¶ Scd̄o prophetauit de Christo cum subdidit. Et bn̄dictus fructus ventris tui: Non quidē sicut alij homies boni benedicti: sed sicut ait apl's: Sup oia deus benedictus in secula: et p quem venit alijs benedictio. vt dicit glo. interli. Ubi notandū ꝙ cum Gabriel salutauit Mariam: non addidit: benedictus fructus ventris tui: qr tunc virgo nondum conceperat dei filiū. Postq̄ aūt consensit dicēs. Ecce ancilla dn̄i. Fiat mihi rc. tunc ipsum concepit. Propter qd̄ rationabilr Elizabeth addidit Benedictus fructus rc. Hic est ꝙ ille fructus deq̄ Ps. De fructu vētris tui ponā sup sedē tuam. Et alibi. Dn̄s dabit benignitatē. i. ostendet suā misericordiā erga genꝰ humanū. Sz quomodo? Certe qr terra nr̄a. i. Maria: que est tota nr̄a per piū affectū: dabit fructum suum. i. sibi cōgruū: scz bn̄dicta benedictū. O virgo benedicta vere benedictꝰ fructus vētris tui: in quo etiā oēs gentes sūt benedicte. Multa sunt q̄ a nobis vocātur benedicta. Dicimꝰ eīn: Benedictus talis vir. Bn̄dicta talis mulier. Benedictus panis. Benedictum vinum. Benedicta terra: et siqua sunt similia. Sed certē o Maria sup omnia benedictus fructus ventris tui: cum sit super oīa benedictus deus in secula: vt habetur ad Ro. ix. Bn̄dictus ergo fructꝰ vētris tui ingrediēs tuū uterū: et benedictus inde egrediens. Benedictus fructus ventris tui veniens in hunc mundum per carnis assumptionem: et benedictus inde exiens patiēdo et celos ascendendo.

¶ Notandū autem circa illam clausulam. Benedictus fructꝰ ventris tui: que additur in salutatione angelica: ꝙ in dicta salutatione sunt quatuor partes. Primam et principalem dictauit Gabriel dum virginem Mariam salutauit dicēs. Aue gratia plena: dn̄s tecū. benedicta tu in mulieribꝰ. Secundam addidit vsus ecclesie: scilz Maria: vt sciamus cui loquimur. Tertiam addidit Elizabeth: scz Benedictus fructus vētris tui. Quartam addidit Urbanus papa quartus: scilz Jesus. Unde dedit oibus vere penitētibus et deuote dicētibꝰ in fine salutationis angelice: Jesus: xxx. dies indulgentiarū. Quas indulgentias cōfirmans papa Joan. xxij. addidit alios. xxx. dies pro his qui adderēt Christus in fine dicte salutationis. Hic etiam Joan. dedit. xx. dies indulgentiarum omnibus de

note dicētibus ter Ave Maria cum sero pulsatur pro salutatione beate virginis.
¶ Tertio Elizabeth prophetavit aperte de xpi incarnatione: cum vocavit virginem Mariam dei matrem/ dicēs ex magna humilitate ad eā. Et vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me? Ego enim potius deberem ire obviam illi: et non ipsa ad me. Similem admirationem fecit filius eius Joan. cum xp̄s venit ad eum in Jordane vt baptizaret ab eo. Ego inquit a te debeo baptizari: et tu venis ad me? Matthei.iij. Ad quem xp̄s: Sine modo: sic enim decet nos implere omnē iustitiam.i. perfectam humilitatem. Sic & virgo Maria Elizabeth dicenti: Unde hoc mihi vt veniat &c. potuit illi dicere: Qđ facio / ad humilitatis exēplum facio. Sed vnde cognovit Elizabeth mysteriū incarnationis filij dei impletum in virgine Maria: eam vocās dñi matrem? Certe hoc cognovit in spiritu prophetico: sive per interiorem revelationē. Item hoc cognovit per exultationem filij sui in vtero illius. vnde ait ad Mariam: O beata virgo et mater dei: O bona cognata: ex quo facta est vox salutationis tue in auribus meis: exultavit in gaudio infans in vtero meo. Quod autem dicta exultatio parvuli in vtero Elizabeth facta fuerit ꝓpter presentiam domini in vtero virginali: hoc cognovit dicta Elizabeth in spiritu prophetico.
¶ Circa autē hunc passum tria dicunt doctores. Primum est ꝙ tūc in parvulo Joan. fuit acceleratus rōnis vsus: et ꝙ tunc cognovit dñm suū adesse: cui⁹ erat futur⁹ precursor. Et istud fuit magnum et singulare privilegium in Joāne. Utrū autē ex tunc semper perseveraverit vsus rōnis in ipso: incertū est. Potest tñ dici ꝙ non: sicut nec illa clara dei visio quā habuit paulus in raptu: de qua.ij.ad Cor.xij. Scđm est ꝙ tūc Joannes fuit a culpa originali sanctificatus: et gratia spūssancti repletus. Et tunc fuit in eo impleta illa promissio angeli nunciantis conceptionem eius zacharie patri suo/ et dicētis: Replebit spūsancto adhuc ex vtero matris sue. Luc.j. Et de tali scīficatione exultavit in gaudio infans in vtero matris sue. Tertiū est ꝙ tunc (vt pie creditur) ꝑvulus Joā. movit se i vtero m̄ris/ et meliori modo q̄ potuit xp̄m tanq̄ supremum dñm suū ac futurū redēptorē humiliter salutavit. Unde forte tūc dicebat saltē equivalenter / qđ postmodū dixit virgo Maria: vez Magnificat aīa mea dñm. Et exultavit spūs meus in deo salutari meo. Quia fecit mihi magna q̄ potēs ē. Ista magna que fecit dñs circa parvulum Joan. in vtero adhuc existentem: sunt illa tria que prediximus. Nos ḡ zacharia et Elizabeth: cātare dño canticum novum: cāticū inquā divine laudis & grāꝝ actionis: q: mirabilia fecit dñs circa parvulū vestrū Joā. Tūc autē in recognitionē tātoꝝ mirabiliū cātavit ipse zacha. cāticum novum: qñ quidē in circūcisione dicti Jo.

prorupit in dei laudem dicens: Benedictus dñs de⁹ israel: qr visitauit et fecit redemptionez plebis ꝛc. Item qñ prophetauit de dicto puulo: eidem dicens: Tu puer pͥpheta altissimi vocaberis: preibis eñ ꝛc. Et nunc etiã ipse Joãnes habuit rõnis vsum: saltẽ in transitu. vñ Ambro. sup Lucam. lib. ij. q̃rit quõ zacharias rõnabiliter alloquitur infãtem octo diex / dicens: Tu puer pͥpheta ꝛc. Cui questioni respõdet: dicẽs ꝙ potuit infans mox natus vocẽ patris audire qui Marie salutationez anteq̃ nasceretur audiuit. Habebat ergo Joã. tũc intelligendi sensum / qui exultãdi habebat affectum. Hec Ambro.

¶ Quarto Elizabeth prophetauit de consummatione mysterij dicte incarnationis saluatoris cum ad beatã virginẽ loquens ait: Beata q̃ credidisti: qr supple per assensum fidei concepisti dei filiũ: qm ꝑficientur in te que dicta sunt tibi a dño: supple per angelum Gabrielẽ tibi nunciantem filij dei incarnationem. Uel que dicta sunt tibi a dño immediate: vez a spiritusancto mẽtem tuã illustrante: et te imediate docente. Ipse eñ dñs ait: Que procedunt de labijs meis: non faciam irrita. Item Luc. xxi. Celum et terra transibũt: verba aũt mea non transibunt: supple absq̃ effectu subsequente. Necesse ẽ erat ea q̃ dicta sunt a dño virgini Marie / perfici. Patet ergo q̃ multipliciter pͥphetauit elizabeth in aduentu matris dei ad eam. Mansit aũt Maria i domo ei⁹ vt subdit Lucas: trib⁹ mẽsib⁹: videlicet vsq̃ ad partum eius. Ferũt aũt nõnulli ꝙ ipã virgo Maria suscepit puerum Joanẽ ex vtero prodeuntem: quo suscepto ꝛ osculato / redijt ad propria. Alij autẽ dicunt cum quibus est beat⁹ Thomas in opere insigni super Lucam / ꝙ cum beata virgo vidit Elizabeth in partu laborãtem / et alias mulieres aduenisse: recessit inde: quia non decet virgines talib⁹ mysterijs interesse. Et sic patet de secundo principali.

¶ Tertio principaliter in presenti Euangelio fit mentio de virginis Marie spũali letitia / qua ait: Magnificat aĩa mea dñm. Ut enim dicit glo. interli. Maria audita respõsione Elizabeth qua eam beatam predicauit: vtpote tanq̃ veram christi matrem: item beatam propter fidem: quia Beata que credidisti: ipsa amplius tacere non potuit dona que a dño perceperat: sz prorupit in dei laudem / dicens: Magnificat anima mea dñm ꝛc. quasi diceret: O cognata mea Elizabeth: tu me multũ magnificas / et beatam predicas: sed ego totũ deo attribuens / ipsum magnifico: Quia respexit humilitatem ancille sue ꝛc.

¶ Circa ꝙ notandum ꝙ in hoc cantico virgo Maria principaliter duo facit. Primo enim ponit modum cantandi: qr Magnificat ꝛc. Scd̃o subdit multiplicem causam cantandi: quia Respexit humilitatem ꝛc.

¶ Primo igit Maria in exordio sui cantici põnit modum illius / dicẽs: Magnificat anima mea dominum ꝛc. Ac si aperte

diceret. Certe tanto munere me dñs sublimauit vt nullo lingue officio explicare possim: sed totum animi interioris affectū magnis gratiaꝝ laudibꝰ eidē dño offero. Nam totum quod viuo: totum quod sentio: totū quod discerno: in eius magnitudine contemplanda: ꝛ in eius preceptis obseruandis impēdo. Sed q̄modo recte poterat dei genitrix virgo dicere: Magnificat aīa mea dñm: maxime cū magnificare aliquē sit ipsum iuxta nominis significationem magnum facere. Deus autem adeo magnus est et laudabilis valde q̄ magnitudinis eius non est finis (vt in inquit psal.) Itē Eccl'i xviij. dr. Quis inuestigauit magnitudinem eius? Non est minuere. nec addere: nec inuenire magnalia dei. Ad hoc dicitur q̄ in proposito magnificare non capit prout idem est q̄ magnum facere: sed pro laudare: scḋm illud psalmiste. Magnificabo eum in laude. Et hoc modo non solum virgo Maria: verūetiam nos omnes debemus dominum magnificare: et hoc tripliciter. Primo quidem nos respectu illius humiliando: et dicendo cum Joanne baptista: illud Joan. iij. Illum oportet crescere: scilꝫ Christum: me autem minui. Scḋo vero ipsum omnibus rebus preponendo: scḋm illud Psalm̄. Exultabo te deus meus rex ꝛc. Tertio autē eius magnitudinem alijs nunciando et dicendo illud Psalmiste. Magnificate dominum mecū. Ecce quomodo debemus magnificare dominum. Sed proh dolor miseri peccatores paruificant eum: id est parui preciū ipsum reputant: illi preferentes creaturam. Nam anima auari magnificat aurum: anima gulosi et ebriosi escas et vinum preciosum: anima luxuriosi scortum: anima superbi seculi honores. Dicat ergo quilibet nostrum cum virgine Maria: magnificat: id est laudat anima nr̃a dominum. Non ergo satis est dominum magnificare labijs: nisi etiam anima ipsum magnificet: quia tales reprehendit Christus tanq̄ hypocritas Matth. xv. allegans illud Esa. xix. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me.

¶ Sequitur. Et exultauit spiritus meus ꝛc. Hoc etiam pertinet ad modum cantici virginis Marie. Ex quibus verbis aperte ostenditur q̄ exultatio spiritus siue mentis humane sequitur dei magnificationem. Nam nullus potest deum magnificare quin mente exultet. Bene ergo beata virgo Maria postq̄ premisit in suo cantico. Magnificat anima mea dominum: mox subiunxit Et exultauit spiritus meus (siue anima mea) in deo salutari meo. In quibus verbis notatur triplex ratio propter quam spiritus beate virginis et similiter cuiuscunque deuoti catholici debet exultare in domino. Prima ratio dicitur creationis: quia in deo: qui supple me sicut et cetera creauit de nihilo. Secunda dicitur recreationis: q2 salutari: id est qui salutem meam operatus est in medio terre ad literam: in monte caluarie: q̄ est

velut vmbilicus terre habitabilis. Tertio dicitur assumptionis: quia meo: id est qui factus est meus filius per assumptam humanitatem: et hoc referendo predicta ad virginem Mariam: Si vero huiusmodi verba referantur ad quemlibet fidelem hominem: adhuc quilibet talis potest rationabiliter dicere de Christo q sit suus: sm q canit ecclesia. Se nascens dedit socium: conuescens in edulium: se moriens in pretium: se regnans dat in premium. Propter hec igitur et predicta spiritus cuiuslibet nostrum debet merito exultare in deo salutari suo. Hec autem exultatio siue gaudium quod est in deo et de deo: est contra gaudium mundi: carnis: et diaboli. Nam omne tale gaudium est deo odiosum et vitiosum: tandem autem perducit miserum peccatorem ad locum in quo perpetuo lugebit: qr vt habet proverbiorum. xiiij. Extrema gaudij luctus occupat. In predictis ergo non exultabat virgo Maria: sed in deo salutari suo. Uade et tu fac similiter.

¶ Secundo beata virgo in suo cantico subdit multiplicem causam cantandi domino.

¶ Prima igitur causa vocatur diuinus intuitus quo ad suam humilitaté. Qr respexit: supple dominus humilitatem ancille sue. Poterat nempe dei genitrix virgo dicere de domino q respexit fidem: spem / charitatem / prudentiam / virginitatem: aut pietatem matris sue: sed quia dominus semper humilia respicit et alta a longe cognoscit: maluit dicere: respexit dominus humilitatem ancille sue. Unde Beda in glosa ordinaria: Ecce inquit q vilia de se sentit Maria. Nam totum gratie diuine attribuens suo iudicio se humilem sentit: vt sicut per superbiam Eue mors intrauit in mundum: sic per humilitatem Marie vite introitus pandatur. Hec Beda. Hinc etiam Hieronymus tertia parte epistolarum suarū: epła. lxxxv. dicit q maluit de9 de beata Maria incarnari propter eius humilitatem: q ppter quancunq aliam ṽtutem. Sicut enim (inquit) ex sola radice supbie oia mala oriuntur: sic ex sola radice humilitatis omnia bona generantur. Hec ille. Merito ergo dicere potuit dei genitrix virgo illud Cātico. j. Cum esset rex in accubitu suo nard9 mea id est hūilitas mea: dedit odorem suum: supple talem ac tantū vt ad se attraxerit de dextera dei patris filium eius. Potuit etiam dicere illud quod dixit Lya Gen̄. xxix. Uidit dominus humilitatem meam: nunc amabit me vir meus.

¶ Moraliter. Notandum iuxta predictum verbum: quia respexit humilitatem ancille sue &c. q dominus respicit hoies tripliciter. Primo quidem peccata dimittendo. Et hoc modo respexit Petrum postq eū negauit. Luce. xxij. Respexit dominus Petrum: et egressus Petrus foras fleuit amare. Nam oculi domini sunt sicut flamma ignis: vt habetur Apocalypsis primo. Quorum intuitus necessario dissoluit glacię peccatorum:

iuxta illud Psalmiste. Sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores: in hoc supple ꝙ peccatores: a facie dei. Secundo vero respicit penā pro peccatis iuste infligendo. Exo. xiiij. Jam aduenerat vigilia matutina: et respiciens dn̄s super castra egyptioꝝ interfecit exercitum eoꝝ. Tertio autē respicit occulta cordium considerando. Cantico.ij. En ipse stat post parietem nostrum respiciens ꝑ fenestras: prospiciens per cancellos. Ecce quō respicit dn̄s creaturas suas.

¶ Secunda causa cantici virginalis vocatur preuisio future laudis: que tangit̄ cum subditur. Ecce ex hoc: scilicet ꝙ respexit dominus humilitatem ancille sue: beatam me dicent omnes generationes: id est viri et mulieres: diuites et pauperes: nobiles et ignobiles: angeli et hoīes: eo ꝙ oēs per ipsam virginem acceperunt salutare beneficiū. Homines quidem reconciliationē: angeli vero reparationem. Christus enim operatus est salutem in medio terre: id est in vtero Marie. Ad illam ergo respiciunt et qui habitant in celo: et qui habitant in inferno: id est in limbo: et qui habitant in mundo. Primi vt resarciantur. Secundi vt expientur. Tertij vt reconcilientur. Ex hoc ergo beatam te dicent omnes generationes o beata virgo: quia omnibus generationibus vitam/ gratiā: et gloriam genuisti. Mortuis vitam: peccatoribus gratiam: miseris gloriam. Ideo de te figuratiue dicitur Judith.xv. Tu gloria Hierusalem tu letitia Israel: tu honorificentia populi nostri: quia fecisti viriliter. Itē ex hoc beatam te dicent omnes generationes: ꝙ multa beneficia contulisti et attulisti nobis: videlicet pretium nostre redemptionis: medicamentum nostre egrotationis: viaticum nostre peregrinatiōis: premium nostre retributionis. Uel sic. Beatam te dicēt omnes generationes/ o virgo Maria: id est iudei ꝛ gentiles. Ex istis enim duabus generationibus aliqui conuersi sunt ad fidem qui confitentur virginem Mariam beatā. Hoc etiam patet in sarracenis. Unde magister Nicolaus de Lyra super hoc passu refert ꝙ in alchorano Machometi dicitur de virgine Maria. Dixerunt angeli. O Maria: deus annūciat tibi verbū ex ipso: et erit nomen eius Jesus filius Marie. Item alibi in eodem libro sic legitur. Dixerunt angeli. O Maria/ deus vtique elegit te: et purificauit te. Elegit enim te claram super omnes mulieres seculorum. Item multa alia ibidem dicuntur in laudem virginis Marie. Hec de Lyra.

¶ Tertia causa cantici virginalis vocatur recognitio beneficiorum omnipotentie dei: que tangitur cum subditur. Quia fecit mihi magna. Ista magna scd̄m glo. ordina. sunt hec: quia in me carnem sumpsit: me a peccatis mundauit. vel dic et melius: me a peccatis ꝓseruauit: ꝛ dona spūsscti mihi contulit. Uel fecit mihi magna me a pctō originali in conceptione preseruando. Maiora / ex me

carnem assumendo. Maxima post hanc vitam me in corpore et anima in celo beatificando et collocando. Sed q̄s ille est qui fecit hec magna in vobis o virgo dulcissima? Certe ille inquit qui potens est: videlicet essentialiter/ et qui oia pōt. ad Rom. xj. Ex quo omnia: per quē oia: in quo omnia. Et reuera iste vere fortis est: quia de paruis et infimis hominibus q̄nque magnos facit et fortes: iuxta illud j. Reg. ij. Pauperem facit et ditat: humiliat et subleuat. Seq̄tur. Et sanctum nomen eius. psal. Sanctū et terribile nomen eius. Nōne bene sanctū est nomen domini: quandoquidē sola illius inuocatio sanctificat hoies? Johelis. ij. Omnis qui inuocauerit nomen dn̄i: saluus erit. Saluus inquam in presenti per gratiam: et in futuro per gloriam.

¶ Quarta causa cantici virginalis cur scilz virgo maria cantat dicens. Magnificat anima mea dominum/ dicitur misericordie dei toti humano generi exhibitio. Hec autē causa tangitur cum subditur. Et misericordia eius: qui supple potens est: et similiter cuius nomen est sanctum: a progenie in progenies: supple extendit: et signanter timentibus eum: quia vt habetur Act. x. In omni gente q̄ timet deum: acceptus est illi scz deo. In precedentib9 ergo duobus versib9 virgo Maria recolit beneficia sibi specialiter a dn̄o exhibita: in isto autem et sequentibus recolit beneficia cōmuniter omnibus exhibita: p̄cipue autem in presenti versu recolit beneficium diuine misericordie toti mundo exhibite dicens. Et misericordia ei9/ id est beneficiuz incarnationis/ quod ex misericordia dei magna factum est: scd̄m q̄ orabat dauid dicens. Ostende nobis dn̄e misericordiaz tuā: et salutare tuū: id est filiū tuū per quem decreuisti saluare credentes: da nobis. Hec inquā misericordia dei: id est filij eius incarnatio descendit a progenie in progenies: id est a gente iudeorū (quia salus ex iudeis est. Jo. iiij.) in ceteras nationes. Et q̄uis dictū beneficiū misericordie dei. i. incarnationis filij sui se extendat ad oēs q̄ntum ad sufficiētiā: nō tn̄ quātum ad efficaciā/ sed tantū ad iustos. ideo subdit: Timentibus eum: scilicet timore filiali et casto. Illius ergo beneficij nō sunt capaces perfidi iudei: nec obstinati quiq̄ pctōres.

¶ Moraliter. Est hic notandū q̄ mia dei est ɔtinua/ magna/ et multa. Continua quidem quia ex quo incepit in virgine Maria: nunq̄ desinit/ sed transit a progenie in ꝓgenies: et trāsibit q̄diu mūdus iste durabit et generatio erit. ps. Nunquid obliuiscetur misereri de9 aut continebit i ira sua misericordias suas? Ac si aperte diceret q̄ nō. Itē est multa: qr q̄uis sepe offendatur deus: quoties tn̄ ab eo bono corde postulat ei9 misericordia: illā libentius largitur q̄ petatur: etiam si centies in die petatur. Propter quod dicebat psal. ad dn̄m. Misericordie tue multe domie. Et alibi. Scd̄m multitudinem miserationum tuarum dele iniquis

tatem meam. Item Johelis. ij. Conuertimini ad dñm deum vestrum: quia benignus et misericors est: patiēs et multe misericordie. Itē dei misericordia est magna: adeo q superexaltat iudiciū: vt habetur Jacobi ij. Nam quantumcunq magna et grauis fuerit offensa: illā tamen remittit libenter deus ex immensa misericordia sua/ dūmodo veraciter et ex corde veniā petat. Propter qd ps. orabat dñm dicens. Miserere mei deus scdm magnam misericordiam tuam. Item alibi. Misericordia tua dñe magna est sup me: et eruisti animā meā ex inferno inferiori: id est a debito eterne dānationis: iuxta illud Threñ. iij. Misericordie dei est q non sumus cōsumpti: quia nō defecerunt miserationes eius Item in ps. Nisi quia dominus adiuuit me: supple per immensam misericordiā suam: paulo minus habitasset in inferno anima mea.

¶ Quinta causa q̄re beata maria cantat canticū dicēs: Magnificat a ia mea dñm: est mira cul. p̄uisio: q̄ supple operaturus erat filius ille quē iā in vtero gestabat. Et de hoc subditur i dicto cātico. Fecit supple deus pater potentiā in brachio suo: id est facturus est p filiū suū in forma humana potenter et magnifice opa miraculosa: vtpote resuscitādo mortuos: liberando demoniacos: illuminando cecos: curando leprosos: et huiusmodi. Et hoc est qd ipsemet Christus dicebat Jo. xiiij. Pater in me manens ipse facit opera Uel dic q ipsemet Christus tunc fecit potentiam in brachio suo: qñ ad literam brachio suo in cruce extento diabolū superauit: iuxta illud Jo. xij. Nūc p̄nceps mundi huius eijcietur foras. Nā ibi abscōdita erat fortitudo eius. i. sub veste humanitatis sue latebat immēsa et insuperabilis fortitudo sue diuinitatis. Tunc etiam ante faciē eius iuit mors. i. per eum fugatus est diabolus: qui est mortuus per carētiam vite gratie et glorie. Uel mors refertur ad peccatum / qd similiter fugauit xps moriēs i cruce. De diaboli aūt superatione et fuga specialiter ibi subditur cum dicitur. Egredietur diabolus ante pedes eius scilicet christi in cruce pendentis. Ecce qūo deus pater fecit potentiā in brachio suo in morte filij sui fugando de mundo aereas potestates. ideo subditur. Dispersit superbos: supple demones: qui hic antonomatice superbi appellātur. Dispersit in quam eos superbos demones. Sed quomodo supbos? Certe mente cordis sui: id est per magnam arrogantiam et presumptionem atq elationē cordis.

¶ Moraliter. Notādum iuxta illud. Dispersit superbos mēte cordis sui: q duplices sunt superbi. Primi sunt illi q supbiūt i exteriori habitu. Et talis erat supbia diuitis epulonis qui ad ostentationē induebat exterius purpura. Luc. xvj. Unde tales sunt similes pauoni qui gloriatur in pulchritudine plumarum suarum/ faciendo rotam. Secundi sunt qui interius superbiūt in mēte: Quis exterius quandoq pretendant magnā

humilitatem. Ecclesiastici.xix. Est qui nequiter se humiliat:et interiora eius plena sunt dolo. Sepe enim apparet supbia in longis & p̄tiosis vestib⁹:nec tamen est in mente. Et econtra sepe sub curta tunica est in corde lōga superbia. Unde tales superbos mente cordis sui tandem disperdet dominus:id est a regno suo separabit & diuidet.

¶Sexta causa cātici virginalis dicitur iusta dei ordinatio: quia deposuit potētes:id est superbos de sede:& exaltauit humiles. Hoc autem possumus referre ad ruinam angelorū:qui propter suam superbiā depositi sunt de celo: & eiecti in abyssum inferni. Quorum loco exaltat dominus hoīes humiles. Psalmista. Hunc scilꝫ superbū angelum: humiliat supple dominus:& hunc/videlicet hominem humilem:exaltat: supple vsq ad celeste regnum: vnde cecidit superbus angelus. Ecclesiastici.x. Sedes ducū supborū destruxit dominus/& sedere fecit mites pro eis. Et inde est ꝙ demones ita inuident hoibus: quia tenēt ꝑ humilitatis meritum eorum locum/quem per superbie demeritum irreparabiliter perdiderunt.

¶Moraliter. Per potentes intelliguntur illi superbi qui non in deo:sed in ꝓpria virtute confidunt. Per humiles vero designant illi/seu vt verius loquar sunt illi qui de se nihil estimāt: sed in solo deo ꝯfidunt. Predictos igitur potentes deponit: id est deiicit dn̄s. Humiles autem exaltat in p̄senti q̄dem per gratiam & vite meritum: in futuro ꝟo per eternam gloriam. Et hoc est quod ait dominus Luce.xviii. Omnis q̄ se exaltat humiliabitur:& qui se humiliat exaltabit. In cuius figurā legitur.i.Regū.xv.ꝙ dominus deposuit Saul de sede regali: & in eadē exaltauit humilē Dauid.

¶Septima causa ꝓpter quam virgo maria cantat canticū dicens: Magnificat aīa &c.dicit gentiliū futura conuersio:quia esurientes impleuit bonis:supple dn̄s. Ubi per esurientes designantur illi gentiles qui in primitiua ecclesia esuriebant panē doctrine euāgelice & gratie dei. Et tales christus impleuit bonis spiritualibus. Tum per se illis predicādo:sicut patuit de Samaritana. Joan.iiii. Tum post passionem & resurrectionem suam suos apostolos ad eos destinādo:dicens eis illud Matth. xxviii. Euntes docete omnes gētes. Diuites autem.i.iudeos supbos & diuites sui estimatiōe ꝓpter legis obseruantiā superficialē: dimisit inanes.i.vacuos oī bono spirituali. Et de istis duobus simul scribitur.i. Reg.ii. vbi sic dicitur. Repleti pri⁹:pro panib⁹ se locauerunt. Hoc refertur ad iudeos qui in hoc se locabant ꝙ faciebant iustitiam coram hominibus vt viderētur ab eis:& inde reportarē t laudē ab hoībus. Et hoc spāliter faciebant pharisei. Un̄ etiā ex tali ostentatione iustitie mouebant populum ad benefaciendū eis in abundantia:ita vt replerentur bonis exterioribus. Sed tandem deo prouidente dimissi sunt inanes in aduentu Chris

sti: id est vacui et pauperes. Nam multi iudeorum conuersi sunt ad fidem xpi: ex quorum cōuersione diminute sunt oblationes que fiebant talibus: vel q̄ saltē cedebant in vsus eorum. Sequitur. Et famelici saturati sunt. istud refertur ad gentiles qui in aduentu xpi saturati sunt panibus gratiarum et sacre doctrine euangelice: vt dictum est.

¶ Moraliter. Esurientes sunt pauperes voluntarij et patientiam habentes in omnibus necessitatibus suis. Et tales esurientes implebit dominus bonis: qm̄ post hanc vitam dabit illis regnum eternū: iuxta illud Matthei.v. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Econtra autem diuites et auari dimittent inanes: id est priuabuntur gratia dei in presenti / et gloria celesti in futuro. Tales ergo merito dimittuntur inanes: eo q terreni sunt: et non nisi terrena sapiunt. Terra autem est inanis et vacua: vt dicit Gene.j. Item Hiere.iiij. Aspexi terram: et ecce vacua erat. Item recte dimittuntur inanes: eo q auari. Auarus aūt non implebitur pecunia: vt habetur Eccl's.v. Bn̄ ergo loquitur sapiens Eccl'i.x. cum ait. Nihil scelestius q̄ amare pecuniam etc.

¶ Octaua causa cantici virginalis vocatur incarnationis filij dei impletio: quia suscepit israel: id est populus Israelitic9 puerum suum: id est Christum sibi promissum per ora prophetarum: et olim prefiguratum per mysteria patriarcharum. Et bene dicitur iste puer populi Israelitici: quia propter salutem ipsius principal'r venit in hunc mundū: prout ipsemet testatur Matthei.xv. dicens. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus Israel. Notanter aūt dicit puerum suum: et non dominum suum: quia venit filius dei non dominaturus: sed ministraturus: iuxta illud Matthei.xx. Filius hominis non venit ministrari: sed ministrare. Esaie nono. Puer natus est nobis. Sequitur. Recordatus: supple Israel: misericordie sue: videlicet pueri sui: id est filij dei. Ac si aperte diceret q incarnatio filij dei facta est ex sola dei misericordia: et non ex operibus iustitie: s'm illud apostoli verbum ad Titum.iij. Non ex operibus iustitie q̄ fecimus nos sed scd'm suam misericordiam saluos nos fecit.

¶ Potest aliter exponi presens versus: ita vt ly Israel sit accusatiui casus: et sit sensus. Suscepit: supple deus: Israel puerum suum: id est populum iudaicum vel populum christianum fide videntem deum. Suscepit inquam dictum puerum: et hoc multipliciter. Primo quidem ad sanandum: sicut medicus suscipit infirmū. Et hoc vult illa parabola de qua Luc.x. vbi dicitur q Samaritanus per quē intelligitur Christ9: iter faciēs .i. in hunc mundum veniēs: videns illū qui inciderat in latrones vulneratum / p quem intelligit genus hūanum vulneratū per pctm̄: mia motus alligauit vulnera eius infundens vinum et oleū etc. Expone totā pabolā ad propositū. Scd'o ad docendū

sicut magister suscipit discipulum. Ioā. xiij. Uos vocatis me magister & dñe: & bñ dicitis: sum etenī. ps. Beat⁹ hō quem tu erudieris dñe: & de lege tua docueris eū. Tertio ad regendū vt gubernator. ps. Dñs regit me & nihil mihi deerit. Quarto ad lauandum. Apoca. j. Dilexit nos et lauit nos a pctis nrīs in .s.s. Quinto ad soluendum vinctum de carcere peccati. ps. Dñs soluit compeditos. Sexto ad illuminandum. Unde ps. vbi supra Dominus illuminat cecos. Ecce q̄ multipliciter dñs suscepit Israel puerū suū. Sed cur hoc? Certe qz recordat⁹ est mie sue: quam supp. solet exhibere pauperibus peccatoribus in pñti. Abacuch. iij. Cum iratus fueris, mie recordaberis. et in ps. Nūquid continebit in ira sua: supple deus: mias suas? Quasi diceret q non. Ecce ergo quomodo deus carnem assumendo suscepit Israel puerū suum. Et hoc totum sicut locutus est ad patres nostros. i. ad pñiarchas & prophetas: quibus facta est p̄missio et reuelatio de aduentu filij dei in hunc mundum. Specialiter autem in hac promissione fit mentio de Abrahā: et hoc ideo qz illi primo facta est huiusmodi promissio: quando scilz dictum est ei. In semine tuo benedicentur oēs gentes. Gene. xxij. Additur aūt in fine cantici virginalis. In secula: ad designandum q coniunctio hūanitatis cū diuinitate que facta est in dicta incarnatione: nunq̄ dissoluetur: sed sic eternaliter p̄manebit. Patz ḡ q̄liscunq̄ descriptio cantici v̄ginalis. Tandem autem additur in fine dicti cantici q virgo Maria mansit cum Elizabeth trib⁹ mensibus: vt prius expositum est. Quibus expletis rediit in domū suā. i. in nazareth: vbi tunc morabatur. Ipsam igitur deprecemur vt suis interuenientib⁹ meritis p̄ost cā in domū celestē p̄uenire mereamur. Prestante dño nostro Jesu xp̄o filio eius vnigenito: q̄ cū p̄re et spū sancto viuit & regnat in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo de Maria Magdalena.

Meretrix precedit vos in regno dei. Matth. xxj. Saluator noster Christus loquēs aliquibus iudeis qui credituri erant in eum & p̄nr' saluandi: ad eorum humiliationē predixit eis: dicens. Publicani. glo. interl. vt Matthe⁹: & meretrices. glo. eadem: vt Magdalena: precellunt vos supple per viam penitentie: in regnū dei. Unde sub illa propositione indefinita a Christo prolata assumpsi conformiter ad glo. predictam thema precedens: vidz meretrix scilicet Magdalena: p̄cedit vos in regnū dei. Qd q̄dem verbum non solum nunc dirigitur ad iudeos qui in xp̄m crediderunt: et qui de p̄senti cū eo regnāt in celis: verumetiam dirigi pōt aliq̄ modo ad quēlibet statum beatoꝝ: ita vt scōm aliquid Magdalena precedat omnes beatos post dei genitricem Mariā. Qz si fiat instantia de beato Joanne baptista: de q̄ testatus est christus Mat. xj. dicens. Inter natos mulierū non surrexit maior Joan. bapti. faci

le soluitur per hoc scz q dr inter natos/et non inter natas.

¶ Primo igitur meretrix Magdalena precedit vos angelos in regno dei. Inter oēs eñ angelos Seraphim sunt superiores z deo primiores: et hoc ppter ardētē charitatē quē habēt ad deū. Unde seraphim ardētes vel incēdentes interpretātur. Sic est aūt q Magdalena valde ardēs fuit in xpi amore post suā conuersionem. Propter qd de ea canit ecclesia in hymno: dicēs: Surgētem cum victoria Jesum videt ab inferis: prima meret gaudia/ que plus ardebat ceteris. Item Greg. homilia. xxxiij. exponens illud euāgelium: Rogabat Jesum quidam phariseus zc. dicit sic: Discite quo dolore ardet: supple maria Magdalena que flere inter epulas non erubescit. Pie g credi pōt Magdalenam esse assumptam ad ordinem seraphinorum in celo: z q etiam sit inter supremos illius ordinis. Et ita pcedit reliquos angelos in celo.

¶ Scdo meretrix Magdalena precedit vos patriarchas in regno dei. Patriarcha tm dicitur qsi princeps patrum: vel scdm alios dicitur quasi summ⁹ princeps. Sic est autem q Magdalena fuit valde summa z excellens princeps: ita vt sit prelata omnibus penitentibus: et data oibus petōrib⁹ atq peccatricibus in exēplū penitētie. Un de ea sic canit eccl'ia. Laudemus opus dei in Maria genitrice: sed vgine. Laudemus op⁹ dei in Maria peccatrice: sz penitente. Maria hec est data speculuz innocentie. Maria hec est exemplum penitentie.

¶ Tertio peccatrix Magdalena precedit vos pphetas in regno dei. Propheta eñ dr quasi procul fans/ siue a lōge loquēs predicēdo futura. Sic aūt fuit de Magdalena: qd patuit qñ post longam penitētiā quā solitaria z hoib⁹ incognita duxerat: tādem eam nutu diuino inuenit quidam sanctus eremita cui dixit vt intimaret btō Maximino Aquensis ciuitatis episcopo qui venerat cum ea de Judea: et fuerat vn⁹ de septuaginta christi discipulis: q eam inuenisset/ et q in proximo die resurrectiōis dñice tēpore quo ad matutinum officiuz surgere consueuerat: solus oratorium ingrederetur: z q eam illic per angelorum ministeriū consistētem inueniret. que oīa sunt cōpleta. Ecce quō Magdalena habuit donum pphetie predicēdo futura: et signanter diem mortis sue: qd alijs prophetis datum non est.

¶ Quarto peccatrix Magdalena precedit vos apostolos i regno dei: in hoc scz q apl'orum apostola ab eccl'ia appellatur. Apostolus eñ idem est qd missus. Magdalena aūt fuit a xpo ad apostolos missa nūciatura illis gloriam sue benedicte resurrectionis. Hoc autē fuit qñ dixit illi: Uade ad fr̄es meos: supplē apl'os: et dic eis/ ascendo ad patrem meum et patrem vestrum: deum meum et deum vestrum. Sequitur immediate. Uenit maria Magdalene annuncians discipulis: qz vidi dñm: et hec dixit mihi. Joā. xx.

¶ Quinto meretrix Magdalena p̄cedit vos martyres in regno dei. Martyr em̄ grece / testis latine dr. Magdalena autē testis fuit saluatoris: cuius fidem prima predicauit ⁊ plātauit in Aquensi ciuitate / atq̨ in circunadiacente regione: que prouincia appellatur: sub dn̄io et ditione regis Francie. Item nonne bene martyr fuit qn̄quidem solitaria mansit in quadā speluncā ānis .xxx. vt dictū est? Nā ibi sup̱ dura saxa dormiebat: panē corporalē non nouerat / sed tm̄ celesti pascebatur alimēto. Alta suspiria in celum emittebat: preter illas horas in quib⁹ septies in die manib⁹ angelicis eleuabatur i ethera sancta. Quotidie illi gemitus: quotidie lachryme p̱ cōmissis nephādis delictis: ita vt merito dicere potuisset cū p̄s. Fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte. Et breuiter tota ei⁹ vita ex quo conuersa est ad penitentiā: quasi quoddā martyrium fuit. Ceteri em̄ martyres breui tēpore martyriū suū consummauerūt. Hec aūt non nisi per annos plurimos. Merito ergo possumus alloqui cādidatum martyrū exercitum: et illis dicere q̄ meretrix precedit eos in regno dei.

¶ Sexto meretrix Magdalena precedit vos confessores in regno dei. Ipsa enim confessa est xp̄m corde / ore ⁊ opere. Corde quidē in ip̄m p̱fecte credendo: vtpote q̄ ipe eēt verus dei patris filius / oīpotēs / pius / misericors ⁊ pronus ad remittēdum peccata. Quod aperte ostendit quando cucurrit post ip̄m xp̄m in domum Simonis: et lachrymis suis cepit rigare pedes ei⁹ eos benigne osculans / et misericordiam ipsi⁹ toto corde implorās. Unde tandem illi dixit xp̄s: Fides tua te saluam fecit. Luce. vij. Secundo confessa est christum ore. Tum illi dicendo post suā resurrectionem: Rabboni. qd̄ idem valet sicut magister. Joan. xx. Tum illum in ciuitate Marsilie et deinde in ciuitate Aquensi annūciando / et populum ad fidem sua predicatione attrahendo. Et si dicatur q̄ mulier non debet palam predicare: cum hoc prohibeat Ap̄lus / dicens .j. ad Ti. ij. Docere mulieri: supple in ecclesia: vt dicit interli. non permitto / sed esse in silentio. Respōdetur hoc verum esse regulariter. Deus tm̄ qui nullis alligatur legibus / pōt mulieres sicut ⁊ viros ad p̄dicationis officium assumere. Tertio cōfessa est xp̄m opere ⁊ facto / alijs viam veniendi ad xp̄m ostēdēdo conformiter ad illud christi verbū Matthei. v. Sic luceat lux vestra coram hoībus vt videant opera vestra bona: et glorificent ⁊c. Ecce quomodo meretrix Magdalena confessa est xp̄m qualiter etiam nullus sanctorum cōfessus est. Et ideo merito p̄cedit eos in regno dei.

¶ Septimo meretrix Magdalena precedit vos virgines i regno dei. Nam q̄uis virginitatis decus irremediabil'r amiserit: nihilominus postea tāta pn̄ia se astrinxit vt merito ceteris virginib⁹ post incontaminatā xp̄i m̄rem p̱ vite meritū lōge altior in celo collocetur. Mansiones

enim ille que sunt in domo pa-
tris celestis: deputantur nō pe-
nes status cōditionem: sed pe-
nes charitatis gradū. Cū igit
Magdalena ceteras virgines
in p̄senti p̄celluerit per charita
tis ardorē: vt pie creditur: con-
sequenter etiam pie creditur q
eas lōge precellat in regno dei.
Hec igitur omnia pie dicta sint
et persuasiue tantum: quoniam
q̄s inter sanctos maior sit post
xp̄i matrē que exaltata est sup
choros angelorum ad celestia
regna: ille sol9 nouit cui soli co
gnitus est electorū numer9 in
supna felicitate collocandus.
merito ergo de ipsa peccatrice
Magdalena: peccatrice inquā
et meretrice p̄mo: sed postmo-
dum vehementer penitente: in-
themate p̄missum est q mere-
trix precedit vos supple preno-
minatos in regno dei.
¶ Solet autē cōiter queri cir-
ca istā materiā vtrum Maria
Magdalena fuerit realiter et
corporalr meretrix. Hāc qōnē
diffuse discussi in expositione
euangeliorum quadragesima-
lium: feria. v. post dn̄icā in pas-
sione: vbi recitantur tres hoc
tres opi. Ideo supfluū videtur
iterū eādē qōnē hic deducere.
In p̄n̄ti sermōe intendo osten-
dere q̄ magna et excellens sit
Marie Magdalene sanctitas
et gloria: maxime cum fuerit si-
milis beatissime v̄gini Marie
in hoc in multis: videlicet
In nominatione.
In nobilitatione.
In visitatione.
In habitatione.
In verecundatione.
In dilectione.
In contemplatione.
In laudatione.
In humiliatione.
In certificatione.
In sollicitatione.
In compassione.
In honoratione.
In stabilitione.
In veneratione.
¶ Prio igit maria Magdalē
na fuit silis beate Marie v̄gini
in noiatiōe. Utraq3 ei dicta est
maria: q̄d nō absq3 cā factū ē.
Nā sicut cōueniunt in noie: ita
cōueniūt in nois interp̄tatiōe.
q̄d sic ptz. Maria eīn interp̄ta-
tur maris stella: mare amarū:
mūdi dn̄a. Que q̄dē tria valde
cōgrue cōueniūt v̄gini marie.
Ipsa ei fuit maris stella in na-
tiuitate filij sui: eo q tūc p̄tu-
lit nobis illum q̄ illumiat oēm
hoiem venietē in hūc mūdum
Joā. j. In cui9 rei signum nox
dn̄ice natiuitatis sicut dies il-
lumiata est: put lōge ante pro-
phetauerat regi9 p̄pheta Da-
uid. Scdo fuit mare amarum
i filij sui passiōe pre dolore 7 cō
passiōe: put lōge āte illi p̄phe-
tauerat sctūs ille Simeon Lu-
ce. ij. dicēs: Tuā ipsius aīam p
trāsibit gladius. Tertio fuit
mūdi dn̄a i sua gl'iosa assūptio
ne: qn̄quidē assumpta est super
choros angelorū ad celestia re
gna. Silr hec triplex interpre-
tatio predicti nois Maria val-
de congrue aptatur marie Ma
gdalene. Primo eīn pōt merito
vocari maris stella p̄pter exē-
plum vere penitentie q̄d reli-
quit oib9 pc̄tōrib9 in mari hui9
mundi adhuc fluctuantibus: et
presertim his qui duxerunt lu-
bricam vitā: itavt q̄ secuti sunt

cam errantē: sequatur eam pe=
nitentem: sicut dixisse fert bea=
tus Ambro. Theodosio impe=
ratori de Dauid. Secundo po=
test vocari mare amarum: pro=
pter vehementem dolorē quem
habuit de peccatis suis: ita vt
pre dolore lachrymas adeo a=
bundātes funderet: vt suffice=
rēt irrigare dñicos pedes. Lu=
ce. vij. Fuit etiam tunc mare
amarū qñ stabat ad monumen
tum xpi foris plorās. Quā cum
xps in specie hortulani illi ap=
parens interrogasset dicens:
Mulier qd ploras? Rñdit di=
cens: Quia (inquit) tulerunt
dñm meum. Joan. xx. Silr fuit
tunc mare amarum: qñ vidit
magistrū suum cruci affixum:
ꝓpter quē oīa reliquerat: et q
tam benigne eā ad misericor=
diam susceperat: atq3 aduersus
indignātē Simonem leprosum
tam studiose excusauerat. Ter=
tio fuit mundi dña: qñ oīa ter=
rena cōtempsit vt Christum lu=
crifaceret. Uel dic q post suam
cōuersionem fuit valde magna
dña: qr tūc habuit dñiu3 suorū
sensuū: et partis sensitiue quan
tū patit humanus status.

¶Moraliter. Debem9 oēs ha=
bere predictam triplicē inter=
pretationem hui9 nois. Maria
Primo enim debem9 esse velut
maris stella p vite exēplarita=
tem: vt sc3 luceamus per bona
opera ad nostram salutē: et ad
proximorū edificationem. Scdo
debemus esse mare amarū per
feruētem pctōrū nostrorū cōtri
tionem. Hiere. ij. Scito et vide
qr malū et amarū est reliquis=
se te dominū deum tuum. Item
Thren. ij. Magna est (aut sal=
tem supple esse debet) velut ma=
re contritio tua. Tertio debe=
mus dñari vitijs et proprijs
cōcupiscentijs: fm q in figura
pcipit nobis dñs Gen. j. dicens:
Dominamini piscib9 maris: et
volatilibus celi: et vniuersis a=
nimantibus que mouentur sup
terram: Ubi per pisces maris
designātur motus luxurie: per
volatilia celi motus superbie:
p animātia terre motus cupi=
ditatis et auaritie. His ergo
tribus motibus debemus domi
nari. Practica singula.

¶Scdo principaliter Magda=
lena fuit silis beate virgini in
nobilitatione. Utraq3 em Ma=
ria fuit nobilis genere. Primo
quidem virgo Maria fuit val=
de nobilis: qr descēdit de semi=
ne regio: vt ptz in genealogia
saluatoris descpta a Matthe
que incipit: Liber gñationis ie
su xpi 2c. Unde etiam de ea ca
nit ecclesia dicens: Regali ex
progenie maria exorta reful=
get. De nobilitate aūt Magda=
lene tradūt historiographi q
descēderit de stirpe regum po=
puli Judeorū. Cuius pater Sy
rus est appellatus: mater Eu=
charia. Hi ergo genuerunt tres
proles: vc3 vnicum filiū nomine
Lazarum: quē quatriduanum
mortuū resuscitauit dñs Joan.
xi. Item duas filias: scl3 Mariā
et Martham. Lazarus & post
mortē parētū accepit magnā
partē Hierosolymorū in sortē:
militieq3 vacabat. Martha vo
accepit Bethaniam in partē
que distabat duobus miliarib9
a Hierlm. Maria autē accepit
in sortem quoddam castrum no
mine Magdalum, a quo 2 Ma=

gdalena nuncupata eſt. Ecce
quo inter ſe diuiſerūt magnas
opes parentum ſuorum defun-
ctorum. Unde in teſtimonium
nobilitatis predictorum facit
quod vt legitur Joan.xj. Mortuo
Lazaro multi iudeorū venerūt
in bethaniam: vbi mortuus fue-
rat dictus lazarus: et vbi tūc erant
ambe ſorores: vt cōſolarentur
eas. Super quo dicit de Lyra:
quod erant nobiles domine. Similiter
dñs Hugo Cardina. in poſtilla
ſua: querit quomodo iudei au-
debāt accedere ad domum di-
ctarum ſororum: maxime cum
iam cōſpiraſſent iudei vt ſi quis
confiteretur chriſtū eſſe deum
aut a deo miſſū, extra ſynago-
gam fieret vt habetur. Joā. ix.
Et reſpōdet dicens quod premiſſum
fuit propter reuerentiā nobili-
tatis dictarū ſororū: vt qui vel-
lent poſſent tunc ad eas acce-
dere et eaſdem conſolari.

¶ Moraliter. Nō habemus neceſſe
imitari Magdalenā in nobilita-
te carnis: cū illa non ſit ad ſa-
lutem neceſſaria: quinimo oc-
caſionaliter retardat quādoque ho-
minē a ſalute: quia facit eū plerū-
que ſuperbire et inaniter gloriari.
Propter quod dicit Grego. in ſuo
dialo. li. ij. quod nōnullis ſolet no-
bilitas generis parere ignobili
tatem mentis: vt minus ſe in hoc
mundo deſpiciant: qui plus ſe
ceteris aliquid fuiſſe memine-
rint. Habuit tamen eadē Ma-
gdalena nobilitatem aliā mul-
to preſtantiorem predicta: vc3
nobilitatem mentis: que conſi-
ſtit in morum honeſtate: vtpo-
te in hūilitate, charitate, fide,
ſpe, patiētia, lōganimitate, ca-
ſtitate, ſancta perſeuerantia:
et huiuſmodi. Et in hac nobili-
tate neceſſe habemus imitari
dictam magdalenā. De qua quidem
dē nobilitate loquens Hiero. in
epla ad Celantiam ait. Sola
apud deū libertas eſt non ſer-
uire peccatis. Sūma apud deū
nobilitas eſt clarum eſſe virtu-
tibus. Hec ille. Unde Ber. ad Eu-
genium papā. Genus inquit apo-
ſtolorum nō aliūde nobile fuit
quam morum ingenuitate, et fidei
fortitudine. Hec ille.

¶ Tertio Magdalena fuit ſimi
lis bte marie virgini in viſitatio
ne: ſupp. angelica. Uiſitauit enim
atque humiliter ſalutauit Ga-
briel archāgelus virginē Ma-
riam, nuncians ei quod cōceptura
eſſet dei filiū. Luc. j. Similiter viſi-
tauerūt ſancti dei angeli Ma-
riam magdalenam ad ipſius cō-
ſolationē: cum ſcilʒ illi annun-
ciauerunt xpi reſurrectionem.
Nam vt legitur Joan. xx. cum
ipſa ſtaret ad monumētū: ſup-
ple chriſti: foris plorās: inclina-
uit ſe et proſpexit in monumen-
tum: et ecce vidit duos angelos
in albis ſedentes: vnum ad ca-
put: et vnum ad pedes: vbi po-
ſitum fuerat corpus Jeſu. Ecce
quomodo ad ipſius magdale-
ne conſolationē miſſi ſunt an-
geli de celo. Similiter cum in
deſerto loco ageret penitentiā:
ſepties in die eleuabatur ab
angelis in aera: vt dictum eſt.
Ecce quomodo ſancti dei ange
li famulabantur ei.

¶ Moraliter. Per Magdale-
nam flentē et ab angelis viſita-
tam et cōſolatā deſignatur quili-
bet verus penitens. Hunc enim
non horrēt beati angeli propter
commiſſa peccata: quin potius

eam spiritualiter ꝯsolãr: simul
q̄ de eius cõuersione cõgratu-
lant: q2 vt habet Luc. xv. Gau-
dium est angelis dei super vno
pctõre penitentiam agente. Uñ
Ber. in vigilia natiuitatis dñi
ser. ij. Exultare (inquit) faciūs
sanctos dei angelos: qñ cõuerti-
timur ad penitētiam. Proficia-
mus igitur ꝛ festinemus com-
plere de nobis eorum letitiam.
Deinde subdit cõtra recidiuã-
tes in peccata priora: ita dicēs.
Ue tibi q̄cũq̄ es qui deliberas
redire ad lutũ: ꝛ reuerti ad vo-
mitũ. Putas ne placatos habe-
bis in iudicio: quos tanto vis
priuare gaudio? Hec ille.

¶ Quarto magdalena fuit simi-
lis virgini marie in habitatio-
ne. Uirgo enim Maria solita
erat vitare tumultum populo-
rum: amabatq̄ secū habitare.
Uñ. Ambro. lib. ij. de virginibꝰ
dicit q̄ ipsa domum exire ne-
sciebat: nisi cũ ad ecclīam con-
ueniebat: ꝛ hoc ipsum cum pa-
rentibus aut propinquis: dome-
stico operata secreto: forēñ sti-
pata comitatu: nullo meliore
tamen sui custode q̄ seipsa. Hec
ille. Ecce quomodo virgo Ma-
ria solitarie habitabat. Uñ Lu-
ce. j. dicitur q̄ angelus ingres-
sus est ad eã. Ex quo patz q̄ in
secreto domus sue loco eã iue-
nit. Sic ꝛ magdalena post con-
uersionem suã discursus ꝛ mũ-
dana solatia vitabat. Uñ. Joã.
xi. dr̄ q̄ maria: supp. Magdale-
na: domi sedebat.

¶ Moralr̄. Hic instruimur vita
re discursus: et querere solita-
rie habitare: vt sic possimꝰ faci-
lius vacare ꝯtemplationi ꝛ re-
collectioni. Propter qđ Ambr.
epl̄a ay. lib. vi. epl̄a. xli. dicebat:
Nũq̄ minus solus sum: q̄ cũ so-
lus esse videor. Nec minꝰ ocio-
sus: q̄ cũ videor ociosus. Hec
ille / Sz dicũt viri mũdani q̄ so-
litudo reddit hominē tristem
ꝛ melãcholicum. Quibꝰ respon
detur q̄ illi qui querũt solita-
rie habitare propter deũ / per-
dũt q̄dē mũdanas ꝯsolationes
ꝛ solatia: que vt plurimũ vitio
sa sunt: aut saltē se illis immi-
scet vitium: nihillominus loco
dictorum solatiorum / que vana
sunt: habent consolationes spi-
rituales ꝛ internas multo me-
liores ꝛ suauiores prioribus: vt
ptz ex Ambro. vbi supra. Insu-
per tales vitant multa vitia: ꝛ
cum hoc proficiunt per vite me
ritum. Unde Esa. xxxv. dictum
est. Exultabit solitudo: et flore-
bit quasi liliũ. Germinans ger-
minabit: ꝛ exultabit letabunda
et laudans.

¶ Quinto Magdalena fuit si-
milis virgini Marie in verecũ
datione. Fuit enim virgo Ma-
ria verecũda. In cuius rei te-
stimoniũ legit Luc. j. q̄ turba-
ta est in sermone angeli: eo sclʒ
q̄ ad eam in specie hominis est
ingressus. Unde ex hoc primo
aspectu: pre verecundia virgi-
nali turbata est. Sic etiam et
Magdalena post cõuersionem
fuit valde verecũda. In cuius
rei testimoniũ cum accessit ad
Christũ: ꝛ stetit retro secus pe-
des eiꝰ: vt habetur Luc. vij.

¶ Moralr̄. Hic instruunt mu-
lieres: ꝛ specialiter iuuenes: pre
ceteris autem puelle ꝛ innupte:
vt sint verecunde ꝛ timide. Uñ
verecundia a vereor: qđ idem
est q̄ timeo: dicitur. Et vt dicit

Ambro.lib.j.de officijs. Uerecundia cum sit omnibus etatibus/temporibus/personis et locis apta:tamen adolescētes iuuenesq annos maxime decet. Quā bona autem et laudabilis sit in talibus huiusmodi verecundia:patet per illud verbum Sapiētis Ecclesiastici.vij. Gra tia inquit illi9:scz pudice et honeste puelle: sup aurum: id est melior auro. Nam preciosum ornamentum pudice puelle est verecundia in fronte illius: et per oppositum de muliere inuerecunda dr hiere.iij. Frons mulieris meretricis facta est tibi: noluisti erubescere.

¶ Sexto Magdalena fuit similis virgini Marie in dilectiōe. Quantum enim dilexerit christum pia ei9 mater Maria:patet per illam diligētiam quam triduo fecit eū cuz dolore hinc inde perquirendo: vt habetur Luce.ij. Unde tunc poterat dicere honestis mulieribus quas obuias habebat: illud Cāti.v. Adiuro vos filie Hierusalem si inueneritis dilectum meum/ vt nūcietis ei quia amore lan gueo. Sic et Magdalena valde dilexit christum. Qd etiam aperte insinuauit ipse Christ9 Luce.vij.cum ait Simoni pharisео: Uides inquit hanc mulierem? Aquam pedibus meis non dedisti:hec autem lachrymis rigauit pedes meos:et capillis capitis sui tersit. Osculū mihi nō &c. Tandem de ea concludit: dicens ad Simonem: Propter quod dico tibi:remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Et nota quod dicit multum.

¶ Ipsa ergo dilexit multū christum in triplici statu:

videlicet
- In vita.
- In morte.
- Post mortem.

¶ Primo quidē in vita: vt iam patet ex dictis. Item ex hoc q sequebatur eum quocunq ibat vt audiret verbum illi9. Item ex hoc q ministrabat illi de facultatibus suis:prout ptz Mat. xxvij.vbi dr q cū xp̄s penderet in cruce/ erāt ibi quedā mulieres que secute fuerant eū a galilea ministrātes ei:inter quas erat maria magdalene. Idem etiam habetur Luce.viij.

¶ Scdo dilexit xp̄m in morte. qr illi morienti in cruce astitit cū Maria matre eius: vt patet Joan.xix. Mira certe dilectio hui9 peccatricis ad xp̄m: q fugiētibus discipulis pre timore mortis/ ipsa imperterrita eū secuta est vsq ad locū supplicij.

¶ Tertio dilexit Christuz post mortem: et ei9 duplex est indicium. Primum est: qr ipsa vna cū Maria matre Jacobi minoris/et cū Maria Salome emit aromata:et simul venerunt ad dn̄icum sepulchrū vt vngerent corpus eius qd adhuc ibi esse credebāt. Et in hoc defecerunt q rectam fidem nō habuerunt. Sunt tn̄ vtcūq laudāde de pia intentione. Scdm indicium est q recedentibus discipulis:scilicet Petro et Joāne:qui simul ad sepulchrum venerāt/et nihil inuenerant: ipsa non recessit: eo scz q amoris Christi ardebat desyderio. Unde et tunc ipse christus sibi apparuit in specie ortulani: vt legitur Joan. xx. Ecce q̄rtū maria Magdalena

dilexit xp̄m. Et quia ipse non est ingratus / sed diligentes se diligere fatetur: et qui mane vigilauerit ad eum / iuxta suuz ꝓmissum inuenient eum: vt habetur Prouerbio. viij. ideo ipse valde dilexit Magdalenam / q̄ mane vigilauit ad eū: quando quidem valde mane vna sabbatoꝝ venit cum alijs mulieribus ad monumentum: vt legitur Marci vltimo.

¶ Moraliter. Instar Magdalene debem⁹ diligere xp̄m multum: quia ex toto corde nostro ꝛ ex oīb⁹ viribus nostris: vt nobis precipitur tam in veteri lege q̄ȝ in noua. Diligamus ergo eum charissimi: q̄m ipse prior dilexit nos: vt habet. j. Jo. iiij. maxime aūt pro nobis purgandis a maculis pctōꝝ nostroꝛuȝ sanguinem suū fundēdo. Apocaly. j. Dilexit nos: ꝛ lauit nos a pctis nostris in sanguine suo. Item debem⁹ eū cōtinue ꝛ semper diligere: vcȝ tam in aduersis q̄ȝ in ꝓsperis: tam in sanitate q̄ȝ in infirmitate: tam in iuuētute q̄ȝ in senectute: quia vt habet Eccli. xvij. Omni tp̄e diligit q̄ amic⁹ est. Super quo dicit glo. ordi. ꝙ qui deum amat: om̄i tp̄e eius custodit amorem: neq̄ȝ in angustia passionis eum deserit quem in pacis trāquillitate diligit ꝛ amat. Sed profecto multi vidētur deū diligere q̄ȝ diu benefacit eis: iuxta illud ps. Cōfitebit tibi cū benefecerit ei q̄ in aduersitate etiā q̄ȝtuncunq̄ȝ modica recedūt ab eius amore. Et hoc nō est multū diligere cū Magdalena: sed paꝝ cū aplīs q̄ in cena multa ꝓmittebant xp̄o: et tn̄ cito eum reliquerunt: quādo scȝ viderūt eū capi in orto. Tales ergo dilectores vocantur in sacra scriptura amici mense: ſm qđ scriptum est Eccli. vj. Est amicus socius mense: et non permanebit in die necessitatis.

¶ Septimo. Magdalena fuit similis beate virgini in contēplatione. De contēplatione em̄ beate v̄gis dicit Amb. de virginib⁹ lib. ij. ꝙ cum dormiendo quiesceret eius corpus / vigilabat animus: ita vt tunc dicere posset illō Cāt. v. Ego dormio: et cor meum vigilat. Unde glo. ordi. sup illud Luc. j. Abijt Maria in mōtana cum festinatiōe. exponit hoc de contēplatione. Sic et maria Magdalena valde dedita fuit contemplationi. In cui⁹ signum legitur Luc. x. ꝙ cū Martha soror ei⁹ in aduētu xp̄i esset sollicita de preparādis necessarijs mense: ꝛ hinc inde discurreret: Magdalena sedebat ad pedes dn̄i: audiens verba melliflua que ꝓcedebāt ex ore ipsius. Propter quod de ea ibi concludit ipse christus / dicens: Maria optimam partem elegit: que ꝛc. Quod exponit glo. ordi. de vita contemplatiua. Unde ibi sic dicitur / Non reprehenditur pars Marthe: quia ꝛ ipsa bona: sȝ laudatur pars Marie: que quare sit optima / subinfertur / cū dicitur Que non auferetur ab ea: quia cōtēplatiua hic incipit: et in celesti patria perficietur: quia ignis amoris q̄ hic inchoat ardere: cum ipsum quem amat viderit: in amore illius ampli⁹ ignescet. Non q̄ȝ auferetur contemplatiua: que subtracta luce

presentis seculi perficitur. Actiua vero cum corpore deficit: quia in eterna patria panẽ non porrigit esurienti: quia ibi nemo esuriet. Nec cetera pietatis opera aget: quia nõ erunt necessaria. Hec in predicta glos. Hic non est opus alia expositione morali.

¶ Octauo Magdalena fuit similis beate virgini in laudatione. Uirgo enim Maria fuit valde excellẽter laudata a multis. Primo quidem ab angelo Gabriele qñ dixit ei. Bñdicta tu in mulieribus. Lu.j. Secundo vero ab Elizabeth qñ in spũ prophetico dicit eidem. Beata que credidisti: qm̃ perficientur ꝛc. Tertio aũt a Marcella ancilla Marthe: quãdo extollẽs vocem in medio populi dixit Christo. Beatus venter qui te portauit: ꝛ vbera que suxisti. Luc.xj. Sic ꝛ magdalena fuit laudata: non quidẽ ab angelo: nec ab hominibus quoꝝ laus potest esse fallax: sed a Jesu xp̃o qui neminẽ laudat nisi quem nouit laude dignũ: eo ꝙ ipse legit in corde merita hoĩm. Ipse ergo laudauit Magdalenam de tribus. Primo quidem de operibus pietatis que illi exhibuit lauando et vngendo pedes illius. Luc.vij. Secundo de magna ipsius charitate cum ait. Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum: vbi supra. Tertio de magna ipsius fide: cum ait illi. Fides tua te saluam fecit, vbi supra. Nam quando venit ad xp̃m: iam fidelis erat corde. Nisi em̃ credidisset ip̃m esse verꝝ deũ: non venisset ad eum vt consequeretur remissionem peccatorum suoꝝ: maxime cum solius dei sit remittere peccata: iuxta illud Esa.xliij. Ego sum qui deleo iniquitates ꝛc.

¶ Moraliter. Nullus nostrum quantũcunqꝫ bonus aut sanctus existat: laudatur hodie a deo: qđ intelligo de laudatione vocali et exteriori: sed cuncta manent incerta vsque in futurum: vt habetur Eccl's.ix. Nonnulli tñ interdum ab alijs laudant: et presertim ab adulatoribus. Sed de tali laude non est curandum: sed potius est a viro iusto ꝛ sapiẽte contẽnenda: quia vt dicit Grego. in suo pastorali. cap̃. lix. Cum perfecto opere laus transitoria queritur: eterna retributione res digna: vili pcio venundatur. De quo quidẽ vili precio loquitur xp̃s Mat.vj. dicens. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Et ideo bene loquit August. hom.xxxv. sic inquiens. Nec valde gaudere debemus quando laudamur sicut nec contristari quum vituperamur. Nec enim coronare nos põt laus falsa: nec dãnare vituperatio falsa. Hec ille. Sed his non obstantibus pleriqꝫ appetunt humanam laudem: atqꝫ inaniter gloriantur cum se laudari audiunt: quis quandoqꝫ vbo dicant sibi non placere ꝙ laudent: et hoc forsan vt in maiori estimatione habeãtur: atqꝫ sanctiores ꝛ iustiores reputent. Quid plura? Certe nonnulli sunt qui laudari appetũt de bono quod non habẽt. Aut si habent: non tñ a seipsis habẽt. Et nihilominus appetũt vt hoĩes estiment illos hoc a seipsis habere. Qđ valde vitiosum est.

¶ Nono Magdalena fuit simi-

lis beate virgini in humiliatio-
ne. De humilitate enim matris
xpi scribitur Luce. j. q vocauit
se ancillam dñi: cum tamen eli-
geretur in matrē filij sui. Unñ et
in suo cantico dicebat. Magni-
ficat aĩa mea dñm: quia respe-
xit humilitatē ancille sue. Sic
τ Magdalena fuit plena humi-
litate: ex quo ab ipsa fauce tar-
tari rediit ad vite lumina. In
cuius rei testimonium quotiēs
ferme de ea fit mentio in sacro
euangelio: legit pstrata ad do-
minicos pedes. Unñ Luc. vij. de
ea sic legitur. Stans retro se-
cus pedes dñi lachrymis cepit
τc. Item Luce. x. de ipsa dr q
sedens secus pedes dñi: audie-
bat verbũ il lius. Itē Jo. xj. sic le
gitur Maria cum venisset vbi
erat Jesus: cecidit ad pedes
eius. Itē Joan. xij. dicitur q in
bethania vnxit pedes Jesu: et
extersit capillis suis. Item erat
inter illas sanctas mulieres q-
bus cum apparuisset Jesus post
suam resurrectionem: accesse-
runt et tenuerunt pedes eius: et
adorauerunt eũ. Matth. xxviij.
Hec sunt argumēta sue magne
humilitatis: qr sicut se hũilia-
bat corpe: sic etiā et mente: da-
to q esset de magno genere: vt
dictum est. Uis g inuenire pec-
catricem Magdalenā? Recur-
re ad dñicos pedes: τ ibi eā pro
stratā inuenies. Ceterum stans
in spelunca sua: iugiter cum la-
chrymis orabat dñm prostrata
ad longũ corpis: supponens ma
num dextram capiti suo: prout
depingi solet. Et tunc forte di-
cebat hec vel consimilia. O dñe
peccaui super numerum arene
maris: τ nō sum digna videre al
titudinem celi pre multitudine
iniqtatis mee: quoniā irritaui
irā tuā: et malum corā te feci.
ij. Paral. xxxiij. Uel forte dice-
bat cũ filio pdigo illud Lu. xv.
Pater peccaui in celũ τ corā te:
iam non sum digna vocari fi-
lia tua.

¶ Moralr. Hic instruunt gene-
rose persone vt habeant humi-
litatē tā mentis q̃ corpis: dicē-
te scriptura Eccli. iij. Quanto
magnus es: generis nobilitate:
vel honoris dignitate: humilia
te in omnibus: id est corā omni-
bus: saluo tamen iure nobilita-
tis aut dignitatis. Et corā deo
inuenies gratiam: quam supple
amisit primus homo per super-
biam. Unde Jaco. iiij. Deus su-
perbis resistit: humilibus autē
dat gratiam. Quis enim gene-
rosior seu nobilior christo? Cer
te nemo: maxime cum ipse sit
rex regum: τ dominus dominan
tium. Apocal. xix. Et tñ nullus
fuit eo humilior. Unde Matth.
xj. nos inuitat ad imitationem
sue humilitatis ita dicēs. Disci
te a me: quia mitis sum τ humi-
lis corde. Hunc ergo studeant
imitari qui sunt generosi τ no-
biles. Quod vbi fecerint: profe-
cto magnũ meritum apud deuz
reportabunt: quia vt dicit Gre-
go. xxj. libro moralium: cap. xj.
Potentibꝰ viris magna est vir-
tus humilitatis cõsiderata qua
litate conditionis. Hec ille.

¶ Decimo Magdalena fuit si-
milis beate virgini in certifica-
tione: supple eterne sue salutis.
Qd em̃ beata virgo Maria fue
rit certificata de sua salute cum
adhuc degeret in humanis: pa-
tet ex propria confessione. Luc.

x.cum ait: Beatam me dicent omnes generationes. Item Ecclesiasti.xxiiij. ipsa loquitur dicens. In plenitudine sanctorum detentio mea. Sic et Magdalena ex ore dominico certificata fuit de eterna beatitudine consequenda: iuxta illud Luce. x. Maria optimam partem elegit: scilicet vitam contemplatiuam que non auferetur ab ea. Si enim vita contemplatiua que hic incipit: et in futuro perficitur: non erat a Magdalena auferenda: iuxta Christi testimonium consequens est dicere quod fuerit certificata de sua futura beatitudine. O magnum et singulare priuilegium. O magnum dei donum. O quanta in Magdalena materia exultationis et spiritualis letitie.

¶ Moraliter. Quamuis regulariter non simus certi de nostra futura salute: quia vt habetur Ecclesiast.ix. Nemo scit vtrum odio an amore dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta. Nihilominus debemus sperare quod simus de numero saluandorum: dummodo faciamus quod in nobis est. Sunt enim tres virtutes theologice: scilicet fides / spes / charitas / eque ad salutem necessarie. Et ideo sicut tenemur habere fidem et charitatem: sic et spem: que secundum magistrum sniarum lib.iij. est certa expectatio future beatitudinis: ex meritis supple proprijs: et gratia dei procedens. Expectare ergo beatitudinem et velle in malis perseuerare: non est actus spei: sed potius magne presumptionis.

¶ Undecimo Magdalena fuit similis beate virgini in solicitatione. De beata enim virgine legit Luce.ij. quod conseruabat omnia verba hec: conferens in corde suo. In quibus verbis ostenditur quod ipsa erat valde sollicita audire verbū dei: et illud pariter retinere. Similiter de Magdalena legitur Luce.x. quod ipsa sedens secus pedes domini audiebat verbum illius: etiam ita auide vt in corde suo diceret xpo predicanti illud Cañ.ij. Sonet vox tua in auribus meis. Uox enim tua dulcis. Dicebat etiam eidem illud Psal. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel et fauū. O quanta in corde eius letitia audire eum in quo sunt oēs thesauri sapientie et scientie dei absconditi: vt hr ad Colossen.ij. Item audire illum qui eam tam benigne et gratiose ad penitentiā susceperat. Similiter audire illum qui ab ea septē demonia eiecerat: vt habetur Luce.viij. Erat ergo tam auida circa xpi predicationem audiēdam vt cibū obliuisceret sumere. Quinimmo quod mirabilius est: propter hanc causam interdum omittebat cibum preparare Christo: quem tñ summe diligebat. Unde propter hoc conquesta est de ea soror sua Martha apud xpm dicens. Domine non est tibi cure quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Luce.x. Est autē verisimile quod aliqñ eam xpus in silentio et priuato hortabatur familiariter de sua salute. Si enim ipse dignatus est predicare soli Samaritane: vt habetur Joannis quarto: multo fortius idem cre

cendum est de Magdalena.

¶ Moraliter. Exemplo beate virginis similiter et Magdalene instruimur libenter audire verbum dei: et illud mente retinere: atq opere implere. De duobus primis scribitur simul Luc.xi. Beati qui audiunt verbum dei/ et custodiunt illud. De tertio aūt scribit Jaco.i. Estote inquit factores verbi: et non auditores tantū: fallentes vosmetipsos: quasi supple credentes sufficere ad salutem audire verbum dei: et non facere illud: vt dicit Glo. interli. Est ergo verbū dei diligēter audiēdū: dicēte dn̄o per Psalmistā. Attendite popule meus legē meam: inclinate aurē vestrā in verba oris mei. Est diligētius retinēdum: quia vt dicit Seneca ad Lucilium ep'la.ij. Non prodest cibus qui statim sumptus emittitur. Est diligētissime opere implendum: ita vt auditores dicant in cordibus suis illud quod olim dicebant filij Israel ad Moysen. Omnia que locutus est dominus faciemus: et erimus obedientes. Exo.xxiiij.

¶ Duodecimo Magdalena fuit similis beate virgini in compassione. De compassione enim beate virginis legitur Joan.ij. q cū videret vinum in nuptijs defecisse: ex quadam pietate et compassione ait filio suo. Vinū non habent. Sic et Magdalena valde compatiens fuit necessitatibus alioꝝ. Unde de ea legitur Luce.viij. q ibat post Christū: vt audiret verbū illius: et ministrabat illi de facultatibus suis Verisimile etiā est q post suam conuersionē disperserit atq dederit pauperibus magnam portionem substātie sue. Tanta ergo illi erat compassio ad pauperes q non expectabat vt ad eam venirent: sed eos hincinde querebat et inq̄rebat. Quorum cognita indigentia illis de propria substantia subuenire satagebat. Et hoc ꝓpter amorem et reuerentiā xp̄i magistri sui quē pauperem cernebat.

¶ Moraliter. Hic instruuntur abundātes in seculo: et qui obtinent diuitias: vt benefaciant pauperibus propter xp̄um: animaduertētes q illi sunt hoīes facti ad imaginē dei: et xp̄i sanguine redēpti sicut et ipsi. Item celestis glorie participes sicut et illi. Unde Esa.lviij. precipit vnicuiq tali: dicens. Frange esurienti panem tuum: et egenos vagosq: id est peregrinos induc in domū tuā: cū videris nudum: cooperi eum: et carnem tuam: id est proximū tuum: ne despexeris ꝓpter paupertatem suam. Certe carnem suam non despiciebat beatus rex Ludouicus: maxime cuꝫ quotidie in mensa sua aliquos pauperes secū comedētes haberet. Quibus etiam interdum pedes humiliter lauabat. Ex quo facto inoleuit consuetudo apud reges Frācie: vt in die Cene.xiij. pauperum abluant pedes: singulis tribuētes iuxta magnificentiam regiam copiosum munus. Similiter carnē suam nō despiciebat summus ille pontifex Syluester: de quo legitur q nulla erat inops vidua: nullus pauper: nullus indigēs orphanus in tota Roma quē non haberet in scriptis. Insuper quot

vidue erant in regione: quot orphani: quot clerici egentes sciebat: et eisdem necessaria ministrabat. Nota etiam de beato Joanne eleemosynario episcopo Alexandrino et de multis alijs qui fuerunt pijssimi ad pauperes.

¶ Tertiodecimo Magdalena fuit similis beate virgini in honoratione. Christus enim valde honorauit piā matrē suam: adeo ꝙ quando simul ambulabant: ipse eam sequebatur. Unde Luce.ij. legit' ꝙ postꝙ ipsa ⁊ Joseph inuenerūt eum in templo: et inde descenderent in domum suā que erat in Nazareth ipse erat subdit⁹ illis. Ecce quō deferebat honorē mrī sue: similiter et Joseph ꝓpter eam. Sic et idem xp̄s multum honorauit magdalenā: adeo ꝙ voluit illi primo apparere post suā resurrectionem: ſm qd canit ecclesia: Surgentem cum victoria Jesum videt ab inferis: prima meretur gaudia que plus ardebat ceteris. De hoc etiā expressum extat testimonium Marci vltimo: vbi sic dicitur. Surgēs Jesus mane prima sabbati apparuit primo Marie magdalene. Hoc tñ intelligendum est de illis apparitionibus de quibus loquuntur euangeliste: quia pie credit' ꝙ ipse primo apparuerit matri sue. Sed quia testimonium matris est suspectum: ideo de tali apparitione non curauerunt euangeliste loqui.

¶ Moraliter. Ex precedētibus docemur ꝙ nō debemus spernere peccatores aut peccatrices etiam quantuncūꝙ prius vitiosos et enormes: cum scilz videmus eos ad deum per penitentiam redire. Unde ecclesiastici viij. Ne despicias hoīem auertentem se a peccato suo: neque improperes ei. ꝙ scilicet lapsus est. Nō enim improperauit christus magdalene ad pedes suos prostrate prius cō missa facinora: sed potius eā excusauit aduersus Simonē murmurantē. Neꝙ similiter pater filio suo prodigo reuertenti improperauit priorem dissolutam et miseram vitā: sed procidens in collum eius / recepit ipsum cum gaudio / ⁊ fecit conuiuiū solenne preparari: Luce.xv. Neꝙ similiter angeli sancti improperant penitentib⁹ commissa delicta: sed potius de eorum conuersione letantur: iuxta illud Luce.xv. Gaudium est angelis dei super ⁊c.

¶ Decimoquarto Magdalena fuit similis beate virgini in stabilitione siue ꝯstantia. De beata enim virgine legit' Joan.xix ꝙ stabat iuxta crucē in qua pēdebat eius filius. Sic etiam ibidem cum ea stabat maria Magdalena: vt ibidem dicitur. Ecce vtriusꝙ stabilitio seu cōstantia. Non enim terror tortorum aut stipatorū militū potuit eas inde fugare. Nec etiam horror mortis Christi in cruce pendētis. Non humana verecundia: nec aliquid simile. Item dicta stabilitio potest referri ad ꝑseuerantiā in bono. Et de virgine maria satis quidem constat omni fideli qualiter perseuerantiam semper tenuerit. De magdalena autem dicendum ꝙ etsi aliquando per peccatum ceciderit: ex quo tamen per pe-

nitentiā resurrexit: nunq̄ dein-ceps ad peccatum rediit. Nam ex singulari xp̄i gratia ꝛ priui-legio videtur in sua conuersio-ne fuisse confirmata in gratia: sicut ꝛ ap̄li in receptione spiri-tussancti. In cuius rei signum dixit illi xp̄s. Uade in pace: in pace inquā conscientie.

¶ Moraliter. Hic instruimur perseuerare in gratia dei ex q̄ semel eam reperimus: quia vt dicit Hiero. scd̄a parte epistola rum suarū: epistola. ix. circa fi-nem. Non cepisse: sed perman-sisse virtutis est. Circa quod no tandū q̄ triplex est hoim diffe-rentia circa bonum agendum. Primi sunt qui nunq̄ bene a-gunt: vt sunt oēs infideles. Cū enim non habeant fidē que est fundamētū ois boni: seq̄tur q̄ non possunt bñ agere. ad Hebr. xi. Sine fide impossibile est pla cere deo. Secundi sunt qui be-ne incipiunt: sed male finiunt: ꝛ male perseuerant in bono in cepto. Cōtra quos loq̄tur Gre-gorius: ꝛ recitat̄ de pe. dist. iii. incassum. Incassum inquit bo-num agitur / si ante vite termi-num deserat̄: quia frustra velo citer currit: qui priusq̄ ad me-tas venerit: deficit. Et tales re-cte figurant̄ per multos filiorū Israel qui intrauerunt deser-tum: nec tamen peruenerūt ad terram p̄missionis: sed defece-runt in deserto. Tales autem sunt multi. Uñ Augusti. ad fra-tres in eremo. ser. xviii. qui in-titulat̄ de perseuerantia. Mul-torum inquit incipere fuit: sed perseuerantium paruus est nu-merus. Judas enim bene agere cepit Saul ꝛ Salomon: ꝛ multi alii: qui tamen male perseuera uerunt. Tertii sunt qui ex quo ceperunt bene agere: siue cito: siue tarde: nunq̄ postea retro-cedunt. Et tales precise saluan tur: iuxta illud. Matth. x. Qui perseuerauerit vsq̄ i finem / hic saluus erit. Et horum perseue-rantia recte figuratur per tu-nicam quam legitur Jacob fe-cisse Joseph filio suo / que vsq̄ ad talos descendebat Genesis xxxvii. Item figurat̄ per vestem sacerdotalē veteris legis: que vsq̄ ad pedes perueniebat. Fi-gurat̄ etiam per caudam bestie quam olim Judei tenebantur in suis sacrificiis dño offerre. Primi horū sunt pessimi secun di ingratissimi: tertii perfectis-simi: de quorum numero fuit Magdalena: vt dictum est. Do net ergo nobis dñs vt simus de numero talium.

¶ Decimoq̄nto ꝛ vltimo Ma-gdalena fuit similis beate vir-gini in veneratione. Beata em̄ Maria colitur ꝛ veneratur ab vniuersa ecclesia: prout dignū ꝛ iustum est. Sic ꝛ Maria ma-gdalena. Unde de ea canit ec-clesia. Laudibus excelsis ois mundus exultet in solennitate sancte Marie magdalene. Uñ post beatam virginem Mariā ecclesia vniuersalis solum colit festum Marie magdalene: et Catharine martyris. Et q̄uis in cap. conquestus. extra de fe-riis. de istis duobus festis nihil dicatur: nihilominus consue-tudo vniuersalis ecclesie vide-tur in hoc habere vim precepti ꝛ obligationis: quia vt habe-tur extra de consue. cap̄. cum consuetudinis. Consuetudines

antique sunt magne authoritatis. Pro finali ergo conclusione aduertendum est q ecclesia facit magnum festum de vno magno peccatore: vcz de Paulo. Item de vna magna peccatrice scz de Magdalena: et hoc in pte vt peccatoribus ac peccatricibus pbeatur exēplū penitentie: detur quoque illis spes venie si modo pdictos imitari velint in morum et vite emendatione. Qd vbi fecerint: indubie illos tandem consequent ad regnum celeste. Quod nobis pstare dignetur qui in trinitate perfecta viuit et regnat. Amen.

¶ Sermo de beato Iacobo apostolo.

Gentes que te non cognouerunt/ ad te currēt Esa. lv.

¶ Ista prophetia Esa. potest exponi triplicit. Primo quidem allegorice de Christo quē despexerunt iudei ad quos missus principaliter fuit a deo patre: iuxta illud Matth. xv. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus Israel. E contra aūt gentiles q prius deū ignorabant: nec aliquid de aduētu xpi aliqn audierant: eo q prophetas nō habebāt: statim audita apostolorum predicatione cucurrerunt ad ipsum Christū: fidē eius deuotissime amplexātes in cordibus suis. Hoc aūt prefiguratum fuit per tres reges orientales: qui cognita Christi natiuitate per stellam illis apparentem: mox ascenderant dromedarios: et velocissimo cursu venerunt adorare eum cum magnis muneribus: vt legit Matthei secundo. Similiter hoc prefiguratum fuit per chananeam gentilem: que venit ad Christū humiliter/ fideliter/ perseueranter. Practica singula. Uñ ad propositum loquitur Psalmista in persona domini: dicens. Populus: supple gentilis: quem non cognoui: id est cuius vitam et mores antiquos non approbaui: eo q idolis immolaret: seruiuit mihi: legem gratie obseruando. In auditu auris obediuit mihi. Ecce facilitas gentilium ad fidei conuersionē: et eorū prompta obedientia: quia in auditu auris predicationis apostolorum: scz post xpi Ascensionem/ qñ in omnem terram exiuit sonus eorū: obedierunt xpo colla submittendo fidei illius. Quid autē tunc fecerint impij iudei: audiamus. Certe inquit dñs: filij alieni: id est iudei qui olim vocabantur filij mei et populus meus peculiaris et elect⁹ per legis obseruantiam: nunc autem me descendente de celo ad eos per carnis assumptionem/ alienauerit se a me per infidelitatem: et ideo qui prius erāt populus meus: nunc non sunt populus meus: tales inquam filij alieni mentiti sunt mihi: in hoc scz q olim dixerant Moysi: Omnia que locutus est dominus faciemus: et erimus obedientes. Exodi. xxiiij. Et tamen me predicantem audire noluerunt: quinimmo et me et sermones meos spreuerunt. Insuper tales filij alieni inueterati

sunt: supp. in malitia sua: et claudicauerunt a semitis suis. i. a duobus testamentis. Nouū em̄ non recipiunt: et vetus tantum scd̄m literam obseruant. Unde de tanta ppl'i iudaici ingratitudine pie cōquerit ipse xp̄us prout fuit pphetatum. Esaie. j. dicens. Filios. i. iudeos enutriui: supp. manna eos pascendo quadraginta annis in deserto: et exaltaui: supp. pre ceteris nationibus vniuerse terre. p̄s. Nō fecit taliter omni nationi: et iudicia sua non manifestauit eis: sicut suple fecit nationi iudeorum. Sed quid fecerunt dicti filij tali ac tam potenti et magnifico patri? Certe inq̄t ipse: ipsi spreuerunt me: vocantes me samaritanum: demoniacum: peccatorem: populi seductorem: legis transgressorem: et huiusmodi. Patet ergo populi iudeorum erga Christum malitia. Patet etiam populi gentilis prompta diligentia quo ad fidei catholice susceptionem. Et sic patet pria expositio p̄missi thematis.

¶ Secundo dicta pphetia potest exponi moraliter: ita vt per gentes intelligantur simplices et illiterate persone: quales sunt communiter rurales homines ac mulieres. He enim gentes dicuntur non cognoscere dn̄m: eo q sunt absq literis: quanuis ipsum cognoscant per fidem. Et profecto tales gentes currunt ad dominum per bonam vitam vbi viri literati propter eoꝝ arrogantiā aut negligētiā vel malā vitā currunt ad mille diabolos. Unde August. lib. viij. confessionum refert de seipso: q cū audisset loqui de sanctissima vita beati Antonij viri simplicis: sed optimi: dixit alipio qui cū eo erat. Quid inq̄t patimur? Quid est hoc? Quid audisti? Surgunt indocti: et celum rapiunt: et nos cum doctrinis nostris sine corde ecce vbi volutamur in carne et sanguine. An quia precesserunt pudet sequi? Hec ille. Ad idem etiam propositum loquitur p̄s. dicēs. Quoniam non cognoui literaturam: introibo in potentias dn̄i. i. in ipsum celum. Tanq̄ diceret aperte q frequentius saluantur indocti q̄ docti. Et huius forsan rō est: qꝛ vt dicit apo sto. j. ad Coꝛ. viij. Scientia inflat. Ecce q̄n̄o gentes que non nouerunt literas: currunt ad dn̄m. Item currunt ad ecclesiam et ad predicationes ibi q̄rentes dominum: et vt de eo loqui audiant. Utrūq autem cōmuniter contemnunt aut saltē negligūt viri literati.

¶ Tertio p̄dicta prophetia potest exponi quasi historialit de beato Jacobo maiore. Hunc ḡ quasi in spiritu prophetico preuidens Esaias ait. Gentes que te non cognouerunt. i. que te in hac mortali vita non viderunt: nec similiter sui predecessores: ad te current. i. tua limina deuote et diligenter atque copiose visitabunt. Hoc autē videmus coꝛā oculis nostris in dies impleri in populo germanie siue alemannie. Itē in populo Gallie. Nullibi enim legitur q ipse diuus apl's iacob⁹ adhuc in humanis agens aliq̄n fuerit visus in Frācia aut alemānia: flādria vel anglia: et tñ hoīes haꝝ nationū pre ceteris toti⁹ oꝛbis p̄ci

pua deuotione ducunt ad ipm: ita vt per turmas peregrinari videatur ad Cōpostellā. Plures vadūt Romā: sed p magna pte nō tā grā deuotiōis q̄ʒ impetrāde dispēsationis aut puisionis ecclesiastici beneficij. Ad beatū aūt Jacobū sola deuotio trahit et allicit gētes: ita vt ex omi pte illic currāt et se conferant. Hinc est q̄ in indulgētijs cōib⁹ cōiter eximitur votum beati Jacobi: ita vt sūmus pōtifex sibi soli soleat reseruare dispēsationem illi⁹ voti. Ex quo ptz q̄ q̄ʒtū ad hmōi dispēsationem seu commutationem: predictū votum equat voto hierosolymitano / et romano qđ fit ad limina aplo℞ Petri et Pauli visitanda. Nam hec tria vota sibi soli solet reseruare Papa. Ecce ḡ q̄ʒ cōgrue premissum est in themate de beato Jacobo q̄ gētes q̄ eū non cognouerūt: ad ipm currēt. Et hoc ppter tria:

vez ppter
- Comparationem.
- Laudationem.
- Magnificationem.

¶ Primo igit gentes .i. deuoti xpiani tā nobiles q̄ʒ ignobiles: tā laici q̄ʒ clerici: tā viri q̄ʒ mulieres: tā diuites q̄ʒ pauperes: tā senes q̄ʒ iuuenes / currunt ad limina beati Jacobi ppter cōparationem / q2 scʒ est tāte sanctitatis vt merito comparetur illi sanctissimo patriarche Jacob. Unde etiā parū discrepat ab eo in noie: vt satis constat. Cōparatur ḡ noster Jacobus xpi aplus; Jacob patriarche in sex punctis: videlicet

In parentum sanctificatione.
In maternali dilectione.
In paternali benedictione.
In officij conditione.
In baculi baiulatione.
In fraternali persecutione.

¶ Primo itaq̄ btūs Jacobus cōparat Jacob in parētū sanctificatione. Parētes nēpe Jacob fuerūt valde honorabiles et sancti. Et prio q̄dē pater ei⁹ fuit sāctissimus ille patriarcha Isaac: q̄ prefigurauit xpi passionem: p̄sertim in hoc q̄ pater eius Abrahā facto sibi p̄cepto de celo voluit eum immolare dño. Gen. xxij. Silr mater eius dicta Rebecca fuit tota virtutib⁹ plena. In cui⁹ rei signum cū esset sterilis: fudit orationeʒ ad dñm. Quo facto concepit et peperit gemellos filios: vez Esau et Jacob: vt habet Gen. xxv. Sic et zebede⁹ pater beati Jacobi fuit vir piscator et honeste conuersationis. als nullo pacto illi dedisset Anna filiam suā in vxorem. De isto tñ zebedeo nihil scriptū reperi nisi q̄ genuerit Jacobum et Joānem: vt ptz Mat. iiij. Item eiusđ. xx. Item Mar. x. Presumitur tamen fuisse bonus. Silr mater huius Jacobi: scʒ Maria salome fuit mulier sancta. vnde et ponitur in catalogo sctō℞. De clara q̄uo beata Anna habuit tres maritos: primo Joachim de quo genuit beatā virginem. Scđo Cleophā / de quo genuit mariā Cleophe. Tertio Salome / de quo genuit mariā Salome. Nōta q̄b⁹ viris coniūcte sunt dicte filie: et q̄s filios genuerunt. Historia est cōis. De hac itaq̄ genealogia possum⁹ dicere illđ Psal. Hec est generatio querētium dñm. Item illud eiusđ ps. Dñs in gnatione

iusta est: qualis supple fuit generatio beate Anne.

¶ Moraliter. Hic instruuntur parētes dare filias suas i cōiuges viris honestis: q̄liter fecisse legitur btā Anna. Meli⁹ eñ est dare filiā suam nuptui viro habēti mediocres facultates: dūmodo sit ꝓbus ꝛ iust⁹: q̄ȝ viro vitioso multā substātiā hñti quā etiā forte aut ipse aut sui ꝑdecessores ꝑ fas ꝛ nephas acq̄sierūt. Hoc ꝑ tanto dr̄: qꝛ etsi beata Anna diuitias multas hr̄et: put de ea et Joachim viro suo p̄io refert Hiero. nihilominus ꝯiūxit filiā suā Mariam salome cū zebedeo: q̄ piscando victum sibi q̄rebat: nec etiam alias diuitias habuisse legit̄. Et idē iudiciū est de viro volēte ducere vxorē. vñ Chrys. sup Mat. in ope incōpleto: homil. xlviij. dat salubre cōsiliū / ita inquiēs: Tu iuuenis q̄ vxorē vis ducere / aut si puella nuptui tradatur: noli q̄rere diuitē / sed bene morigeratā: qꝛ boni mores diuitias semp acq̄runt: diuitie aūt nūq̄ȝ bonos mores fecerūt. Et glorioſior est paupertas fidelium / q̄ȝ diuitie peccatorum. Considera quales habet parētes: et sine labore cognouisti de illa quid sit. Si enim ambo parētes fuerint boni: fiducialiter pone pedē in domo illa. Si autem ambo mali: fuge familiam illā. Si autē dissimiles fuerint parentes / dubium habes inde euentum: quō nauta q̄ in mari tradit aīam suam: nesciēs pereat ne / an euadat. Hec ibi.

¶ Scdo. beatus Jacob⁹ cōparatur patriarche Jacob in maternali dilectiōe. De Jacob eñ legitur Gene. xxvij. q̄ Rebecca mater ei⁹ ipm multum diligebat: adeo q̄ cum cautela mirabili procurauit sibi benedictionem patris: que tunc temporis multum vtilis erat: qꝛ vt dicit Amb. lib. de benedictionib⁹ patriarcharum. c. j. Qui olim benedicebatur a patre / benedictus erat: et q̄ maledicebatur / similiter maledict⁹ erat. Ideo autem hanc parentib⁹ donauit deus gratiam: vt filioꝝ pietas prouocetur ad parētes. Honora ergo patrem tuum: vt benedicat te. Hec ille. Sic et beata Maria Salome valde dilexit filium suum Jacobum: ita vt de eo ꝛ Joanne fratre illius dixerit ad Christum: Dic vt sedeāt hi duo filij mei: qui supple sunt cognati tui: vnus ad dexteram tuam / et alius ad sinistram in regno tuo. Sed vnde oriebatur hec petitio in hac matre? Certe secundum Chryso. sup Mat. in opere imperfecto: homilia. xxxij. quia audierat pauloante christum discipulis suis dicentem: Sedebitis sup sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Ideo ipsa timens ne christus vellet Petrū aut Andream primo vocatos ceteris ꝑferre: rogauit ipsum / dicens: Dic vt sedeāt ꝛc. Circa qđ notādum fm postillatores q̄ hec mulier petebat a xp̄o tria pro filijs suis: que communiter petunt cetere matres filijs suis. Primum erat quies corporalis: qꝛ Dic vt sedeant hi duo filij mei. Secundum honor: quia vnus ad dexterā tuam / ꝛ alius ad sinistram. Tertium diuitie: quia in regno tuo. Ecce quo-

modo Maria salome diligebat filios suos. Fuit autē hec mulier exaudita quantū ad vtilitatem: q̄uis non ad voluntatem. Nam hodie beatus Jacobus sedet ad dexterā xp̄i in regno suo per apertā dei visionem et eternā beatitudinē. Beat⁹ aūt Joannes adhuc sedet ad sinistram: ꝼm opinionem illoꝝ qui dicunt eum adhuc viuere: et in paradisum terrestrē cū Helia et Enoch translatum esse.

¶ Moraliter. Multe matres instar p̄dicte mulieris plus diligunt corpora filioꝝ suoꝝ q̄ᵹ animas. Item plus sollicitant de cōgregandis illis diuitijs: officijs: beneficijs: ⁊ seculi honoribus: q̄ᵹ de bonis morib⁹. Item plus dolent ⁊ tristantur si quid eis aduerset temporaliter aut corporaliter: q̄ᵹ si viderint eos peccare p̄sētialiter. Unde ad propositum loquēs Chryso. super Mat. vbi supra: super illo verbo. Dic vt sedeant hi ⁊c. dicit sic. Matres corpus natoꝝ suoꝝ amant: animā autē contēnunt. Desiderāt illos videre in hoc seculo: ⁊ non curāt quid sint passuri in alio. Alij militias p̄uidēt filijs suis: alij honores: et nemo p̄uidet illis deū. Perditionē illoꝝ cū p̄cio magno cōparāt: ⁊ salutē illoꝝ nec dono accipere volūt. Si viderit illos paupes: tristantur ⁊ suspirāt. si aūt viderint illos peccantes: nō tristant. Et ita ostēdūt facto ⁊ opere ꝙ corpoꝝ sūt parentes: ⁊ nō animarū. Hec ille.

¶ Tertio beatus Jacobus cōparat Jacob in paternali benedictiōe. De Jacob em̄ legitur vbi. s. ꝙ pater su⁹ Isaac dedit illi benedictionē suam, dicens: Det tibi deus de rore celi ⁊ de pinguedine terre abundātiā frumenti, vini ⁊ olei. Seruiant tibi populi: ⁊ adorent te tribus. Esto dn̄s fratrum tuoꝝ: et incuruentur ante te filij matris tue ⁊c. Circa qḋ notandum ꝙ ista non sunt impleta personaliter in Jacob: sed in posteris suis. Tum quia plures fratres non habuit, sꝫ vnicum: scilicet Esau. Tum quia q̄ᵹ diu vterq̄ꝫ vixit: ip̄e Jacob minor fuit fratre suo Esau in potētia ⁊ virtute. Propter qḋ etiam eum valde timebat: vt legit̄ Gen. xxxij. vbi dr ꝙ ipse orabat dn̄m, dicens: Dn̄e de⁹ me⁹ erue me de manu fratris mei Esau: qꝛ valde euꝫ timeo. Sequitur vbi. s. Qui (inquit Isaac de filio suo Jacob) maledixerit tibi: sit ille maledictus: et qui benedixerit tibi: benedictionib⁹ repleatur. Ecce q̄uō Jacob habuit benedictionem paternā. Sic ⁊ beatus Jacob⁹ fuit a xp̄o bn̄dict⁹ benedictione q̄dē grē in p̄nti et glorie in futuro. In hoc etiam fuit maior ceteris ap̄lis ꝙ primus inter eos intrauit regnum celeste: Anno sꝫ non naturali, sed reuoluto a passiōe domini. Unde de eo canit eccl'ia. O lux et decus hispanie Jacobe sanctissime: q̄ inter ap̄los primatum tenes: primus eoꝝ martyrio laureat⁹. Ecce q̄uō habuit benedictionem patris celestis consistentem in rore celi.

¶ Bene ergo hic ap̄l's dictus est Jacob⁹ maior respectu alterius Jacobi. Non quidem etate, aut molis quantitate siue nobilitate aut dignitate. Nam

alter Jacobus cum esset: filius Marie cleophe: hic autē filius Marie salome: que erat iunior inter filias btē Anne: ille erat maior etate: iste autem minor. Qd si sit qō de maioritate ƀm quantitatē molis: incertum est nobis. qs amborū fuerit maior Nec de hoc curauerunt historiographi aliqd scribere: eo ꝙ dicta maioritas nihil laudis affert quo ad deū. alr̄s Goliath esset p̄ferendus Dauid quo ad deū. Si ꝟo sit qō de maioritate ƀm nobilitatem carnis: sic neuter fuit alio maior: qꝛ ambo de infima plebe geniti sunt. Si autem sit questio de maioritate ƀm dignitatem: tunc Jacobus Alpheus debet dici maior: eo ꝙ fuit archiep̄us hierosolymitanus: Jacobus aūt zebedeus fuit tantū simplex ep̄s. Dictus est ergo iste maior: ille minor: quia iste est primo ad apostolatum vocatus a christo: vt patet Matt. iiij. vbi dicitur ꝙ postꝗ xp̄s vocauit Petrū ꝛ Andream fratrem eius: mox eodem die vocauit Jacobum et Joannem q̄ erāt in alia naui: vt dicit euāgelista. Item dictus est maior: eo ꝙ xp̄s quotiēs voluit aliqd secretum aliquib⁹ de ap̄lis manifestare: semper iste fuit vnus ex illis. Hoc patuit in transfiguratione. Matth. xvij. Item in suscitatiōe puelle principis synagoge. Lu. viij. Item in oratione quā fecit in orto.

¶ Moraliter. Ad hoc laborare debem⁹ in p̄nti per vite meritū: vt in futuro habeam⁹ illā benedictionē paternā: quā daturus est xp̄s oib⁹ electis quando dicet illis illud Matt. xxv. Uenite benedicti p̄ris mei ꝛc. Et q̄ tūc primo vocabit a xp̄o: priuitate scilꝫ dignitatis: erit certe maior in gloria et honore celesti.

¶ Quarto beatus Jacobus cōparatur patriarche Jacob in officij conditione: qꝛ vterꝗ fuit pastor ouium: sed differenter. Jacob em̄ pastor fuit ouiū soceri sui Laban: vt legit̄ Gene. xxxj. Jacobus autē pastor fuit ouium xp̄i. Nota qūo apostoli postꝗ receperunt sp̄m sanctuꝫ: dispersi sunt per totū mūdum. Sic em̄ illis imperauerat ipse xp̄s cum voluit celū ascendere: dicēs illis: Euntes in mundum vniuersum: predicate euangelium omni creature. Mar. vlti. Post hm̄ōi ergo generale preceptum beatus Jacobus accepit Hispaniam in sorte ē sue predicationis. Cumꝗ illic venisset/ et ꝑ medium annum Christum predicasset: parum ibi profecit propter populi malitiam. Unde tātum nouē discipulos dn̄o acquisiuit. Alij autem non ponunt nisi duos. Alij vero tantum vnū. Ecce ꝗ̄ difficiles fuerunt Hispani ad suscipiendam fidem Christi. Quod ille videns/ in iudeam redijt.

¶ Moraliter. Non mirꝫ si multi moderni p̄dicatores paruum fructū faciunt in pp̄lo: cū talis ac tantus vir: et quē sp̄ūs sctūs gr̄a sua repleuerat in die pentecostes: atꝗ doctrina repleuerat: tam paruum lucrū acqsiuit dn̄o per tantum tempus. Tirplex tamē potest assignari causa cur moderni predicatores paruū fructū faciūt in populo. Prima est ex parte ipsius

populi: qui aut non vult audi-
re verbum dei: aut si audit: non
tñ memoriter retinet. Aut si me-
moriter retinet: nõ tñ iplet ope.
Aut si implet: non tñ cito nec
plene. Uñ merito contra tales
irascitur dñs: Qđ etiã ostendit
Chryso. hom. lxxiij. p similitu-
dinem de puero quotidie scho
las petẽte: nec tñ proficiẽte: quẽ
pater flagellat: atq̃ pceptorem
increpat. Q; vbi intellexerit a
pceptore nihil ptermissum esse
sed oim causa est pueri negli-
gẽtia: tũc in puerũ omnẽ trans-
fert indignationem. Ita in pro-
posito. Scđa causa est ex parte
predicatoris: q̇ forsan dicit vnũ
7 facit aliud: nec vita eius con-
cordat cum verbis illi9. Matt.
xxiij: Dicunt et nõ faciunt. Cũ
tamen legatur de summo illo
predicatore xp̃o Actu. j. q̃ ce-
pit primum facere: deinde do-
cere. Unde Grego. homilia. xij.
dicit q̃ cui9 vita despicitur re-
stat vt eius predicatio contem
natur. Tertia causa est finis p̃-
dicationis. Qui enim predicat
principaliter propter tempora-
le lucrum: 7 non propter salutẽ
animarum: parũ aut nullo mo-
do proficit: sed magis scanda-
lizat auditores. Unde August.
super psal. exponens illud ver-
bum. Eloquia domini eloquia
casta: dicit q̃ multi predicant
ṽitatẽ nõ caste: eo q̃ vendunt
illã ptio ꝯmoditatũ huius scl'i.

¶ Quinto btũs Jacobus cõpa-
ratur Jacob in fraternali perse-
cutione. Ipe eñ Jacob passus
est graues persecutiones a fra-
tre suo Esau: quinimo propo-
suerat in corde suo post mortẽ
patris sui Isaac eum occidere.
Unde vt legitur Geñ. xxvij. di-
cebat. Uenient dies luctus pa-
tris mei: 7 interficiã iacob fra-
trẽ meũ. Sic 7 beatus Jacobus
a fratrib9 suis iudeis multa est
perpessus: eo scz q̃ p̃dicaret le-
gẽ xpi: 7 multos converteret si-
cut ptz de Hermogene pri9 ma-
gno incantatore. Itẽ de Phile-
to discipulo eiusdẽ Hermoge-
nis. Hec igitur videns Abya-
thar pontifex excitauit seditio-
nẽ in pplo aduersus eũdẽ apo-
stolũ: et fune misso in collũ eius
fecit eum duci ad palatiũ He-
rodis agrippe. Qui q̇dem hero
des eũ decollari iussit. Sicque
martyrium consummauit. Ecce
quõ passus est persecutionem a
fratribus suis iudeis.

¶ Moral'r. Multi deuoti catho
lici instar beati Jacobi persecu
tionẽ patiuntur a fratrib9 suis
Et hoc hz verũ tam inter mun
danos: q̃ inter clericos et reli-
giosos. Nã inter predictos fres
plerũq̃ suscitãtur iurgia: lites:
cõtẽtiones: murmura: oblocu-
tiones: detractiones: inuidie:
ꝑditiones. 7 consilia. Propter
qđ Apo. inter multa pericula
que enumerat. ij. ad Corint. xj.
ponit periculũ in falsis fribus.
Et iõ Hiere. ix. dicit sic. Unus-
q̇sq̃ a proximo suo se custodiat
7 in omi fratre suo non habeat
fiduciã: q2 ois frater supplan-
tans supplãtabit: et ois amicus
fraudulẽter incedet.

¶ Sexto beat9 Jacob9 compa-
ratur Jacob in baculi baiula-
tione. Jacob eñ solit9 erat de-
ferre baculũ: tũ q2 pastor: tum
q2 multas vias fecit hincinde
ambulãdo. Uñ Geñ. xxxij. dice-
bat: In baculo meo trãsiui ior-

dānē istum. Sic ꝛ beatus Jacobus cōiter vtebatur baculo: q̄si pro vehiculo: cū q̄ etiam instrumentabiliter miracula operabat. Hoc autem manifeste apparuit circa Hermogenem. Hic enim cum suis incantationibus precepisset demonibus vt ad se adducerent seruum xp̄i Jacobum: ad eū de ꝓpe accedentes: minime ipsum tangere potuerūt. Quibus xp̄i apl'is vice versa precepit in noīe xp̄i: vt dictū Hermogenem ad se ligatū/ illesum tamen adducerent. Qđ cū fecissent: ꝛ beatus Jacobus eū de potestate demonum soluisset in hoc reddens bonum ꝓ malo: tādem ipse Hermogenes cōuersus est ad xp̄i fidem. Uerum tamen ne vlterius illi nocerent demones: dedit ei beatus Jacob⁹ baculū suū q̄si in defensionē aduersus illos canes rabidos infernales. Uñ ex tunc non fuerunt ausi ad eum accedere. Et hec est causa quare imago beati Jacobi depingitur cum baculo. Magna certe fuit ꝟtus et sanctitas huius apl'i: vtpote qui absens sola p̄ntia sui baculi demones terrebat ꝛ fugabat.

¶ Moral'r. Bacul⁹ est crux xp̄i cuius virtute fugantur ꝛ terrētur demones: iuxta id quod canit eccl'ia. Ecce crucē dñi: fugite partes aduerse. Unde sicut baculo fugam⁹ canes: ita crucis signaculo demones. Et propter hoc solet crucis signū apponi morientibus. Ptz ergo de primo principali in quo ostenditur qūo sex modis beatus Jacobus fuit similis Jacob p̄triarche sanctissimo. Propter quod merito ad eius limina deuotionis causa currunt oēs gentes.

¶ Secundo principaliter: oēs xp̄iani debēt currere post beatum Jacobum ꝓpter illius laudationem. Est enim laude dignus propter multa.

¶ Primo quidē ꝓpter affinitatem quam habuit ad xp̄m. Solent enim affines ꝛ consanguinei regum et principum pre ceteris honorari ꝛ laudari. Sic est aūt ꝙ beatus iste iacob⁹ fuit multū affinis et ꝓpinquus xp̄o sūmo regi: qꝛ filius auūcule sue marie Salome: vt dictum est. Uñ ꝓpter talē affinitatem siue consanguinitatē ipse Jacobus: sicut et nōnulli alij: vocatur frater dñi in sacro euangelio sicut patz Matth. vij. vbi legitur ꝙ cum christus semel predicaret: quidā dixit ei. Ecce mater tua ꝛ fratres tui foris stant querentes te. Super quo dicit glossa interli. ꝙ isti erant consobrini xp̄i: qui more veteris scripture hic vocantur fratres. Et de numero taliū fratrū erat beatus Jacob⁹ maior. Ecce affinitas quā habuit ad xp̄m.

¶ Moraliter. Si volum⁹ possumus esse affines xp̄i: videlicet faciendo voluntatē dei patris. in cuius rei testimonium dicit idem xp̄s Matth. xij. Quicunq̧ (inquit) fecerit volūtatem p̄ris mei qui in celis est: ipse meus frater et soror est. Facile ergo possum⁹ magnā et insignē affinitatem nobis comparare.

¶ Scđo btūs Jacobus est laudandus ꝓpter promptā obedientiam. Nā vt scribit Mat. iiij. ꝙ primū iste Jacobus ꝛ Jo. frater ei⁹ audierūt xp̄m dicentē. Uenite post me: relictis retibus et

naui secuti sunt eum. Profecto valde prōpta fuit eoꝝ obedientia ad xp̄m sequēdū: qꝛ vt dicit Grego. in homilia super eodem textu. Isti duo fratres xp̄m miracula faciētē nōdū viderant: nihil de premio eterne glorie ab eo audierāt: et tū ad vnum dn̄i preceptū hoc modicum qd̄ possidere videbātur/ obliti sūt. Deinde tarditatē nostrā in sequēdo eūdē xp̄m reprehendit/ dicēs: Quanta nos ei⁹ miracula videm⁹: quot flagellis atterimur: quantis minarū asperitatibus deterremur: et tū vocantem sequi cōtēnim⁹. Hec ille.

¶ Moraliter. Ex predictis instruimur nō facere aurē surdā dn̄o nos vocāti ad penitentiā: put vnū quēqꝫ nostrū scriptura admonet Eccli. v. dicens. Non tardes conuerti ad dn̄m: et ne differas de die in diē. Econtra aūt qꝛ fatue virgīes distulerūt parare que erant eis necessaria ad salutem: ideo excluse sunt a nuptijs celestibus. Mat. xxv.

¶ Tertio beatus Jacobus est laudandus propter noui nois impositionem. Nam vt legitur Mar. iij. xp̄s Jacobo ꝛ Joanni imposuit nomen Boanerges: quod idem valet sicut filij tonitrui. Ratio aūt impositiōis dicti nois est duplex. Prima: quia meruerūt audire illō tonitruū dei patris de filio intonantis et dicentis: Hic est fili⁹ me⁹ dilectus ꝛc. Mat. xvij. Scd̄a est: qꝛ vt dicit glo. sup predicto textu Marci: isti duo ap̄li ignē ꝛ fulgura sparserūt in terris p predicationē suā: ita vt vox Joannis per Asiam intonuerit: vox aūt Jacobi in Hispania longe distante a iudea audita fuerit: vt dictum est supra.

¶ Moraliter. Ueri diuini vbi p̄dicatores debēt imitari hos duos fr̄es terribiliter tonando et clamando contra obstinatos pctōres. Sic em̄ tonabat cōtra eos eximius ille predicator Jo. bapti. cū pfidis iudeis aiebat: O pgenies viperarū/ qs demōstrabit vobis fugere a ventura ira. Mat. iij. Item predicatorū doctor et instructor xp̄s Luce xiij. ait: Nisi penitētiā habueritis: oēs peribitis. Nonne etiam mirabiliter tonabat cōtra miseros pctōres aq̄la doctoꝝ Aug. qn̄quidem dicebat ad fratres in eremo. ser. xlvij. Si inq̄t tacuero nephandissima pctā vr̄a: mors mihi est. Et si hec p̄dicauero: non effugiā linguas vr̄as. Audacter igitur predicabo: qꝛ et vos publice operari malum nō erubescitis. Emendate igit̄ vitam: et ego emēdabo verba. Quiescite agere peruerse: ꝛ ego quiescā mala vr̄a vobis improperare. Hec ille. Propterea dominꝰ loquēs cuilibꝫ zeloso p̄dicatori precipit ei illō Esa. lviij. dicens: Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocē tuā: et annuncia populo meo scelera eorum: et domui Jacob pctā eorum ꝛc. Patet ergo q̄ iuste popul⁹ christian⁹ debet currere post christi apostolum Jacobum pp̄ter illius laudationem.

¶ Tertio principaliter gentes debēt currere post beatum Jacobum pp̄ter ipsius magnificationem. Nā dominus ip̄m magnificauit per miraculorū operationem: et hoc iterum in triplici statu:

In vita.
videlicet In morte.
Post mortem.

¶ Prio q̄dē in vita. Et de hoc extat apta historia de Phileto Hermogenis discipulo. Hūc cū cū btūs Jacob⁹ ad xp̄i fidē cō-uertisset: et propter hoc dictus Hermogenes arte magica eū adeo immobilem reddidisset q̄ nullaten⁹ se mouere posset: hoc audito ipse Jacob⁹ ad eum misit sudariū suum. Qd̄ cū primum tetigit / solut⁹ est a priorib⁹ vinculis: et liber abijt. Silr̄ vt dictum est / ipsum Hermogenem postea ad fidē cōuersum / protexit ab insultatione demonum sola p̄sentia baculi sui.

¶ Secundo dn̄s magnificauit beatū Jacobū per miraculorū operationem i morte sua. Nam cū ad decollandū duceret: q̄dā paralyticus in via iacēs ad eū clamauit vt sibi sanitatez conferret. Ad quem Jacobus. In noie (inq̄t) xp̄i iesu p̄ cui⁹ noie ducor ad mortē: exurge et bn̄dic creatorem tuum. Et statim sanatus surrexit: atq̄ deū bene dicere cepit.

¶ Tertio dominus magnificauit apl̄m suū Jacobū post mortem p̄ miraculoꝝ operationem. Et hoc iterū multiplr̄. Primo q̄dē i nauis subita p̄paratione. Nam eo decollato aliqui de discipulis illi⁹ nocte sequenti dū mediū silētiū tenerent oīa / acceperūt corpus eius: et tandē ad littus maris pperātes / nauē diuinitus preparatā inuenerunt: intra quā descendētes nauigio cū dicto corpe dn̄o duce i Galicia applicuerunt. Historia est cois. Scd̄o in lapidis cōcauatione. Nā cū dicti discipuli applicuissent in terrā: ⁊ sacrosctm̄ corpus diui Jacobi posuissent sup ingētē lapidē: subito dict⁹ lapis se mirabiliter corpori siue sarcophago in quo iacebat / coaptauit. Tertio in tauroꝝ indomitoꝝ domatione. Uide i legēda aurea. Ibi etiam narrant multa miracula q̄ operatus est dn̄s per diuersas mundi partes meritis apl̄i sui Jacobi. Cuius nobis precibus vitā eternā largiatur Jesus xp̄s: qui cū patre et spiritusancto viuit ⁊c.

¶ Sermo de beato Christoforo.



Imilem illū fecit in glia sctōrum. Eccl'i. xlv. Hodie i eccl'ia fit festuz solēne ⁊ vniuersale de christi apostolo Jacobo / de q̄ in precedenti sermone habitū est. Fit etiā festuz pticulare de xp̄i martyre Xp̄oforo: de q̄ in p̄nti s̄. agēdū est.

¶ Premittēdum est autē q̄ triplex est genus martyriū s̄m doctores. Primū vocat martyriū operis tm̄: quale fuit martyriū sctōꝝ Innocētū q̄ nō loquendo sz moriēdo confessi sunt: supple nomen dn̄i ⁊ fidez catholicam. Unde ⁊ hos tāq̄ veros martyres colit ecclesia. Silr̄ martyrium operis consistit in casu in quo mulier pregnans occiditur p̄pter fidez. In tali em̄ casu infans viuēs i vtero ei⁹ saluatur p̄ virtutē martyriū operis: atq̄ hm̄oi occisio valet ei ad baptismum: vt notatur. xv. q. j. merito. §. firmissime. Secūdū vocatur martyriū affectiōis: vt cū quis

affectat pati mortē ꝓpter xp̄m. Nam talis affectus valet ei ad martyrium quo ad deū: et hoc quo ad premium essentiale: etiā dato ꝙ non sequatur effectus. Talis tñ nō habebit in celo aureolā martyrū: q2 illa tñ datur pro actu exteriori ꝓcedente siue impato ab actu interiori: ⁊ hoc q̄ ad adultos. Et hoc modo fuit martyr btūs Martinus: de q̄ canit eccl'ia: dicens. O sanctissima anima quā etsi gladius psecutoris non abstulit: tñ palmā martyrij non amisit. Sil'r hoc modo martyr fuit beatus pater noster Dñicus/ de quo sic canit ecclesia Sitiebat xp̄i seruus martyriū sicut sitit ceruus ad aque fluuiū. Et de multis alijs sanctis similia leguntur. Tertium martyriū vocatur martyriū affectionis et operis. Et istud est perfectū et cōsummatū martyrium.

¶ Pro quo notandū ꝙ tria requiruntur ad ꝑficiendum hm̄oi martyriū que notant in illis verbis psal. vbi in persona martyrum loquentiū ad dn̄m: sic ait: Propter te mortificamur tota die. Illa ergo tria sunt hec: videlicet

Causa rationabilis: q2 propt te
Pena exterminabilis: q2 mortificamur
Perseuerantia irrefragabilis: q2 tota die.

¶ Primum igitur qd̄ requiritur ad martyriū: dicit causa rationabilis: q2 ꝓpter te. Principale enim mouēs aliquem ad subeundū martyriū est amor dei: et zelus legis eius: vt enim dicit Augu. in festo plurimoꝝ martyrum ser. vi. ⁊ similiter recitatur de cōse. dist. iiij. baptismi. Pena non facit aliquem martyrē: sed causa. Et ibi dat exemplum de bono latrone: qui etsi saluatus sit: non tñ virtute martyrij: eo ꝙ pro noīe xp̄i crucifixus nō est sed pro meritis facinoꝝ suorū. Qui ergo occiduntur per publicam iustitiam propter sua facinora: salui quidem esse poterūt dūmodo patienter ferāt mortē ⁊ cetera cōcurrant. Unde cōiter dr ꝙ plures volant ad celos de patibulo q̄ de ꝓstibulo: nihilominus tales non colit ecclesia tanq̄ martyres. Minus aūt illos qui occidunt in bello etiā q̄tuncunq3 iusto. Et hoc nisi in bello contra hostes fidei. Et horum ratio est: q2 tales non moriuntur propter te. i. ꝓpter dn̄m

¶ Secundum qd̄ requiritur ad martyrium: vocat pena exterminabilis: quia mortificamur. Oportet enim ad veram rōnem martyrij ꝙ pena totaliter exterminet hoīem. i. ex terminos vite p̄ntis ip̄m ponat per actualem mortē. Et ideo si quis mille cruciatus sustineret propter xp̄m: ⁊ in illis non deficeret. sed sanaretur: ⁊ tandem morte naturali decederet: talis non veneraretur ab ecclesia tanq̄ martyr: Et huius ratio est: q2 quicquid dicat magister Martinus magistri: in tractatu de fortitudine: mors actualiter perpessa propter xp̄m aut iustitie defensionem: est de essentia martyrij: prout vult ⁊ determinat beatus Tho. ij. ij. q. cxxiiij. arti. iiij.

¶ Tertium quod requiritur ad martyrium: dicitur perseuerantia siue constantia irrefragabilis: quia tota die. Ac si aperte diceret ꝙ ad martyrium requi-

ritur q quis perseueret in tormentis vsq ad finem vite: quia vt dicitur Matt. x. Qui perseuerauerit vsq in finem: hic saluus erit. Et ideo illi q inter tormenta abnegauerunt fidem etiam solo ore/ dato q corde essent fideles: nō sunt colendi ab ecclesia tanq martyres etiā dato q de eorū fide in corde nobis constaret. Et huius ratio est: qr ad verum martyrium requiritur vt quis pseueret in confessione domini vsque ad mortem: non obstantibus duris et diris cruciatibus: iux illud Apost. ad Ro. x. Ore cōfessio fit ad salutē. Et qr ista tria fuerunt in beato milite Christoforo: ideo merito hodie colitur ab ecclia tanq verus et indubitatus martyr. Et q̄uis eius vita inter apochryphas cōputet historias: non tamē quantū ad oia in ea ɔtenta: vt patebit i deductione presentis sermonis.

¶ Notandum est q dñs deus prout dicitur in themate: fecit beatū Christoforū similē in gloria sanctorū. i. multis sanctis in gloria: et hoc sm triplicē legem: vcz

Nature
Scripte
Gratie.

¶ Primo igitur dñs fecit beatum Christoforum similē tribus egregijs et magnis viris q fuerunt in lege nature: quorū ista sunt nomina.

Abraham
Jacob
Joseph.

¶ Primo itaque dñs fecit beatū Christoforū similē abrahe in nois mutatione. Abrahā enim primo dicebat abram: sed postmodum ex diuina ordinatione dictus est Abraham: vt patet Gen. xvij. Sic et beatus iste Christoforus primo appellatus est reprobus: cū s. adhuc infidelis esset. Et hoc forsan ad insinuandum q oēs infideles et quicunq non censent vocabulo xpiano: sūt sz talem statum reprobi: et in via perditionis: eo q extra ecclesiam catholicam nemini patet via salutis: nam vt habetur extra de summa trini. et fi. catho. c. j. quod incipit Firmiter. Una est fidelium vniuersalis ecclesia: extra quam nullus saluatur. Idē etiā habetur. xxiiij. q. j. qm. vetus. Unde in figurā huius: oēs homines q tēpore diluuij sunt inuēti extra arcam: perierunt aquis diluuij. Ecce quare Christoforus pmo dictus est reprobus. Deinde post conuersionem appellatus est christoforus: siue sm alios christoferus: et hoc ab euentu: quia scz xpm tulit in humeris suis. Et non solū in hūeris aqs transuadando: vt dicetur postea: verumetiā in corpore suo per macerationem. In mente p fidem et deuotionem. Item in ore per fidei confessionem et predicationem portauit xpm. Merito ergo de eo dicere possumus illud Psal. Scdm nomen tuum sic et laus tua. Ecce quomodo similis fuit Abrahe in nominis mutatione.

¶ Moralr. Quotquot baptizantur: nomen mutant: quia postea Christiani nuncupantur. Sed profecto omnes tales debēt rem conformare nomini: sic scilicz q Christo a quo xpiani appellantur: in vita et moribus sm suam possibilitatem conformentur. qr vt dicit Ambro. et recitatur

xxij.q.v. cauete. Mendacium est se christianum dicere: et ope ra xpi non facere. Et similiter mendacium est eum vel sacerdotem aut clericū se pfiteri: et cōtraria huic ordini opari: vbi ibidem subdit. Nam vt dicitur vbi supra cap. precedenti: quod incipit: Si quis. mendaciū non solū in verbis: sed etiā in simulatis operib9 esse pbatur. Mendaces ergo sunt illi falsi Christiani de q̄bus loquitur Apost. ad Titū. j. dicens: Confitentur se nosse deū: factis aūt negant: cum sint abominati et incredibiles: et ad omne opus bonum reprobi. Hec ille.

¶ Secundo dn̄s fecit beatum Christoforū similem Jacob in seruitutis subiectiōe. Jacob em̄ constituit se seruum cuiusdam magni diuitis viri dicti Labam cuius oues pascebat: vt patet Gen̄. xxix. Sic etiā beatus Christoforus cū esset vir fortissimus et insolite magnitudinis: vtpote duodecim cubitorum altitudinis: cum tn̄ ille gigas quem occidit Dauid: esset tantum sex cubitorum cum palmo: vt legitur. j. Regum. xvij. deliberauit apud se q vellet seruire maiori domino quem in toto mundo inuenire posset. Cum itaq3 esset chananeus genere: primo adijt regem chananeoꝝ: sed q2 ille non erat satis magnus dn̄s pro eo: accepta licentia venit ad quendam magnū regē christianū: de quo ferebat q non esset aliquis eo maior in orbe. Hunc ergo dictus rex libenter suscepit in famulum: eūq3 constituit primū custodē capitis sui. Successu aūt temporis cum vidisset regem signo crucis se munientem: quoties scz audiebat diabolum nominari: interrogauit eum cur hoc faceret. At ille. Certe (inquit) ne ipse diabolus mihi noceat. Ad quem Christoforus. Ex quo tu times diabolum: signum est q est maior te et potentior. Et ille. Certe verū dicis. Nam et de eo scriptum est Job. xlij. q nō est potestas super terrā que comparetur ei: qui factus est vt nullum timeret. Om̄e sublime videt: ipse est rex super om̄es filios superbie. Ad quem Christoforus. Certe ergo iste rex est valde magnus: q2 multi sunt filij superbie. Cum itaq3 sit ita magnus et potens: volo illi seruire. Uale igit faciens Christoforus domino suo regi: abijt hincinde perquirens dn̄m regē diabolum. Cumq3 transiret per quandā syluā: illi apparuit diabolus. Quem cum interrogasset quis esset: respondit se esse diabolum. At ille. O q̄ letus sum te inuenisse. Audiui enim de te q sis maior dn̄s totius mundi: et ideo volo tibi seruire: si modo seruitium meū tibi placeat. Cūq3 gratanter eum recepisset diabolus in seruū: et postmodū simul ambularent: diabolus attendens quandā crucē de prope affixam esse iuxta viam: diuertit se. Cetera patent in legenda aurea. Hec tn̄ multi reputant apocrypha et nulli9 esse auctoritatis. Nota supposita veritate dicte historie: quō tandem relicto demone peruenit ad quendam sanctum eremitam: qui eum instruxit in fide catholica: et sacro baptismate insigniuit.

¶ Moraliter. Ex predictis sup-posita omni veritate possumus elicere triplex bonū documentum. Primū est q debemus esse valde sollicitī querere dn̄m in p̄senti vita: qr post mortē non potest inueniri a miseris peccatoribus: saltē tanq̄ pius et misericors. Bene tñ ab eis inuenitur tanq̄ seuerus iudex: et vltor. Et ideo scriptura bene et salubriter nos admonet Esa. lv. dicēs. Querite dn̄m deum inueniri potest. Est etiā querendus valde mane, i. in iuuentute: qr ipse dicit Prouerb. viij. Qui mane vigilauerit ad me inueniēt me. Scd̄m documētū est q postquā inuenerimus dn̄m per gratiā et penitētiam verā: debemus illi pleno et perfecto corde seruire. Tum qr non possum⁹ maiorem neq equalem illi inuenire: cum sit dn̄s vniuersorū et rex regū: atq dn̄s dominantiū. Apocaly. xix. Tum quia nō possumus honestiori dn̄o seruire. Abominatur em̄ omnē iniquitatem: neq vult audire de ea loqui: sed dicit seruis suis: recedant vetera de ore vr̄o. j. Regū. ij. Propter quod dicebat Psal. eidem dn̄o seruire volens. Mane (inq̄t) asta bo tibi et videbo qm̄ non deus volens iniq̄tatē tu es. Tum q̄a nō possumus liberaliori aut magis magnifico domino seruire. ipse enim pro nihilo dat seruis suis terrā desiderabilē. i. celum quod om̄es desiderare summopere debent. Item ipse dicit Marci. ix. q quicunque dederit potū aque frigide alicui pauperi ob reuerentiam et amorem illi⁹: talis nō perdet mercedem suā. Libenter ergo debem⁹ tali ac tanto dn̄o seruire. Et ideo nō mirū si talem querebat beatus Christoforus cui s̄uire vellet. Tertium documentum est q debem⁹ honorē deferre cruci dn̄ice: et eam deuote salutare quoties siue in via: siue alibi nobis occurrit: dicentes. Adoramus te Christe et benedicim⁹ tibi: quia per crucem tuam redemisti mundum. Qui autē hoc nesciunt: saltem dicant deuote. Pater noster. Sic enim crucem salutauit beat⁹ Andreas: q̄ cū vidisset crucem a longe in qua crucifigēdus erat: exclamauit et dixit eā humiliter salutando. Salue crux pretiosa: suscipe discipulum eius qui pepēdit in te magister meus xp̄s. Item in oī necessitate debemus nos cum illa armare: et p̄cipue ꝯ aereas potestates: qr valde eā timent: sicut precedēs exemplū aperte demonstrat et insinuat.

¶ Tertio domin⁹ fecit beatum Christoforū similem Joseph in castitatꝭ dilectione. Joseph em̄ valde dilexit castitatem: adeo q preelegit falso infamari q̄ adulterari cum dn̄a sua vxore Putipharis. Gen̄. xxxix. Sic et beatus iste Christoforus valde castus fuit. in cui⁹ rei testimoniū cū post illi⁹ cōuersionez ad xp̄m fuissent ad eum in carcere detentum in odiū xp̄i introducte due formose puelle vt animum illius emollirent: ipse non solū eas non tetigit: verūetiam adeo efficaciter ad eos de bono castitatis locut⁹ est: q ipsas ad fidem conuertit. Qd̄ intelligens tyrannus qui hec fieri p̄curabat: fecit dictas puellas crudeliter occidi. Que in suo

sanguine: non dubium: Christo regenerate sunt.

¶ Moraliter. Hic habent exemplũ continentie obseruãde religiosi atq; oẽs clerici in sacris ordinib⁹ cõstituti. Qd tñ aliqs clericus aut religiosus presertim in flore sue etatis possit continentiã seruare in illo obruẽti periculo in quo eam obseruasse legitur beat⁹ Christoforus: potius diuinũ opus est et miraculosum q̃ humanum. Unde ad hoc propositum legitur de beato Uincentio Ferrariensi ordinis fratrũ p̃dicatorꝝ q̄ cũ in florente etate sua esset valde formosus: quedam iuuenis domicella exarsit in ↄcupiscentiã eius. Et vt melius nequitiã suã cum eo explere posset: finxit se grauiter egrotare: dicens se libenter velle cõfiteri fratri Uincentio. Cumq; rogatus per amicos ad eam venisset: ⁊ illa nequã quasi volens eidem cõfiteri famulos ⁊ ancilas exire de camera precepisset: statim aperuit viro dei venenum pestiferũ cordis sui. Quod ille abhorrens mox cameram exiuit: nec multo post accidit vt quidam possideref a demone. Cũq; ipse demon adiuraref ⁊ preciperef in noie xpi exire: respõdit se nõ inde recessurum quousq; veniret ille qui in medio flã marũ posit⁹ exuri no potuit. Cũ itaq; cuncti hec audiẽtes stuperẽt: atq; de quo loqueretur demon/ ignorarent: postea palã eis dixit hunc esse fratrẽ Uincẽtiũ Ferrariensem. Missum est ergo pro eo vt saltem super possessum orationem ad dñm funderet. Cumq; se difficilem redderet: dicens se non esse tante sanctitatis vt posset demonib⁹ imperare: tandẽ victus precepto prioris sui/ illic se transtulit. Et facta oratione continuo demon ab obsessa exiuit. Ecce quantum placet deo intacta virginitas. Et sic patet de primo principali.

¶ Secundo principaliter dñs fecit beatũ Christoforũ similẽ tribus magnis viris quo ad legem scriptã: quorꝝ ista sunt nomina: videlicet

Thobias
Aaron
Judas.

¶ Primo igitur dñs fecit illũ similẽ Thobie in pietatis exhibitione. Thobias enim fuit valde pius ad pauperes: ita vt fratribus suis iudeis tẽpore captiuitatis necessaria vite put poterat ministraret: atq; mortuis sepulturam exhiberet. vt patet in principio sui libri. Sic etiã beatus Christoforus pauperes pro xpi noie trãs fluuiũ quendã trãsportabat. Pro quo notandum q̄ cũ ille peruenisset ad quendã sanctum eremitam: de quo prius dictum est: ⁊ ille ipsum in fide instruxisset: ostendens q̃ magnus ⁊ excelsus rex esset Jesus xp̃s: tandẽ subiũxit dicẽs: Rex iste cui seruire desideras: istd obsequium requirit a te. q̄ oportebit te frequenter ieiunare. Ad quẽ Christoforus Certe inquit si velit habere famulũ q̄ ei in hoc seruiat: alium querat a me. Quomodo enim ieiunare potero q̄ habeo sustentare tñ corp⁹ vt cernitis? Cui eremita. Saltem habebis certis horis diei orationi vacare. Ad quem ille. Et q̃uo possum

frequēter orare: et multas orationes per diez dicere qui sunt absqꝫ litteris? Quo audito dixit illi vir sanctus. Charissime tu bene nosti talē fluuiū ꝓfundū: et pontē nō habentē: propter qḋ multi tētantes trāsire: periclitant in eo. Cū igitur sis ꝓcere stature et fortis viribus: rē gratissimā regi xp̄o faceres si iuxta dictū fluuium resideres: et pauperes ob illius amorē traduceres. Ad quē Christoforus. Certe libenter hoc faciā. Ibi ergo accedens domunculā fabricauit: portansqꝫ quandā perticā loco baculi in manibus qua se in fluuio sustentabat: oēs sine cessatione transferebat. Nota quō post aliquot dies eo quiescente in dicta domūcula audiuit vocem cuiusdā pueri / q̇ xp̄s erat clamātis et dicētis. Christofore veni foras: vt me trās fluuium traducas. Ter ergo facta est ad eū predicta vox. Historia est cōis. Uide in legenda aurea.

¶ Moraliter. Ex p̄dictis habemus triplex documentum. Primū est ꝙ illi q̇ cōfitent' possunt rationabiliter se excusare sup penitētiis q̄ illis imponunt: q̄n scꝫ euidenter cognoscūt ꝙ non possunt eas portare: humiliter rogantes suos cōfessores vt eis alias imponant. Et q̄uis Aug. dicat prout recitat de peniten. dist. v. ꝯsideret. ꝙ cōfitēs debet se ponere in iudicio sacerdotis nihil sui retinens sibi: hoc tamē debet intelligi q̄n iudicium sacerdotis est bene regulatum.

¶ Secundū documētum est ꝙ subuenire indigentibus pauperibus: est opus maxime deo gratum et acceptum. ita vt in die iudicii taliter subuenientibus propter eum dicturus sit: quasi illis res gratians: illud Mat. xxv. Esuriui: et dedistis mihi manducare. et c. Sitiui: et dedistis et c. Tertiū documētū est ꝙ credēs subuenire pauperi: et pietatis opera illi exhibere: interdum recipit xp̄m loco pauperis: sicut patet de btō Christoforo: qui credēs portare paruulū pauperē: portabat xp̄m. De hoc etiaꝫ historiā habes apud Grego. lib. Homil. Homil. xxiii. de quodā patrefamilias qui libenter suscipiebat pauperes hospitio: atqꝫ illis hūanitatis beneficia exhibebat: vtpote infundēdo aquā manibus eorum. Cūqꝫ hoc semel facere attentaret super manus cuiusdam despecti pauperis: subito ille disparuit. Per qḋ intellexit illum fuisse xp̄m in persona pauperis.

¶ Secūdo dn̄s fecit btm̄ Christoforū similē Aaron in virge floritiōe. De ipso enī Aaron legit Nūeri. xvii. ꝙ cū ad p̄ceptū fratris sui Moysi posuisset virgam suā cū virgis aliorum virorum aliarū tribuū: que q̇dem virge erant nūero. xii. absqꝫ virga ipsius Aarō: sequenti die virga eius inuenta est germinasse / floruisse: et amygdala ꝓtulisse. Sic et de btō Christoforo legit ꝙ cū portasset per fluuiū xp̄m: in signuꝫ veritatis ꝙ ita esset: iussit illi xp̄s vt baculū suū figeret i terrā: et ꝙ sequēti die mane facto inueniret eum germinasse: floruisse et fructificasse. Quo dicto puer ille euanuit ab oculis ipsius. Fecit ꝗ sicut sibi p̄ceperat xp̄s in forma pueri: et mane facto ita cōperit sicut ille p̄dixerat.

¶ Moralit. Germen est conceptio boni opis: flos subsequens est volitio conformis recte rationi Fructus est opis impletio. Tunc ergo germinamus cu bonu opus mente concipimus. Floremus cu interius ia in eo delectamur et ipsum exequi firmit proponimus. Tande fructum afferimus cum sanctum propositum et desiderium boni executioni demandamus. Da exemplum de vctore q pmo considerat q malu est dereliquisse dnm per peccatum. Item q periculosum est permanere etiam ad hora in mortali pctō. Item q misericors est dns volentibus ad eu redire per veram penitentia: vtpote qui non vult morte peccatoris: sed magis vt conuertatur a via sua pessima: et viuat: vita scz gratie in pnti: et glie in futuro. Ecce germen boni opis. Deinde talis incipit detestari vita pterita proponens in futuro cauere sibi ab omni dei offensa: scdm humanam fragilitate. Proponit etia facere bona et integra confessionem: aliena restituere: inimicis indulgere: offensos placare: et sic de aliis bonis operibus. Ecce flos boni opis. Post hec oia talia predicta in effectu exequit: ieiunat: orat: paupere sustentat lachrymat: carne flagellat: peregrinat: et hmoi. ecce fructus precedens ex precedenti germine pariter et flore. Hoc tn totum est a domino deo principaliter: iuxta illud Iaco.j. Omne datum optimum: et omne donum perfectum desursum est &c. Item.ij. ad Corinthio.iij. dicit Aposto. q non sumus sufficientes cogitare aliqd a nobis qsi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Ecce quantum ad germen boni operis. Quantum autem ad illius floritionem q similiter sit a deo principaliter: patet ex verbis Apost. ad Philippen.ij. dicentis q deus operatur in nobis et velle. glos. interlinea. id est bonum quod volumus: et perficere: scilicet ipm bonum opus: pro bona voluntate: supple sua: et non pro meritis nostris: vt dicit pdicta glosa. Merito ergo debemus dicere ad dominum illud Esa.xxvi. Omnia opera nostra: supple bona/ operatus es in nobis domine. Et ideo ex illis tibi soli gloria debetur: et non nobis.

¶ Tertio dominus fecit beatum Christoforum similem Iude machabeo in boni exhortatione. De ipso enim Iuda legitur.j. Machabeo.iiij. q cum vidisset Gorgiam crudelissimu tyrannum venientem cum magno exercitu: vtpote triginta quinq miliu hoim contra populum Israel: ipse aute Iudas in toto suo exercitu non haberet nisi tria milia virorum: hortatus est illos: dicens. Ne timueritis (inquit) aduersarios vestros: sed mementote quomodo olim salui facti sunt patres nostri in mari rubro: extincto supple pharaone cum toto exercitu suo/ q valde magnus erat. Nunc ergo clamemus in celum et miserebitur nostri deus noster. Sic et beatus Christoforus hortabatur Christianos viriliter se habere in prelio contra hostes fidei catholice: dicēs forte hec vel similia. Eia milites xpi abiicite opera tenebrarum:

⁊ induimini arma lucis.i. gratie dei: vel sancte fidei. Cũ itaq̃ videbat nonnullos xp̃ianos trahi ad iudicium in odium fidei xp̃iane: eos sequebatur imperterrite vsq̃ ad locum supplicij eos hortans ad perseuerantiã ne inter tormenta deficerent: illis dicens. O fortissimi milites Christi: nolite p̄ misera tyrãnorum aut amicorum blandimenta: coronã: deponere sempiternam. Audite quid magister noster xp̃s ait Matt.x. Nolite inquit timere eos q̃ occidunt corpus: ⁊ post hoc non habent amplius q̃d faciant. Sed potius timete eũ q̃ vostrũ occiderit corpus: hꝫ potestatẽ mittendi animã in gehẽnam ignis. Hec igitur et similia hortamenta beati xp̃ofori audiẽtes xp̃iani: reddebant̃ p̃mptiores ad subeundam mortẽ pro xp̃i noĩe: vt heredes fierent in domo domini.

¶ Moralr̃. Habem⁹ hic instructionem quantum prosit laborantibus in extremis habere sibi assistentes viros religiosos q̃ eos hortentur ad rectam fidem semper et indubie tenendam. Item ad spem firmam de omnipotenti misericordia dei. Similiter ne timeant hostes suos demones si aliquas illusiones eis obijciant: sed semper ore aut saltem corde dicant Credo in deum. Talem enim exhortationem in extremis sibi dari humiliter petiuit quondam famosus doctor: atq̃ heretice prauitatis gñalis inquisitor: frater Joan. brehalli: huius conuentus Ebroycẽ. ordinis fratrum predicatorũ. Qui q̃ catholice ecclesiastica susceperit sacramenta: vix humana lingua exprimi potest. Tandem vale faciens vniuersis fratribus/ et eorũ precibus se commendãs/ instanter petiuit vt in agonia nil aliud insonaretur auribus suis preter Credo in deum: non plus addendo. Cumq̃ tandẽ perfectum lingue vsum amisisset: quotiens ab assistentibus fratribus audiebat in auribus suis resonare predictum verbum: ipsum voce q̃ poterat resumebat. Atque in hunc modum me presente diem clausit extremum. Et sic patet de secundo principali.

¶ Tertio principalr̃ dñs fecit beatum Christoforum similem tribus magnis viris in lege gr̃e quorum ista sunt nomina

Joannes

Petrus

Christus.

¶ Primo igit̃ fecit illũ similem Joan. bap. in carceris inclusione. Rex enim ciuitatis Lisie in q̃ tunc degebat beatus Christoforus: audiẽs dictũ xp̃i seruũ esse christianũ: iussit eum ad se adduci. Cumq̃ ille milites regis ad se capiendum venisse intellexisset: ait illis. Si voluero: nec solutus nec ligatus a vobis potero duci. Ueruntamẽ sicut magister meus xp̃s se obtulit manibus militũ eũ in horto capere volentium: sic et ego me offero vobis: ita vt faciatis in me ⁊ de me quecunq̃ vultis. Cum itaq̃ eum ligassent ⁊ tandem ipsum ad regem adduxerũt. Qui cum eũ ad adorãdũ idola inducere vellet: et ille hoc facere oĩno recusaret: tandem ipsum in carcerem recludi iussit. Ecce quomodo fuit similis beato Joan-

ni bapti. in carceris inclusione.
¶ Moraliter. Timendum est
valde ne multi xpiani graviori
detineantur carcere q̄ beatus
christoforus. Ille em̄ detēt⁹ est
in carcere regis Lisie: multi
sūt xpiani i cōpedib⁹ ꝛ mani-
cis ferreis detinētur in carcere
diaboli. Hoꝝ itaqꝫ vincula sūt
ipsoꝝ peccata: iuxta id qd̄ scri-
ptum est Prouer. v. Iniqtates
sue capiunt impiū: et funibus
pctōꝝ suoꝝ cōstrigitur. Orare
itaqꝫ dꝫ pauper et miser pctōr
dn̄m/ et illi dicere illud Psalm.
Educ de carcere aīam meā vt
cōfiteatur nomini tuo. Qd̄ cum
fecerit dn̄s: tūc merito q̄si gra-
tias agēs dicet ille q̄ solut⁹ est
de carcere peccati / illud eius-
dem p̄s. Dirupisti vincula mea:
ꝛ ideo amodo tibi sacrificabo
hostiam laudis ꝛc.
¶ Scd̄o dn̄s fecit beatū Chri-
stoforum similem beato petro
aplo in populi conuersione. De
beato em̄ Petro legitur Act. ij.
q̄ in prima predicatiōe sua cō-
uertit tria milia hoim ad fidez
xpi. Item quadā alia vice con-
uertit quiqꝫ milia: vt patz Act.
iiij. Et sic in toto sunt octo mi-
lia. Sil'r legitur de beato Chri
stoforo q̄ in vnica predicatio-
ne cōuertit octo milia pagano-
rum. Hoc aūt fuit qn̄ rex Lisie
misit ducentos milites ad ca-
piendū eū: vt dictū est. Qd̄ cum
ille vidisset: virgā suaz ibi fixit
in terra: orans dn̄m vt propter
ppl'i conuersionem fronderet.
Qd̄ cum protinus factū fuisset:
octo milia pplōꝝ qui dictū mi-
raculum viderant: crediderunt
in xp̄m. Quos oēs crudelis rex
Lisie occidi iussit. Non dubiuz
autem qn̄ inter martyres glo-
riose in celo coronentur. Plu-
res etiā alios sua predicatione
cum signoꝝ operatione attra-
xit ad christi fidē beatus Chri
stoforus. vnde Ambro. de eo
perhibet testimonium q̄ xlviij.
milia hominum paganoruz ad
christi fidem traxit.
¶ Moraliter. Hic habem⁹ exē-
plum primos nostros trahere
ad viam salutis: tum verbis:
tum exēplis: tum orationibus
deuotis: quia vt dicitur Eccli.
xvij. Unicuiqꝫ mandauit deus
de proximo suo.
¶ Tertio dominus deus pater
fecit beatum Christoforū simi-
lem filio suo Jesu christo i pas-
sionis imitatione. Christus em̄
fuit in horto a militib⁹ captus
in pretorio Pilati flagellatus:
spinis coronatus: clauis con-
fossus: et tādem crudeliter oc-
cisus: de cuius sanguine Lon-
ginus prius cecus/ fuit illumi-
natus: In his enim omnibus
quodāmodo assimilat⁹ est xp̄o
beatus Christoforus. Primo
em̄ a militib⁹ regis Lisie est ca-
ptus: vt prius dictum est. Scd̄o
iussu dicti regis est virgis fer-
reis cesus. Tertio idē rex fecit
cassidem ferream ꝛ igneam ca-
piti eius apponi. Fecit etiam
fieri stagnum ferreum: et chri-
sti martyrem in eo ligari / atqꝫ
ignem iniecta pice succendi. sꝫ
instar cere stagnum confrin-
gitur: et christi seruus illesus
egreditur. Quarto dictus rex
iussit eum ad stipitem ligari: et
a quadringētis militibus sagit
tari. Sagitte autem diuinitus
māserūt in aere suspense: pre-
ter vnā que cecidit sup oculum

regis/et eum excecauit. Quod vidēs Christoforus ait illi: Noli multum tristari: crastina enim die facies me consumi: quo facto sumes de sanguine meo: et inūges oculum tuum/moxqꝫ visum recipies. Facta igitur die altera/decollatur: et rex de sanguine eius linies oculum suum visum recepit. Quod cum factum fuisset: ipse cū omni familia sua credidit in dño. Hunc igitur gloriosum xp̄i martyrem deuote deprecemur quatenus suis meritis et precibus largiatur nobis Jesus xp̄s grām in p̄nti et gloriā eternam in futuro: Amen.

¶ Sermo primus de beata Anna.

In capite libri scriptū est de me. ps. xxxix.

Quamuis hec vba recte itelligi possint de christo de quo scriptū est In capite libri supple diuine predestinationis: tanquam in primo et summo loco dictū libri posito (cum eius predestinatio secundū quod homo est/sit causa predestinatiōis omnium aliorum: quia vt dicit beatus Tho. iij. parte. q. xxiiij. arti. iiij. sic deus ab eterno preordinauit nostrā salutez vt p Jesum xp̄m compleretur: sm illud ad Ephe. j. Predestinauit nos in adoptionem filiorum per Jesum xp̄m) nihilominus p̄nt eadem verba valde congruere beate Anne matri vgis Marie. Nā de ipsa scriptum est figuratiue in capite. i. in pricipio libri triplicis:

videlicet Genesis. Regum. Thobie.

¶ Primo igitur beata Anna nobis et oibus deuotis xp̄ianis loquitur in themate pposito/dicens: In capite libri supple Genesis scriptum est de me: cum scilz dr. In principio creauit deus celum et terrā. Nam predicta vba et sequētia vsqꝫ ibi: Spūs dñi ferebatur super aqs: videntur fuisse figuratiue dicta de Joachim et Anna: itaqꝫ vt sit sensus. In principio scꝫ tēporis vel mūdi creauit deus. i. prenūciauit figurādo: creando celū et terram. i. parētes virginis gloriose: scilz Joachim patrem eius: et Annam matrem ipsius.

¶ Sed qre potius p celū prefiguratus fuit Joachim q̄ Anna: maxie cū Anna estimetur maioris sctitatis et meriti fuisse q̄ Joachī vir eius: vñ et de ea hodie fit festū in ecclesia: non autē de Joachim? Rñsio. Ideo factum est ita/vt detur intelligi mulieribus quantūcūqꝫ sanctis/honestis/nobilibus/pulchris/pauditibus/aut diuitibus/honorē deferre viris suis/et se subdere illis: sicut terra subditur celo. Sic em̄ ordinauit dñs Gen. iij. dicens: Sub viri ptāte eris: et ipe dñabitur tui. vñ Assuerus imperator magnus statuit legē vt vxores oēs deferāt honorē maritis suis. Et quia Vasthi vxor eius noluit ad eius imperium venire coram magnatibus vt viderent eius pulchritudinem: ideo fuit priuata regno et diademate: vt habetur Hester. j. Quia ergo celum est nobilius terra: ideo ad designādum preeminētiā viri sup mulierē cōuenieter dicimus q p celū designatur Joachim: per terram autem Anna. Item propter aliud Joachim

designatur per celuz. Est enim celuz corpus luminosum: purū: fructuosum: in hoc scilz ꝙ dat pluuiā tempore suo. Sic etiam Joachim fuit luminosus: siue illuminat⁹ lumine diuine gratie: et doctrina legis superne. Item fuit purus mēte ꝛ corpore: fidē seruās vxori sue Anne. Et ꝙuis illa sterilis esset: non tñ aliam cognouit vt filios haberet: sicut pleriqꝫ in simili casu faciūt. Item dabat pluuiam: id est abundantes elemosynas pauperibus ꝓpter deū: que fuerunt accepte coram eo: ita vt merito possit dici de eo illud quod dictum est Cornelio centurioni. Actuū. x. Eleemosyne tue ascē derūt in memoriam in conspectu dei. Ecce qño per celum ꝛ terram Joachim ꝛ Anna prefigurati fuerunt.

¶ Seqtur. Terra autem erat inanis et vacua. i. beata Anna erat sterilis et infecunda: vt ex hoc maius appareret miraculum in concipiendo filiam Mariam. Nota quomodo ẜm beatum Hieron. Joachim ꝛ Anna steterant in statu matrimoniali pariter annis. xx. absqꝫ liberis: et hoc ideo quia terra erat inanis et vacua. i. Anna sterilis. Modus autē quo facta est post modum predicta terra fertilis et fecunda/ fuit multiplex.

¶ Primus fuit deuota oratio. Nam tam ipsa ꝙ optimus vir suus Joachim fundebant sepe deuotas orationes ad dñm vt dignaretur illis dare prolem. Tum vt sic vitarent notam infamie: quia tunc temporis qui in matrimonio erant/ et prole carebant: reputabantur infames/ et quasi a deo derelicti et maledicti. Tum pro consolatione sua: qua solatium in matrimonio existentium est habere pulchram et disciplinatam prolem. Tum vt ex tali prole possent in parte ruine angelorum restaurari.

¶ Secundus modus predicte fecunditatis beate Anne fuit eleemosynarum largitio. Cum eñi essent nobiles et abundantes bonis temporalibus: statuerant inter se facere tres partes de omnibus fructib⁹ suis et ceteris bonis: ẜm beatum Hieron. Unam enim partem dabant tēplo et ministris illius/ etiam ꝓter decimam quam fideliter et integre persolu ebant. Hodie autem tanta est mundanorum auaritia/ ꝙ vix volunt soluere decimas ecclesie debitas. Aut si soluunt: hoc inuite faciunt/ et de peiori. Aliam dabant pauperibus ꝛ egenis etiam viduis et orphanis/ atqꝫ honestis puellis maritandis que non habebant vnde. Hodie autem aliqui diuites etiam ecclesiastici dant talibus bona/ et ampliora promittunt vt eas decipiant et corrumpant. Reliquam partem sibi et familie sue reseruabant. Ecce ꝙ bene et iuste dispensabant substantiam suam temporalem.

¶ Tertius modus quo beata Anna facta est fecūda: dicitur ieiuniorum assumptio. Uerisimile eñi est ꝙ ambo faciebant multa ieiunia et secretas abstinētias. Precipue aūt obseruabant ad vnguem ieiunia quatuor tēpoꝝ: que precipiebantur iudeis obẜuanda: sicut ꝛ modo

christianis: vt patz zacha. viij Nec certe se excusabāt a talibus ieiunijs more multorū modernorū: dicēdo/ nobiles sumus ⁊ delicati: et ideo nō possumus ieiunare.

¶ Quartus modus fuit sancta peregrinatio. Est enim verisimile q̄ pluries veniebāt in templum tanq̄ peregrini: offerentes oblationes suas/ pter casquas offerebāt in p̄cipuis solēnitatibus sm legis p̄ceptū. Sic hodie aliqui mrīmonio iuncti vadunt ad sctm̄ Jacobum: alij ad sanctū Nicolaū: alij ad sanctū Claudiū et hmōi: vt p̄cib⁹ sanctorum possint habere prolem. Qui tñ non semper audiuntur: ⁊ hoc forsan ad eoꝝ vtilitatem: q: vt habet Eccl. xvj. Utile est mori absq̄ liberis: q̄ relinquere filios impios.

¶ Quint⁹ mod⁹ fuit voti emissio. Promiserunt enim domino q̄ si possent habere prolem: illā dño dedicarent. Quod et fecerunt. Nam beatam virginē in etate trium annorum obtulerunt domino cum alijs multis pulchris filiabus: que simul nutriebantur in quadam magna domo iuxta tēplum. Et in hoc instruimur implere vota emissa iuxta illud ps. Uouete ⁊ reddite. Item Eccli. v. Si q̄d voui sti deo/ ne moreris reddere. Itē xxxiij. q. v. qd deo. dicitur q̄ votum licitum deo pmissum semper est implendum. Nota tamē circa hoc q̄ vbi parētes vouēt prolē nasciturā aut iam natam religioni: talis proles cum ad annos discretionis peruenerit/ non est rea voti parentum: nec peccat si religionem nō intrat. Parētes tamen debent modis licitis sibi psuadere religionis ingressum. Quod vbi fecerint/ sunt absoluti a promissione facta: que etiam hāc conditionē implicitam continebat: scilz si proli placuerit cum ad debitā etatem peruenerit.

¶ Sextus et vltimus modus quo beata Anna de sterili facta est fecūda: fuit patiētie exhibitio. Nam postq̄ pōtifex templi repu[di]auit oblationem tam ipsius q̄ Joachim viri sui: atq̄ eos eiecit de tēplo cūctis videntib⁹ qui absq̄ nūero illic venerant/ cū esset tunc vna de precipuis festiuitatibus iudeorū ad quam oēs ex omi parte venire tenebātur: non dubium q̄ tunc magno rubore sunt perfusi. Uñ tūc se armauerūt scuto patientie. Non eñ restiterunt pōtifici in faciem dicentes: Quare sic cōfunditis nos corā tanta multitudine ppłoꝝ: cum simus nobiles? Et certe credo q̄ hodie de cētū mille nobilib⁹ vix inuenirentur duo pariter: scilz vir ⁊ vxor/ q̄ patiēter ferrēt si viderent se eijci de ecclesia in die sancto pasche: et precipue vbi nullam haberent culpam: sicut in pposito erat. Et ideo ex tali ac tanta patientia Joachim et Anne possum⁹ euidēter cōcludere eorum perfectionem.

¶ Seqtur vbi supra. Et tenebre erant super faciem abyssi. Per abyssum in proposito intelligitur cor humanum: quia vt habetur Hierem. xvij. Prauum est cor hois: et inscrutabile nimis. quis cognoscet illud? Ac si diceret: nullus nisi sol⁹ de⁹. Ideo sequitur. Ego dñs (supple) co-

gnosco et penetro profunditatē abyssi.i.cordis hūani. Tunc ergo tenebre fuerunt super faciem abyssi: quando Joachim et Anna viderunt se sic confusos in conspectu tante multitudinis: vt dictum est. Item quia vt dictum est: olim in lege veteri mulier nupta dicebatur maledicta sterilitatis opprobrio q̄ fructum non habebat: eo ꝙ vt dicit Ambro. super Lucam: et recitatur.xxxij.q.ij. pudor. Pudor est feminis nuptiarū premia non habere: quibus hec sola causa nubendi.

¶ Moralr. Tunc tenebre sunt super faciem abyssi: cum quis cōsiderat peccatorum suorum multitudinem horrorem et abominationem. Item penarum infernalium grauitatem/ continuitatē/ atq͂ eternitatem: quia vt dicit psal. Abyssus abyssum inuocat. Hoc est dicere ꝙ abyssus peccatorū exigit abyssum penarum infernalium.

¶ Sequitur. Et spūs domini ferebatur super aquas. Pro intellectu huius textus notādū ꝙ postq͂ Joachim recessit de templo sic confusibiliter: tunc non declinauit directe in domū suam: sed cepit hincinde vagari/ mestus corde / et lachrymis plenus: pie cōquerens ad dn̄m et dicens. Heu domine deus: q̄d feci contra te: aut similiter vxor mea tam humilis: tam casta/ tam deuota tibi/ tā pia ad pauperes? Quid inquam tibi fecimus: propter quod priuasti nos prole? Si in me est peccatū hoc exigens: indica mihi quesō: et ego illud emēdare studebo. Nunquid continebis in ira tua misericordias tuas erga me sic desolatū: sic deiectum sic omni humano auxilio destitutum? Heu q̄d nunc faciam? Quo me diuertā? Quis me consolabitur? Ad templum siquidem redire vlterius non valeo. quia hodie omnes videtes me deriserūt me: locuti sūt labijs/ dicentes. Ecce homo maledictus q̄ non reliquit semen sup terrā: et mouerunt caput: scilꝫ aduersum me in signum derisiōis. Et certe nunc sum opprobrium hominū/ et abiectio plebis. Non ꝰ expedit mihi redire in templum: aut apparere in cōspectu hominum. Qd si domum repetiero: augebo dolores pie vxoris mee: similiter ⁊ dolores illi⁹ magis ac magis angustiabunt cor meum. O igitur pater de celis deus miserere mei: et fac vt s̄m multitudinem dolorum meorū in corde meo consolationes tue letificent animam meam. Cūm hec igitur et his similia flens et eiulās in celum diceret pius Joachim: subito affuit angelus domini salutās eum verbis pacificis: et dicens lachrymas ⁊ preces suas a domino exauditas: et ꝙ deberet in breui generare ex vxore sua Anna filiam que conceptura erat filium dei. Et ꝙ in signum huius redeundo domum inueniret dictam Annam in porta aurea ciuitatis Hierusalem venientem illi obuiam. Que omnia sunt completa prout angelus predixerat. Patet ergo q̄modo spiritus domini / id est angelus ferebatur sup aquas supple lachrymarū ipsius Joachim. Non minus autem de

tendum ex parte Anne: que etiam non minus flebat: nec minus tristabatur: quam vir suus Joachim. Quod autem subditur in Genesi: Fiat lux: ad conceptionem beate virginis pertinet: que quamprimum fuit animata: facta est lux per gratiam: ita vt nunq̄ nocti aut tenebre cuiuscunque peccati subiacuerit. Patet ergo quomodo in capite libri Genesis scriptum est figuratiue de beata virgine.

¶ Moraliter. Tunc spiritus domini fertur super aquas: cum quis ex vehementi contritione et dolore peccatorum suorum lachrymatur et plorat: sicut patuit de Magdalena plorāte ad pedes Jesu. Item dic de Petro: similiter et de Dauid: ac similibus.

¶ Secundo principaliter beata Anna loq̄tur nobis in themate dicens. In capite libri: supple regum, scriptum est de me: et hoc sub figura illius Anne de qua habet. j. Regū. j. De illa enim ibi dicitur q̄ desponsata erat cuidam honesto et deuoto viro cui nomē Helcana de Ramathaim. Hic enim Helcana ascendebat statutis diebus de ciuitate sua: vt adoraret et sacrificaret domino in Sylo. Sic beata Anna fuit desponsata honesto ꝛ religioso viro Joachim qui statutis diebus et festis sacrificabat domino in templo: vt dictum est.

¶ Secundo dicitur de predicta Anna q̄ dominus concluserat vuluam eius: reddendo supple eam sterilem. sic idem fecerat circa beatam Annam. Et bene dicitur dominus conclusisse vuluam vtriusq̄ Anne q̄ ipse est qui dat prolem quibus vult: et qui priuat prole et fetu quas vult. Nec licet illi dicere: cur ita facis? vt dicitur Job. xj.

¶ Tertio dicitur q̄ p̄dicta Anna orauit dominum flens largiter pro fetu impetrando: Sic pie creditur beatam Annam sepe fecisse.

¶ Quarto dicitur vbi supra q̄ dicta Anna fecit votum domino q̄ si dignaretur ei prolem dare: illam eidem tp̄e suo offerret et daret. ita etiam vouit beata Anna. Supponitur tamen vir eius Joachim consensisse: aut beatam Annam de suo consensu presumpsisse. Nam cōstat secundum omnes doctores q̄ futura prolis dispositio principaliter residet in patre.

¶ Quinto dicitur vbi supra q̄ Hely sacerdos cum intellexisset Annā esse amarā corde ꝑpter prolis carentiā: consolatus est eam dicens. Uade in pace: et deus Israel det tibi petitionem tuam quā rogasti eum. Super quo dicit dn̄s Hugo cardinalis q̄ litera Hebraica sic habꝫ. Uade in pace: et deus Israel dabit tibi petitionē tuam. In q̄bus verbis videtur Hely prophetasse de futura prole ipsius Anne. Sic et angelus apparēs beate Anne assecurauit eam d prole ex ea nascitura.

¶ Sexto dicitur ibidē q̄ Helcana cognouit postmodū vxorem suam Annam: et recordatus est eius dn̄s, et concepit et peperit filium. Sic post reuelationem et apparitionem an-

gelicā Joachim cognouit Annam vxorē suam. que concepit et peperit filiam / scz Mariam. Et istud est contra quasdā simplices mulieres q̄ credunt beatam Annam concepisse virginem Mariam per solū osculum et amplexum viri sui Joachim ad portā auream. Dicunt insuper dictam Annam peperisse filiam suam Mariam non more aliarum mulierum / sed per vmbilicum. quod absurdum est et ridiculosum.

¶ Septimo dr in predicta historia q̄ postq̄ puer cui nomen Samuel / ablactatus est: adduxerūt eum parētes eius ad domum dñi in Sylo. Sic et Joachim et Anna adduxerunt filiam suam Mariā tres annos habētē / in tēplū dñi / vt pmiserant ꝛ vouerant dño se facturos: vt dictum est. Patet ergo quō in capite libri Regum scriptum est de beata Anna.

¶ Tertio principaliter beata Anna inverbis predictis loquitur nobis dicens: In capite libri: supple Thobie: scriptum est de me: et hoc sub figura illius Anne de qua Thobie.j.ca. dicitur q̄ Thobias accepit vxorem nomine Annā: de qua genuit filium: nomen suum imponēs ei / quem ab infantia timere deum docuit: ꝛ abstinere ab oīmi peccato. Et nota q̄ in laudē ipsius Thobie senioris tria dicuntur in predicto capitulo: in quibus recte prefigurauit Joachim virum beate Anne: Primo eñ de eo ibidez dicitur q̄ tempore captiuitatis Assyriorū omnia q̄ habere poterat quotidie captiuis fratribus q̄ erāt ex ei⁹ genere: impartiebatur. Sic et Joachī largas eleemosynas pauperibus faciebat: vt dictum est. Scdo de eo dicit q̄ priusq̄ duceretur cum alijs in captiuitatem: pergebat in Hierl'm ad tēpluz dñi: ibi adorās dñm deum Israel: illi offerens fideliter primitiua sua et decimas suas. Sic etiam faciebat Joachim in eodem templo dñi. Tertio de eodem Thobia dicitur vbi. s. q̄ in captiuitate positus viam veritatis non deseruit: sed supple in cultu veri dei permansit: nec impatienter captiuitatez suam tulit. Sic in pposito Joachim semper laudabilem vitā duxit ḃm Hieronymum: silr et Anna vxor ei⁹. Nec impatiēter tulerunt more aliorum nobilium ac diuitum q̄ in viginti annis pariter in matrimonio cōmorantes prolem non suscepissent. De predicta autē Anna vxore eiusdem Thobie legit sequēti capitulo q̄ postq̄ ipse Thobias excecatus est stercore hirundinum: sicq̄ nil operis facere valens domi maneret: illa ibat quotidie ad opus textrinum. i. ad texendū siue chordas siue aliud. qr enim pre inopia non poterat sibi comparare materiam ad exercendum predictam artem in domo sua: eo scz q̄ vir suus quasi vniuersam substantiam suā consumpsisset prius in vsus pauperum: ideo ipsa ibat extra domum suam ad dictum opus textrinum exercendum. Et vt ibi subditur: de labore manuuz suarum victū quem inde consequi poterat / secum deferebat. Sic in proposito verisimile est

beatam Annam interdum vacasse labori manuali: non quidem pre inopia / sed ad vitandum ocium: et vt de lucro artis sue ampliores eleemosynas posset facere pauperibus: ita vt merito de ea dici possit illud Prouer. xxxi. Quesiuit lanam et linũ .i. aggregauit predictas materias / et exinde operata est consilio manuum suarum. Et post pauca. Manum suam misit ad fortia / id est ad opa manualia etiam aliquantulũ grauia et dura / et digiti eius apprehenderunt fusum. Ecce laudabile et honestum exercitiũ beate Anne.

¶ Moraliter. In hoc instruuntur mulieres etiam diuites ac nobiles pariter et sanctimoniales tempore vacante dare operam alicui exercitio honesto vt sic vitent ociuz: et per consequens mille fantasias inutiles et vitiosas: propterea dt Hieronymus ad Rusticum monachum scribens et recitatur de conse. dist. v. nunq̃. Semper aliquid boni operis facito: vt semper diabolus inueniat te occupatum. Dicit etiam idem Hiero. ij. parte epistolarũ suarũ: epistola. xxxix. q in desiderijs est ois ociosus. Et nota q dicit in desiderijs: supple malis. Et hoc ideo quia cor humanũ semper in vigilis circa aliq̃d versatur. Ubi ergo non occupatur circa licita et honesta: statim diabolus ipm occupat circa illicita / impudica / et inhonesta. Hinc Ouidius lib. de remedijs ait: Ocia si tollas / periere cupidinis arcus. Ptz ergo ex p̃dictis de triplici libro in cuius capite siue exordio scriptum est de beata Anna matre matris saluatoris nostri.

¶ Item de eodem festo Sermo secundus.

In capite libri scriptum est de me. Psal. xxxix. In hoc secundo sermone discutiende sunt alique questiuncule de beata Anna.

¶ Prima igitur questiuncula est: cur in libro sacre scripture tam veteris q̃ noui testamenti non sit mẽtio notabilis de beata Anna: maxime cum talis ac tanta fuisse credatur: ita vt ẽt meruerit illam sanctissimã virginẽ portare: que portare meruit omnium dñm iesum christum? Respondetur ad hoc q propter duas rationes. Prima est ex parte spiritussancti: qui noluit vt euangeliste de hoc facerent mẽtionem: eo q istud dz supponi ab omnibus Christicolis tanq̃ verum: maxime cum ipsa sit genitrix virginis Marie. Unde ex hac parte traxit quandam specialem sanctitatẽ sicut et filia eius Maria ex hoc q fuit mater christi. Utriusq tamen sanctitas longe dissimilis est. Secunda ratio est vt sic fideles haberent maius meritum ex tali deuotione et pio affectu ad ipsam. Nam vt dicit Maximus in sermone de corpore Christi: Ubi est magna fidei perfectio: erit etiam copiosa remuneratio.

¶ Secunda questiuncula est / vtrum beata Anna fuerit post filiam suam christiferam Mariam ceteris mulieribus sancti-

tate prestantior. Respondetur ad hoc probabiliter q sic. Hoc autem probatur ratione et exemplo.

¶ Primo quidem ratione tali. Quicunq eligitur a deo: ipso facto specialis prerogatiua sanctitatis confertur eidem: sic scilicet q qui eligitur ad aliqd maius: maiorē etiam obtinet sanctitatem: vt sit dignus et capax talis dignitatis: iuxta illud verbū Moysi Numeri.xvij. Quemcunq elegerit dominus: ipse erit sanctus. Dicit etiam Augustinus in glossa ordinaria sup epistolā ad Ephe.j. exponendo illud: Elegit nos ante mundi constitutionē: q deus qs elegit: facit bonos. Ex predictis ḡ possumus sic argumentari. Quos eligit deus: facit bonos et sanctos. Ergo quos magis diligit: id est ad maiorē dignitatem spiritualem: facit eos magis sanctos: et qs maxime/maxie: iuxta illam maximā topicam. Sicut se habet simpliciter ad simpliciter: ita magis ad magis: et maximum ad maximū. Sic est autē q deus elegit ab eterno beataz Annā vt esset mater matris/ filij sui: qd fuit valde magnum/ et magne dignitatis opus. Ergo fecit illam valde sanctam. Similiter filiā suā quā elegit ad maiorem dignitatem: vt scilicet esset mater dei: fecit etiā sanctiorem: siue vt melius loquamur sanctissimam.

¶ Secundo probatur idem intentum exemplo siue similitudine de arbore que si fuerit bona: iuxta domini sententiam Matth.vij. fructus bonos facit: q si melior/ meliores: si opti ma/ optimos. Dicit etiam idem dominus Luce.vj. q vnaqueq arbor per fructum suum cognoscitur. Constat aūt q ex beatissima Anna tres valde excellentes fructus tanq ex arbore vna prodierunt: vez Maria mater Christi: Maria Cleophe: et Maria Salome. Item nota de filijs earum. Patet ergo sanctitas ipsius Anne supra ceteras mulieres preter filiā eius Christiferam Mariam.

¶ Tertia questiuncula est: vtrū aliquid legatur de parentibus beate Anne. Respondetur q sic. Reperi enim q beatus Cyrillus dudum inhabitator montis Carmeli: qui regnauit circa annum domini.ccccxxviij. scripsit de ortu beate Anne: ostendens quis fuerit pater illius: similiter et mater. Refert ergo q anno circiter septuagesimooctauo ante Christi incarnationem fuit quedam virgo nobilis genere de tribu iuda: pulchra corpore: sed pulchrior mēte cui nomen erat Emerentiana. Hec igitur honestissima et deuotissima virgo de licentia parentum visitauit quosdam fratres deuotos in predicto monte Carmeli commorantes: et cum eis conferre cepit de aduentu messie: et de prophetijs atq promissionibus super hoc factis. Cunq illa attigisset annos nubiles: parentes voluerunt eam dare cuidam honesto iuueni in vxorem. Illa tamen consentire noluit: eo q in occulto promisisset domino se seruaturam virginitatem: si modo deo placeret. Recurrit ḡ p hac re ad dictos patres: narrans suorum paren=

tum voluntatem pariter et suã. Qua audita: illi orauerunt dominum vt dignaretur ostendere super hoc voluntatem suam. Quod cum triduo fecissent: tandem seniori inter eos pariter et duobus alijs qui erant magis deuoti ostensum est arbustum quoddam super quo erat quidam ramusculus portans pulcherrimum florem: fructum de lectabilissimum in se continentem. Deinde facta est vox ad eos dicens q arbustum designabat emerentiam/ et eius bonam voluntatem cum dei volũtate vnitissimam. Ramus vero significabat quandam filiam sanctissimam quam in statu matrimoniali deus sibi daturus erat. Flos autẽ designabat virginẽ quandã castissimã quam filia ipsius emerentie esset paritura: que virgo pmanens / fructum vite id est filium dei naturalem qui per fructum predictum designabatur / esset clausura in suo vtero ꝟginali: et tandem tempore debito sine dolore paritura. Hãc igit visionẽ retulerunt pdicti patres Emerentie puelle. Quam audiens illa dixit. Fiat voluntas domini. Ex tunc ergo illa consensit intrare matrimonium: orans humiliter deum vt nulli in matrimonio iungeretur qui non timeret deũ. Cumq post hec successiue ad illã adducti fuissent sex viri: nulli eorum voluit copulari propter corruptã eorum intentionem: quam spiritu sancto reuelante illa precognoscebat. Postremo superuenit septimus dictus Stollanus: qui deum timebat: et qui non causa explende libidinis: cũ illa esset speciosissima/ vt dictum est: sed potius causa suscitande prolis eam querebat habere in sponsam. In hunc igitur stollanum consensit. Facto ergo inter eos honesto matrimonio: illa concepit filiam quam Annam vocauit. Hec Cyrillus. Que dicta sunt: an veritatẽ cõtineant necne: remitto discretioni lectoris. Sic enĩ accepi ex quodam antiquo libro in bibliotheca conuentus Ualencianõ. ordinis fratrum predicatorum.

¶ Quarta questiuncula circa materiã subiectã est cur beata Anna post mortẽ viri sui Joachim nubere voluit: maxime cũ iam peperisset illam virginem sanctissimam Mariam: de qua etiã sibi constabat per reuelationem sibi et viro suo Joachim factã per angelum q conceptura esset filium dei. Uidetur enĩ q debuit satis contẽtari de vnica tali filia: et q deinceps debuit continenter viuere: etiam stante q dictus Joachim post modum diu superuixisset. Cum enim virgo Maria sit aliquid multo prestantius quã beatus Nicolaus: videtur q sicut parentes eius post illius conceptionem continenter vixerunt: ita etiam a fortiori debuit fieri in proposito.

¶ Responsio. Decuit vt beata Anna post obitũ Joachim viri sui: et natiuitatem filie sue diue marie vlterius contraheret cũ alio viro: siue vt verius loquamur: cũ alijs duobus viris: vz Cleopha et Salone. Et huius decentie triplex est ratio.

¶ Prima quidem est vt per hoc

obturarentur ora aliquorū virorum ac mulierū loquentium iniqua: videlcz q casta mulier nunq̄ preter semel nupsit. Huius enim sn̄ie erat quedam mulier que Porcia dicebatur: de qua refert Hieroñ. prima parte epistolar suarum ep̄la. v. capit. xxviij. dicens q cū corā ea laudaretur quedam mulier in ceteris bene morigerata/ que secundum virum habebat: ait. Felix (inq̄t) et pudica matrona nunq̄ preter semel nupsit. Sed q hoc sit falsum: patet ex facto beate Anne. Patet etiam idem ex verbis beati Hiero. prima parte epistolarum suar ep̄la. viij. Et sil'r recitatur. xxxj. q. j. aperiant. Non damno inquit bigamos: immo nec trigamos: et si dici potest/ octogamos. Sed obijcitur q s'm iura ciuilia non licet tertiam vxorem ducere: vt patet in authenticis tit. q̄uo opz ep̄os. §. si aūt. Quod si nō liceat viro tertiā vxorem ducere: ergo nec mulieri tertiū virum ducere licebit. Qd̄ est contra factum beate Anne. Sed ad hoc dicit q predicta lex est correcta per sequens ius canonicum. Et sic patet de prima ratione.

¶ Secunda ratio cur scz licuit beate Anne post mortem viri sui Joachim n̄ubere cum alio viro: est vt sic augeretur numerus fideliū. Nisi eni secundo n̄upsisset cum Cleopha: non genuisset sanctam Mariam cleopham: neq̄ similiter procreati fuissent illi quatuor viri omni sanctitate pleni: videlicet Jacobus minor: Simon: Judas: Joseph iustus. Insuper nisi tertio dicta Anna contraxisset: Mariā Salome non genuisset: nec similiter procreati fuissent illi duo egregij xp̄i apostoli Jacobus et Joannes. Unde de hac generatione tam filiarum beate Anne q̄ etiam filior ex eis descendētium possumus dicere illud Psalmiste. Hec est generatio querentium dominum. Item illud eiusdem Psalmiste. Dominus in generatione iusta est.

¶ Tertia ratio predicte decentie est vt sic ipsa beata Anna aliqd̄ solatium siue subleuamē haberet ex viri consortio. Solent enim frequenter mulieres in viduitate permanentes multa aduersa pati: nec semper inueniunt qui sint parati fideliter tueri iura ear. Secus autē vbi secundo aut tertio n̄ubunt cum probis et honestis viris: quales fuisse existimāt cleophas et Salome. Dicit etiam lex ciuilis q vxores a viris defendi debēt vt ptz institu. titu. de iniurijs. §. patitur. Et sic patet ad quartam questiunculam.

¶ Quinta questiūcula est: vtrū beata Anna fuerit genere clarissima? R̄ndet q sic. Pro quo notandum q duplex est nobilitas: scilz sanguinis: et virtutis. Prima est carnalis. Secunda spiritualis. Prima est s'm mundum. Secūda s'm deum. Prima cōis bonis: et malis: etiam paganis et infidelibus. Secūda tātū bonis et iustis conuenit. Beata igitur Anna habuit excellentissime primam nobilitatem: scilicet generis siue sanguinis. Qd̄ sic patet. Nam Mattheus et Lucas Euangeliste Christi describūt omnes ingenuitates que possunt esse in hominibus:

scilicet patriarchalem/prophe-talem/regalem/ducalem/ pontificalem/iudicialem/ et huiusmodi: vel descendisse s̃m originem sanguinis ab Adam per Abraham vsque ad Christum: vt Mattheus; vel ascendisse: vt Lucas. Ex quo p3 q̄ duo predicti euāgeliste intendunt preferre nobilitatē Christi et matris eius nobilitati omnium imperatorum / regum / ducum/et huiusmodi. Sed constat q̄ hec nobilitas descendit in Mariā et Christum per Annam. Si ergo Christus predicetur rex regum: ꝛ virgo Maria regina reginarum: consequens est dicere beatam Annam esse matronam nobilium. Ecce quomodo ipsa Anna habuit excellentissime nobilitatem generis siue sanguinis. Similiter eadem Anna habuit excellentissime nobilitatem virtutis: de qua dicit Aristotel. in politicis libro.j. q̄ nil aliud q̄ virtus et vitium determinant seruum aut liberum: id est peccatorem ꝛ iustum. Itē Hierony.iij. parte epistolarum suarum epistola.xxij. ad cellantiam scribens dicit q̄ sola apud deum libertas est non seruire peccatis. Summa apud deum nobilitas est clarum esse virtutibus. Cum igitur beata Anna fuerit sanctissima: vt patet ex solutione secunde questiuncule prius posite: manifeste cōcluditur q̄ fuerit nobilissima nobilitate morum ꝛ virtutis.

¶ Sexta questiuncula est quare poti⁹ sit festum in ecclesia de beata Anna q̄ de Joachim: maxime cū ipse Joachim teste Hiero. sanctam duxerit vitā: sicut et vxor eius anna. Insuper s̃m Philosophum pater principalius se habet in generatione prolis q̄ mater. Videtur ergo q̄ potius deberet fieri festum de Joachim q̄ de Anna.

¶ Responsio. Conuenientius fit festum de btā Anna q̄ de Joachim: et hoc propter tres rationes. Prima est ex parte corporis ipsius virginis Marie: quod magis participauit de substantia ipsius Anne q̄ Joachim: sicut et corpora ceterorū filiorū ac filiarū. Mater enim est que ministrat materiā ex qua formatur embrio. Similiter ipsa ministrat sequentem materiam ex qua nutrit ꝛ augetur proles iam formata usq̄ ad partum venerit. Postremo nato infante adhuc eum lactat et nutrit mater de superfluo substantie sue. Ista aūt non concurrunt in patre. Pat3 ergo q̄ beata Anna plus dedit beate virgini q̄ Joachim. Et ideo valde rationabile est vt ꝑpter reuerentiā filie honorem⁹ matrem illius. Secunda ratio est ex parte aīe eiusdem virginis Marie: que fuit simul creata et infusa in corpore suo adhuc existente in vtero matris sue Anne. Adde q̄ etiam eadem anima fuit tūc ab originali ꝑseruata: ꝛ gratia spiritussancti abundanter dotata ꝛ repleta. Queadmodum ergo vasa illa in quibus reponuntur species aromatice: non solum redolent q̄diu ibi incluse sunt: hmōi species: verūetiā lōge postq̄ inde extracte sunt: ita etiam in proposito de beata Anna que in suo vtero conclusit corpus ꝛ animā sanctissimā

beate virginis. Non sic autem fuit de Joachim. Tertia ratio sumitur ex parte cohabitationis. Solent enim mariti per diē hincinde discurrere et vagari siue causa laboris exercendi: siue alijs de causis. Matres vero communiter manent in domo curam gerentes de paruulis suis: quos sepe inter brachia amplexantur/ osculantur corrident: et similia. Talia aūt erga paruulā Mariam credit beata Anna exercuisse. Non ergo mirum si potius sit de ea festum solenne in ecclesia q̄ de Joachim. Et sic patz ad questitum: et per consequens ad sex questiunculas pretactas.

¶ Ut aūt magis ac magis excitetur Christifidelium deuotio ad beatam Annam: decreui sequens subiūgere exemplū. Legitur enim de quodam iuuene deuoto beato Jacobo: q cum post mortē patris multam substantiam sibi relictam prodige et in breui dissipasset: tandem ad se reuersus conuertit se ad orationē: rogans dominū cum lachrymis vt misereret illius. Cumq̄ ab oratione surgeret: affuit illi beatus Jacobus in specie peregrini interrogans eum cur ita fleret. At ille narrauit ei omnia per ordinem. Quem consolans beatus Jacobus ait illi. Charissime noli desperare: sed reuertere ad beatā Annam: illiq̄ deuote seruias. Nam ipsa consueuit pauperibus succurrere: tristes consolari: atque medelam infirmis ac debilibus conferre. Cumque dictus iuuenis hec audiens quereret quid expediret eum facere aut dicere ad honorē ipsius Anne: ait illi peregrinus. Quotidie (inquit) dices ad illius honorem aliquam orationem: vel vnum Pater noster: cum Aue maria. Item omnibus tertijs ferijs accendes vnam candelā ante eius imaginem: cum proposito emendandi vitam tuam. Sed inquit iuuenis: cur potius feria tertia q̄ alia hoc facere habeo? Quia (inquit peregrinus) tali die ipsa fuit nata. Tali etiam die tandem diem clausit extremum ad vesperum. At iuuenis: Et quō hoc scis? Cui peregrinus. Certe optime scio: ipsa enim est mater matris mee. Sum enim Jacobus apostolus Christi: cui ad tempus seruiuisti: qui ad consolationē tuam de celo ad te descendi. Fac ergo fili quod hortor: et indubie prosperitatem anime et corporis meritis auie mee sancte Anne consequeris: Et his dictis ille disparuit. Dictus autem iuuenis fecit sicut edoctus fuerat per beatum Jacobum: cui successit sicut ille predixerat. Tandem illi in extremis constituto apparuit beata Anna cum claritate magna. De cuius presentia dictus iuuenis/ qui tamen postea diu vixerat: non parum consolatus feliciter obdormiuit in domino. Superest ergo charissimi vt nos commendemus precibus dicte beatissime Anne: vt sic tādem valeamus post eam celum ascendere. Prestante domino nostro Jesu Christo: qui cū patre et filio et spiritu sancto etc.

¶ Sermo de beato Petro ad vincula.

Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis. ps.cxv. Notandū ꝙ predicta verba possunt merito dicere multa hoim genera.

¶ Primo quidē quilibet pater sanctus veteris testamēti siue legis nature cū in effectu vidit Christū ad limbum descendisse et more regis in primo suo introitu in aliquā ciuitatem omnes captiuos existentes in carceribus ipsius limbi potenter ⁊ letanter a vinculis soluisse: quilibet inquam talis quasi gratias agens suo liberatori potuit illi dicere. O rex oipotens in cuius ditione cuncta sunt posita: tu magnifice dirupisti nunc vincula mea: id est obligationē a loco tenebrarū harū. Pro quo beneficio merito tibi debeo sacrificare hostiam laudis: siue gratiarū actionis: eo potissimum ꝙ nullus alius preter te potuerit vincula mea dirumpere.

¶ Secundo quilibet verus penitens quasi deo regratiās potest illi dicere. Tu domine dirupisti vincula mea: id est peccata quib⁹ prius vinculat⁹ eram ita vt tunc dicere possem cum psal. post cōmissum adulteriū ⁊ homicidiū. Funes peccatorū circumplexi sunt me. Et Prouerbiorū.v. Iniquitates sue capiunt impium: et funibus peccatorum suorum constringitur. Pro hmōi ergo funibus siue vinculis peccatorū dirumpendis opus fuit filium dei sanguinem suum fundere in terris. Quid ergo debet facere penitens: seu domino exhibere pro diruptione hmōi vinculorum? Certe debet illi sacrificare hostiam laudis: id est nomen suū laudare ⁊ magnificare in perpetuum.

¶ Tertio quilibet verus catholicus in extremis ꝯstitutus potest rationabiliter dn̄o dicere. Dirupisti vincula mea: id est corpus meum quod est vinculum anime: scd̄m illud. Sap.ix. Corpus qđ corrumpit: aggrauat animā. Unde hoc vinculū petebat dirumpi Aposto. cum dicebat. Quis me liberabit de corpore mortꝭ hui⁹? ad Ro.vii. Item cum dicebat: Cupio dissolui: ⁊ esse cū xp̄o. ad Philip. i. Silr ⁊ sanctus ille Job idem petebat cū aiebat. Tedet animam meā vite mee. Eiusdē.x. Unde glos.ordi.super illud sepe dictū verbū. Dirupisti vincula mea: dicit ꝙ ille versus tāte virtutis a quibusdā esse creditur vt pctā homini remittantur si in fine vite trina confessione dicatur.

¶ Quarto predictū verbū potuit rationabiliter dn̄o dicere beatus Petrus postꝙ sensit catenas cadere de manibus suis qb⁹ eū alligari iusserat Herodes Agrippa: vt patꝫ Act.xii. Uide textū ep̄le presentis solēnitatis: in qua quidē ep̄la continetur totum mysteriū huius diei. Textus est clarus.

¶ In presenti sermone intendo breuiter ꝯstringere hodiernam epistolam sm̄ moralē sensum. Quantū igitur ad hūc sensum sit in ea principaliter mētio de tribus: videlicet de peccatoris

Misera conditione: in principio epistole.
Pia subuentione: ibi. Oratio autem fiebat.
Plena liberatione: ibi. Nunc scio vere.
¶ Primo igitur in presenti epistola fit mentio de misera peccatoris conditione: qz miserat herodes rex manus &c. vbi per herodem qui interpretatur pellibus glorians: designatur diabolus: qui quamprimum creatus fuit a deo: cepit inaniter gloriari & superbire in pellibus suis. i. de donis naturalibus: nõ referens ea ad auctorem suum deum: in quo apparuit maxima eius ingratitudo. Per Jacobum autem qui supplantator interpretatur: et qui luctatus est cũ angelo: designantur viri actiui qui luctantur cũ mundo: ne decipiat eos suis blanditijs. Per Petrum vero qui interpretatur vno modo cognoscens: designantur contẽplatiui/ quorum conuersatio & occupatio consistit in cognitione & amore diuinorum. Unde & de beatis qui perfecte vacant cõtẽplationi: dicit xp̃s Joan. xvij. Hec est vita eterna: vt cognoscant te deũ verũ &c. Predictus itaque Herodes. i. diabolus glorians in pellibus suis valde aduersatur Jacobo et Petro: id est deditis actiue et contẽplatiue vite: nec cessat eos persequi: vt sic tedio eos faciat resilire ab incepta vita bona. Nam actiuos vacantes operibus pietatis nititur apprehendere tentãdo eos de auaritia: dicens. Tu satis dedisti: reserua quod superest/ pro tuis futuris necessitatibus. Ad prouidentiam enim pertinet congregare pro futuro. Nam & hoc faciunt formice. Propter quod contrariũ facientibus dicit scriptura Prouerbiorum. vj. Uade ad formicam o piger: & cõsidera vias eius: et disce sapientiam. Que cũ non habeat ducem aut preceptorẽ: parat in estate cibũ sibi: et congregat in messe quod comedat: supple in hieme. Similiter contemplatiuos nititur predictus herodes id est diabolus apprehendere: dicẽs vnicuique eorum. Noli nimium vigilare in oratione/ ne perdito somno naturali ledas caput tuum: & sic stolidus efficiaris. Dormi ergo & quiesce: vt sic fortior efficiaris in dei seruitio. Iste igitur sunt cautele et astutie herodis infernalis volẽtis apprehẽdere actiuos & contemplatiuos. Propter qđ Christus herodem vocauit vulpem Luce. xiij.
¶ Notandum est autẽ qꝫ postquam iste herodes ceperit in laqueis suarum tentationum aliquẽ virum aut mulierem: tunc ne inde euadat/ facit circa eum quecunque fecit Herodes rex circa beatum Petrum.
¶ Primo enim Herodes apprehenso Petro posuit eum in carcerem. vbi per carcerem qui communiter est tenebrosus et obscurus: designatur cecitas cordis/ ad quã pertrahit diabolus per peccatum miseram animam: iuxta illud Sapientie secundo. Excecauit eos malitia eorum. Item ad Roma. j. Obscuratum est insipiens cor eorum supple peccatorum. Figuram habes de Sãpsone: quo apprehenso Philistijm eruerunt oculos eius: et duxerunt Gazam

vinctum catenis: et recluserunt in carcerem. Heu nonne bene recluditur miser peccator i carcere tenebrose ignorantie et cecitatis spualis: quandoquidem non aduertit nec videt quantis periculis se exponit mortaliter peccando? Sed pfecto multi et ferme oēs peccatores sunt similes harpasti vxori senece: de qua refert idem Sene. epīsto. v. ad Lucilium scribens in hunc modum. Harpastes vxor mea fatua subito videre desijt. Nec tamen scit se esse cecam. Pedagogum suum rogat vt migret foras: dicens domum tenebrosam esse. Hoc autē quod in illa ridemus: multis accidit. Nemo enim se auarum intelligit: nemo cupidū: nemo ambitiosum. Sed dicit vnusquisq̄. Non ego ambitiosus sum: sed nemo aliter Rome viuere potest. Nō ego sumptuosus sum: sed vrbs ipsa magnas exigit impensas. Non est meum vitium q̄ iracundus sum: sed non constitui certum genus vite: sed hoc adolescentia facit. Quid nos decipimus? Non est extrinsecus nostrū malum. Intra nos est. In visceribus ipsis sedet. Difficulter ergo ad sanitatem peruenimus: quia nos egrotare nescimus. Hec Senec. vbi supra. Ecce ergo quomodo peccatum excecat humanam mentem. Clamemus igitur ad dn̄m orantes et dicentes. A cecitate cordis: libera nos dn̄e.

¶ Scd̄o Herodes posuit beatū Petrū in carcere vinctū catenis duab9. Ubi per has duas catenas possūt intelligi duo gn̄a pctōꝝ. s. cōmissionis ꝛ omissionis: quibus adeo fortiter ligat miser peccator: vt non possit de facili se ab illis liberare. Sed velit nolit necesse est illi frequenter incidere in nouum pctm̄ tam cōmissionis q̄ omissionis: q2 teste Grego. lib. xxv. moral. c. xij. Peccatum qd̄ penitentia nō diluit: ipso suo pondere ad aliud trahit. Idē dicit ipse Grego. sup Ezechie. homil. xi. Itē Apoc. xxij. Qui in sordibus est: sordescat adhuc. Et in psal. Appone iniq̄tatē sup iniq̄tatem eoꝝ. Nota tn̄ q̄ de9 nō est causa effectiua peccati: aut inductiua ad ipsum: sed tm̄ permissiua. Maxima enim est q̄ deo auctore nemo fit deterior. Possumus etiā referre predictas duas catenas Petri ad culpam ꝛ ad pene eterne obligationē: quib9 ligatur misera peccatrix aīa: sic scꝫ q̄ nō potest absolui ab vna illarum nisi simul ꝛ semel absoluatur ab alia. Uerbi gratia. Non stat remissio culpe cū obligatione pene eterne. Nec similiter stat remissio pene eterne culpa in conscientia remanente Et sic patet quid dicte catene Petri significent.

¶ Tertio Herodes constituit duos milites intra carcerē qui custodirent beatum petrum: ne vincula solueret et sic abiret. Ubi p duos milites designātur duo magni aduersarij humane salutis: caro scilicet ꝛ mundus. Caro em̄ suis delicijs tenet irretitū peccatorē ne laqueos suos seu vincula dirumpat ꝛ euadat. Eccle. vij. Inueni amariorem morte mulierē: que laque9 venatorum est: et sagena cor eius. Uincula sunt manus eius.

Qui placet deo: effugiet illam. Qui aūt peccator est: capietur ab illa. Similiter mundus suis blandicijs impedit pauperem peccatorem ne liberet a vinculis peccatorū / et ne effugiat carcerem diaboli. Facit em̄ sicut auceps qui ponit laqueos coram auibus: quos tamē abscōdit sub esca. Cū aūt auis escam capere voluerit: simul capietur ab hmōi laqueis. Sic etiam est de mundo qui pponit delicias et diuitias hominibus. Quas cū apprehendere voluerint: indubie capientur ab eis.

¶ Quarto Herodes constituit preter predictos duos milites alios quatuor quaterniōes mi litum .i. quatuor hoīes armatos: quorum quilibet habebat sub se quatuor milites: q̄ in toto faciebāt .xx. Non em̄ sufficiebat Herodi solius carceris interioris custodia: verūetiā ad q̄libet portam qua intrabat in carcerem / cōstituerat quinq̄ milites: vt si forsan euasisset a casu vnam custodiam / impediretur ab alijs. Ualde mirū erat tot custodes constituere ad custodiā vnius inermis hoīs. per hoc aūt designatur multitudo malignorū spirituū impedientiū ne pauper pctōr euadat carcerem et vincula peccatorum. Hoc autē faciunt ex ardenti desyderio quod habent de perditione hoīm. Displicet em̄ illis vt homines illuc ascendant per vite meritum: vnde illi turpiter descenderunt p culpe demeritum. Patet ergo quomodo diabolus facit spiritualiter circa pauperem peccatorem quecunq̄ fecit Herodes circa beatum Petrū in carcere detentum. Et sic patet de primo principali.

¶ Scdo principaliter in presenti epistola fit mentio de pctōris pia subuētione. Habet em̄ subuentionē et auxiliū a tribus vt liberetur a carcere peccati.

¶ Primo quidē ab vniuersali ecclesia militante: que non cessat pro eo orare saltē i generali. In cuius figurā dr in presenti epistola q̄ oratio fiebat sine intermissione ab eccl'ia ad deū pro Petro. Hoc etiam designat per Chananeā mulierē p filia sua demoniaca xpm deprecantem / et dicentem: Miserere mei dn̄e fili Dauid: filia mea male et c. Mat. xv.

¶ Scdo habet peccator auxilium ab angelo sibi in custodiā deputato. In cuius signum dicitur de Petro q̄ angelus domini astitit sibi in carcere detento. Amant em̄ et summopere optant celestes angeli nostram salutē / et de ea valde solicitantur: vt sic de nobis repleantur eorum ruine que vacant p malignorū spirituum descēsum in infernū. vnde Augu. lib. soliloquiorum ca. xxvij. ad propositum loquitur dicēs: Diligunt nos sancti dei angeli: per quos sue ruine scissuras restaurari expectant. Ideoq̄ magna cura assunt nobis oībus hōris et locis succurrentes necessitatibus nostris: et soliciti discurrentes inter nos et deum gemitus nostros atq̄ suspiria referentes ad eum: vt impetrent nobis propitiationē et miam. Ambulant nobiscum in oībus vijs nostris. Intrant et exeunt nobiscū: attente considerantes q̄ pie q̄ honeste in

medio praue nationis conuersemur: quantoqꝫ studio et desyderio queramꝰ regnū dei ꝛ iustitiam eiꝰ. Hec ille. Item idem Aug. ad fr̄es in eremo ser. xlvj. q̄ intitulat̄ de angelis / dicit sic: Angeli sancti sunt ꝑ quos sustentamur: ꝑ quos in mari ꝛ in terra iuuamur: per quos mente et corpe illuminamur: ꝑ quos in tribulationibus ꝛ angustijs consolamur: per quos ab infirmitatibꝰ frequēter liberamur: per quos ꝛ a quibꝰ in extremis protegimur: per quos in fide solidamur: per quos a maligno spiritu defensamur: ꝛ obtenta victoria ad paradisum vel purgatorium per eosdem deportamur. Et dum ibi purgamur: ab eis sepe visitari et cōsolari non dubitamus / promittentes nos celestem Hierusalem ciuitatem ingressuros. Hec ibi. Ecce quātum auxiliū habet homo volēs exire de carcere peccati ab ipsis sanctis angelis: et signāter a ꝓprio angelo sibi a dn̄o in custodiam delegato. Propter qd̄ debemus merito eos multū re uereri et honorare.

¶ Tertio peccator volēs exire carcerē peccati habet auxiliū a deo. Nam q̄cq̄d actū est circa Petri liberationē corporaliter: hoc totū agit̄ circa peccatorem de carcere peccati exire cupientem spiritualiter.

¶ Primo em̄ dr̄ de Petro ꝙ lumen refulsit in habitaculo: id est in carcere in quo captiuus detinebat̄. sic etiā in liberatione pctōris de carcere peccati precedit illuminatio / interior i conscientia. Quandiu em̄ quis subiacet pctō: est velut in teterrimo et tenebroso carcere. Non em̄ tunc cognoscit nec aduertit pericula in q̄bus stat. Tandem aūt miserante deo venit lux diuine grē seu celestis inspirationis q̄ illuminat carcerē humane cōscientie. Et tūc incipit primo homo cognoscere periculū suum: forsan ita dicens: Heu miser / q̄d est de me? Ecce enim tot annis subiacui tali vel tali pctō. Et q̄uis de illo frequenter fuerim cōfessus: nūq̄ tamen vsqꝫ nūc habui firmū ꝓpositum desistendi ab eo: Ecce q̄uo carcer hūane ꝯsciētie incipit illuminari a deo. Sic enim petebat ab eo illuminari Dauid post cōmissum adulteriū / cum aiebat: Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiam in morte: neq̄n dicat inimicus meꝰ: sup. demon: preualui aduersus eū. Itē alibi. Dn̄e (inquit) deꝰ meꝰ illumina tenebras meas.

¶ Scd̄o de Petro dr̄ ꝙ angelꝰ dn̄i percussit eū i latere vt excitaret eū. Per qd̄ intelligit̄ cordis ꝯtritio. Nā postq̄ dn̄s peccatorē illumiauit vt suū reatū recognoscat: statim immittit in cor eius lanceā cōtritionis: que penetrat de pte in partem ipm̄ cor et sic exeat virus pcti. In cuiꝰ figurā legitur de Longino ꝙ lancea sua latus xp̄i aperuit et continuo exiuit sanguis ꝛ aqua vt habetur Joan. xix. Uel dicas ꝙ percussio lateris Petri designat corporalem afflictionē: quam interdū immittit dn̄s vt excitet hoiem a somno peccati: et exurgere eum faciat de lecto neq̄tie ꝛ fecis pctōrū. vn̄ Grego. lib. xv. moraliū capi. xxiij. Impiorū (inquit) oculos

culpa claudit: sed in extremum pena aperit. Nescit enim impius mala que fecit/nisi cum pro eisdem malis puniri iam ceperit. Unde per prophetam: videlicet Esa.xxviij.dicit. Sola vexatio intellectum dabit auditui. Item Chryso. homil.ij. Nihil inquit sic peccata in memoriam re uocare consueuit et pena et castigatio. Et hoc manifestum est ex fratribus Joseph. Cum enim illi iustum vendidissent: et tredecim anni preterissent: puniri metuentes: et de vita sua timentes peccati recordati sunt: et inter se dicebant. Merito hec patimur. In peccatis enim sumus propter fratrem nostrum. Joseph. Hec ille.

¶ Tertio dr de Petro quod angelus dixit ad eum. Surge velociter. Per quod significat quod velociter surgendum est a pcto: iuxta illud Eccli.v. Non tardes conuerti ad dnm: et ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira ei⁹ / et in tpe vindicte disperdet te. Nam vt dicit Augu. ad fratres in eremo.ser.xxx. Promisit de⁹ veniam penitenti: sz non promisit vsqz in crastinum differenti. Uidemus enim quod si homo a casu ceciderit in lutum: festinat quantocyus inde surgere. A fortiori in proposito.

¶ Quarto dixit angel⁹ ad Petrum: Ceciderunt catene de manib⁹ tuis. Per catenas Petri intelliguntur culpe mortales que illaqueant aiam. Cadunt tamen per cordis contritionem predicte catene: et hoc cooperante dei gratia: qr vt dicit ps. Dns soluit compeditos/scz in contritione. Istud etiam possumus referre ad sacramentalem absolutionem: in qua confessore dicente super confitentem: Ego te absoluo: mox cadunt catene de manibus suis. Uel dic quod tunc cadunt catene de manibus penitentis quando restituit aliena si que habet: que prius ligabant eum ad culpam/ et ad pene eterne obligationem.

¶ Quinto angel⁹ dixit ad Petrum: Precingere: et calcea te caligas tuas: et circunda tibi vestimentum tuum. Per hec enim tria designatur quod penitens debet amodo honeste conuersari: ita scilz vt quos scandalizauit prius dissolute viuendo/ reedificet religiose conuersando: iuxta illud dni verbum Matt.v. Sic luceat lux vestra coram hominib⁹: vt videant opera vestra bona: et glorificent patrem etc. Et istud est contra multos qui post pascha vacant multis dissolutionibus ludis et vanitatibus/ quasi volentes redimere tempus quadragesimale in quo a talibus vanitatibus necesse fuit illis abstinere: saltem a tanto.

¶ Sexto et vltimo dixit angelus ad Petrum: Ueni et sequere me. Per quod designatur quod verus penitens debet sequi bonos / imitando eorum bona opera/ et cum illis conuersari/ vt eorum exemplo alliciatur ad bonum: quia vt dicit Psalmista. Cum sancto sanctus eris. Uerte folium/ et econtra inuenies scriptum. Et cum peruerso peruerteris. Propterea Seneca ad Lucilium scribens epistola.v. dicit sic. Conuersare cum his qui te meliorem factu

ri sunt: qr vt ait beat⁹ Hieron. iij. parte epistolarũ suarũ epistola lxxx. Perraro homo vel bonus vel malus efficitur nisi ob societatis causam. Ex p̄dictis ergo ptz q̄ pie et gratiose subuenit dñs pctõri per penitentiam ad eum redeunti.

¶ Tertio principaliter in hodierna epistola fit mentio de plena peccatoris liberatione: cum dicitur. Transeuntes primã et secundã custodiã venerũt vsq̄ ad portã ferreã que ducit ad ciuitatem: que vltro aperta est eis. Ubi notandum q̄ iste tres porte possunt referri ad tria pctã: scilz cordis/oris/operis. His enim tribus peccatis velut tribus portis tenet̃ captiua misera aĩa pctõris. Sed p̄ma porta aperit̃ in cõtritione. Secunda in ɔfessiõe. Tertia in satisfactione. Qua aperta intratur in ciuitatẽ: quia moriens post cõdignã satisfactionẽ peccatorũ suorũ euolat directe ad celos. Ista tamen porta vocatur ferrea. ⁊ hoc ꝑpter illos qui inueniũt magnã difficultatẽ satisfaciendi in presenti siue ieiunando/ siue eleemosynas largiendo/ siue aliena restituendo/ vel veniã ab his quos offenderunt ỽbo seu facto/ postulãdo. Sunt enim pleriq̄ quibus facile est conteri similiter et cõfiteri: sed valde pauci sunt q̄ plene ⁊ condigne satisfaciant in presenti. Ecce porta ferrea.

¶ Uel dic conformiter ad glos. ordi. q̄ porta que ducit in ciuitatem celestẽ: olim erat arcta et angusta: vt habet̃ Matt. vij. nihilominu⁹ xp̄i et apl'orũ vestigũs facta est nobis meabilis: qr tam xp̄s q̄ eius apostoli sanguine proprio ostium celi quod prius erat ferreum: vicerunt.

¶ Uel dic q̄ adulti morientes plerũq̄ inueniũt portã celi contra se clausam et duram ad modum porte ferree: et hoc ideo qr ⁊ si sint q̃nq̄ immunes a culpa: sicut patz de illis qui in extremis cõteruntur de peccatis suis/ pariter ⁊ confitentur plerũq̄ tñ adhuc sunt obnoxij pene tẽporali. Et quia eã non p̄nt portare in presenti preueniente eos morte: ideo inueniunt ostiũ quo intratur in ciuitatẽ sanctã Hierl'm: clausum: Quapropter necesse est eos descẽdere in purgatorium ad tempus. Sec⁹ autem de paruulis baptizatis. Nam talibus vltro aperit̃ porta ferrea celestis hierl'm: iuxta illud xp̄i verbum Matth. xix. Sinite paruulos venire ad me: talium enim est regnum celorum.

¶ Sed forsan dices p̄dictã expositionem non congruere. Cõstat enim scd̃m doctores theologos q̄ tres posteriores sensus sacre scripture: vcz moralis/ allegoricus/ et anagogicus fundantur sup̄ sensum literalẽ q̄ est fundamẽtũ aliorũ sensuũ. Sic est autẽ q̄ in ep̃la dicitur q̄ postq̄ porta ferrea vltro a seipsa aperta est Petro et angelo: ⁊ pcesserunt vicũ vnũ: q̄ continuo discessit angel⁹ a Petro. Angeli aũt non discedunt post hanc vitam a consortio beatorum in celo: sed cum illis pariter regnant laudantes nomen dñi in secula seculorum.

¶ Responsio. Angelus dñi datur Petro id est cuilibet fideli in p̄nti vita vt ipsum pro⸗ gat

ꝫ ſpū maligno: itē vt ipm̄ reuo-cet a malo: ꝛ ꝓuocet ad bonum. Modo ubi nō tentant a diabo-lo: nec in ſe inueniunt ꝓnita-tē ad malū: ſeu difficultatē ad bonū: ſꝫ hec oīa ibidē euacuāt. Propter qđ dr angel⁹ dn̄i receſ-ſiſſe a petro vt denotet ꝙ beati non egēt cuſtodia angeloꝝ i ci-uitate illa celeſti. Manent ta-men ſemper cum eis collaudan-tes dominum in perpetuum: vt dictum eſt.

¶ Qđ autē poſtea ſubditur in fine epiſtole: ꝙ petrus ad ſe re-uerſus dixit: Nunc ſcio vere qꝛ miſit dn̄s angelum ſuum: ꝛ eri-puit me de manu Herodis: ꝛ de omni ꝛc. Hoc totū pertinet ad gſarū actiōes quas in celo deo referunt ſancti dei amici: ꝛ hoc potiſſime de duobus. Primum eſt quia erepti ſūt de manu He-rodis. i. quia euaſerūt aſtutias ꝛ laqueos diaboli dicentes illđ pſal. Laqueus contritus eſt: et nos liberati ſumus. Sꝫ quomo-do? Certe non ꝓpꝛiis virtute: ſed dei gratia ꝛ ꝓtectione: quia adiutoꝛium noſtrū in noīe do-mini. Scđm eſt qꝛ euaſerūt pe-ricula huius mundi atqꝫ miſe-rias/tribulationes/ aduerſita-tes/et calamitates illius. Que oīa deſignantur per oēꝫ expe-ctationē plebis iudeoꝝ. A qua quidē vana expectatione ere-ptus eſt beatus Petrus. Spera-bat enim plebs/iudeoꝝ. i. com-munis ppl's ꝙ Herodes poſt paſcha ꝓduceret illi beatū Pe-trū quē ante diē feſtū Paſche recluſerat in carcere: vt dictuꝫ eſt. Sꝫ tā herodes ꝙ̄ iudei me-ditātes inania fraudati ſunt a deſiderio ſuo iniquo per ipſius Petri glorioſam liberationem. quia vt habetur ꝓuer. xxi. Nō eſt ſapientia/ non eſt prudētia/ nō eſt conſiliū cōtra dn̄ꝫ. Deꝓce-cemur itaqꝫ ipm̄ chꝛiſti vicariū Petrum vt ſuis meritis ꝛ ꝓeci-bus eripiat nos a laqueo diabo-li/ꝛ de omni expectatione mali-gnoꝛum ſpirituum: ille qui in trinitate perfecta viuit et re-gnat. Amen.

De beato Dominico Sermo primus.

Religio munda et im-maculata apud deuꝫ et patrem hec eſt. Ja-cobi. j. Hodie in eccle-ſia colitur feſtum bea-ti patriarche Dominici pꝛimi fundatoꝛis et inſtitutoꝛis diue religionis fratrum pꝛedicato-rum. Hec autem religio tanꝙ̄ diuinitus inſtituta fuit olim pꝛefigurata et pꝛophetata tri-pliciter: videlicet

Generaliter
Specialiter
Singulariter

¶ Pꝛio igit fuit gn̄aliter ꝓfigu-rata ꝛ ꝓphetata: vcꝫ cū aliis tri-b⁹ oꝛdinib⁹ mēdicātiū. Et de fi-gura qđē ſcribit Gen̄. ij. vbi le-git ꝙ fluui⁹ egrediebat de loco voluptatis ad irrigandū para-diſuꝫ: q̄ inde diuidit in quatuoꝛ capita. Ubi ꝑ fluuiū intelligitur gn̄al'r ſtat⁹ fratrū mēdicātiū: q̄ egreſſus eſt de loco voluptatis .i. decreto et oꝛdinatione diui-ne voluntatis. ꝛ hoc ad irrigan-duꝫ aquis doctrinarū ꝛ ſacroꝝ eloquioꝛū paradiſuꝫ / id eſt ec-cleſiam militātem. Olim enim monachi irrigabāt vniuerſam

superficiem terre suis doctrinis et moribus sanctis. Propter quam causam multi principes et nobiles assignauerunt eis magnas possessiones: vt sic feruentius insudarent predicationi: et animarum saluti: et vt nõ essent amodo solliciti dicẽtes: Quid manducabimus/ aut quid bibemus/ aut quo operiemur: Matth.vj. Sed profecto post eorum sancta vita et salubris doctrina peperit diuitias: posuerunt vigiliam predicationis sub banco: vt vulgo dicitur: et dederunt se inertie atque voluptati. De multis loquor: ne bonos scandalizem. Unde tales merito comparantur coruo qui stetit super cadauera mortuorum. Genes. viij. Propter ergo predicta opus fuit statuere in ecclesia Christi viros euangelicos qui non quererẽt que sua sunt: sed que Jesu Christi. Ecce quomodo religio fratrum predicatorum fuit prefigurata generaliter.

¶ Secundo eadem religio fuit prophetata generaliter: et hoc per illud Prouerbiorum.xxx. Quatuor sunt minima terre: et ipsa sunt sapientiora sapientibus. vbi per quatuor minima terre intelliguntur quatuor ordines mendicantium. Dicuntur autẽ minima terre: eo quod apud homines terrena sapientes parum estimantur/ apprecia̅tur/ honorantur: religiosi autem possidẽtes econtrario a mundanis cõmendantur et honora̅tur: sicut patet de dominis abbatibus/ prioribus et similibus. Unde pauper frater mẽdicans merito potest dicere illud Psalm: Ego sum vermis: et non homo: supple in estimatione hominum mundanorum: opprobrium hominum/ et abiectio plebis. Omnes vidente me deriserũt me: locuti sunt labijs: forte detrahendo: et mouerunt caput/ scilicet in signum derisionis. Ecce quomodo fratres mẽdica̅tes a mũdanis hominibus reputantur minima terre. Sed tamen a parte rei huiusmodi minima sunt sapientiora sapientibus: supple huius seculi: quia vt dicit apostolus.j. ad Corint. iij. Sapientia huius mũdi stultitia est apud deum. Sapientia autem que est secũdum deũ/ est vera sapientia: quamuis a sapientibus huius mundi reputetur stultitia. Sed vt dicit idẽ Apostolus.j. ad Corinth.j. Que stulta sunt huius mũdi: elegit deus vt confundat sapiẽtes. patet ergo quomodo religio fratrum predicatorum fuit prophetata generaliter.

¶ Secundo religio fratrũ predicatorum fuit prefigurata et prophetata specialiter: videlicet cum sacra religione fratrum minorum.

¶ Primo igitur fuit predicto modo prefigurata. Et hoc iterum multipliciter. Primo quidem per illa duo luminaria magna que fecit deus in principio mundi. Genesis.j. Nam sicut predicta duo luminaria quando sunt aliud quam sol et luna/ illuminant terram corporaliter. sic iste due religiones pre ceteris illuminant ecclesiã spiritualiter. Secundo predicte due religiões fuerunt specialiter prefigurate per illos duos homines quos misit Josue ad explorandum terram

ram promissionis. Josue.ij. Ubi per terram promissionis intelligitur gloria celestis/cuius exploratores sunt fratres predicatores z minores: qui eam explorant vacādo sacris studijs. Et sicut predicti duo exploratores completa legatione sua animauerunt populum Israeliticum ad ingressum predicte terre: sic etiam fratres predictorum duorum ordinum suis fructuosis predicationib⁹ hortantur z animant populum fidelem ad ingressum celi. ¶Tertio due predicte religiones fuerunt specialiter prefigurate in illis duob⁹ discipulis quos misit dominus in Hierusalem/dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est/id est in mundū qui aduersatur viris spiritualibus: z statim inuenietis asinā alligatam/id est animam peccatricem: nō quidem vnam tantum/sed pene infinitas: quia stultorum id est peccatorum infinitus est numerus: vt habetur Ecclesiastes.j. Soluite per predicationis officium/siue per sacramentalis absolutionis beneficium conformiter ad clemēti. dudum. rubri. de sepul. z adducite mihi. Et si quis: sup. episcopus aut curatus vobis aliquid dixerit: quasi volens vos impedire ad executione predictorum: dicite quia dominus sup. papa his opus habet: qui dedit vobis predictam auctoritatem absoluendi vobis confiteri volētes: supposita presentatione ordinario facta: vt ptz vbi.s. Et sic patet de triplici p̄figuratione predictorum duorum ordinum.

¶Secūdo sacra religio fratrū predicatorū fuit specialiter p̄phetata longe ante illi⁹ institutionē cum sacra religione fratrum minorꝝ. zacha.xj. vbi dominus loquit̄ dicēs: Elegi mihi duas virgas: vnam vocaui decorem z aliam funiculum. Due virge due. sunt religiones mendicantiū: scʒ predicatores z minores: quorum linguis per predicationis officiū percutit domin⁹ corda peccatorꝝ vt emolliantur ad penitentiam. Uirga autē que decor appellat̄ predicatorum ordinē designat: quorū habitus interior est decor⁹: albus/insinuans vite puritatē que in eis esse debʒ. Uirga aūt que funicul⁹ nominatur: recte designat ordinem fratrū minorum qui etiā funiculo pro zona vtuntur. Preterea fuerunt prophetate p̄dicte due religiones per beatum Joannē. Apoca.xj. dicentē: Hi scilʒ predicatores z minores sunt due oliue. s. pinguedine dilectiōis mutue/z deuotionis precipue quo ad deū. Item sunt duo cādelabra lucētia ante dn̄m: vniuersum mundum lumine predicatiōis z doctrine illustrātia. Ceterum isti duo ordines sūt velut duo cherubim sapiētia plena obūbrantia ꝓpitiatoriū. Necnon z duo seraphim charitate ardentia/clamantia z dicentia: sanctus/sanctus/sanctus dn̄s deus sabbaoth. Ecce quomodo predicte due religiones fuerunt prophetate specialiter.

¶Tertio sacra religio fratrum predicatorum fuit prefigurata et prophetata singulariter siue particulariter.

¶ Primo igitur fuit prefigura-
ta per illũ seruũ quem paterfa-
milias misit hora cene vocare
inuitatos vt venirent: eo ꝙ iã
omnia essent parata. Luc.xiiij.
Quam parabolam siue figuraꝫ
exponens beatus Grego. dicit
ꝙ per predictum seruum ordo
predicatorum designatur. Iteꝫ
de hoc alia figura legitur: in
qua etiã quodammodo ceteri
ordines medicãtiũ designãtur:
veꝫ zacharie.vi.vbi dr ꝙ pro-
pheta domini zacharias ange-
lo reuelante vidit quatuor qua
drigas egredientes de medio
duorũ montium. In p̄ma q̃dem
q̃driga erant equi ruffi eaꝫ tra-
hẽtes. In secunda vero equi ni-
gri. In tertia autẽ eq̃ albi. Po-
stremo in q̃rta equi varij ⁊ for-
tes. Cumq; dictus ꝓpheta inter
rogasset ãgelũ quid hec signifi
carẽt: ait illi. Hi sũt quatuor vẽ
ti celi q̃ egrediunt vt stent corã
dño. In primo etiã capitulo p̄-
dicti libri de eisdẽ sic dr. Hi sũt
quos misit dñs vt perambulent
terrã. Ad ꝓpositũ igit descẽdẽ-
tes dicimus ꝙ predicta q̃tuor
equorũ genera designant q̃tuor
ordines mendicantiũ. Qui qui-
dem equi recte visi sunt egredi
de medio duorum montium: qꝛ
amplectuntur vtrãq; vitã, con-
templatiuam scꝫ ⁊ actiuã. Con
templatiuam q̃dẽ vacando di-
uinis laudibus, sanctis medita
tionib⁹: atq; sacris studijs ⁊ le-
ctionibus. Actiuã vero: qꝛ hinc
inde discurrũt p̄ loco ⁊ tp̄e disse-
minãtes verbũ salutis. Bene ẽ
dicunt p̄dicti equi exire de me-
dio duorũ montiũ: qꝛ pro loco ⁊
tp̄e debẽt relinq̃re ꝯtẽplationẽ
⁊ exire ad p̄dicationis officiũ:
iuxta illud dñi verbũ Luc.viij.
Exijt q̃ seminat seminare semẽ
suum. Postea aũt debẽt redire
in idipsum. Cõgrue aũt dicunt
predicti equi venti celi: tum qꝛ
debent esse agiles et leues per
paupertatis amorẽ contemnen
tes terrenam substantiã: tum
quia debent in celestibus habi
tare per mentis contemplatio-
nem: ita vt merito possint dice-
re illud verbum Apli ad Colo.
iij. Nostra conuersatio in celis
est. Similiter hi sunt quos mi-
sit dñs in mundum. s. ad predi-
candum sanctũ euangelium. di
cens illud quod olim dixit di-
scipulis suis. Euntes in mundũ
vniuersum predicate euangeli-
um omni creature. i. omnibus
hominibus. Marc. vlt.

¶ Sed q̃d designant tot equo-
varietates? Profecto designãt
quatuor mendicantiũ ordines.
Nã per equos ruffos designan-
tur fratres minores: quorũ habi
tus ruffus est seu griseus. Per
equos aũt nigros intelligũtur
fratres heremite btĩ Augusti-
ni, q̃ exterius deferũt cucullã
nigrã ad instar dicti patris sui:
de quo loquẽs Ambro. prout in
scritur i p̄ncipio sermonũ eius-
dẽ Aug. dicit ꝙ postq̃ baptiza-
uit eũ: ipsum induit cuculla ni-
gra. Per equos vero albos intel
liguntur fratres btẽ Marie de
mõte Carmeli: q̃ desuper defe-
runt cappam albam. Et hoc ex
ordinatione sũmi põtificis Ho-
norij quarti. Prius aũt defere-
bãt cappas barratas. s. ex pan-
no albo ⁊ griseo. Tandem per
equos varios intelligũtur fra-
tres p̄dicatores: q̃ iõ dñr equi
varij: qꝛ colore vario induunt

vtpote alba veste: et desup cappa nigri coloris. Signanter autem de huiusmodi equis variis dr̃ ꝙ sunt fortes: qd de aliis eqs non dr̃: qr reuera (citra iniuriã aliorũ triũ ordinũ mendicantiũ dixerim) fratres predicatores fortes sunt in bello cõtra hereticos et ecclesie xp̃i aduersarios: quos impugnauerunt dupliciter. Primo quidẽ vbo: sicut patuit de btõ Dominico cõtra hereticos albigenses ꝯtra quos preliũ gessit annis decem: eorũ errores tũ predicationibus: tũ disputationibus cõfutando. Idẽ dic de beato Petro martyre aduersus hereticos vltramõtanos siue lõbardos apud quos adhuc pullulabat heresis manicheorũ: in quorũ impugnatione vitam feliciter consummauit. Scdo vero eosdẽ hereticos atq; quosq; infideles p̃dicti fratres impugnauerunt scripto: sicut patuit de btõ Thoma de aquino in summa ꝯtra gẽtiles. Uñ etiã Innocentius papa vidit in somnis ecclesiã Lateraũ. minari ruinam Quã quidem in habitu ordinis fratrũ predicatorũ sustentabat ne caderet. Ecce quõ equi varii sunt fortes. Patz ergo quõ religio fratrũ predicatorũ fuit particulariter prefigurata.

¶ Scdo sepedicta religio fuit particulariter prophetizata: scz Prouerb. xxx. vbi dr̃ ꝙ tria sunt q̃ bene gradiuntur: sed quartũ feliciter incedit. Ubi p tria bene gradientia intelliguntur alii tres ordines mendicantiũ: qui sunt Minorũ/ Augustinensiũ/ Carmelitarũ. Qui em̃ sub dictis tribus ordinibus militant regulariter viuentes: bene incedunt: qr magnã mercedem a dño recipient: ad quem religiose viuendo tendunt. Quartũ aũt qd feliciter incedit: est ordo fratrũ predicatorũ: qui ideo dr̃ feliciter incedere: qr statuta illius nõ obligant transgressores ad culpã: sed ad penam tm̃: nisi ppter preceptum superueniẽs aut ꝯtemptũ: vt dr̃ in prologo dictorũ statutorũ seu ꝯstitutionũ. Sic aũt feliciter pauci aut nulli alii ordines incedũt sed in eis reperire est multitudinem variorũ preceptorũ: sicut expresse videre est de ordine fratrũ minorum in extrauaganti. Exiit qui seminat. Itẽ in alia q̃ incipit exiui de paradiso. Que quidẽ preceptorũ multiplicitas non arguit perfectionẽ religionis: nec facit feliciter incedere: sed potius deficere: et hoc ppter humanã fragilitatem atq; labilitatẽ in malũ. Patet ergo quomodo sacra religio fratrũ predicatorum fuit olim tripliciter prefigurata atq; prophetata: scz generaliter/ specialiter/ particulariter. Donet itaq; dominus cultoribus sepedicte religionis tã feliciter incedere: vt tandem ad sydereas mansiones mereantur peruenire. Amen.

¶ Item de eodem
Sermo secundus.

In capite libri scriptum est de me. psal. xxxix. ¶ Uerba predicta recte possunt esse verba diui patriarche Dominici: qui remittit cupientes scire magnalia eius/ ad caput libri sup. Psalm. dicens. In capite libri:

scilicet psalterij Dauidici scriptum est de me. Caput autem dicti libri est initium eiusdē / vbi dr. Beatus vir qui non abijt in cōsilio impiorū rc. Quod aūt dictū caput scriptum sit transsumptiue de beato Dominico in presenti sermone ostendere aut saltem aliquo modo psuadere conabor. Regius ergo propheta Dauid quasi in spiritu prophetico preuidens Christi seruum Dominicum prorupit in capite libri suorum psalmorum in hec verba dicens: Beatus vir qui non abijt rc. In quo quidem capite libri tria generaliter predixit ps. de beato Dominico: que sunt

Mali vitatio: in principio psalmi.

Boni operatio ibi. Sed in lege domini rc.

Utilitatis cōmendatio: ibi. Et erit tanq̄ rc.

¶ Primo igit ps. pdixit de beato Dominico mali vitationē: cū ait. Btūs vir: sup. Dominic⁹: q nō abijt in cōsilio r c. In quibus verbis ondit ipse ps. beatū Dominicum vitasse tria mala: scz

Prauum consilium /

Malum consortium /

Locum honorum.

¶ Primo igitur btūs Dominicus vitauit prauum cōsilium: qr non abijt in cōsilio impiorū. Isti autē impij sunt tres: scilz caro / mundus / diabolus.

¶ primus igit impius est caro. Cuius quidē impij cōsilium est vt homo qrat in psenti suas delicias et voluptates circa cibos r pot⁹ atq̄ venerea. Et tali consilio vtunt hoies mundani mutuo se allicientes r inuitātes ad pdicta dicētes illō Sap. ij. Venite fruamur bonis que sunt: et vtamur creatura tanq̄ in iuuētute celeriter. Uino pcioso r vnguentis pciosis impleam⁹ nos. Et post pauca. Nullū sit pratum qd nō pertranseat luxuria nrā.

¶ Sed in cōsiliū huius impij nō abijt beatus Dominicus: quinimmo carnē suam afflixit iugiter in labore multiplici / tū hinc inde pedibus causa predicationis discurrēdo. Tum sup nudam terram relicta lecti mollitie cum adhuc puerulus esset sepe accubando. Tum a carnib⁹ iugiter abstinendo. Tū per decennium vinū non bibendo. Tū in pane r aqua per vnam totam quadragesimam non obstante quotidiana predicatione ieiunando. Tum tres disciplinas cū catena ferrea vsque ad sanguinis effusionem quasi omni die si bijpsi infligendo. Tum cilicio asperrimo ad carnem vtendo. Tum catenam ferreā sup lumbos assidue accingendo. Tū in oratione ferme pernoctando. vnde de eo canit ecclesia. Per nox cum Christo proprium non possidebat lectulū. Post lachrymarum fluuium vix humi dans corpusculum. Qd si aliquis de familiaribus suis ab eo quesiuisset cur taz mirabiliter carnē suā affligeret certe vtiq̄ respondere potuisset illud Apostoli verbum. j. ad Corinthio. ix. Castigo corpus meum et in seruitutem redigo: ne cum alijs predicauero: ipse reprobus efficiar. O stupendum et omni admiratione dignum verbum. Ecce enim ille qui certus erat de sua futura salute: vt patet ex pro

pris confessione ad Roma.viij. cũ ait: Certus sum q̄ nulla creatura poterit nos separe a charitate dei. Itẽ.ij.ad Timo.iiij. vbi ait. Reposita est mihi corona iustitie: quam reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Talis inquam sic certus castigat carnẽ suam quasi timens reprobari casu quo nõ ita fecerit. Et nos miseri peccatores volumus carnem nostrã delicatis cibis ⁊ potib⁹ abundanter pascere. Audiant ergo hoc et corde intelligant illi fratres mei predicatores qui preter casus in constitutionibus constitutos passim ⁊ indifferenter vescuntur carnib⁹ nec ieiunia ordinis obseruare curant. Timeant ergo ne cum ad extrema venerint beat⁹ pater Dñicus qui tam multipliciter afflixit carnem suam: eos nõ recognoscat in filios. Quod si verba mea nõ recipiant: saltem non repellant verba diui Apostoli ad Rom̃.viij dicentis: Si ſm carnẽ vixeritis: moriemini: supple morte eterna. Si aũt spiritu supple sancto instigante facta carnis mortificaueritis: scꝫ appetitũ sensitiuum viriliter restringendo: viuetis / vita quidẽ gratie in presenti: ⁊ glorie in futuro. Caueamus ergo charissimi ne abeamus in cõsiliũ impij: supple appetitus sensitiui.

¶ Secundus impius est mundus: cuius quidẽ impij consiliũ est cõgregare diuitias per phas et nephas. Item spoliare pauperes per vsuras et vias obliquas. Item vindicare se de suis inimicis. De quo quidem consilio scribitur Sapien.ij. Uenite opprimamus pauperem iustum: ⁊ non parcamus vidue: nec veterano: nec reuereamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo nostra lex iustitie: gallice/que le plus fort lẽporte. Ecce consilium impij mundi.

¶ Sed profecto in consilium huius impij non abijt beatus pater noster Dominicus: quinimmo spreuit mundum cum suis oblectationibus; eligendo statum paupertatis: et instituendo religionem in paupertate fundatam: que fratrum predicatorum diceretur et esset: et quam ipse ad vnguem obseruare voluit: in hoc imitans suum saluatorem: de quo Actuum primo: dicitur q̄ cepit Jesus facere et deinde docere. Et hoc est contra multos abbates et prelatos religionum qui volunt q̄ subditi seruent regulam et statuta religionis: pariter et illa que ipsi superaddiderunt: cum tamen ipsi nec vota nec cerimonias seruent: contra quos loquitur dominus Matthei vigesimotertio dicens. Dicunt et non faciunt. Alligant onera grauia ⁊c.

¶ Tertius impius est diabolus qui est impijssimus super omnes impios. Huius autem impij consilium est velle se alijs preferre: magna de se sentire: et de alijs parua. Item seipsum laudare et magnificare: ⁊ alios quosque contemnere ⁊ vilipendere. Item velle honorari: laudari: videri: et vocari ab hominibus rabbi. Item velle preciose indui: et cum pompa atque mundano fastu equorum et famulorum incedere. Item in

magnis ꝛ in mirabilibus supra se ambulare. Itē officia/beneficia/platuras et seculi honores appetere ꝛ procurare. Itē famam suā vsq; ad fines terre velle dilatare. dicētes illud. Geñ. xj. Venite celebremꝰ nomē nr̄z: ꝛ multa his siꝯa agere ꝛ appetere: q ad supbiā ptinēt: Ecce ↄsiliū impij diaboli tētātis de superbia. ¶ Sed certe in cōsilium huius impij non abijt beatus dn̄icus superbiēdo: sed potius in consiliū magistri sui xp̄i se humiliādo. De quo quidē consilio scribitur Mat. xj. Discite a me: qꝛ mitis sum: ꝛ humilis corde. Vn̄ sicut ipse xp̄s exinaniuit semet ipsum formā serui accipiēs factꝰ obediēs patri vsq; ad mortē: vt habet Phil. ij. sic etiā eiꝰ fidelis seruus ꝛ prudēs beatus dn̄icus quē constituit sup familiā suā. i. sup vniuersum ordinē fratrū predicatorū: semp humilitatē seruauit: pariter ꝛ ꝓptā atq; pfectā obediētiā q̄diu superiore in cui obediret habuit. Nam q̄diu militauit sub regula canonicoꝝ regulariū in ecclesia oxoniensi: nullus erat eo ad obedientiā ꝓmptior: nullꝰ hūilior: ita vt oīs pfectionis decor in eo reluceret. Propter qđ non multo post pfessionē suā factus est superior in eodem monasterio. Nouerat enim pr̄ sanctus q̄ miserabiliter lucifer superbiendo corruerat de sūmo celi fastigio: ꝛ ꝙ illic nullus pōt nisi cum scala hūilitatis ascēdere: iuxta id qđ scriptum est Luc. j. Deposuit/ supple dn̄s potentes de sede: et exaltauit hūiles. Humiliemꝰ igr̄ nos charissimi ꝛ obediamus superioribus nostris propter dn̄m: vt tandem exaltemur in celis in die visitationis nr̄e. Ex p̄dictis ꝫ merito possumus concludere ꝙ beatꝰ vir Dn̄icus fuit dei amicus: vtpote qui non abijt in cōsilio impioꝝ p̄dictoꝝ. Unde dicere videbatur etsi non verbo/ saltem facto / quoad vixit illud Geñ. xlix. In cōsiliū eorū/ scꝫ carnis/mundi/ ꝛ diaboli: nō veniat aīa mea. Ecce quō vitauit prauum consilium.

¶ Scđo btūs pr̄ Dn̄icꝰ vitauit malū cōsortiū. Et hoc exprimit̄ cum subdit̄ in Psalm̄. Et in via pctōꝝ nō stetit. i. nō permansit. Nō aūt dicit ꝓpheta hūc beatū virū in via pctōꝝ non fuisse saltē venialiter peccando: maxime cū dicat salomō Prouer. xx. ꝙ nullus pōt dicere purum se esse a pctō: aut mundum cor habere. Itē in Psal. dicitur ꝙ oēs declinauerūt: scꝫ a vite perfectione; ꝛ ꝙ nō est q̄ faciat bonū/supple semp. Quāuis ergo vir dei dn̄icus excusetur a mortali delicto per suā legendā: nō est tn̄ necesse nec forte tutū eūꝫ excūsare a veniali pctō. Sed tn̄ hoc verꝫ est ꝙ in tali via peccatoꝝ nō stetit per diuturnam morām: sed statim ab illis resiliuit. Simile enim est de viro perfectā charitatem habēte: sicut de ardentissima fornace intra quam si proijciatur gutta aque: statim absorbitur. ita in proposito.

¶ Vel dic ꝙ beatus vir dn̄icus in via pctōꝝ mortaliū nō stetit etiā ad horam siue per momentū. Et hoc ideo qꝛ cōsiderabat ꝙ talis via hꝫ multas malas ↄditiōes. primo em̄ est laboriosa: iuxta illud Hiere. xvj. Ser-

uietis diis alienis die ac nocte qui non dabunt vobis requie͂. Unde et miseri da͂nati nu͂c eiu lãt et lamentant in inferno: dicētes illud Sap.v. Lassati sumus in via iniquitatis ⁊ perditionis: ⁊ ambulauim⁹ vias difficiles. Scd̄o est infructuosa: iuxta illud ad Ro.vj. Quē fructū habuistis in his in quibus nūc erubescitis? Ac si diceret nullū. Tertio est obscura seu tenebrosa. Sapiē.ij. Excecauit eos malitia eorū. Item in psal. Fiat via illorum tenebre ⁊ lubricū. Quarto est periculosa propter insidias ibi positas: iuxta illud Psal. In via hac qua ambulabā: absconderunt superbi: supple demones: laqueū mihi. Quinto est immunda. Unde in Psal. Inquinate sunt vie illius in oi tēpore. Dicit aūt in omni tēpore: propter eos qui quasi assidue manent in peccatis suis. Sexto est obliqua ⁊ non recta: q2 vt habet in psal. In circuitu impij ambulant. Qui aūt in circuitu ambulat nūq̄ intrat mediū siue cētrū: p qd̄ itelligit celū: in quod nun q̄ intrant pctōres in via pctōrum stātes. Propter ergo predictas sex conditiones malas quas habet via pctōꝝ: beatus vir Dn̄icus in ea stare noluit. Sic nec nos in ea stare debemus. Cuius tn̄ cōtrarium multi faciunt. Practica.

¶ Tertio beat⁹ vir Dn̄icus vitauit locū honorū. Quod insinuatur cum subdit in ps: Et in cathedra pestilentie non sedit. Ubi aduertendum q꜄ cathedra pestilentie in ꝓposito designat locū honoris. Et dicitur cathedra pestilentie ꝓpter abusum ⁊ malam vitā multorū in dicto loco honoris sedētium. Primo enim in dicta cathedra pestilentie sedent prelati verbosi: iuxta illud Matt.xxiij. Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei. Sequitur. Dicūt. ⁊ nō faciūt. Ecce eorū verbositas q̄ caret opere bono. Scd̄o. in dicta cathedra sedent predicatores cupidi qui querunt lanam ouium plus q̄ salutem earum: iuxta illud Michee.iij. Sacerdotes ei⁹ in mercede docebāt. Hoc aūt simoniacū est. Et per consequēs possum⁹ dicere q꜄ in dicta cathedra pestilētie sedēt predicatores simoniaci. Hoc autem precipue videre in predicatoribus indulgentiarū: qui quasi precio appreciato videntur vendere remissionē peccatoruz et regnum celorū. Tertio in dicta cathedra sedēt iudices iniqui: de quibus Michee.iij. Pricipes eius in muneribus iudicabant. Beatus autem vir dominicus nō sedit in hac triplici cathedra pestilentiali.

¶ Primo enim non sedit in cathedra pestilentie in qua sedēt mali prelati: quinimmo dignitates episcopales sibi oblatas pluries renuit: prout testatur dominus Antoninus in tertia parte chronice sue titulo.xxiij. vbi diffuse de eo tractat. Nouerat enim quantis periculis se exponunt qui ecclesiasticas dignitates suscipiunt: ⁊ q̄ pauci sunt qui fideliter exequantur sibi impositum officium. Unde merito dicere poterat illud Psalmi. Elegi abiectus esse in domo dei mei: id est in loco et statu humili: magis q̄ habita-

sare in tabernaculis pctõrum. Qd̃ em̃ prius Psal. vocabat cathedrã pestilẽtie: hic vocat tabernaculũ pctõꝝ. Et reuera ecclesiastice dignitates merito vocantur tabernacula peccatorũ: qꝛ pro magna parte eas occupant viri peccatores: qui male ingrediuntur: qꝛ non per ostiũ: id est per xp̄m: sed aliũde. s. per simoniam. Peius pgrediuntur dilapidantes bona crucifixi: et illa exponentes frequenter in mulieribus ꝛ fructibus vẽtris. Pessime egrediuntur: qꝛ quandoq3 impremeditate seu inspe rate moriuntur. Unde de malo p̄o potest recte intelligi illud Psal. Cũ iudicatur exeat condemnatus: ꝛ oratio eius fiat in pctm̃. Et est sensus. Si fiant orationes ꝛ preces pro eo mortuo: illi non proderunt impediente eius peccato. Fiant dies eius pauci: per mortis accelerationem: ꝛ episcopatum eius accipiat alter: qui melius se habeat in prelatura. Predicta ergo considerans beatus Dominicus noluit episcopari: nec in cathedra pestilentie malorum prelatorum sedere.

¶ Secundo non sedet in cathedra pestilentie cupidoꝝ ꝛ auarorum predicatorum. Fuit em̃ egregius p̄dicator querens dei honorem: fidei exaltationem: ꝛ aĩaꝝ salutẽ. Merito ergo dicere poterat his quibus predicabat: illud quod dicebat apostolus Corinthijs quib⁹ predicabat. Nõ quero que vestra sunt: sed vos. ij. ad Corinth. xij.

¶ Tertio beatus vir Dominicus non sedit in cathedra pestilentie iniquorum iudicum. Forsan enim si mansisset in seculo: potuisset assumi in iudicẽ laicũ aut ecclesiasticũ: maxime cum esset literatus: ꝛ ex honestis parentibus procreatus. Sed animaduertens q̃ difficile est in talibus cathedris recte se habere: ꝛ interdum non corrumpi odio aut amore: timore aut munere: vt notatur. xi. quest. iij. quatuor: noluit in cathedra pestilentie sedere. Hic cadit exemplum fratris Gauffridi Cisterciensis ordinis: qui cum fuisset electus in episcopum Tornacensem: ꝛ electioni de se facte etiam interueniente precepto beati Bernardi abbatis sui noluisset acquiescere: nõ post multos inde dies obijt mortem. Post hec apparuit cuidam de fratribus monasterij: dicens q̃ si fuisset de numero episcoporum: fuisset tandem de numero reproborum. Non quidem quasi status prelature in se sit malus: sed propter abusus ꝛ vanitates quibus multi prelati vacant: sic ille locutus est. Patet ergo de tribus malis que vitauit beatus vir dominicus: que tanguntur in capite libri psalmorum. Et per consequens de primo principali.

¶ Secundo principaliter Dauid in capite predicti libri predixit de beato viro dñico boni operationẽ cum subdit dicens: Sed in lege dñi voluntas eius supple fuit: vt scʒ ille vellet facere quecunq3 predicta lex precipit esse facienda: non quidem solum quo ad decalogi precepta: verumetiam quantum ad multa alia particularia que cõtinentur in lege euangelica.

Lex autem euangelica specialiter precipit hec que sequūtur: videlicet
Fidem
Fiduciam
Charitatem.
Humilitatem
Patientiam
Perseuerantiam.

¶ Primo igit̄ p̄dicta lex precipit fidem tanq̄ basim et fundamentū ceterarū virtutū atq̄ totius spūalis edificij principiū: iuxta illud Mar. vlti. Qui crediderit ꝛ baptizat⁹ fuerit: saluus erit. Dicit etiā Apl̄us ad Heb. xi. ꝙ sine fide impossibile est placere deo. Quanta aūt fuerit fides beati Dominici: triplici testimonio ostendere possumus.

¶ Primo quidem signo visibili super eum diuinitus apparente. Nam cum eum adhuc in cunis degentem semel visitasset quedam honesta matrona que ipsum de sacro fonte leuauerat subito vidit in eius fronte stellā adeo luminosam et splendidā, ꝙ totū mundū sua claritate illuminare videbatur. Per quod dabatur spiritualiter intelligi dictum paruulum suo tempore illuminaturum mundū sua predicatione: et fidem catholicam per eum dilatandā sicut patuit in effectu in partibus Tholosanis ꝛ albigēsibus que prius infecte erant heresi Manicheorū dicentium duo esse rerū principia: vnum inuisibilium, scilicet deum. Alterum autē visibilium scilicet diabolū. Quā quidē heresim predicationibus, disputationibus, et miraculis euidentibus confutauit.

¶ Secundo fides beati Dominici patuit in hoc ꝙ pro ea defensanda mori seve optabat: vn̄ pposuerat ire ad terras infidelium illis predicaturus fidē xp̄i Ob quā causam iam nutrierat barbā prolixā. Sed deus q̄ de eo aliter disposuerat: voluit per eum hereticos qui inter catholicos commorabantur: ad ouile ouium reducere.

¶ Tertio fides eiusdē btī Dominici apparuit alio signo visibili. Nam cum semel declinasset ad quoddam hospitium in quo erant quidam heretici congregati: orta est questio et disputatio inter ipsum et illos de fide. Tandē videntes ꝙ non possent resistere sapientie ꝛ spiritui qui per eū loquebatur: dixerunt ei vt scriberet in schedula articulos quos defensabat: ꝛ postmodū schedulā in ignē proijceret. Qd̄ si contigeret dictā schedulā nō cōburi: vera esset fides quam predicabat. Si vero igne cremaretur tunc pro falsa dicta fides haberetur. Factūq̄ est ita: etiā vsq̄ tertio: sed semper schedula resiluit ab igne intacta. Unde canit ecclesia in officio de eodem. Ter in flammas libellus traditus: ter exiuit illesus penitus. Insuper ad commendationem vere fidei viri dei dn̄ici facit ꝙ ita certe contemplabatur Christi presentiam in sacramento altaris: ac si ipsum videret in carne presentē. Propter qd̄ tot⁹ tunc resoluebat̄ in lachrymas. Et ne ab alijs dep̄henderet̄: pluries se absentabat a missa conuentuali. Practica qūo debemus hunc sanctū virū imitari in synceritate fidei: si velimus implere voluntatem dn̄i.

¶ Secundo lex euangelica precipit fiduciã esse habendam de diuino adiutorio in omni tribulatione et necessitate occurrente: ſm ꝙ dñs discipulis suis in mari laborantibus apparẽs locut⁹ est dicẽs. Confidite: ego sum: nolite timere. Marci.vi. Propterea Eccli.ij.dr. Respicite filij nationes hoim: ⁊ scitote qꝛ nullus sperauit in dño.ſ. auxiliũ expectando ab eo in eo qđ est sibi expediens: et derelictus est: permansit in mandatis eius et confusus est: vez ab expectatione sua cum sibi vtile est. Huiusmodi autem fiduciã habuit beatus Dñicus: qđ sic patz. Nã cum ad extrema deuenisset: ꝗsi de mercede sua eterna securus fratres qui aderant: ⁊ qui suum imminentẽ trãsitũ lugebãt: consolatus est promittẽs se eis magis profuturum post mortem apud deũ / a quo gloriã firmiter expectabat. Et certe eos in promisso non fefellit. Nã in breui post transitum eius ordo mirabiliter est dilatatus atꝙ multiplicatus numero et merito: adeo ꝙ magister Jordanus successor eius circa mille homines ad ordinem traxerit. Scđ vnde hoc nisi ex meritis pij patris dominici? Unde de eo canit ecclesia. O spem miram quam dedisti mortis hora te flentib⁹: dum post mortem promisisti te profuturum fratribus. Clamemus igitur toto cordis affectu ad eum dicentes quod sequitur Jmple pater qđ dixisti nos tuis iuuans precibus.

¶ Tertio lex euangelica precipit charitatem; vt patet Mathei.v. vbi xp̃us loquitur oibus nobis dicens. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos: ⁊ orate pro persequentibus et calumniantibus vos. Jn quibus verbis precipit nobis Christus charitatem esse habendam ad nostros inimicos in tribus. Primo in corde diligendo. Secundo in ore orando. Tertio in opere subueniendo. Hanc autem legem charitatis obseruauit beatus Dominicus ad omnes tam bonos ꝙ malos.

¶ Primo enim oẽs dilexit cordis affectu. Jn cuius rei signum legitur de eo ꝙ cum mater sua que Joanna dicebatur / eum in vtero gestaret: visum est sibi in somnis ꝙ haberet catulum in vtero: accensam in ore faculam baiulantem: qui egressus ex vtero mundũ vniuersum incendere videbatur. Jn quo prefigurabatur ingens eius charitas quam gestaturus erat in penetralibus cordis sui ad proximoꝝ salutẽ optandam ⁊ procurandã. Item gestabat charitatẽ in corde suo ad deũ: pro cuius honore summopere affectabat martyrium. Uñ de eo canit eccl'ia dicẽs. Sitiebat Christi martyrium: sicut sitit ceruus ad aque fluuium.

¶ Secundo pro inimicis suis feruenter et frequenter orauit: sicut patuit de illis hereticis q̃ incolebant partes tholosanas in diebus suis. Jlli enim intentabant sibi mortem: ita vt aliquando insidiarentur ei in via: ipse autem pro eorum salute dominum deprecabatur. Unde merito de illis dicere poterat illud Psalmiste. Pro eo vt me diligerent / detrahebãt mihi

supple vocantes me seductorem/ papelardum et hypocritam: ego autem orabam: scilicet pro eorum conuersione et salute. insuper posuerūt aduersum me mala pro bonis/ et odium pro dilectione mea. Quod si orauerit in presenti pro inimicis suis: firmiter credendū est quod nunc regnans in celo orat pro sibi deuotis famulis: maxime cum eius charitas non sit nunc minor/ sed multo perfectior quam cum esset in terris degens.

¶ Tertio omnes proximos opere se diligere ostendit: quia necessitatibus egenorum succurrere studuit quantum facultates sue suffecerūt: maxime priusquam canonicus efficeretur regularis quia extūc vnde eleemosynam faceret pauper christi non habuit. De eo ergo legitur quod cum missus fuisset a patre suo qui Felix dicebatur/ de villa Calaroga Oxoniensis diocesis apud Palentiā: vbi generale tūc florebat studium: et fames valida ibidē ingrueret/ videretque egenorum miserias/ neminemque consolatorē: venditis libris quos sibi admodum necessarios habebat: et omni supellectili sua: acceptum precium dispersit/ dedit pauperibus. Quo exemplo magnos clericos et diuites ad misericordie opera prouocauit. Tanta etiam charitate ad egenos ferebatur vt interdum se venalem exponeret pro releuandis eorum miserijs. Unde cū semel quedā mulier vidua pie apud eum conquereret de filio suo captiuo apud sarracenos: subsidiū liberationis ab eo exposcens: obtulit ei seipsum vt se venundaret: et de precio inde percepto filium redimeret: sed diuina prouidentia que eum ad alia maiora reseruabat: aliter necessitati vidue prouidit. In hoc ergo insigni charitatis opere similis fuit diuus noster Dominicus beato Paulino episcopo Nolane ciuitatis in campanie partibus: de quo refert Grego. in suo dialogo. lib. iij. ca. j. quod se vltro exposuit venditioni/ et de facto venditus fuit infidelibus pro liberatione filij mulieris vidue: qui captiuus tenebatur apud eosdē infideles. Patet ergo quam multiplicis charitatis legē obseruauit btūs Dnicus.

¶ Quarto lex euāgelica precipit humilitatē: vt patet per illud xpi verbum Mat. xj. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Itē Matt. xviij. Nisi efficiamini sicut paruuli/ nō intrabitis in regnū celorum. Hanc aūt legē humilitatis custodiuit beatus Dnicus a iuuentute sua: et vsque in senectam et seniū. quod patet multipliciter.

¶ Primo quidem in vestitu. Nam vestes grossas et viles atque non attonsas deferebat: nec erubescebat inter magnos in deformi habitu apparere. Curtum et vilissimum scapulare aliquando deferēs etiā in presentia magistrorum cappa sua operire nolebat. Insuper tā hyeme quam estate sola tunica contentus erat. Ista ponderare debent illi religiosi qui pomposa volunt indui: cum tamen dicat Augu. in regula de cōi vita clericorum. Non sit notabilis habitus vester: nec affectetis vestibus placere/ sed moribus. Similiter deuotus Bernardus super Missus est homel. iiij. [illegible] et fatuitate non [illegible]

sorum quo ad habitū: dicit sic. Quid dicam de habitu aliquorum monachorum in quo non iam calor sed color queritur: magisqꝫ cultui vestium ꝗ̄ virtutum insistitur? Pudet dicere. Uincuntur in suo studio muliercule quando a monachis ꝑcium affectatur investibus: non necessitas: nec saltem forma religionis retēta i habitu. Ornari enim potius ꝗ̄ amari appetunt milites Christi: qui dum se preparare ad prelium contra aereas potestates debuerant per humilem habitū quez viꝫ ipsi aduersarij valde formidant/ in mollitie vestimentorum vltro se dictis hostibus sine sanguine tradunt inermes. Hec ille.

¶ Scđo vir dei Dominicus custodiuit humilitatem in oratione. Ipse enim animaduertens ꝙ oratio humiliantis se nubes penetrat: ꝛ donec propinquet: supple ad dñm: non consolabitur: ꝛ non discedet donec altissimus aspiciat: eam supple exaudiendo: vt habetur Ecclesi. xxxv. ꝓpter hoc solitus erat vir sctūs maximā hūilitatē orādo dominum obseruare. Tum primo ꝓfunde ante altare capite ꝛ renibus se inclinando. Tum scđo quandoqꝫ toto corpore super terrā se prosternendo: istar christi in orto patrem orantis. Et tunc dicebat cū publicano: Deus propitius esto mihi peccatori. Interdum etiam dicebat illud Psalmiste: humiliata est in puluere anima nostra/ cōglutinatus est in terra vēter noster. Exurge domine adiuua nos: ꝛ libera nos/ scilicet a peccato ꝛ ab aduersario diabolo. Tum tertio q̄nqꝫ genua humiliter flectendo: ꝛ cū catena ferrea sup humeros se flagellādo/ ꝛ dicēdo cum Psalmista: Disciplina tua correxit me i finē: vt scꝫ post hanc vitā nō puniar in inferno aut purgatorio. Uñ ad tāti patris imitationē statuit ordo predicatorum in ꝓfestis diebꝰ disciplinas dari cunctis fratribus post cōpletoriū. cū psal. Miserere mei deus: ꝛ cū virgulis ligneis. Tū quarto oculos ꝛ manus in celum eleuando: et vehementissima suspiria emittēdo. Propter ꝙ frequēter seorsum orabat dñz/ ne a quoqꝫ fratrum videretur seu audiretur. Et tūc adeo rapiebaꝛ in celum spūs eius ꝙ etiam corpus ipm aliquantulū sequebaꝛ. Uñ aliquando visus est in oratiōe corpore eleuatus a terra: vt refert dñs Anto. i chronica sua. Ex ꝑdictis habemus formam orandi dominum.

¶ Tertio vir sāctus custodiuit hūilitatē in credita sibi auctoritate. Nā cū eēt generalis ordinis ꝑ eū istituti: voluit tamē ghalatus officio cedere. Unde in quodā generali capitulo Bononie celebrato accusabat se tanꝗ̄ indignum ꝛ insufficientem ad dictum officium rogās humiliter ꝛ cum lachrymis alium generalem sibi substitui. Fratres tamē in dicto capitulo congregati eius cessioni nullo modo acquieuerunt: O ꝗ̄ longea tanta sancti patris humilitate existunt illi qui ambiunt ꝛ aspirant ad beneficia et ecclesiasticas dignitates. Grauissime etiam peccant illi religiosi

qui impedires atagunt ne p suos ordinarios absoluantur a suis officijs; et presertim vbi huiusmodi officia sunt ad nutum scz quidiu placet superioribus: sicut est in ordine fratrum predicatorum: Unde in dicto ordine sic agunt: percutiuntur baculo beati Dominici: nec ex tunc prosperantur. Et sic patz de humilitate pij patris Dnici. Uade frater predicator: et tu fac similiter.

¶ Quinto lex euangelica precipit patientiaz. Luc.xxi. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Hanc autem legem patiẽtie obseruauit patriarcha noster Dnicus: et hoc contra triplex genus aduersitatis.

¶ Primo quidez cõtra derisiones et illusiões sibi ab aduersarijs fidei Christiane exhibitas. Nã cum de mandato dñi pape Innocentij tertij cepisset crux predicari cõtra Albigenses ad hoc tam sanctum et pium opus vir dei Dnicus se totũ dedicauit. Quez videtes et inuidentes heretici eũ irridebãt atqz multiplicit subsannabãt: vtpote in faciem ei9 cõspuentes more Judeorum aduersus xpm: lutũ quoqz et multa vilia in eum proijcientes. Uenit autem postmodum aliquis ex illis penitentia ductus ad eũ: confitens se luti iniectione ipsum percussisse: eiqz a tergo pro derisu palcas alligasse. In quo q̃dẽ facto apostolorum nõ est fraudatus gl'ia: qr dignus est habitus pro nomine Jesu cõtumeliam pati. Act.v. Ecce quantam patientiã habuit vir sanctus contra derisiones et illusiones hereticorum.

¶ Scdo habuit patientiã contra asperitatem viarum. Nam cum semel pergeret ad quandam ciuitatem ibi impugnaturus hereticos: obuium habuit in via vnum de secta eorum. Et cum non bene viam sciret: interrogauit dictum hereticũ (ignorans tamen illum esse talem) si viam sciret. Qui cum respondisset q sic / et libenter comes sui itineris esset: cepit precedere: non quidem viam tenens rectã et communem / sed duxit eum cum socio suo per vias duras asperas et sentibus plenas; et hoc totũ studiose: vt sic eos magis affligeret: Et quia discalciati erant vt sic exemplo austere vite dictos hereticos domino lucrifaceret; acerrime a spinis et tribulis pungebantur: ita vt sanguis de eorum cruribus tibijs et pedibus exiret. At vero gloriosus pater patiẽtiã armatus dicebat: Uiriliter procedamus securi de victoria: Jam enim peccata nostra purgãtur in sanguine nostro. At illi psequẽtes iter collegerunt de spinis vuas Nam ille conductor exemplo patientie eorum conuersus est ad fidem. Tandem applicantes ad locum / hereticos cõfutarũt ad consolationem fidelium. Ecce de patientia eius contra asperitatem viarum.

¶ Tertio habuit patientiam et constantiam contra pericula mortis. Hoc autem sic patet. Nam cum quadam die transiret per loca in quib9 latitabãt heretici obseruantes viam ei9 et hoc ipse sciret: intrepidus tamen et alacer iter est aggressus: Ad quem accedentes heretici illumqz imperterritum vi-

dentes in nullo ei nocuerunt. Tandemeum interrogauerunt dicentes Quid acturus eras si laborassemus te occidere? At ille: Rogassem inqt vos ne breui compēdio vitā mihi auferretis: sed trūcatis minutatim articulis corpis ꝛ ante oculos meos positis postea oculos ipsos erueretis: et sic truncatū corpꝰ in meo sanguine volutari permitteretis: aut prorsus ad libitū necaretis. Qd intelligentes heretici se retraxerūt: ne illi magis obsequi ꝙ̄ cum psequi viderentur. Item semel interrogatus quare potius moraretur Carqssone ꝙ̄ Tholose: respōdisse fertur: qꝛ inquit Tholose nō imminet mihi tātū mortis periculum sicut Carquassone. Ecce quomō apparuit patientia viri dei. Dominici contra mortis pericula.

¶ Sexto ꝛ vltimo lex euangelica pcipit pseuerantiā supple in bono incepto: dicens illud Matt. x. Qui pseuerauerit vsqꝫ in finē: hic saluus erit. Hanc similiter legem sancte pseuerantie obseruauit diuꝰ patriarcha Dn̄icus proficiēdo de bono in melius. Fuit enim bonꝰ in statu laici seu scholastico: adeo ꝙ oīa vendidit vsqꝫ ad libros sibi pnecessarios vt egentibus succurreret tēpore famis: vt dictū est. Fuit melior in statu canonicorum regulariū. Nā vt refert dominꝰ Anto. in chronica sua: Didacꝰ Oxoniensis eps cum esset vir totius sctitatis / procurauit vt de canonicis secularibus sue ecclesie fierēt canonici regulares. Ad cuius collegiū euolans beatus Dn̄icus non multo post propter vite sanctitatem et exemplaritatem factus est primus superior in eadem ecclesia: licet multū reluctaretur. Et ex tunc cepit magis ac magis crescere de virtute in virtutem: ita vt omnes fratres mirarentur de tam subita ipsius vite perfectione. Fuit tādem hic vir dei optimus in statu religionis fratrum predicatorum per eū diuinitus instituto. Tum statum paupertatis et mēdicitatis eligendo: atqꝫ possessiones sibi oblatas recusando. Tum saluti animarum per predicationis officium insistendo. Tum austeram vitam in ieiunijs / abstinentijs / disciplinis vigilijs / orationibus / sanctis meditationibus / suspirijs / et cō similibus operibus sctis quasi assidue insistendo: ita vt merito de eo dici posset illud Eccles. iiij. Unus est: ꝛ secundum nō habet. Ecce ergo quō sctūs pater Dn̄icus in sex articulis legē domini obseruare studuit: ita vt merito de eo dicere possumus predictum verbum Psal. In lege dn̄i fuit voluntas eius. Nec quidem solum ad horam / verūetiam om̄i tempore. Ideo subditur. Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Practica si vis quō nos conformiter ad dei virum debemus obseruare dei legem in predictis sex punctis. Patet ergo quomodo Psalmista in spiritu ꝓphetico predixit in capite libri psalmorū de beato Dominico boni operationem.

¶ Tertio principaliter idem Psal. predixit de eodē viro sancto ꝛ ordine ab eo istituto multiplicem vtilitatem: cum subdit

dicens. Et erit tanq̄ lignū ꝛc.
He igitur vtilitates sunt
Comparationis: quia erit tanq̄ lignum
Irrigationis: q2 sec9 decursus aquarum
Fructificationis: q2 fructū suū dabit ꝛc.
Perseuerationis: quia folium eius non ꝛc.
Prosperationis: q2 omnia que cūq3 faciet ꝛc.

¶ Prima igit᷑ vtilitas dicti ordinis beati dominici dicitur comparationi s: que notatur cū dicitur. Et erit: supp. dictus ordo tanq̄ lignū: id est tanq̄ arbor. Hui9 aūt arboris radix fuit sepe dictus pater dn̄icus. Rami inde pullulantes / fuerūt egregij ꝛ sancti illi viri q̄ i dicto ordine floruerunt. Hec autē arbor fuit multipl'r ꝑfigurata.

¶ Primo quidem per illud lignum vite quod plantauit dominus in medio paradisi terrestris. Gen̄. ij. Sicut ergo dominus plātauit predictum lignū vite in medio ꝑadisi terrestris: sic etiam circa finē seculi plantauit in medio paradisi eccl'ie militantis lignū / siue arborem ordinis fratrū predicatorum. vt fructū afferret multiplicem: de quo postea dicetur.

¶ Scd̄o dicta arbor fuit prefigurata per illam arborē quam vidit Daniel: de qua eiusdem Dan̄. iiij. sic legit᷑. Ecce arbor i medio terre: ꝛ altitudo ei9 nimia: arbor magna ꝛ fortis. Procceritas eius tangēs celū: aspectus illius vsq3 ad termios vniuerse terre. Folia ei9 pulcherrima: et fructus eius nimius: ꝛ esca vniuersoꝝ in ea. Subter eam habitabāt animalia ꝛ bestie: et in ramis eius conuersabantur volucres celi. Et ex ea vescebat᷑ omnis caro. Hec ibi.

¶ Ad propositum per arborem vt dictum est: intelligitur sacra religio fratrum predicatorum plātata in medio terre. i. in ecclesia militante. Per altitudinem huius arboris designātur illi magni ꝛ literati viri quos produxit hec arbor: quales fuerunt beatus Thomas aquinensis. Albertus magnus eius preceptor. Hugo cardinalis qui prim9 postillauit sup totā bibliā: et pene infiniti alij de diuersis materijs scribentes: quorum doctrina fulget hodie ecclesia: vt sole luna. Propter quod in collecta de eodem patriarcha Dominico sic oramus dicētes. Deus qui ecclesiam tuam beati Dn̄ici confessoris tui illuminare dignat9 es meritis ꝛ doctrinis ꝛc. Et nota ꝙ dicit illuminare doctrinis: quia nō solū beatus Dominicus illuminauit eccl'iam Christi sua ꝑclara ꝛ assidua ꝑdicatione: verūetiā per filios suos vsq3 in hanc diē nō cessat eam illuminare. Per hoc aūt ꝙ ꝑdicta arbor describit᷑ magna ꝛ fortis: designatur q̄ indefesse religio ꝑdicatorū militauerit semꝑ contra hereticos. Hoc patuit in particulari de ipso patre Dn̄ico aduersus albigēses: vt dictū est. Idē patz de beato Petro martyre. Idē de btō Thoma de aq̄no: qui tales debellauit / errores eorū confutando: precipue in summa sua contra gētiles. Idē ꝑtz de modernis inquisitorib9 heretice prauitatis: qui con=

muniter assumuntur de ordine predicatorum. Deinde per proceritatem dicte arbor; que celos tangebat: designantur illi magni viri cõtemplatiui quos pduxit arbor predicatorũ: qui adeo eleuati fuerunt versus celum, vt merito dicere possent illud apo. ad Philip. iij. Nostra cõuersatio in celis ẽ. Nã nõnulli eorũ adeo dediti fuerũt sancte cõtemplationi celestium ꝙ rapiebantur extra se: et a sensibus corporeis. Et de hoc extat multiplex testimonium: vtpote de beato dominico, vt prius ostẽsum est. Itẽ de beato Thoma de aquino. Item de beata Catharina de Senis. Item per hoc qđ subditur in visione Danielis: ꝙ aspect⁹ arboris extendebatur vsq; ad terminos vniuerse terre: ostenditur dilatatio religionis fratrum predicatorum que in omnem terram exiuit: vz a solis ortu vsque ad occasum. i. ab oriente vsq; in occidentem. Consequenter p folia pulcherrima itelligitur honesta et religiosa cõuersatio verorũ fratrũ predicatorum: quorum exemplo multi edificãtur et prouocantur sanctam ducere vitam. Talibus ergo videt loqui dñs Matt. v. dicens. Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videãt opera ꝛc. Per fructum antẽ nimium hu⁹ arboris et vniuersam escam designatur vniuersitas scientiaru; quibus floruit predicta religio sicut diffuse ostẽdi posset de oĩ scibili. Per bestias aũt que habitabant sub dicta arbore: itelligũtur rudes et simplices: siue etiam peccatores qui pascuntur ex doctrina ꝛ predicatione fratrum predicatorum. Et non solum tales: verũetiã oĩs caro id est docti et indocti: clerici et laici: iusti et iniusti: reficiuntur pabulo sacrarum literarum emanantium a fratribus dicte religionis. Postremo per volucres celi habitãtes in ramis sepedicte arboris significantur sancti dei angeli: qui sunt custodes dictorum fratrum: ꝛ qui assistunt eis: atq; ad deum referunt sancta eorum desideria: recta consilia: ꝛ iusta opera. Ecce quomodo religio fratrum predicatorum comparatur arbori quã vidit Daniel. Qđ si minus bene dixi in expositione predicte visionis: indulgeat mihi benignus lector.

¶ Tertio sepe dicta arbor fuit prefigurata Luce. xix. per arborẽ sycomorꝝ: ad quã ascendit zacheus vt videret Iesum: eo ꝙ statura pusillus esset. Ubi g arborem sycomorum intelligit religio fratrũ predicatorũ. zacheus autem statura pusillus designat hoĩes imperfectos in via mandatorũ dei. Si igitur tales cupiunt videre Iesum regnantem in celo: optimũ remedium est vt ascendant di tam arborẽ per dicte religionis ingressum. Quod considerantes multi nobiles, diuites ꝛ sapientes huius seculi relictis mundi delitijs ad sepedictam religionem euolauerunt: sicut facile de multis ostendi posset. Et sic patet de prima vtilitate religionis fratrum predicatorum.

¶ Scđa vtilitas religionis fratrũ pdicatorꝝ dr irrigationis, qꝛ pdictũ lignũ plantatũ est se-

cus decursus aquarũ. Sz quarum aquarum? Certe aquaruz sacrarum doctrinarũ: quibꝰ pre ceteris religionibꝰ abũdat sacra predicatorũ religio vt ante diximus. Est enĩ hmõi religio instituta ad heresum impugnationem / ad fidei defensionem / et ad verbi dei declamationez. Unde et fratruz predicatorum titulum iuxta sanctionem apostolicam Innocentij scilz tertij sibi specialiter non iniuria vendicat. Et qz predicta commode exerceri nequeunt absqz literarum peritia: ideo fratribus predicatoribus incũbit ex sua primaria institutione plantari secus decursus aquarũ sacraruz literarũ et doctrinarũ. Ad quod etiaz faciẽdum valde districte eos alligant et coarctant sacre eorum constitutiones: sicut expresse patet in ca. de studentibus. Hinc est qz in alma facultate Theologie Parrhisiensi dicti fratres pñt habere quolibet anno duos lectores sententiarum: quorũ secundus vocat apostolicus: et hoc speciali priuilegio apostolico: prout patet per bullam plũbatam Jo. xxij. si bene memini. Ceteri autem mendicãtes vnicum habẽt sententiarum. Merito ergo possumus dicere de pdicta religione illud Canti. iiij. Fons horto rum: puteus aquarum viuentium: est supple religio fratrum predicatorum.

¶ Tertia vtilitas predicte religionis dr fructificationis; qz fructum suum dabit in tẽpore suo. Iste aũt fructꝰ est triplex: scz laudare: bñdicere: et predicare. Unde ad ppositum legitur de quodam cardinali ordinis Cisterciensis: qz cũ in exordio dicte religiõis semel transiret per Bononiam: et ad ecclesiam fratrum predicatorũ declinasset: cepit hesitare de institutione noua ipsius religionis: et an esset ex hoibus / an ex deo. Petijt igitur aliquem librum sibi dari quasi suscitaturus rei veritatem iudicio scripture in eo contente. Cumqz illi oblatꝰ fuisset liber missalis / facto crucis signo ipsum aperuit. Et ecce in superiore parte pmi folij inuenit scriptũ. Laudare / benedicere et predicare. Quo tanqz celitꝰ emisso responso exhilaratus: oẽm ambiguitatis scrupulum iam certus abiecit: atqz dictuz ordinem in visceribus charitatis amplexari cepit. Sed qd sibi volunt tria predicta vba? Certe insinuant triplicem fructuz quẽ affert lignum seu arbor religionis fratrum predicatoruz: et ad quem fructum ordinata est. Primus est laudare deũ septẽ horas canonicas decãtãdo / et alijs orationibus peculiaribꝰ vacando. Secundus est benedicere: id est absolutionis beneficium sibi confiteri volentibus supposita canonica presentatione impendere. Tertium est verbum salutis populo proponere. Ecce quomodo dicta arbor dat triplicem fructum in ecclesia christi.

¶ Quarta vtilitas sepe dicte religionis dicit perseuerationis; quia Folium eius non defluet. Quãuis enim olim multos habuerit emulos: vtpote Guillermum de sancto amore: et sites:

adhuc tñ per dei grãm perseue-
rat: ita vt merito possit dicere
de talib⁹ aduersarijs illud ps.
Sepe expugnauerunt me a iu-
uentute mea.i.ab exordio meo
incipiẽtes: etenim non potuerunt
mihi: supple tantũ nocere quan
tum optabant: et hoc dño me
ptegẽte. Supra dorsum meum
fabricauerunt pctõres.i. emuli
mei. Ubi nota q dorsum hui⁹
sancte religionis fuit beat⁹ pa-
ter Dñicus: supra qd dorsum
fabricauerũt pctõres.i. hereti-
ci/ei qntum valuerũt aduersan-
tes & nocentes. Silr & nonnulli
alij cõfirmationem sue religio-
nis impedire satagẽtes. sequi-
tur. Prolongauerunt iniquita-
tem suam: qr predicti reliquer-
rũt semen sup terrã qd adhuc
pseuerat: sicut a paucis annis
patuit in pcilio Pisano: de non-
nullis laborãtibus ad cassatio-
nem priuilegiorũ mendicãtium
volẽtibus eos in oib⁹ subdere
ordinarijs. Sed audiant tales
emuli et timeant quod sequit:
Dñs iustus: supple iudex: con-
cidet ceruices pctõrum.i. sacre
religioni predicatorũ ac simi-
lium iniuste aduersantium. Cõ-
fundantur in presenti: & conuer
tãtur retrorsum in futuro: oẽs
qui oderunt sion.i. statum fra-
trum mendicãtium. Fiant sicut
fenum tectorũ: per vite abbre-
uiationem & calamitatum sub-
iectionem. Ideo sequitur: Qd
priusqz euellatur exaruit. Ue-
lint nolint ergo status mendi-
cantium inuidi detractores et
emuli: folium eius non defluet:
sed perseuerabit vsqz in finem
seculorũ: tanqz vtilissimum vni-
uersali eccl'ie. Unde ex quo in-
cepit, dictus status: nõn insur-
rexerũt tot hereses in ecclesia
xpi sicut prius. Hoc in pte agẽ-
te predicatione cui incumbunt
ferme soli fratres mẽdicantes.

¶ Quinta vtilitas sacre religio-
nis fratrum predicatorũ dicitur
psperationis: qr oia quecunqz
faciet/semper prosperabuntur.
Prosperantur siquidem omnia
quecũqz fecit patriarcha Do-
minicus: vel potius que fecit p
eum domin⁹: & signãter quo ad
erectionem sepe dicte religio-
nis: que dño opem desuper fe-
rente psperatur multipliciter:
vz copiositate virorũ literato-
rum: multiplicitate egregiorũ
predicatorũ: numerositate con-
uentuum: sctitate bonorũ ope-
rum: varietate presulũ inde as-
sumptorũ. Unde nostra etate
inde vidimus/et adhuc in pre-
sentiarum cernimus nonnullos
assumptos ad ecclesiasticas di-
gnitates/etiã vsqz ad cardina-
latum: sicut patet de reueren-
dissimo in christo dño Thoma
Caietano paulo añ hec tempo-
ra generali magistro eiusdem
ordinis viro certe appme eru-
dito. Cuius literature fidẽ fa-
ciũt ei⁹ ẽgregia cõmẽtaria su-
per summam beati Thome.
Ecce quomodo prosperat mul-
tipliciter sacra religio fratrum
predicatorũ. Superest pro fina-
li conclusione vt rogemus do-
minum: quatenus meritis & p-
cibus beati viri Dominici pro-
sperum iter faciat nobis salu-
tarium nostrorũ: hic conferen-
do gratiam/ et in futuro glo-
riam. Amen.

¶ Item de eodem
Sermo Tertius.

Tu puer propheta altissimi vocaberis preibis ante ꝛc. Luce.j.

¶ Uerba predicta ad literam scripta sunt et dicta sunt de beato Joan.ba. In cuius circuncisione Zacharias pater eius reserata lingua sua: cuius vsu prius fuerat priuatus in penam sue incredulitatis circa filium sibi nascituꝝ: cepit prophetare dicens de filio suo Joanne. Tu puer propheta ꝛc. Nihilominus transumptiue possunt non incongrue verificari de beato patriarcha Dominico. In q̄bus siquidē verbis tria principaliter de eo tanguntur: que sunt

Uite puritas: qꝛ tu puer

Conditionis sublimitas: qꝛ ꝑpheta

Officij dignitas: qꝛ preibis.

¶ Primum igitur qd̓ tangitur vbi supra de btō Dn̄ico: dicitur vite puritas: qꝛ tu puer. Huius pueri pater dictus est felix. Et vere felix: qꝛ magnam gratiam illi contulit deus: vt pater esset talis ac tanti filij: qui ordinem predicatorū diuina monitione preuia instituit hodie vbiqꝫ terraꝝ diffusum. Mater aūt eius Joanna nūcupata est. Joanna aūt interpretaꝛ dn̄i mia. Bene ergo predicta mater Joāna est appellata: qꝛ magnificauit dominus miam suam cum illa: vt digna esset portare ꝑconez scdi aduentus dn̄i. Nā sicut Joannes baptista primū dn̄i preuenit aduentum: scilꝫ in carnem: ita etiā btūs iste Dn̄icus scdm eiusdem dn̄i creditur preuenisse aduentum. Predicti ḡ parentes oriūdi de villa vulgo appellata Calaroga: Oxoniēsis diocesis: que sita est in Hispanie partibus: tres habuerunt liberos: qui literis instructi gradum sacerdotū conscenderunt. Unus coꝝ hospitalari⁹ paupeꝝ fuit: q̄ adeo sancte vixit: vt post mortem referaꝛ miraculis claruisse. Secund⁹ dictus est mamines: q̄ tandē ordinē ꝑdicatorū est professus. Tertius fuit btūs Dn̄icus. Et vere Dn̄icus quasi dn̄ici gregis custos. Uel Dn̄ic⁹ quasi a dn̄o custoditus: et hoc in triplici gradu. s. laicali, canonicali, apostolicali. Uel Dominicus quasi dans minas obstinatis peccatoribus. Uel dans munus egentibus: sicut patuit qn̄ tempore famis venditis libris ꝛ supellectili omnia in elee mosynas est largitus. Uel dans minus: corpus suum macerando: cui semper minus dabat q̄ȝ appetebat: ita vt dicere videreꝛ cum aplo Paulo illud. j. ad Coꝛ. ix. Castigo corpus meum et in seruitutem redigo: ne cum alijs predicauero: ipse reprob⁹ efficiar.

¶ His igitur premissis descendendum est ad materiam subiectam: in qua ostendere nos conuenit q̄ȝ rationabiliter beatus Dn̄icus puer dicaꝛ. Pro quo notandum q̄ꝫ hic vir sanctus habuit multas conditiones veri ꝛ naturalis pueri: que sunt

Puritas

Humilitas

Liberalitas

Diligibilitas.

¶ Pria igiꝛ ꝯditio pueri dꝛ puritas. Est eñ puer cōiter pur⁹ tā ab infectiōe peti q̄ȝ a corruptione multiplici cui subest senecta

etas. Unde puer dr quasi purus aer. Sic etiā spūaliter fuit de viro dei dñico: q̄ purus fuit ab infectione mortalis culpe q̄diu vixit. Item purus fuit a carnis corruptione vitando omnem libidinē. Propterea solet depingi cum lilio: qđ albissimum est et purissimum. Sed vnde hoc? Certe quia legerat illud Sap. vi. q̄ incorruptio facit pximum esse deo. Unde de virginibus scribit Apocal. xiiij. q̄ sequunt agnum quocūq̄ ierit. Huius ita q̄ viri puritas carnis tāta fuit vt etiam in alios se quodāmodo transfuderit. Et de hoc extat certissima historia de quodam scholari valde lubrico: qui cum ex deuotione et reuerentia ad eum deosculatus fuisset manum eius dextram: tantam inde sensit redolentiam q̄ extunc omnino abhorruit omnem carnis spurcitiam.

¶ Scđa pueri cōditio dr humilitas. Est em̄ puer natura humilis. Uñ xp̄s volens inducere discipulos suos ꝛ p̄nr oēs veros christianos ad veram cordis ꝛ operis humilitatē: statuit paruulum in medio eorum: ꝛ dixit. Nisi efficiamini sicut paruulus iste: non intrabitis in regnum celorum. Mat. xviij. Hanc autē pueri conditionē. s. humilitatem habuit beatus Dñicus: ita vt tres episcopales dignitates refutauerit. Quemadmodū ergo xp̄s fugit cū iudei post panū multiplicationem eum regem facere voluerūt: vt habet Joā. vi. sic seruus eius Dñicus nulli vnq̄ ecclesiastice dignitati acquiescere voluit: et hoc totum ex pfunda hūilitate sua. Item refugiebat ab hominibꝰ honorari: cauens quantū poterat ne opera eius sancta et miraculosa venirent ad lucem. In cuius rei signum de eo legitur q̄ cum semel ambulans in via quoddam miraculum fecisset: ꝛ postmodum cuidam ciuitati appropinquasset: dixit socio suo. Si hoīes huius ciuitatis cognouerint miraculum factum: reputabunt nos viros sanctos: cum tñ simus peccatores: et ideo tibi p̄cipio vt illud nemini dicas q̄diu vixero. Insuper de eo refert dñs Antoñ. q̄ cū quendam mortuū resuscitasset: ꝛ honoriꝰ papa hoc agnito illud publicari vellet: q̄primum ille hoc intellexit: ad ipm pontificē accessit: rogans eum vt nō sineret illud publicari: alš si publicaretur: mare transiret nunq̄ eū amplius visurus. Et sic patet de eius humilitate.

¶ Tertia conditio pueri dr liberalitas. Est em̄ adeo liberalis q̄ libenter pro pomo daret regnum. Sic et vir dei Dñicus valde liberalis fuit. Illud autē patuit qñ p soluenda redēptione filij captiui mulieris vidue se venundandum obtulit. Quod in effectu fecisset sine passus fuisset/nisi dñs aliter prouidisset: vt dictum est supra. Item valde liberalis fuit qñ tempore famis venditis libris et omni supellectili: sua omnia in eleemosynas est largitas. Et qr vir iste sanctus fuit ita liberalis ꝛ pius ad pauperes xp̄i: ideo vice ṽsa ipse dñs circa eū ꝛ fratres suos ostendit suam liberalitatem sicut sequens exemplum aperte insinuat. Nam cum semel esset

Rome cum quadraginta fratribus: et aduenisset hora prandij: nec haberent panē ad manducandū preter minuta frusta: illis ad mensam residentibus et esurientibus: pius pater leuans cor et oculos in celum: silenter orauit dominum: dicens: Oculi omniū in te sperant dñe &c. Et ecce subito affuerunt duo angeli in forma duorū iuuenum: qui panes delicatissimos attulerunt. Quos ponentes ante virū dei: sed inclinantes: inde subito recesserunt et abierunt ad eū qui ipsos miserat. Et hoc est quod canit ecclesia in officio eiusdem. Panis oblatus celitus: fratrum supplet inopiam. Ex hac historia docemur iactare cogitatum nostrū in dño tempore necessitatis. Qd vbi fecerimus: ipse nos enutriet.

¶ Quarta conditio pueri dicitur diligibilitas. Est enim pronus et facilis ad diligendū patrem: matrē: nutricē: et omnem sibi applaudentem. Sic etiam patriarcha Dominicus fuit totus ardens in dilectione dei et matris eius: atq; ceterorum pximorum.

¶ Primo igitur valde dilexit deū: ita vt pro eo optaret pati martyrium. Unde de eo canit ecclesia. Sitiebat seruus christi martyriū: sicut sitit ceruus ad aque fluuiū. Poterat ergo dicere eidē xp̄o illud quod olim sibi dixerat Petrus. Dñe: paratus sum tecum in carcerē et in mortem ire. Matth. xxvj.

¶ Secundo post deum valde dilexit beatā virginē Mariam. In cuius rei signum dicitur renouasse cōfraternitatem sui rosarij. Aliud signū predicte dilectionis in hoc apparuit q voluit et statuit officium fratrum sui ordinis semper inchoari et terminari ab officio eiusdem virginis: vt facile patet. Et hoc nisi esset festum duplex: aut supra: siue octaue solēnes: in quo quidem casu pretermittitur dictum officium in choro: vt reliquum deuotius persoluatur. Et nihilominus tunc singuli fratres ex deuotione solent in priuato dictum officium dicere. Item nota quō idem pater ordinauit vt post completorium decantetur angelica salutatio que incipit. Salue regina misericordie. Uel Aue regina celorum. Item nota quō aliquando vidit in spiritu beatā virginem fratres aqua benedicta aspergentē dum decantaretur dicta salutatio. Unde ex tunc statuit vt in hmōi salutatione daretur aqua benedicta tam fratribus q̄ ceteris assistentibus. Similiter idem pater vidit eandē christiferā Mariā aqua benedicta aspergentem cunctos fratres in cellis suis dormientes. Propter qd inoleuit laudabilis consuetudo in dicto ordine: saltem apud reformatos: vt singulis diebus dominicis aspergantur aqua benedicta celle fratrum: similiter et officine conuentus. Et quia sanctus pater ita dilexit Christi matrē: quem etiā imitantur in hoc veri eius filij: ideo ipsa vice versa valde dilexit et diligit suum ordinem: quod patet tali exemplo. Legitur enim q cum semel pius pater fuisset raptus etiam vsq; ad visio-

nem diuine essentie secundum dominum Anton. et vidisset in conspectu dñi multos religiosos diuersorum ordinū. et nullū ex suo: inde cepit turbari et quasi flere. Quem statim cōsolans dñs noster Jesus Christus persuasit illi vt recurreret ad matrem suam protectricē sui ordinis. Qd cum ille fecisset: ipsa leta facie eleuās palliū suū ostendit eidē multitudinē copiosam fratrum sui habitus. Et ex hac visione remansit valde cōsolat⁹. Nota etiam quō eadē virgo Maria attulit fratri Reginaldo formā habit⁹ dicti ordinis. Ecce quā tam dilectionē ostendit se habere virgo Maria ad beatum Dominicū ꝛ ad fratres suos: ita vt ipsa merito dicere possit illud Prouerb. viij. Ego diligētes me diligo.

¶ Tertio idem pater Dñicus valde dilexit vniuersos proximos suos/ nedum bonos et iustos: verūetiā malos et graues peccatores. Nam pro eorum conuersione ad penitentiam: et vt eos illuminaret dñs: et silr pro alijs causis ferme omni nocte recipiebat tres disciplinas cum catenis ferreis: vt dictum est. Quarum vnam assumebat pro proprijs culpis: que certe aut nulle aut saltem leuissime erant. Unde tunc dicere poterat cum Psal. Castigatio mea in matutinis. Secūdam assumebat pro remissione ꝛ expiatione animarum in purgatorio existentium. Tertiā autē pro peccatoribus adhuc in terra degētibus. Ecce ardens eius dilectio ad salutem proximorum suorum procurandā quam ostendit facto. Similiter eandem dilectionem quandoque ostendit signo. Nam quoties appropinquabat alicui ciuitati: quasi precognoscens abominationes ꝛ scelera que ibi abundabant: vberrime flebat ex compassione: sicut ꝛ xp̄us fleuisse legitur super ciuitatem Hierusalem: vt habetur Luce. xix. Propter quod recte dicere poterat illud Job. xxxi. Ab infantia mea mecum creuit miseratio. Et sic patet de triplici dilectione viri dei. Et per ꝯns de primo principali.

¶ Secūm quod tangitur in verbis ꝑ themate sumptis de beato patriarcha nostro Dominico: dicit̃ cōditionis sublimitas: qꝛ ꝓpheta. Magna enim gloria est alicui viro sancto ꝙ sit ꝛ vocetur propheta. Sic autem fuit de beato Dñico: vt p̄tactum est. Et notāter appellat̃ ꝓpheta altissimi: ꝛ hoc ad differentiā pseudoprophetarum: quos non misit dñs: sed potius diabolus. Qualiter autē ꝛ in quo fuerit beatus Dñicus ꝓpheta domini: patet ex contentis in legenda ipsius.

¶ Primo enim predixit ingressum cuiusdam magni ꝛ docti viri ad ordinem per eum fundatum. erat autem nomen predicti doctoris Conradus. Huius autem cōuersio ad dictū ordinem talis fuit. Nam cum vir sanctus semel dixisset socio suo in secreto se nunquam aliqd a deo petiuisse qd non obtinuisset: ait illi dict⁹ frater. Ora ergo dñm pater vt det nobis magistrum Conradū virū doctissimū. Ad quem patriarcha Dominicus. Frater rem grādem postulasti.

Spero tamen q̃ ita fiet. Cunq̃ per totã noctẽ sequẽtẽ orasset: mane sub primis cãtore inchoãte. Jam lucis orto sydere: aduenit subito magister Conradus: seq̃ illico prostrauit humiliter ad pedes viri dei: petens ab eo cum omni instantia sibi dari habitum sui ordinis. Quod et factum est. Ecce quomodo habuit donum prophetie.

¶ Secundo idem ptz de quodã heretico: qui cum deberet cum quibusdã comburi: videns eum pius pater orauit ministros iustitie vt non combureretur: eo q̃ aliqñ fidelis & bonus esse deberet. Quod & factum est. Nam tandẽ ingressus est ordinẽ fratrum predicatorum: in quo sanctissime vixit.

¶ Tertio idem patz alio exemplo: Nam cum semel esset Rome: predixit palam fratribus q̃ quatuor ex illis essent morituri: duo quidem corporaliter: et duo spiritualiter: scz recedendo a sancta ei⁹ congregatione. Quod non multo post rei probauit euentus.

¶ Quarto idem patet quasi simili exemplo. Nam cum semel vidisset in spiritu draconẽ magnum fratres suos deuorare laborãtem: reuelauit eis q̃ multi essent ab eo recessuri. Et ita euenit vt p̃dixerat. Nã cũ oẽs reliquerunt preter vnũ clericuz et duos conuersos. Quibus ait instar xp̃i in simili casu. Nunquid & vos vultis abire? At illi dixerunt ei. O pater ad quem ibim⁹? Certe verba vite eterne habes: & ideo te nullo modo deseremus.

¶ Preter hec multa alia futura predixit beatus Dñicus: vt pote mortẽ regis Aragonum. Item mortem comitis montisfortis qui viriliter adiuuabat partes ecclesie gladio materiali: ille ꝟo gladio spirituali. s. verbo p̃dicationis. De eo itaq̃ poterat dñs dicere illud quod ad literam de Hieremia dixit. Prophetã in gentibus dedi te. Hiere. j. Similiter & nos de eodem dicere possumus illud qđ ad literã iudei dixerũt de xp̃o Luce. vij. Propheta magnus surrexit in nobis. Patet ergo quõ puer Dñicus fuit propheta altissimi.

¶ Insuper notandũ q̃ beatus Dñicus non solũ fuit propheta. verumetiam fuit multipliciter prophetatus.

¶ Primo quidem a sibylla erithrea dicẽte q̃ circa finẽ mundi debebant apparere due stelle lucidissime que totũ mundũ erant illuminature. Ubi per duas p̃dictas stellas predicta sibylla videt̃ pphetasse de sanctis dei amicis Dñico et Francisco: qui tam per se q̃̃ per filios suos illuminare debebant mũdum vniuersum suis sanctis p̃dicationibus & virtuosis operibus. Propter quod in collecta de eodem beato Dñico sic oramus dicentes. Deus q̃ ecclesiã tuam beati Dñici confessoris tui illuminare dignatus es meritis & doctrinis &c. Similiter in collecta de beato Francisco oramus in hũc modum. Deus qui ecclesiam tuam beati Francisci meritis fetũ noue prolis amplificas. &c.

¶ Secundo beat⁹ Dñicus fuit prophetatus per Zachariam

prophetam in persona domini dicentem. Elegi mihi duas virgas ec. De hoc require in precedenti primo sermone.
¶ Tertio fuit prophetatus per abbatem Joachim institutorez monasterij Floriacensis: qui in suis libris et expositionibus scripturarum predixit predicatorum ordinem futurum: mandans suis fratribus vt cum exurgeret: cum omni reuerentia et deuotione eos susciperent. Quod et fecerunt cum cruce processionaliter illis obuiantes: prout refert dns Antoninus in iij. parte chronice sue.
¶ Quarto fuit prophetatus beatus Dnicus cuz ordine suo per venerabilem patrem Stephanuz cartusiensis ordinis magne sanctitatis virum. Nam prenunciauit suis fratribus predicatorum ordinem in breui suscitandum: rogans vt cum magna reuerentia et cordiali affectu eos reciperent. Quod et fecerunt. Unde et vsque in hanc diem venerabiles patres cartusienses ducunt singulari affectu ad fratres predicatores: et precipue ad regulariter viuentes. Unde et satis concordant in habitu tam interiori quam exteriori. Similiter et in multis cerimonijs: vtpote in ieiunijs et abstinentia a carnibus: similiter in silentio: et huiusmodi.
¶ Quinto beatus Dnicus fuit prophetatus siue preostensus signo sensibili et visibili: scilz per quandam picturam repertam Uenetijs in ecclesia sancti Marci. De hoc enim narrat dns Anto. in chronica sua quod longe ante natiuitatem beati Dnici reperte sunt vbi supra due imagines depicte. Prima habebat similitudinem beati Pauli. vnde super eaz scriptum erat Paulus. Secunda habebat formam habitus fratrum predicatorum: sup cuius caput scriptum erat Agios dnicus id est sanctus Dnicus. Item sub pedibus Pauli erat scriptuz. Per istum itur ad xpm. Sub pedibus autem Dnici erat scriptum. Per istum facilius itur ad xpm: quia per consilia. Patet ergo quomodo ordo predicatorum fuit multipliciter prophetatus. Et sic patz de secundo principali.
¶ Tertium quod tangitur de beato Dnico in themate premisso: est officium dignitas: quia preibis ante faciem dni: supple venientis ad iudicium. Preibis inquam: sz ad quid? Certe parare vias eius: et hoc tripliciter: videlz
Populum instruendo: quia ad dandam scientiam ec.
Peccata remittendo: quia in remissionem peccatorum ec.
In celum ascendendo: quia per viscera misericordie dei ec.
¶ Primo igitur vir dei Dnicus preiuit ante faciem dni venientis ad iudicium populum instruendo: quod notatur cum dicitur. Ad dandam scientiam. Non qualemcunque: sed scientiam salutis .i. salutarem: securam: catholicam. Et hoc est contra illos predicatores qui allegant fabulas prouocantes ad risum. Item contra eos qui allegant dicta poetarum: leges imperatorum: et similia: cum tamen dns mittens discipulos suos ad predicandum dixerit eis. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium ec. Ptz ergo ex illis verbis: Preibis ante faciem dni ad dandam scientiam salutis plebi eius: quod ordo fratrum predicatorum ex sua primaria in

stitutione ordinatus est ad predicandū scietiam salutis plebi domini. Hoc autē patet triplici testimonio. Primo qdē testimonio pape Innocētij tertij: q cū vellet scribere beato Dominico iam predicanti in partibus Tolosanis contra errorem Albigensium: dixit secretario suo. Sede et scribe sic. Magistro dominico. Quo dicto mox correxit vbū et dixit. Scribe sic. Fratri dñico: et secū pdicātib9. Iterum et tertio se reuocans dixit. Scribe. Fratri Dñico: et fratribus predicatoribus. Naz antea fratres huius ordinis vocabantur fratres beate virginis: sz deinceps appellati sunt fratres pdicatores. Scdo idē patet testimonio domini honorij pape successoris dicti innocētij: q in bulla confirmationis huius ordinis voluit ipsum ordinē insigniri titulo fratrum predicatorum. Tertio idem intentum patet testimonio de celo misso. Nā cum vir dei Dominicus Rome in ecclesia apostolorum Petri et Pauli oraret: dicti apostoli illi apparuerūt: sic scilicet q Petrus videbat sibi dare baculū. et Paulus librū quendā dicētes ei. Uade et predica: qm ad hoc officiū vocatus es. Patet g quo ex primaria sui institutione ordo fratrum predicatorum institutus est ad dandam scientiā per predicationis officium.

¶ Scdo ptriarcha dñic9 preiuit ante faciē dñi ad iudiciū venientis in remissionem peccatorum: id est ad remittēdum peccata per sacramentalem absolutionem. Erat em penitētiari9 sūmi pontificis. Uñ postmodū suo ordini pariter et ordini fratrū minorum datū est priuilegiū apostolicū q ad administrationē sacramenti pnie: vt ptz in clemē. de sepulturis. c. dudū. Nunc aūt eodē priuilegio gaudent Augustinenses et Carmelite. Predictum aūt pñilegiū datū est hmoi fratrib9 nō solū in fauorē eorum: verū in fauorē christifideliū: inter quos nōnulli erubescūt confiteri suis ordinarijs. Insup inter ordinarios multi sunt ībecilles et ignari: nescientes discernere inter lepram et leprā: et qui non querunt nisi lanam ouiū: et expeditionē sibi ǫfitentiū. Et ideo rationabiliter datū est hmoi pñilegium fratribus mendicantibus in remissionem peccatorum.

¶ Tertio btūs Dñicus preiuit ante faciē dñi ad iudiciū venientis in celū ascendendo. Sz quo medio illuc ascendit? Certe per viscera misericordie dei nostri: qr vt dicit Apost. ad Titum. iij. Non ex operib9 iustitie que fecimus nos: sed pm suam miam saluos nos fecit. Nota quomō in hora obitus sui prior conuentus Brixensis eiusdem ordinis vidit in spiritu xpm et piam eius matrē: scalā in qua innix9 erat venerabilis pater Dñicus/ sursum trahentes. Et hoc est quod canit ecclesia in festo eiusdē dicens. Scala celo pminens fratri reuelatur: per quam pater transiens sursum ferebatur. De miraculis autem que meritis eius operatus est dominus: vix humana lingua oīa referri possunt. Nam in vita tot mortuos legitur suscitasse quod et Christus: scilicet tres. Similiter post mortē pene infinitus miraculis

claruit. De quibus preter ea q̃ diffuse refert dñs Anto. aliqua referam que contigerunt in ciuitate Rothomagensi: prout libellus in bibliotheca dicti conuentus repositus indicat.

¶Et primo quo ad impedimentum gutturis. In primis cum quidam paruulus vnius anni de parochia sancti Eligij dicte ciuitatis ludendo cũ fuso matris verteolũ transglutiuisset: nullo modo inde extrahi poterat. Aduocatur igitur chirurgicus: q̃ dixit nullum esse remedium preter aperturam gutturis dicti paruuli. Quod abhorrẽs mater accepit filium inter brachia: et accurrit ad ecclesiam fratrum predicatorum. Cumq; fecisset celebrari missam in honorem eiusdem sancti: mox completa missa dictus paruulus liberat⁹ est. Item et secundo cum quidam iuuenis de parochia sancti gildardi eiusdem ciuitatis comederet pisces: accidit vt os piscis remaneret in gutture illius. Adducitur ad ecclesiam fratrum predicatorum: et coram altari beati Dñici hincinde volutans mirabiliter cruciabatur. Cũq; illi data fuisset aqua ad potandum que infusa fuerat super reliquias eiusdẽ sancti: statim liberatus est. Tertio quedã mulier nomine petronilla de parochia sancti Candidi iunioris intra clausulam eiusdem ciuitatis, comedens carnes: simile impedimentum est passa: simili quoq; remedio est curata. Simile etiam contigit cuidam iuueni comedenti testam molute: gallice de molue.

¶Scdo in dicta ciuitate Rothomagensi multi meritis beati Dominici curati sunt a gutta et cõtractu membrorum. Sed de multis tantum de duobus referam. Et primo de quadã muliere de parochia sancti laurentij que per sex menses steterat ferme totaliter immobilis. Sed facto voto deo et beato Dominico statim plenam recuperauit sanitatem. Secundo de paruulo habẽte tibias natib⁹ coniunctas. Quem visitans patrin⁹ dixit matri paruuli. Mea commater: voueamus filiolum meum beato Dominico: et spero q̃ recipiet membrorum suorum perfectum vsum. Facto igitur voto ceperunt extendere tibias paruuli in locum suum: et sic curatus est.

¶Tertio in predicta ciuitate multi meritis beati Dominici curati sunt a dolore dentium. Primo nempe quidã mercator eiusdem ciuitatis cum esset foras ciuitatem: cepit vehementi dolore dentium cruciari. Tandem facto voto ad beatum Dominicum q̃ si meritis eius liberaretur a p̃dicto dolore: eo regresso in ciuitatem visitaret ecclesiã fratrũ predicatorum: statim dolor cessauit. Scdo idem refertur ibidem de alijs duob⁹ viris. Preter hec miracula in eodem libello legitur de quadam muliere que steterat in dolore partus diebus. xv. Que tandem deuote se recommendans meritis beati Dñici peperit paruulum: euacuato periculo ex vtraque parte. Multi deniq; vtriusque sexus eiusdem ciuitatis per merita viri dei Dñici ab estu febrium liberati sunt. Et breuiter

citius dies mihi deficeret etiaz hebdomada aut mēsis: priusq̄ʒ valerem enarrare omnia magnalia dei que operatus est super egros meritis almi confessoris sui Dñici. Superest ergo vt nos cōmendemus precibus illius: quatenus ad regnum celorum post eum peruenire valeamus: prestante dño ꝛc.

¶ De beato Laurentio Sermo.

Igne me examinasti: ꝛ non est inuenta in me iniquitas Psal. xvi. Uerba predicta possunt dicere multa hominum genera.

¶ Primo peccator postq̄ʒ fuit in presenti a deo punitus condigne: tunc merito potest dño dicere q̄si illi regratians. Igne me examinasti: supple adeo pfecte ꝛ cōplete ꝙ non est inuenta in me iniqtas. i. culpa aut reatus. i. obligatio ad quācūq̄ʒ penam / siue eternam aut temporalem. Sed qꝛ perdifficile est istud cognoscere: ideo salubriter cōsulit sapiēs Eccli. xxviij. dicēs. De propitiatu pctōꝝ noli esse sine metu.

¶ Scdo predicta v̄ba congrue potest dicere quicūq̄ʒ aduersa sustinet in presenti patienter: qꝛ sicut dicitur Eccli. ij. In igne probatur aurum: et in camino argentum: et hoīes receptibiles ī camino tribulationis: supple probantur et purgantur: Item eiusdē. xxvij. Uasa figuli probat fornax: et hoīes iustos tentatio tribulationis.

¶ Tertio eadem verba potest dicere aīa exiens a penis purgatorij: qꝛ vt dicitur Sap. iij. Tanq̄ʒ aurum in fornace pbauit illos: vcʒ deus spūs p ignēʒ purgatorij transeūtes et quāsi holocausti hostiam accepit illos. i. acceptos habuit.

¶ Quarto p̄dicta verba potuit dicere btūs Laurētius in hora sui transitus de hoc mundo ad celū. Ipse eñ fuit examinatus igne materiali seu corporali: qꝛ sup craticulam suppositis prunis ardētib⁹ adustus fuit: nec postmodū fuit in eo inuēta iniquitas: eo ꝙ ignis passionis tolerāte p̄ter xp̄m delet ꝛ extirpat atq̄ʒ consumit oēm iniquitatem: atq̄ʒ euolare facit in celum: vt habet. xv. q. j. merito. ij. firmissime. Dicit etiā de conse. dist. iiij. baptismi. item. c. cathecuminum. ꝙ martyrium implet efficaciā baptismi. Et ideo sicut baptismus delet culpam ꝛ penā in foro dei debitam: ita etiā dicendum est de martyrio. In hora ḡ mortis potuit rōnabiliter dicere dictus xp̄i miles Laurētius. Nō est inuenta in me iniquitas. Ul' dic ꝙ per iniquitatē in pposito intelligit auaritia: qꝛ vt habetur Eccli. x. Nihil iniquius q̄ʒ amare pecuniam. Huiusmodi aūt iniqtas nō est inuēta i beato Laurētio. Nō eñ fuit auarus: q̄nimo thesauros ecclie sibi commissos a beato Sixto papa sibi non retinuit: sed eos dispersit et dedit pauperibus. Ecce q̄ʒ recte poterat iste sanctus dicere ad dñm cuʒ vreretur. Igne me examinasti ꝛ non est inuenta ꝛc.

¶ In presenti sermone videndum est quō btūs Laurentius fuit examinatus triplici igne:

Igne luminositatis.
videlicet Igne charitatis.
Igne penalitatis.

¶ Primo igitur fuit examinatus igne luminositatis: qui nō est aliud q̄ȝ fides: q̄ est lux vera que illuminat omnē hoīem venientem in hūc mūdum. Joan. j. Nam sicut tempore noctis qđ obscurū est, nō habemus lumē nisi per ignem: ita in tenebrosa vita presenti non habemus lumen qđ nos dirigat in viā pacis eterne, nisi per fidem. Hic eñ ignis fuit recte prefiguratꝰ per illā columnam ignis que filios Israel illuminabat per noctem: qñ scilȝ dñs eos deducebat per desertum in terrā promissionis: vt patet Exodi. xiij. Item in ps̄. Expendit nubem in protectionem eoꝝ: et ignem vt luceret eis per noctem. Qualiter aūt beatus Laurentiꝰ fuerit examinatus hmōi igne luminose fidei, sequens declarat narratio. Hic eñ sanctus originē sumpsit ex ciuitate Hosthasita in Hispanie partibꝰ. Quem tempore debito pater destinauit apud Cesaraugustam causa studij. Postmodum aūt ip̄m beatus Sixtus papa traxit Romam in hunc modum. Cum eñ ip̄e Sixtus perrexisset in ciuitatem Tolletanā in Hispania sitam, causa celebrādi cōsilium gñale: accidit vt transiret per dictam ciuitatem Cesaraugustam: in qua gñale tūc florebat studium. Cūq̄ questio versaretur qui essent doctiores in illa vniuersitate: habitus est sermo de beato Laurentio: de quo dixerunt qui eum bene nouerant ꝙ pro etate sua nō haberet parem ī literis in tota illa vniuersitate. Hunc ergo videre voluit beatus Sixtus. Qui tādē in eo inuenit qđ sibi de ipso ab alijs dictum fuerat. Propter qđ ip̄m ad se traxit: ꝛ diaconum cardinalem euȝ ordinauit. Quē post modum ita dilexit: tum propter vite scītitatem: tum ꝑpter literarum peritiam: tum propter fidei synceritatē qua pollebat, ꝙ deinceps nūq̄ȝ missam celebrabat absq̄ sui dilecti diaconi Laurentij presentia.

¶ Tūc aūt tēporis dabat fidelibus sacramētum altaris sub vtraq̄ specie. Et q2 graue erat ip̄i beato Sixto oēs xp̄ifideles ad eū accedētes gr̄a suscipiendi altaris sacramētū illos cōicare sub vtraq̄ specie: maxime cum iam senex esset et debilis corpore: ideo postq̄ȝ eos cōicauerat dando ipsis corpus xp̄i: postmodū beatus Laurentius tanq̄ȝ diaconꝰ oibꝰ illis dabat cuȝ calice sanguinem xp̄i. Nūc autē ꝑpter periculum vomitus aut effusionis in terrā nō datur ip̄m sacramentū altaris laicis nisi sub specie panis. Qđ autē ip̄e Laurētiꝰ haberet predictā cōmissionem scȝ xp̄i sanguinē dispensandi, patet ex propria eius cōfessione. Nam cum beatus Sixtus duceretur ad mortem, conquerebatur de eo ipse Laurētius ꝙ cū eo non patiebatur, dicēs: Quo progrederis sine filio pater: quo sacerdos sancte sine diacono properas? Tu nunq̄ȝ sine ministro sacrificiū offerre consueueras. Quid ergo in me displicuit paternitati tue? Nunquid degenerem me probasti? Experire certe

vtrum ministrū idoneum elegeris cui commisisti Dn̄ici sanguinis dispēsationē. Ecce quomodo patet intentū. Patz etiā quomodo ipse Laurentius fuit examinatus igne fidei. Cuius etiā fides quanta esset / in hoc apparuit q̄ cum signo crucis cecos illuminabat.

¶ Queri autē potest cur in antiphonis que leguntur in nocturnis officij matutinalis huius festi: adduntur versiculi: qđ nō fit in alijs festis sanctorum: saltem secundum vsum fratrū predicatorum / dempto vtroq̄ festo diui Pauli apostoli? Rn̄detur ad hoc q̄ hoc fit propter tres prerogatiuas quas habuit dictus xp̄i miles Laurētius. Prima igitur prerogatiua ipsius cōcernit officium p̄dicationis: qđ sibi cōmisit beatus Sixtus: tanq̄ docto et probato viro. Et hoc est contra multos prelatos ordinū fratrū mendicantiū qui interdū cupiditate rerum temporaliū moti cōmittūt officium predicationis fratribus indoctis iuuenibus ꝛ inexpertis. Ex qua re predicationis officium apud multos venit in cōtēptū. Inde etiā q̄nq̄ sequūtur scandala ꝛ errores in populo. Secūda prerogatiua ipsius beati Laurentij cōcernit fidelitatem administrationis. Nam thesauros ecclie sue fidelitati a beato Sixto commissos: vt illos pauperibus et egenis distribueret: diligēter et fideliter distribuit. Propter quod in introitu misse de vigilia eiusdem canit ecclesia / dicēs: Dispersit dedit pauperibus. Tertia prerogatiua eiusdem Laurētij cōcernit cruciatum passionis. Non eñ leui et momētaneo dolore interijt: sicut illi qui decapitantur: sed per longas moras assatus fuit. Nam cruētus Decius imperabat carnifici temperare ignem: non quidem ad mitigandū dolorem: sed potius ad ipsum cruciatum prolongandum.

¶ Ad aliqualiter ergo recompēsandum predictas tres prerogatiuas ipsi⁹ inuictissimi Laurentij / statuit ecclesia eum decorare et dotare tribus priuilegijs. Primum igit̄ priuilegium est q̄ ieiunandum est in vigilia huius gloriosi martyris: qđ de nullo alio martyre practicat̄. Secūdum priuilegium est q̄ festum eius habet octauas. Hoc etiā de nullo alio martyre aut confessore fit / preterq̄ de beato Martino. Tertium priuilegiū est additio versuum qui premittuntur singulis antiphonis singulorum nocturnorū officij matutinalis huius festi: sicut et in vtroque festo beati Pauli vt d̄ictum est. Et huius priuilegij q̄ ad vtrunque sanctum causa est quia isti duo sancti plus ceteris laborauerunt. Laurentius quidem patiendo: quia super craticulam ferream positus adustus est. Paulus vero predicando. Unde de seipso loquēs. j. ad Cor. xv. dicit q̄ abūdantius omnibus alijs apostolis laborauit.

¶ Q; si querat̄ cur magis adduntur versus ad antiphonas nocturnorum hui⁹ dici q̄ laudum. Ad hoc respondet Guilermus in suo Rationali diuinorum officiorū: dicens q̄ hoc ideo quia assationem passus

est beatus Laurẽtius de nocte et nõd die. Unde et dicebat dũ torqueret. Mea nox obscurum non habet: sed oia in luce clarescunt. Item Psalmista in eius persona loquitur dicens: Probasti cor meũ: et visitasti nocte. Deinde sequitur. Igne me ꝛc. Et sic patz ad dubiũ: et per ꝯñs de primo principali.

¶ Secũdo principaliter beatꝰ Laurentius fuit examinatus igne charitatis et dilectionis tã ad deum ꝙ ad proximum.

¶ Primo q̃dem ad deũ: pro cuius amore mortis crudele genus pati voluit. Amor enim dei est q̃dam ignis spũalis: de quo loquẽs xp̃s Luce. xij. dicebat. Ignem veni mittere in terram: et q̃d volo nisi vt ardeat? De isto et iam igne figuratiue scribitur Leuit. vj. Ignis in altari meo semp ardebit. Per quod designat ꝙ ignis diuini amoris dz semper ardere in altari dei: qđ est cor humanũ. Altare eñ alta res interp̃tat. Cor aũt humanũ est res valde alta: ita vt ascendat vsque ad celos per eternoꝝ contemplationẽ et desyderium bonorũ celestium. vñ Augu. lib. j. confes. Fecisti nos dñe ad te: et inquietum est cor nostruz donec requiescat in te. Tũc ergo ignis in altari dei ardet dum cor humanum examinatur siue inflãmatur igne diuini amoris et charitatis. Cũqꝫ ibi fuerit accensus: facit cuncta temporalia contẽnere, et deum tanqꝫ summum bonum sup oia diligere. Insuper corpus piculo mortis ꝓpter ipsum deũ summe dilectũ libenter et hilariter exponere. Sic enim egit xp̃i miles Laurentius: qui tanto igne diuini amoris ardebat interiꝰ ꝙ videbatur obliuisci ignẽ materialem eum cruciantem exterius. vñ Amb. in sermone huiꝰ diei de eo loquẽs dicit sic. Fortissimum martyrem seuissima ꝑsecutoris flamma superare non potuit: quia longe ardẽtius veritatis radijs me[ns] eius accensa feruebat. Multa etiam ad ꝑpositum dicit beatus Aug. ser. j. huius diei. Require ibi. Patet ergo de igne charitatis diui Laurentij ad deum.

¶ Secũdo beatus Laurentius fuit examinatus igne charitatis in ordine ad p̃ximum. Istud autem patuit ꝑ thesauros ecclesie quos distribuit pauperibus. Ut aũt cuncti cognoscant vnde processerũt hmõi thesauri: aduertẽdum ꝙ fuit quidam Imperator Romanus dictus Philippus: totus catholicus. Hic ergo Imperator destinauit vnũ de capitaneis suis contra Gallos imperio rebellãtes. Erat autem nomen illius capitanei Decius. Cum ergo auxilio militum sibi deputatorum Galliam ditioni Philippi subiugasset: romam redire decreuit. Quod audiens Philippus et eum ꝓpter victoriam habitam honorare volens venit illi obuiam cum ingẽti apparatu vsqꝫ Ueronam. Sed in mala hora dictus Decius in malum cõuertit tantum honorem. Nam paulopost interfecit ip̃m Philippum sub papilione suo dormientem. Morque captata militum amicitia: quos muneribus et multis promissionibus ad se traxit: ad Romam adijt

⁊ se pro impatore gessit. Quod
audiens philippus p̄dicti Phi
lippi filius: acceptis thesauris
patris sui fugit. Erat enim ad
huc iuuenis nec videbat se pos
se resistere tanto tyranno. Hu=
iusmodi iaũt thesauros cõmisit
sixto pontifici summo: tali con=
ditione ꝙ si contingeret eum
interfici ab ipso Decio: distri=
bueret predictos thesauros in
vsus pauperum. Quod et factũ
est. Nã Philipp⁹ a decio est in=
teremptus: ⁊ thesauri eius per
sixtũ ⁊ Laurentium distributi
sunt in vsus pauperum: parit ⁊
ecclesiarum. Dicuntur tñ the=
sauri ecclesie: qꝛ ꝑ magna p̄te
distributi sunt pro ecclesijs de
nouo construẽdis aut amplian
dis: siue pro antiquis reparan=
dis. Uel dicuntur thesauri ec=
clesie eo ꝙ ecclesiasticis viris:
vez sixto ⁊ laurẽtio ꝯmissi erãt
ab ipso Philippo: vt dictuz est.
Uel forsan dicũtur thesauri ec
clesie per synecdochen: capien=
do partẽ pro toto: qꝛ inter the=
sauros ipsius Philippi aliquid
etiam erat de thesauris et bo=
nis ecclesie. Qꝛ ergo btũs Lau
rentius de mãdato beati Sixti
distribuit predictos thesauros
ideo congrue de eo põt verifi=
cari verbum illud psal. Disper=
sit dedit pauperibus: iustitia
eius id est iustum et rationabi=
le eius factum ⁊ opus manet in
seculum seculi scilz in memorijs
hominum eum de tanta libera
litate laudantium.

¶ Moraliter. Ex facto btĩ sixti
pariter ⁊ archidiaconi ei⁹ bea=
ti Laurẽtij instruũt diuites hu
ius seculi: siue sint ecclesiastici
siue laici: ad distribuẽdũ saltez
superflua in vsus desolatarũ ec=
clesiarum: pariter et verorũ pau=
perum xp̄i. Sic em̃ illis cõsulit
idẽ xp̄s Luce. xj. dicens. Quod
superest: date eleemosynã: et ec=
ce oĩa munda sunt vobis. Item
Mat. xix. dicit idẽ xp̄s. Da pau
peribus: ⁊ habebis thesaurum
in celo. Uidemus lei ꝙ diuites
volentes ire Romam ponũt pe
cuniam suã pro securiore inter
manus alicuius bancarij: a q̃
recipiũt schedulã quam dirigit
ad alium bancariũ Rome ha=
bitantẽ: ad quem scribit ꝙ det
talez summam latori presentiũ.
Sic in ꝓposito diuites hui⁹ se=
culi non possunt ponere pecu=
niã suã siue bona tp̄alia secu=
rius q̃ inter manus pauperum:
quia sic agentes recipiẽt etiam
multo pl⁹ i alio seculo q̃ dede=
rint in p̄senti. Qḋ est ꝯ ꝯsuetu=
dinẽ bancariorum huius seculi: q̃
semꝑ minus dãt q̃ receperint:
De⁹ aũt quia bonorum nr̃orum non
indiget: ideo plus dat in celo q̃
fuerit datũ paupi in p̄senti pro
pter eũ. In cuius figuram legit
Luc. viij. ꝙ semen qḋ cecidit in
terrã bonã: p̄ ꝙ intelligitur elee
mosyna q̃ iusto paupi porrigit:
ortum fecit fructum centupluz.
Ecce remuneratio celestis que
dat pro ope pietatis. Iste etiãz
est ille thesaur⁹ de quo Christ⁹
Mat. vj. Thesaurizate (inq̃t di
uitib⁹) thesauros in celo. Nota
ad hoc ꝓpositum similitudinez
quã ponit Ualeri⁹ lib. ij. c. j. de
gallis dicens ꝙ olim apud eos
talis erat cõsuetudo vt mutua=
rẽt pecunias idigẽtib⁹ qs erãt
i alio seculo recepturi. Si ergo
Galli adhuc infideles hoc age
bant sperantes mutuum reci

pere in alio seculo: quanto magis xpiani diuites debent thesauros suos reponere in manus pauperum: vt recipiant centuplum in celo?

¶ Uel dic quod per thesauros ecclesie ad literam intelliguntur bona ecclesiastica quorum sunt administratores et dispensatores ecclesie prelati. Olim enim secundum iura tales tenebantur huiusmodi thesauros in tres partes diuidere: sic scilicet quod vna pars applicabatur vsibus ecclesie et ministrorum eius. Secundam tenebantur dare pauperibus. Tertiam autem sibi poterant reseruare ad sui et familie sue sustentationem. Hodie vero partitio huiusmodi bonorum facta est inter dictos prelatos et ecclesias siue clericos: sicut videre est in ecclesijs cathedralibus. Pars autem pauperum committitur conscientijs et discretioni talium prelatorum. Sed (vt inquit apo. i. ad Cor. iiij) Jam queritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Quasi dicat quod vix inuenitur vnus inter eos cum tamen pene infiniti sint: qui faciat bonam rationem pauperibus de sorte sua quinimo ferme omnes moderni prelati conuertunt in proprios vsus atque suorum consanguineorum prouentus ecclesiarum sibi creditarum ac si essent veri domini et proprietarij huiusmodi bonorum: cum tamen sint tantum dispensatores et administratores. Contra quos deuotus Ber. sup psal. Qui habitat. ser. vi. inuehit dicens. Ecclesiastice dignitatis officia hodie in turpem questum transierunt: nec in his salus animarum: sed luxus queritur diuitiarum. Pro episcopatibus et archidiaconatibus impudenter hodie decertatur: vt ecclesiastici redditus in superfluitatis et vanitatis vsus dissipentur. Hec ille. Item idem in lib. de perfecta conuersatione regularium. c. xviij. satis ad propositum loquitur dicens. De altario viuat qui altario deseruit: sed idem non superbiat non luxurietur: nec ex clericatu ditior fiat. Non sibi de bonis ecclesie alta palatia edificet: nec loculos inde congreget: nec in vanitate aut superfluitate dispergat. Non extollat de facultatibus ecclesie suos consanguineos aut nepotes: nec filias dixeri nuptui tradat: Res pauperum non pauperibus dare: par sacrilegij crimen esse dinoscitur. Sane patrimonia pauperum facultates sunt ecclesiarum. et sacrilega eis crudelitate subripitur quicquid sibi ministri et dispensatores non vtique domini vel possessores vltra victum et vestitum accipiunt. Hec ille. O vtinam hec verba bene notarent et attenderent cuncti ecclesiastici beneficiati:

¶ Uel dic quod per thesauros ecclesie intelliguntur ecclesiastica beneficia: quorum similiter sunt dispensatores maiores prelati vt episcopi et supra. Et tales si velint esse fideles dispensatores huiusmodi thesaurorum: debent illa dare pauperibus et non diuitibus: id est viris doctis et literatis ac religiose viuentibus nullam habentibus prouisionem. Non autem abundantibus, siue pluralitate beneficiorum: siue pingui successione et possessione parentum. Cuius tamen oppositum sepe faciunt ita vt dicat Hieron. prima parte epistolarum suarum episto:

la.v.ꝙ interdum pōtifices affinibus ⁊ cognatis quasi terrene militie officia largiunť:siue diuitū obediunt iussioni. Quodqꝫ his peius est:illis clericatꝰ donāt gradus q̄ꝝ sunt obsequijs deliniti. Simplices autē clericos inhabiles putant. Hec ille. ¶Uel dic ꝙ per thesauros ecclesie intelligūtur sacramenta ecclesiastica:q̄ sunt dāda ⁊ non vēdenda:alꝫ incurriť simonia. Ubi tn̄ aliquid mere libere offertur ministrātibꝰ ea:illud licite pōt recipi.vn̄ Aug. ad fratres i eremo : sermo.xxxvij.qui intitulatur de sacerdotibus. Spontanea (inquit) et syncera voluntate sacramenta porrige: nihil petēdo : nihil expectādo: nihil de ꝑmisso desyderando: sꝫ si tibi aliq̄d datur:iuste recipis : iuste possidere potes Hec ille. Idem etiam habes:in decre.i.q.i.quicq̄d. Nihilominus predicti thesauri eccľie debent dari pauperibꝰ: sic scꝫ ꝙ etiam libere per eos oblata non recipiātur:et presertim vbi cognoscitur coꝝ paupertas notabilis.Vbi grā. paupercula vetula que non habet panem ad saturitatem/si aliq̄d offerat confessori suo : valde decens est vt illud non recipiat cōfessor : sed dicat illi ꝙ oret pro eo. Idem dic de paupere clerico querente ordinari. Sed profecto valde pauci sunt qui oblata etiam a pauperibus et mendicantibus refutent. Et hec de secundo principali.

¶Tertio principaliter beatus Laurētiꝰ fuit examinatꝰ igne penalitatis. Transiuit enī per ignē vt intraret in requiē celestem. Circa aūt eius passionem tria sunt diligēter cōsiderāda: videlicet Antecedentia. Concomitantia. Consequentia.

¶Primo igitur consideranda sunt antecedentia. Nā prīusqꝫ Decius eū assari iuberet:ipsuꝫ ad se euocauit:ab eo / tāqꝫ valde auarus / requirens thesauros ecclesie : de quibꝰ prius dictum est. Unde hac de causa iam beatum Sixtuꝫ fecerat decollari. Cum itaqꝫ Decius eidē Laurentio dixisset : Dic nobis vbi sunt thesauri illi magni ecclesie quos apud te cognouimꝰ esse absconditos? Ille petijt inducias triū dierum vt ostenderet ei dictos thesauros. Quo tēpore pendēte collegit pauperes/cecos / claudos/⁊ similes: quos adduxit ad palatiū Decij/dicēs:Isti sūt thesauri eterni qui nunqꝫ minuuntur. Et vt scias meram veritatem:facultates ecclesie quas requiris:in celestes thesauros manus horum pauperum in celū deportauerunt. Sup quo iratus Deciꝰ tāqꝫ auarus imposito sibi Christianitatis titulo iussit eum in carcerem recludi. Illic autem detinebatur captiuus quidam gentilis qui ex nimio fletu perdiderat visum. Quē illuminauit Laurētius inuocato nomine Xp̄i : et statim baptizatꝰ est. Pluribꝰ etiam alijs lumen oculorum restituit. Propter qd̄ de eo canit ecclesia/dicēs:Beatus Laurentius bonum opus operatus est:qui per signuꝫ crucis cecos illuminauit. Unde etiam solet reclamari contra debilitatem visus.

¶ Moraliter. Sicut btūs Laurentius suis meritis impetrauit cecis corpaliter visum exteriorem: sic etiam peccatoribus quos malitia excecauit / impetrare potest visum interiorem: si modo deuote imploretur ei⁹ auxilium. Dicamus ergo ad dominum: A cecitate cordis libera nos dñe: meritis supp. martyris tui Laurentij.

¶ Secundo circa passionē beati Laurentij consideranda sunt cōcomitantia. Illa autem sunt tria penarum genera que passus est.

¶ Primo enī Decius fecit eum scorpionibus deinde fustibus cedi: atq ardentes laminas lateribus eius apponi. Cūq hec pateretur / ille ad dñm dicebat: Dñe iesu xp̄e / deus de deo: miserere mihi seruo tuo: qr accusatus nō negaui nomen sanctū tuū: interrogatus / te xp̄m confessus sum. Scđo idem Decius imperator iussit eū plūbatis diutissime cedi. Cumq tunc ipse Laurentius dñm oraret / dicēs: Dñe iesu xp̄e / accipe sp̄m meum: subito facta est vox ad eū etiā Decio audiente: q̄ dixit ei: Adhuc multa certamina tibi debētur. Tertio idē Decius nocte sequenti dixit ei: Aut sacrifica dijs: aut nox ista in tuis expēdetur supplicijs. Cūq ille immobilis in confessione dñi p̄maneret: iussit Decius lectum ferreum adduci / siue craticulam magnam: in q̄ fecit extendi seruum xp̄i. Ministri autē supponebāt prunas ardentes. Alij aūt cū furcis ferreis eum comprimebant. Ille autem alacri vultu dei presentia roboratus: dicebat Decio: Ecce enī miser assasti vnam partem: gira aliā et manduca. Tandem eleuans oculos in celum / ait: Gratias tibi ago dñe: quia ianuas tuas ingredi merui. Et hec dicens tradidit spiritum. Et sic patet de trib⁹ cōcomitātibus passionem inuictissimi Laurentij.

¶ Moraliter. Hic habem⁹ exēplum cōmēdādi nos dño inter aduersa: vt det nobis patiētiā et perseuerantiam bonam vsq in finem: quia vt dicit Saluator Matthei. x. Qui perseuerauerit vsq in finem / hic saluus erit. Et per oppositum deficere a sancto proposito ex opere bono / impedit hoiem a consecutione eterne vite: qr vt dicit Greg. et recitatur de penitentia dist. iij. incassum. Incassum bonum agitur si ante vite terminum deseratur: quia frustra velociter currit qui priusq ad metas venerit / deficit. Hec ille.

¶ Tertio circa passionem beati Laurentij considerāda sunt consequētia. Hmōi autem consequentia sunt tria.

¶ Primum est celestis remuneratio. Unde de eo recte possumus dicere illđ quod canit ecclesia in cōi officio de vno martyre: Gloriosus dei amic⁹ Laurētius Jesu dñi cōfessione fundatus: inter tormentoꝝ supplicia stetit imperterritus: ac demum triumphali morte isignis celos petiuit sanguie laureat⁹: felici cōmercio pro terrenis celestia: p̄ perituris eterna commutans.

¶ Scđm consequens est persecutoris Decij iusta damnatio. Nam cum post triduum a pas=

sione eiusdem laurentij Decius per valerianum prefectum fecisset beatum Hippolytum occidi quem cõuerterat ad fidem ipse Laurentius: a demonibus Decius arreptus clamabat dicens O Hippolite vinctum catenis aspris ducis me. Cumqꝫ grauissime torqueret a malignis spiritibus: clamabat die ac nocte: dicens ad beatum Laurentiũ. Adiuro te Laurenti modicum cessa a tormentis. Sicqꝫ triduo crudeliter vexatus miserabilit est mortuus. Similiter ⁊ dic us Ualerianus subito a demonijs suffocatus horribiliter interijt. Possumus ergo de hoc glorioso martyre Laurentio: ⁊ de impijssimo imperatore decio dicere illud quod dicit Augusti. de beato Uincentio martyre et de Daciano imperatore. Ira de cũ transijt: et pena Laurentij. Nunc aũt pena Decio: corona ꝟo manet Laurẽtio. Quis autem hodie Decij vel nomen audisset: nisi ipsius Laurentij passionem legisset?

¶ Moralr. Ex precedenti historia debent multum terreri tyranni principes: pariter ⁊ oẽs aduersantes bonis ⁊ electis. Facit enim deus sicut pius et bonus pr̃: q̃ postqꝫ ꝟga percussit filiũ: ꝟgã ꝓijcit in ignẽ: ⁊ filium amplexatur: monens eum ne vlterius ploret: cui etiam reseruat in futurum suam hereditatem. Sic in proposito deus ex immensa bonitate sua per iniquos homines punit leuia peccata que interdum committunt electi. Sed tandẽ dabit illis hereditatem celestem: abstergens oẽm lachrymam ab oculis eorum. Tyrannos autem ⁊ eorum aduersarios proijciet in ignem inferni: vbi sine fine ardebunt in igne inextinguibili.

¶ Tertium consequens beati Laurentij passionem dicit miraculorum operatio. Non enim solũ fecit mirabilia in vita sua verum etiam multo plura fecit post gloriosam mortem suam. Sed de multis pauca dicamus.

¶ Primo enim refert Gregorius in dialogo ꝙ dum quidam sacerdos reparari faceret quandam pauperculam ecclesiam dedicatam in honorem beati Laurentij: et trabs quedam nimium breuis esset: rogauit eundem beatum Laurentium: vt qui pauperes fouerat: sue inopie succurreret. Et ecce subito adeo excreuit predictũ lignum: vt etiam pars non modica superflueret. Quam partem sacerdos minutatim incidit: et inde multi egroti sunt a varijs infirmitatibus et languoribus sanati.

¶ Secundo legitur de quodam alio sacerdote qui dicebatur Sanctulus: ꝙ cũ eccl'iam quandam sub titulo beati Laurentij a longobardis incensam reparare voluisset: artifices multos conduxit. Quadam igitur die dum non haberet quod illis apponeret: premissa oratione respexit in clibanum: ⁊ ibidem inuenit candidissimum panem. Sed cum vix ad esum vnius prandij tribus personis sufficere videretur: beat⁹ Laurentius compatiens dictis artificibus taliter multiplicauit predictum panem suis precibus ꝙ suffecit

omnibus operarijs spatio decem dierum in alimentū sue sustentationis.

¶ Tertio legitur in legenda aurea de quodam viro apud brioras castrum Italie: qui dū graui dolore dentium premeretur: osculatus est reuerenter quandam portiunculā predicti ligni de quo statim dictum est. Et ecce subito omnis dolor et cruciatus dentium ab eo fugatus est. Et forte hac occasione solet hic sanctus reclamari contra dolorem dentium. Multa quidem ꝛ alia signa fecit dñs ad preces sui militis laurentij: que longū nimis esset enarrare. Restat ꝙ vt commendemus nos eius meritis: quatenus post hanc miseram vitam possimus cum eo perpetuo habitare in celis. Prestāte domino nostro Jesu Christo: qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat per immortalia secula. Amen.

¶ De assumptione beate Marie virginis: Sermo primus.

Exaltate eā q̄tū potestis: maior ei est omni laude. Eccli. xliij.

¶ Ad literā p̄dicta v̄ba scribuntur de deo. Unde etiā textus hꝫ: Exaltate eū/ ꝛ non eā. Nihilominus trāsumptiue mutato genere possunt ꝯgruere hodierne festiuitati: in q̄ colitur solēnitas assumptionis beate Marie virginis: q̄ hodie vt pie creditꝰ: assumpta est in celū in corpore ꝛ aīa: deducētibus eā cū mirabili iubilatione angelicis spiritibus. Quibꝰ tunc dici poterat verbū p̄assumptū vcꝫ: Exaltate eā: scꝫ vos angeli mariā: quantū potestis: qꝛ maior est oī laude: quā supp. vos possitis illi exhibere. Possunt etiam eadē verba dirigi ad populum fidelem: et signanter ad doctores ꝛ predicatores: ita vt in illis hortentur magnificare quantum possunt eandem Christiferam Mariā: qꝛ quantuncunq̄ laborauerint eam exaltare: nunq̄ tamen satis digne ipsam laudare sufficiunt. Hoc autē testatur diuus Hieronymus: qui secūda parte epistolarum suarum: epistola lv. ad Paulam et Eustochion: de ea scribens: ait. Timeo satis et valde pertimesco: dū vestris cupio parere profectibus o paula et Eustochion: ne forte sicut improbus: ita ꝛ indignus Marie laudator inueniar. Profecto cū nec sanctitas nec facundia suppetat vt beatā et gloriosam virginem Mariam digne laudare queam: qm̄ vt verum fatear: quicquid humanis pōt dici verbis: minus est a laude celi: quia diuinis est ꝛ angelicis excellentius predicata et laudata preconijs. Hec ille. Item idem vbi supra: epistola. lvj. dicit sic. O virgo sanctissima quid dicā pauper ingenio de te: cum de te quicq̄d dixero/ minus profecto sit q̄ꝫ dignitas tua meretur. Si matrē gentiū te vocem/ precellis: si nutricem panis celestis te vocitem: lactis dulcedine reples. Si formā dei te appellem: digna existis. Hec ille. Similr̄ ad idem propositum loquens August. sermone secūdo

huius dici: dicit sic. Quid nos tantilli: qd actione pusilli: quid in laudib9 virginis Marie referemus? Cum etsi omnium nostrum membra verterentur in linguas: eam laudare sufficeret nullus. Altior celo est de q loquimur. Abysso pfundior cui laudes dicere conamur. Item Chrysost. in sermone de annunciatione dñica: ad propositum loquitur dicens. Si linguis hominum loquar et angelorũ: nihil digne nihil proprie de sancte ac perpetue virginis matris Christi gloria eloq potero: quia vere in laudibus eius modulandis non inuenitur conueniens organum: et hebes est cuiuscunq subtilitatis ingenium. Preterea deuotus capellanus eiusdem virginis Marie Bern. sermo. ij. super Salue regina: ad idem propositum loquitur dicens. Si lingue centum resonarent: ora quoq centum: ferreaq vox mihi adesset: nihil tibi dignum o Maria dicere possem. Infantissima lingua mea que coinquinata est cum mortuis: incircũcisa labijs: nec purgata igne altaris: inquietũ malum: habens in naribus spiritũ: rimis effluens vndiq. Quid dignum laudis: tuis laudibus poterit immolare? Certe eleuata est magnificentia tua super celos: et super omnẽ terrã gloria tua: ita vt nec in celo inueniat creatura que tuam laudare digne queat magnificentiam: nec in terra sit que exprimere valeat gloriã tuã. Nemo enim nec in celo nec in terra inuentus est dignus aperire librum prerogatiuarum tuarum. Hec ille. Ex precedentib9 igit dictis tantoꝝ doctoꝝ patet q̃ congrue et rationabiliter premissum est de hac sanctissima virgine in themate cum dicit. Exaltate eam quantum potestis: maior em est omni laude.

¶ In presenti ergo sermone nitar ostendere q̃uo multe vtriusque sexus psone fuerũt in p̃senti varijs de causis valde exaltate et honorate. Deinde ostendam q pro similib9 causis multo forti9 debuit christifera Maria in die obitus sui gloriosi exaltari in corpore et anima in futura vita.

¶ Primo igitur Hester fuit valde exaltata in presenti propter suam pulchritudinem. Nam de ea legitur eiusdẽ secundo q rex Assuerus adamauit eam plusq̃ omnes mulieres: intantum q accepit eam in vxorem: et diadema regiũ posuit super caput ei9: quia vt dr ibidẽ: erat valde formosa: et incredibilis pulchritudinis: ita vt oculis oim gratiosa et amabilis videretur. Et hec fuit causa sue exaltationis.

¶ Sed pter p̃dictam causam exaltationis multo alti9 debuit virgo Maria exaltari in celo: eo q fuit pulchrior Hester corpore et mente.

¶ Primo qdẽ corpore. Nã sicut fili9 su9 fuit speciosus forma p̃ filijs hoim: vt testat p̃s. ita etiã verisimile est q ipsa fuerit speciosa pre filiab9 hoim. Propter qd ipse de se loquẽs filiab9 hierusalẽ Canti. j. ait. Nigra sum: sed formosa filie Hierusalẽ. Ad literã ipsa Maria erat aliquantulum nigra facie: prout insinuat ei9 effigies quã depinxisse

legitur Lucas: etiaz forte plures. Unde inter thesauros insignis ecclesie cathedralis Cameracensis reconditur imago dicte virginis quã asserunt a Luca fuisse depictã. Que etiam est aliquantulum nigra: sed certe valde formosa: prout proprijs oculis cõspexi. Nec quidem mirũ si ipsa fuerit tam formosa corpore: quia vt habetur Ecclesi. xliij. fuit vas admirabile et opus excelsi. Et bene dicitur virgo Maria vas admirabile: quia in ipsa corporaliter habitauit ille qui tam magnus est quod eum celi capere non possunt.

¶ Secundo eadẽ virgo sanctissima fuit pulchrior Hester mente. Multa enim leguntur de ipsa Hester in eodẽ libro: que indicant magnã eius pulchritudinem interiorẽ: vt sunt eius humilitas/castitas/charitas: scilz ad populi Israelitici liberationem: quem Aman superbissimus delere totaliter decreuerat. Eius tñ interior pulchritudo nõ fuit talis ac tanta quin aliquãdo saltez venialiter peccauerit. Insuper immunis ab originali non extitit. Marie aũt interior pulchritudo fuit incredibilis omni intellectui tã angelico quam hũano: ita vt pre admiratione dicat de ea spõsus suus pariter et filius Christus illud Cañ. iiij. Quã pulchra es amica mea: quam pulchra es. Oculi tui colũbarũ: absque eo quod intrinsecus latet. Itẽ ibidez Tota pulchra es amica mea: et macula non est in te. Sicut ergo Hester propter suam pulchritudinem exaltata est ad regnuz terrenũ: sic etiam virgo Maria propter incredibilẽ pulchritudinem suam spiritualem exaltata est ad regnũ supernum et eternũ

¶ Moraliter. Si cupimus exaltari in celũ post beatã virginem debemus eam in p̃senti imitari in interiori pulchritudine: maxime cum dicatur Apoca. xxi. quod nihil coinquinatum aut abominationẽ faciens aut mendacium intrabit in celestẽ ciuitatem. Dicit etiã psal. quod ille habitabit in tabernaculo dñi: qui ingreditur sine macula etc. Sed proh dolor multi sunt soliciti de exteriori pulchritudine: pauci uero de interiori: cũ tñ oppositũ esset faciendũ. Unde Chrysost. trac. de reparatione lapsi. Studemus (inquit) modis omnibus excolere et ornare speciem corporis: dum colorũ fucis: vel cõpositione criniuz: vel varietate vestium cupimus aliquid conferre decori corporis. Peramplius aũt debemus dare operã ad decorẽ aĩe: que est capax vere pulchritudinis. Uerum nos ecõtrario omne tẽpus vite nostre ɔsumimus adornantes ancillam diuersis ornatibus: eius vero dominã animã tanquam vile mancipiũ/incultam/fedã/sordibus obsitã/in omni dedecore relinquimus: de qua tamen dicit propheta/si modo pulchra fuerit: Concupiscet rex decorẽ tuum. Hec ille.

¶ Secundo Judith fuit valde exaltata in presenti propter insignem victoriam quam habuit de Holoferne. Nã de ea legitur eiusdẽ. xvi. quod facta est valde magna i Bethulia: et p̃clarior erat vniuersis terre Israel: eo scilz quod iterfecerat dictũ Holofernẽ principẽ exercitus Assyriorum

impugnantem Israel.
¶ Sed propter similem causam exaltationis virgo Maria debuit multo altius exaltari: eo q habuit multo altiorē victoriā q̄ habuerit Judith. Judith em̄ ideo exaltata est: quia vicit et supauit gloriose Holofernē hominē mortalē et debilem. Sed virgo Maria vicit potenter et triumphauit gloriose de diabolo: q̄ est incōparabiliter fortior omni hoīe terreno: quia vt habet Job.xlj. Nō est potestas super terrā que cōparet ei: q̄ factus est vt nullum timeret. Scd̄o Judith vicēdo Holofernē liberauit tm̄ populū Israel. At pomediāte virgine Maria: nō solum vna natio: verū etiā totus mūdus liberatus est et ereptus de potestate diaboli. Que quidem liberatio sufficienter facta est in effectu per illum quē in vtero suo cōcipere meruit. Tertio post victoriam habitā per Judith de dicto Holoferne adhuc populus Israeliticus fuit fatigatus ab alijs regibus per multa bella: et sepe in seruitutē redactus: sicut tempore Antiochi et aliorū. Sed postq̄ beata virgo Maria habuit victoriā de principe huius mūdi/ ꝛ contriuit caput eius: ipse deinceps nihil potuit contra homines nisi illis per malitiā suam cōsentiē tibus: ita vt dicat Hiero iij. parte epistolarū suarū/ epl'a. xviij. q infirmus est hostis qui non potest vincere nisi volētem. Sicut ergo Judith exaltata est in p̄senti apud Judeos ꝑpter victoriam habitā de Holoferne: ita etiā beata virgo Maria propter tā mirabilē victoriā quam habuit de diabolo: exaltari meruit super choros angelorū ad celestia regna.
¶ Moraliter. In hoc instruimur resistere diabolo: et vincere eum cū dei adiutorio si cupimus ascendere in celū post xp̄i matrem. Nam taliter vincentibus promittit Christus p̄dictū celū: dicens Apoca.iij. Qui vicerit: supple diabolū in presenti: faciam illum colūnam: supple per glorie stabilitatē: in tēplo dei mei: id est in celo: ꝛ foras non egredietur amplius: quia ꝑpetuitas celestis glorie est de essentia btitudinis: iuxta illud Christi verbū Jo. xvj. Gaudiū vestrum nemo tollet a vobis.
¶ Tertio Bersabee fuit valde exaltata in presenti/ eo q esset mater regis Salomonis. Unde de ea legitur.iij.Reg.ij. q positus est thronus matri regis: scilicet Salomonis: q̄ sedit ad dexterā eius.
¶ Sed propter similē causam dei genitrix virgo debuit multo amplius exaltari in celo. Tū primo quia Bersabee fuit mater regis terreni. Maria autem regis celestis. Tum scd̄o: quia Bersabee fuit mr̄ illius q̄ erat tm̄ rex Israel. Maria aūt fuit mater regis regū: et dn̄i dominātiū. Tum tertio quia Bersabee fuit mr̄ regis peccatoris. Maria aūt mater regis peccatores iustificātis ꝛ redimentis. Tū quarto quia Bersabee fuit mater regis qui habuit sapientiam ꝛ scientiam super omnes reges terre. Maria autem fuit mater illius regis in quo sunt omnes thesauri sapiētie ꝛ sciētie dei absconditi: Tum quinto

quia Bersabee fuit mater illi⁹ qui fecit iudicium inter duas mulieres. Maria autē fuit mater illius qui iudicaturus est vivos ꝛ mortuos: ꝛ qui cōstituet in valle Josaphat oves a dextris: ꝛ hedos a sinistris. Tum sexto quia Bersabee fuit mater hominis tm̄. Maria autem fuit mater dei ꝛ hominis simul. Si igit̄ Bersabee fuit tm̄ exaltata in presenti/eo ꝙ esset mater regis Salomōis: iustū est vt Maria que fuit mater regis eterni exaltetur peramplius in celo. Propterea psal. ad dominū loquens ait. Astitit regina: id est virgo Maria: a dextris tuis: id est i potiorib⁹ bonis glorie possibilib⁹ dari pure creature. qđ dicitur ꝓpter Christū qui non fuit pura creatura: ꝛ q̄ sedere dr̄ ad dexterā dei patris. Seq̄tur. In vestitu deaurato. Hoc refert̄ ad gloriā corporis eiusdem virginis. Circūdata varietate: istud refert̄ ad dotes dicti corporis: que sunt agilitas/claritas/impassibilitas/subtilitas

¶ Moraliter. Si cupim⁹ exaltari in celum post christiferam Mariā: opus est vt simus mr̄es Christi: vt scʒ portem⁹ eum in cordib⁹ nostris per fidē ꝛ charitatē. Item in corporibus nostris per penitētie austeritatē/ ſm ꝙ nos admonet apostolus ad Galat̄. vi. dicēs. Glorificate ꝛ portate deū i corpore vestro. Uel dic ꝙ tunc efficimur mr̄es Christi spiritualiter si mādata dei patris pariter ꝛ voluntateʒ eius facim⁹: iuxta illud Mat̄. xii. Quicunqꝫ fecerit voluntatē patris mei qui in celis est: ipse meus frater soror ꝛ mater est.

¶ Quarto Joseph fuit valde exaltat⁹ in palatio regis Pharaonis. Unde Geñ. xli. legiturqꝫ ipse Pharao dixit ei: postq̄ʒ scʒ prudēter interp̄tat⁹ est somniū qđ viderat. Tu (inquit) eris super domū meam: ꝛ ad tui oris imperiū cunctus populus obediet. Uno tantū regni solio te precedam. Causa autem tante exaltationis ipsi⁹ Joseph fuit quia sapiēter ꝓuidit reipublice. Nam per eius ꝓuidentiā et discretionē popul⁹ Egypti sustētat⁹ est tp̄e famis que durauit per terrā septem annis.

¶ Sed propter similem causaʒ virgo Maria debuit multo altius exaltari in celo: ꝛ hoc propter multa. Tum primo quia Joseph ꝓuidit populo Egypti de pane terreno. Maria autem ꝓuidit vniuerse ecclesie Christianorū de pane celesti: id est de corpore Christi: quod ab ea processit. De quo q̄dē pane scribitur Joā. vi. Hic est panis qui de celo descēdit: id est de virgine Maria q̄ fuit tota celestialis per mentis contemplationem: ꝛ celestiū affectionem. vel dicitur hic panis de celo descendisse: ꝓ quāto Christi corpus formatū est in arca vteri virginalis virtute ex alto: iuxta illud Gabrielis verbum ad virginē Mariā. Spiritussanct⁹ superueniet in te ꝛc. Luce. i. Tum secundo qꝛ Joseph prouidit de pane vnde sustentarentur corpora edentium. Maria aūt ꝓuidit de pane qui non transit in substātiaʒ corporalē aliti: sed qui ꝯfirmat aīas in bono. ps. Panis: supple sacramētalis cor hoīs ꝯfirmet Unde dictum est Augusti. Nec

tu me mutabis in te: sicut cibū carnis tue: sed tu mutaberis in me: scʒ per amorem ꝛ dilectionē. Tū tertio qꝛ Joseph prouidit de pane vnde vita transitoria sustentaretur. Maria autem prouidit nobis de pane vnde vita eterna acquiritur: iuxta illō Jo.vj. Qui manducat hunc panem viuet ineternum. Si igitur Joseph ꝑpter p̄dicta sic meruit exaltari in palatio regis egypti multo fortius virgo Maria meruit in palatio filij sui post hanc vitam gloriose sublimari ꝛ honorari: ita vt modo sit dispensatrix et thesauraria bonoꝝ celestium: quia vt dicit Bern̄.in vigilia natiuitatis dn̄i:ser.iij. Nihil nos deus hr̄e voluit: qd̄ per manus Marie non transiret.

¶ Moralr̄. Diuites hui⁹ seculi si cupiunt post Christiferā Mariam tandem exaltari in celum debent in p̄nti panem materialem et vite necessaria distribuere pauperibus ꝑpter Christum ita vt in die iudicij mereantur quodammodo ab eo regratiari cum sibi dicet illō Mat.xxv. Esuriui:supp.in membris meis pauperibus: ꝛ vos diuites dedistis mihi manducare.

¶ Quinto Dauid fuit valde exaltatus: ita vt de post fetantes a dn̄o assumeret: et rex silr̄ constitueret: et hoc ministerio Samuelis prophete: cui dn̄s hoc p̄ceperat: vt ptʒ.j.Re.xvj. Causa autem exaltationis illi⁹ fuit eius singularis hūilitas. Erat em̄ paruulus: vt dicit historia: id est humilis. Insuper humile officium exercebat: quia pastor erat ouium.

¶ Sed propter similem causam virgo Maria debuit multo altius eleuari: scʒ in celo: eo ꝙ humillima fuit. Unde de tanta virtute q̄si deo gr̄as agens loq̄r in suo cantico: dicēs. Respexit dn̄s humilitatē ancille sue. Non aūt dicit dn̄m respexisse prudentiā suā/ fidē/ aut charitatē: sed tm̄ de sua humilitate mentionem facit. Et hoc ideo vt ꝑ hoc daret intelligere ꝙ inter oēs ꝟtutes singularissime in ea eminebat virtus hūilitatis. Per quā etiam maxime placuit deo: prout testatur Hierony. tertia parte epistolarum suarum: epistola.lxxxv. dicens. Maluit de⁹ de beata Maria incarnari ꝑpter eius hūilitatē: q̄ ꝑpter quācunque aliā ꝟtutē. Qꝫ aūt hūilitas Marie fuerit maior humilitate Dauid: possumus multipliciter ostendere. Primo quidē ex conditione ꝑsone. Dauid em̄ quando assumptus est in regem: erat pastor ouium: vt dictum est. Et ideo non mirum si semper deinceps humilis fuit: et in hūilitate perseuerauit. Maria autē quando assumpta est in matrem dei: erat dignissima creaturarū quo ad deū. Quo autē ad hoies erat de ꝓgenie regali orta. Quibus tn̄ nō obstātibus semper in maxima humilitate permansit. Scd̄o vero qꝛ Dauid assumpt⁹ est in regē iudeoꝝ. Maria autē in reginā angeloꝝ. Tertio autē qꝛ Dauid aliqn̄ cecidit ab hūilitate sua: sicut patuit quando ex elatione cordis sui fecit numerari ppl̄m sibi subditū: vt videret q̄ potēs esset: vt patet.ij. Reg.xxiiij. Maria autem semper in humilitate sua perseuerauit: ita vt angelo sibi nūcianti

filij dei conceptionem dixerit se esse non dei matrem, sed domini ancillam. Luce .j. Sicut ergo David propter suam humilitatem meruit temporaliter exaltari ad regnum terrenum: ita etiam virgo Maria ob insignẽ humilitatem suam promeruit provehi in sua assumptione in celum super omnem creaturam

¶ Moraliter. Si desideramus post hanc vitã sublimari in celum post dei genitricẽ: opus est vt humiliemur in presenti: quia vt habetur Proverbiorum .xv. Gloriam pcedit humilitas. Et est sensus q nullus potest pervenire ad illam summam gloriam celestem qui se primũ non humiliaverit in psenti. Da exẽplum de monte ad quem non nisi per vallem pervenit. Hinc Christus ter repetivit in evangelio dicens q omnis qui se humiliat exaltabitur: vt patet Luce .xiiij. Item eiusdem .xviij. Itẽ Matth. .xxiij. Item eiusdẽ Mat. .xviij. dicit sic. Nisi conversi fueritis: et efficiamini sicut parvuli: supple per humilitatem: non intrabitis in regnum celorum. Bene ergo ad propositum loquitur ad dñm ps. cum ait. Populum humilem salvum facies: et oculos superborum humiliabis.

¶ Sexto Salomon fuit valde exaltatus in vita sua. Nã de eo scribitur .iij. Reg. .x. q magnificatus est super omnes reges terre divitijs et sapientia. Precipua aũt causa exaltationis sue fuit illa insignis structura templi dñi: qd tam sumptuose ⁊ honorifice construi fecit ad honorem eiusdem domini: vt nunq̃ tale visum sit super terram.

¶ Sed propter similem causam vgo Maria debuit multo altius exaltari in celesti gloria: et hoc propter multa. Primo quidem quia Salomon construxit templum domini de lapidibus mortuis et insensibilibus. Maria autem preparavit illos preciosissimos sanguines de quibus edificatum est templum: id est corpus filij sui. Secundo vero qa templum Salomonis postea fuit pollutum et prophanatum per gentiles. Templum autem corporis Christi quod edificatum fuit medio virginis marie: fuit semper sanctũ et incontaminatum. Unde psalm. Sanctum est templum tuum. Et alibi. Domum tuam domine decet sanctitudo in longitudinem dierum. Ubi per domum domini intelligitur Christi corpus. Tertio autem quia templum Salomonis postq̃ fuit destructum: nunq̃ fuit postea tam magnifice reparatum: quanvis circa hoc fuerint plures anni expositi. Secus aũt de templo corporis Christi. Nam quãvis in sua prima conditione esset pulchrum: nihilominus postq̃ fuit per mortem eversum: fuit postea honorificentius restauratũ: vt patuit in eius resurrectione. Et hoc est quod insinuare volebat Christus iudeis cũ dixit illis Joan. .ij. Solvite templum hoc: et in tribus diebus excitabo illud. Si igit propter predictam edificationẽ tẽpli domini artificialis. Salomõ sic meruit temporaliter exaltari: a fortiori dei genitrix virgo que templũ corporis Christi quodammodo edificavit: saltem materiam mi-

nistrando vt dictum est:debuit eternaliter in corpore ꝛ anima sublimari.

¶ Moraliter. Tēplum qđ debemus dño edificare/est pura cōscientia. Edificatur autē hmōi tēplum:vt sit digna dei habitatio:per baptismum quo ad paruulos. Quo autem ad adultos q̄ mortaliter peccauerunt:edificatur ꝑ cordis contritionem/oris confessionem/operis satisfactionem. Cūq; predictum tēplum fuerit taliter edificatum in nobis:tunc poterit de nobis dici illud.j.ad Cor.iij. Tēpluʒ dei sanctum est:qđ estis vos.

¶ Septio Mardocheus valde exaltatus fuit in domo regis Assueri. Nam cum dictus rex interrogasset Aman prepositū dom⁹ sue q̄d fieri deberet viro quem rex vellet honorare: ille credēs ꝙ nullum preter se rex vellet honorare: rn̄dit dicens: Homo quē rex honorare cupit: debet indui vestibus regijs: et imponi⁹ super equum qui de sella regis est:et accipere regium diadema sup caput suum. Sic autē in effectu factū est de ipso Mardocheo viro iusto et sancto: vt ptʒ Hester.vj. Causa aūt hui⁹ tam excellētis exaltationis fuit eo ꝙ preseruasset predictum regē Assuerum a morte: vt ptʒ in eodem lib.ij.c.

¶ Sed ꝑpter similem causam debuit virgo Maria altius honorari ꝛ exaltari in celo q̄ fuerit in presenti exaltat⁹ Mardocheus: ꝛ hoc ꝑpter tria. Primo quidē qꝛ Mardoche⁹ preseruauit regē terrenū a morte/reuelando insidias que contra illū parabātur. Maria aūt preseruauit regē regū et dn̄m dominātium nouiter natū a morte: qn̄ q̄dē Herodes querebat euʒ occidere. Matth.ij. Scđo vero qꝛ Mardoche⁹ nulluʒ aut paruum et breueʒ laborē adhibuit in preseruando dictum regem Assuerum a morte. Solū enim legitur nūciasse regi sibi paratas insidias. Maria autē multos graues ꝛ lōgos labores assūpsit vt in predicta etate preseruaret filiū dei ꝛ suum a morte. Nam propter hanc causam iuxta monitionem angeli Joseph cum paruulo Jesu et pia Matre ei⁹ nocte fugit in Egyptum:et fuit ibi vsq; ad obituʒ Herodis: vt habetur Matth.ij. Et iterum post annos septē dictū est ab angelo eidē Joseph. Reuertere in terrā natiuitatis tue: mortui sunt eñ qui querebant aīam pueri: vt habet᷑ vbi supra. Ecce diuturnus et grauis labor xpifere Marie. Tertio aūt qꝛ Mardoche⁹ fuit occasio preseruādi vnicū hoīem a morte corꝑali scʒ regē Assuerum. Maria autē fuit occasio preseruandi mille millia hoim a morte eternali. Si igit᷑ Mardoche⁹ ꝑpter predictū beneficium regi Assuero exhibitum meruit temporaliter exaltari in curia eiusdem regis: a fortiori virgo hec dignissima meruit eternaliter exaltari in curia et palatio regis eterni.

¶ Moraliter. Illi preseruant p̄uulū Jesum ne occidat᷑ cū virgie Maria: aut regē Assuerum cū Mardocheo: q̄ postq̄ ipsum genuerunt in cordib⁹ suis per grām: toto posse ꝛ studio vitāt pctm̄. Ecōtra autē illi eum ad

huc paruulū interficiūt q̄ post habitā grām recidiuāt in priora aut alia peccata: de quibus loquitur Apl's ad Heb.vj.dicēs: Rursum crucifigentes sibimetipsis filium dei. Ac si aperte diceret q̄ extinguentes per pctm̄ grām dei per quā xp̄s viuebat in cordib⁹ suis/reputātur tāq̄ homicide filij dei.

¶Octauo Judas machabeus valde exaltat⁹ fuit in presenti. Nam de eo legitur.j. Machabeoꝝ.ij.q̄ cum Matathias pater ei⁹ appropinquaret morti: dixit alijs filijs suis qui erant numero quatuor. Judas sit vobis pīceps militie. Causa autē huius exaltationis fuit fortitudo ipsius Jude. Nam de eo legitur in eodem capitulo q̄ ipse erat fortis viribus a iuuētute sua. Hoc āt in effectu apparuit in bellis que gessit. ⁊ in victorijs quas obtinuit: sicut libri Machab. aperte insinuant.

¶Sed ꝓpter similem causam ꝟgo hec sctissima debuit multo sublim⁹ exaltari in celo hodierna die: q̄ fuerit ī presenti exaltatus Judas machabe⁹: ⁊ hoc ꝓpter tria. Primo quidē: quia fortitudo p̄dicti Jude fuit corporalis: fortitudo ꝟo virginis Marie fuit spūalis. Quāto ergo spūalia prestātiora sunt corporalib⁹: tāto fortitudo virginis Marie fuit maior fortitudine Jude Machabei. Secūdo ꝟo: q̄r q̄uis fortitudo dicti Jude fuerit mirabilis: mirabilior tamen fuit fortitudo Sāsonis: vt ptꝫ Judicum.xiiij. xv.⁊.xvj. capitulis. At ꝟo nulla fortitudo spiritualis creata fuit maior aut equalis fortitudini virginis Marie: ita vt merito de ea possit dici illō Prouer.xxxj. Mulierem fortem q̄s inueniet? eqnalem supple dicte virgini. Tertio aūt: q̄r Judā ⁊ oēs fortes atq̄ robustos hui⁹ mūdi vicit in aliquo diabolus: saltem subijciēdo eos sibi per culpam originalem/⁊ ferme oēs ꝑ mortalem. Solā autē Mariam hoc modo vincere nō potuit: quinimmo ip̄a vicit eum/ et de ipso gloriose triūphauit: ꝑut deus de ea dixerat diabolo in specie serpētis. Gen.iij. Ipsa conteret caput tuū. Et ideo bene prefigurata fuit ꝑ illam sanctissimam et castitissima Judith/ q̄ caput Holofernis abstulit. Eiusdem xiij. Sed q̄d vltra dicere poterimus de fortitudine hui⁹ inuictissime mulieris? Certe adeo fortis fuit q̄ ligauit fortissimū dei filiū ꝑut de hoc canit ecclesia/dicens: Uagit infans inter arcta cōditus presepia: mēbra pannis inuoluta virgo mater alligat: manus pedes atq̄ crura/ stricta cingit fascia. Si igit̄ Judas machabeus ꝓpter suaꝫ fortitudinem meruit ī presenti exaltari supra fratres suos: multo fortius dei mater alma debuit propter insuperabilem fortitudinem suam exaltari supra omnem creaturam in celo.

¶Moraliter. Hic instruimur fortes nos esse ostēdere contra queq̄ vitia: et cōtra oēm potestatē ⁊ exercitū inimici nr̄i diaboli. Qui etsi fortissim⁹ atq̄ robustissim⁹ sit ita vt nullū timeat nihilomin⁹ cum dei adiutorio eū facile superare poterim⁹. vnde et Apl's ad Phili.iiij. dicebat: Oīa possum ī eo q̄ me cōfortat.

Nam tanta est virt⁹ gratie dei vt etiam minim⁹ gradus illius sit ex se sufficientissim⁹ ad resistendū omnib⁹ peccatis et toti exercitui malignoꝝ spirituum. ¶ Nono Jonathas valde exaltatus fuit in p̄senti apud regez Demetrium: ita vt faceret eum principē amicorū: id est omniū Judeoꝝ qui se subiecerant dominio ꝛ potestati dicti Demetrij. insuper statuit ei Demetri⁹ principatū sacerdotij: vt ptz. j. Mach. xj. Causa aūt hm̄oi exaltationis Jonathe fuerunt magna donaria que obtulit eidem Demetrio. Nā vt dr̄ vbi supra: ip̄e accepit aurū ꝛ argētū/ ꝛ vestes/ ꝛ alia encenia multa: q̄ oia detulit ad ip̄m regē demetriū. ¶ Sed propter similem causaz Christi mat̄ dignissima debuit multo amplius exaltari in celo in die sue assumptionis ad eundem locū: ꝛ hoc ideo: quia maiora et prestantiora obtulit deo patri q̄ fuerint illa que Jonathas obtulit. Hoc autem patet tripliciter. Primo q̄dē qꝛ Jonathas obtulit res mat̄iales ꝛ inaiatas: vt sunt aurū/ argentum ꝛ sil̄ia. Maria aūt obtulit rem aiatam. s. seip̄am: maxie qn̄ dedicauit virginitatem suaz deo ꝑ votum. Propter qd̄ admirati nc rn̄dit Gabrieli sibi nunciāti ꝙ conceptura esset filiū dei/ dicēs: Quō fiet istud: qm̄ virū non cognosco? Sup quo dicit q̄dam glo. ꝙ ip̄a fuit que p̄mo se astrixit voto ad virginitatem seruādam. Scd̄o Jonathas obtulit vilia metalla Regi Demetrio: Maria aūt preter seipsam obtulit filium suū deo patri inter manus Simeonis: vt ptz Matthei. ij. Tertio Jonathos q̄cq̄d obtulit Demetrio: inuite et per metum obtulit. Maria aūt seipsam dn̄o libere et spontanee obtulit ꝑ emissionē voti virginitatis. Item spontanee venit in tēplū: postq̄ scz impleti sunt dies purgationis eius ꝺm legē Moysi: et sil̄r ibi volūtarie obtulit filiū suum: qꝛ ad hoc minime tenebat̄. Si igit̄ Jonathas ꝓpter tēporalia munera q̄ obtulit regi Demetrio/ meruit apud eū exaltari tp̄aliter: a fortiori xp̄i mater ꝓpter p̄dicta q̄ dn̄o obtulit meruit ab eo et̄naliť in celo exaltari ꝛ sublimari. ¶ Moraliter. Exemplo xp̄ifere Marie docemur nos religiosi facere dn̄o triplicē oblationez. Primo q̄dē de reb⁹ tēporalibus ꝑ votū paupertatis. Scd̄o vero de ꝓprio corpore ꝑ votū castitatis. Tertio aūt de voluntate nostra per votum obedientie. Similiter seculares instruūtur ex facto eiusdē beate ꝟgis facere dn̄o oblationem triplicem. Primo quidē de ꝓpria substantia per eleemosynam. Scd̄o ꝟo de corpore per mortificationem ieiunium ꝛ abstinentiam. Tertio autē de aia per vite munditiam. Hec oia fuerunt prefigurata per triplicem Magorum oblationē quam xp̄o exhibuerunt. Matth. ij.

¶ Decio btūs Petr⁹ ap̄ls valde exaltat⁹ fuit in p̄ntia Xp̄i: sicut patz Mat. xvj. vbi legitur ꝙ Xp̄s dixit ei: Tu es Petrus: ꝛ sup hanc petrā edificabo ecclesiā meā. Cā aūt tāte exaltationis Petri fuit meritū fidei sue. vt dr̄ vbi ꝫ. Nam cum christus interrogasset Discipulos

suos/dicens. Quem dicunt homines esse filiū hominis? et illi respondissent ꝙ vario modo de hoc sentirent homines: tandē interrogauit eos quid ipsimet sentirent de hoc. Cui rñdens Petrus pro omnib⁹/ait. Tu es Christus filius dei viui. Ex hac autem Petri respōsione aperte innotuit quāta fuit fides eius in ordine ad Christum.

¶ Sed propter similem causam christifera Maria debuit multo alti⁹ exaltari in celo ꝙ̄ fuerit Petr⁹ exaltatus in presenti eo scilꝫ ꝙ fides eius de benedicto filio suo fuit multo altior ꝙ̄ fides Petri. Hoc autē possumus ostendere tripliciter. Primo quidem: quia Petrus aliqñ vacillauit in fide: sicut patuit qñ ambulādo sup aquas cepit mergi. Quē Christ⁹ de hoc reprehendens ait illi. Modice fidei q̄re dubitasti? Mat. xiiij. Maria autem nunꝙ̄ in fide titubauit: sed in ea semper inuiolabiliter permansit. Secundo vero quia Petrus priusquam Christū cōfessus est esse dei filium: multa miracula ab eo vidit fieri. Maria autē sine miraculis: plenam et perfectam fidem de filio suo habuit. Uñ eā de hoc laudans cognata sua Elizabeth/ait illi Beata que credidisti: qm̄ pficientur in te ⁊c. Tertio autem qꝛ Petrus tēpore passionis xp̄i pdidit fidem: prout predixerat ipse xp̄s oib⁹ apostolis suis loquēs. Oēs (inquit) vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Matt. xxvj. Item ⁊ speciali dixit Petro: Priusꝙ̄ gallus bis vocē dederit: ter me negabis. Marci. xiiij. Maria autē toto tēpore tridui in corde suo fidē et lumen ecclesie conseruauit. Si igitur Petrus meruit exaltari sup vniuersam eccl'iam militātem propter eius fidē multo forti⁹ xp̄i mater meruit finaliter exaltari sup choros angelorum ad celestia regna pp̄ter fidei sue firmitatem.

¶ Moraliter. Exēplo christifere Marie docemur hr̄e fidem firmam de credendis: maxime cū dicat Apl's ad Heb. xi. ꝙ sine fide impossibile est placere deo. Unde quicunꝙ̄ placuerunt deo: hoc factuꝫ est merito fidei eoꝝ. Sed profecto multi sunt similes Petro qui ad tp̄s credūt et in tempore tentationis recedunt: vt dicitur Luc. viij. Nam ꝙ̄diu deus illis pspera concedit: tunc eum laudant: et ipsum iuste erga se agere credūt. psal. Confitebitur tibi cū benefeceris ei. Qꝫ si pmittat eos aduersis implicari: tunc vltra moduꝫ indignātur/⁊ impatientes efficiūtur: estimantes ip̄m cum eis iniuste agere: dicentes in hunc modum. Quid feci deo propter quod debeat me permittere sic affligi et tribulari? Et tales in hoc sunt similes filijs Israel: quos cum dñs eduxisset de captiuitate egyptiaca: atꝙ̄ eoruꝫ hostes submersisset in mari rubro: timuerunt ip̄m dñm: ⁊ crediderunt in eum: vt habetur Exodi. xiiij. Sed postꝙ̄ afflixit eos in deserto fame et siti: non crediderunt in deo / nec sperauerūt in salutari eius: vt dicit in Psalm. Non sic igitur charissimi non sic agere debemus: sed potius instar beate virginis in fide stabiles esse debem⁹.

Quod vbi fecerimus: indubie tandem post eam in celum ascendemus prestante domino nostro Jesu Christo &c.

¶ Item de eodem festo Sermo secundus.

Intrauit Jesus i quoddam castellum. Luce .x. Scribitur .ff. l. princeps. de legibus & senatusconsultis: quod imperator eadem priuilegia tribuit Auguste que ipse habet. Ad propositum christus Jesus est ille verus et summus imperator: de quo longe ante prophetauit Esaias .ix. ca. dicens: Multiplicabitur eius imperiū: et regni eius non erit finis. Hoc autem imperium est generale: a quo nullus excluditur: neque etiam angeli qui sunt in celo. Quod quidē imperiū olim tenebat deus pater in manu sua. Sed postmodum illud quodam modo resignauit filio suo in incarnatione sua: iuxta vaticinium psalmiste dicētis. Deus iudiciū tuū regi da. regi in̄ seculorum immortali: inuisibili: cui soli honor &c. j. ad Tim. j. Et alibi. Da imperium puero tuo.

¶ Iste ergo imperator xp̄s habuit multa priuilegia quando descēdit de celo vt faceret suū solēnem introitum in hūc mundum. Primum fuit in conceptione et natiuitate eius. Nam tunc fuit totus immunis & p̄uilegiatus ab originali peccato: iuxta v̄bū angeli ad virginē mariam. Quod inq̄t: nascitur ex te sanctum: vocabitur fili⁹ dei. Luce. j. Scd̄m priuilegiū dicti imp̄atoris fuit in eius vita. Uitam enī p̄ntē ptransiuit absque pctō. j. Petri. ij. Peccatum non fecit: nec inuentus &c. Tertium priuilegium fuit in eius morte. Non enim potuit a morte detineri corpus eius: q̄nimo de ea gloriose triūphauit: q2 factus est inter mortuos liber. Sic enī longe añ prophetauerat regius ille psaltes dicens ad deum patrem. Nō dabis sanctuz tuū. i. corpus sanctum filij tui sancti videre corruptionem.

¶ Ista autē tria priuilegia singularissima imperatoris Christi cōmunicata sunt imperatrici Marie. Primo enim in sua cōceptione & natiuitate fuit preseruata ab illa infectione originalis culpe cui subiacent ceteri filij Ade. psal. Queretur peccatū illius: & nō inueniet. Item Cañ. iiij. Tota pulchra es amica mea: & macula non est in te. Secūdo in sua vita fuit preseruata ab omni actuali culpa: tā mortali q̄ veniali. Unde Aug. li. de natura et gratia. Cum de peccatis agitur: nullaz prorsus volo questionem &c. Item Ber. ad canonicos Lugdunēses. Decuit (inquit) nimirum reginam virginuz: vt singulari p̄uilegio vitam absq̄ omni peccato duceret &c. Tertio in sua morte fuit preseruata a corporis corruptione. Nam etsi mortem subijt temporalez: mortis tamē nexibus deprimi non potuit: prout canit ecclesia in collecta presētis solēnitatis. Sed vt communiter et pie creditur: assumpta est cum corpore et aīa ad ethereum thalamum: in quo rex regū stellato sedet solio. De quo etiam congrue pōt intelligi id

quod in themate premisimus vcz q intrauit Jesus in quoddam castellum: id est in celum vt scilicet prepararet sue castissime matri immortalitatis locum.

¶ In psenti sermone intendo cum dei adiutorio exponere euangelium hodiernū: qd ferme omnes ecclesie habent: qd incipit: Intrauit iesus rc. Qd quidem euangelium ab his qui sugunt mel de petra: et oleum de saxo durissimo: id est a literatis et doctis viris valde cōgruere videtur beate virgini: et specialiter hodierne festiuitati: maxime propter illud vltimū eiusdē euangelij verbum vbi dicitur q maria optimam partem elegit q̄ non aufe. rc. Quod recte potest intelligi de celesti gloria in qua virgo maria habet optimam partem: qr eleuata est super choros angelorum ad celestia regna: nec aliqn̄ perdet huiusmodi optimam partem: qr non auferetur ab ea. Quanuis ergo presens euāgelium in nullo congruat virgini Marie quātū ad sensum historicū: sed potius ad Martham r mariam sororem suam: nihilominus multum ad eam pertinet quantum ad mysterium vt declarabitur. In presenti ergo euangelio tria principaliter tangūtur: que sūt virginis Marie singularitas: quia intrauit Jesus in quoddā castellum rc. Operositas: quia sedens secus pedes domini: audiebat rc. Consummabilitas: quia optimam partem elegit q̄ non rc.

¶ Primo igit in principio euangelij hodierni tangit dei genitricis marie singularitas: qr intrauit Jesus in quoddā castellum. Istud castellum fuit vterus virginis marie: qui hic appellatur ab euangelista castellum: quod est diminutiuum de hoc nomine castrum: r hoc propter ipsius marie humilitatem insinuandam. In hoc itaqz castellū intrauit iesus quādo veniens in hūc mundum, in ipsa et ex ipsa carnem humanā assumpsit: vt in ea preliaretur cōtra diabolum: sicut patuit in deserto postq̄ ieiunauerat quadraginta diebus. Item sicut patuit in eiectiōe demonū de corporib9 obsessorum. Itē sicut patuit in cruce qn̄ merito sue bn̄dicte passiōis eiecit pncipē huius mūdi foras. Et inde descendēs in limbū abstulit ab eo spolia in q̄bus confidebat. i. aias sanctorū patrū. Tunc etiaz cōtriuit portas ereas: et vectes ferreos cōfregit: vt dr in psal.

¶ Notandū igitur q btā maria cōuenienter in pnti euangelio vocat castellū siue castrum, eo scz q proprietates castri optime sibi cōueniūt: q̄ sunt tres.

¶ Prima respicit sitū. Antiquitus em̄ priusq̄ inuēta esset ars faciēdi machinas que euellūt edificia i eminēti loco sita: castra cōstruebātur in alto: sicut adhuc videre est i multis locis Propterea scdm Isido. lib. xv. Etymologica. c. ij. castra dicuntur quasi casa alta. Merito ergo beata virgo hic vocatur castellū: eo q fuit in alto fundata: r q̄si casa alta: adeo q aduersarius eius diabolus ad eā accedere non valuit. Unde ipsa dicit Eccl. xxiiij. Ego in altissi

mis habito. De ea etiam potest intelligi illud Christi verbum Matth. v. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Fuit ergo virgo Maria castrum.i. casa alta in ecclesia militante per vite meritum: nunc autem est casa valde alta in ecclesia triumphante per eternum premium: ita vt de ea dicat Psal. ad dominum: Astitit regina: scz virgo Maria: a dextris tuis.i. in potioribus bonis glorie que possunt communicari pure creature. Sed quomodo est ibi? Certe in vestitu deaurato: id est cum corpore glorificato: quod est vestis anime glorificate: cuius gloria redundat in ipsum corpus, et deaurat illud.

¶ Secunda conditio castri respicit munitionem. Huiusmodi autem munitio consistit principaliter in his quatuor: videlicet in muris, in turribus, in fossatis, et in armaturis. Hec autem quatuor fuerunt in beata virgine. Nam murus eius fuit virginitas ipsius que semper mansit clausa: iuxta illud Ezech. xliiij. Porta clausa erit: et non aperietur: et vir non transibit per eam: quoniam dominus deus israel ingressus est per eam: scz incarnando et nascendo. Item Canti. iiij. Ortus conclusus soror mea sponsa: ortus conclusus. Dicit autem Sapiens bis Ortus conclusus: ad denotandum quod virgo Maria fuit virgo mente et corpore. Et hoc est contra multas moniales et puellas que gloriantur de integritate carnis: cum tamen plerumque sint corrupte mente, et spiritu. Et sic patet de muro predicti castelli. Preter hoc autem habuit, idem castellum antemurale: quod designat angelicam custodiam que semper protexit quodam peculiari modo Mariam virginem. Secundo turris huius castelli fuit singularis Marie humilitas. Qui enim vult in altum erigere turrem aliquam, debet profunde ponere et inchoare eius fundamenta. Sic Maria fuit valde profunda per humilitatem: vt sic sursum crescere posset per vite meritum: quia iuxta sententiam Saluatoris: Omnis qui se humiliat, exaltabitur. Luce xiiij. Tertio fossata huius castelli fuit paupertas. Fossata enim sunt loca concauata ex quibus extracta est terra. Et ideo recte designant paupertatem beate virginis, que talis ac tanta fuit vt operaretur manibus suis. Unde mystice de ea scriptum est Prouer. xxxi. Quesiuit lanam et linum: et operata est consilio manuum suarum. Uerisimile enim est quod ad literam virgo Maria aliquando circa opus manuale occupabatur. Tum vt sic victum sibi quereret. Tum vt haberet vnde necessitatem patienti tribueret. Quarto armatura huius castelli fuerunt eminentes virtutes que fuerunt in virgine Maria. Canti. iiij. Mille clypei pendent ex ea: omnis armatura fortium. Ecce armaturam dei qua debemus nos armare si velimus protegi ab hostibus, inter quos die ac nocte conuersamur. Et sic patet de munitione predicti castelli.

¶ Tertia conditio castri siue castelli respicit prouisionem.

Qui enim vult tenere firmiter castrũ aduersus inimicos suos debet sibi puidere de vite necessarijs: et precipue de aqua ⁊ pane. Hec autem duo fuerunt in castello virgineo. Primo em̃ in virgie Maria fuit abũdãtia aquaꝝ fontalium. i. grãꝝ ⁊ virtutum. In cuiꝰ figuram legitur Geñ. ij. ꝙ fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum. Ac si scriptura aperte diceret ꝙ egrediebatur de celo abũdãtia grãrũ ad irrigãdũ aiam beate virginis/ que erat tanq̃ paradisus. Scd̃o autẽ in hoc castello fuit panis delicatissimꝰ: ille. s. q̇ de seipso loquẽs Jo. vj. ait: Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Uñ de ip̃a virgie loquit̃ pphetice Salomon. Prouer. xxxj. dicẽs: Facta est supple maria q̃si nauis institoris. i. mercatoris/ de longe portans panem suum. Et bene dicit de longe: qꝛ iste panis originaliter descendit de celo. Non quidem sic ꝙ humanitas xp̃i essentialiter descẽderit de celo: queadmodum dicebãt illi heretici Ualentiniani: q̃ asserebant Xp̃m assumpsisse corpus celeste ⁊ non terrestre: sicut recitat̃ in decretis. xxiiij. q. iij. quidam aũt heretici. Sed sensus est ꝙ incarnatio xp̃i facta est virtute ex alto descẽdẽte: scȝ virtute diuina. De dicto igit̃ pane põt dici illud Sapiẽ. xvj. Panem de celo prestitisti eis: scȝ christianis: omne delectamẽtum in se habentẽ: quia reuera panis sacramentalis in se eminẽter ꝯtinet delectamentum cuiuscunq̢ pfecte ꝟtutis. Ecce q̃ũo conditiones castelli congruũt ꝟgini Marie. In quo q̇dẽ castello intrauit Jesus qñ humanam naturã in vtero virginis assumpsit vt dictum est.

¶ Sequit̃. Et mulier quedam Martha noie excepit illum in domũ suã. Ubi notãdũ ꝙ Martha syriace interpretatur dominans siue dominatrix: que quidem interpretatio valde bene conuenit virgini Marie. Ipsa em̃ dominata est tribus. Primo quidem filio suo qui erat ⁊ est verus deꝰ. vñ. Luce. ij. dicitur ꝙ ip̃e erat subditꝰ illis/ scȝ mr̃i sue Marie/ et p̃ri putatiuo Joseph. Nõne ipsa bene dñata est filio suo qñ mẽbra eiꝰ pãnis inuoluta alligauit. item qñ manus eius/ pedes atq̢ crura stricta cinxit fascia? Secũdo ipsa dñata est diabolo: qꝛ nihil i ea habuit. Uñ merito dicere poterat illud Joã. xij. Uenit princeps mũdi huius: id est diabolus: ⁊ in me non habet quicq̃. Illius ergo dominium sup serpẽtem antiquum preostensum fuit in illis verbis dñi ad serpẽtem Geñ. iij. Inimicitias inq̇t ponam inter te ⁊ mulierem: ipsa conteret caput tuum. Tertio ipsa Maria dominata est carni sue siue appetitui sensitiuo: q̃tum scilicet patitur status vite presentis. Non enim caro in ea concupiscebat aduersus spiritum: sicut in ceteris hoibus: vt dicit Apl̃s ad Gal. v. Propter qđ possumus illi veraciter dicere illud p̃s. Posuit: supple deus fines tuos pacẽ: Fines sunt spiritus et caro virgis Marie: inter quos deus ex quadam peculiari prerogatiua posuit pacem. Patet ergo q̃ cõgrue vir-

go Maria pōt appellari Martha: et hoc iuxta nominis interpretationem. Hec igitur mulier martha noīe excepit Jesum in domum suam: qñ in vtero eius carnem assumpsit: vt dictū est. Que quidē domus habuit tres singulares conditiones. Primo fuit mundissima. ps. Domum tuam dñe decet sanctitudo. Secundo fuit amplissima: qr quem celi capere nō poterant: suo gremio contulit. Hinc est φ Eccli. xxiiij. ipsa de se loquens ait. Girum celi circuiui sola zc. Tertia fuit admiratissima: quia ille q̄ creauit eā: requieuit in tabernaculo suo. Qd fuit valde mirū et nouū. Unde Psal. Homo natus est in ea: z ipse fundauit eaz altissimus. Ex his ergo omnibus patet Marie singularitas q̄ exprimitur in principio euangelij presentis. Et sic patet de primo principali.

¶ Secundo principaliter in hodierno euangelio tangitur virginis Marie operositas. Ipsa em̄ designata est per mulierem fortem: de qua dr̄ puerb. xxxj. φ panem ociosa non comedit. Unde in euangelio hodierno tangitur duplex eius operositas: s̄m φ est duplex vita: contemplatiua; z actiua.

¶ Prima igitur marie operatio et que ad vitam contemplatiuā pertinet: est illa de qua subdit in euangelio: φ Maria sedens secus pedes domini: audiebat verbum illius.

¶ Ubi notandum iuxta literam φ mater Christi conuenienter appellata est Maria: z hoc propter multiplicem interpretationem huius nominis maria. Nam maria interpretatur illuminatrix/ maris stella/ mare amarum / mundi domina. Hec autē omnia inuenta sunt in virgine maria. Primo enim ipsa illuminauit mundum qñ peperit xp̄m: qui est lux vera: illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Joan. j. In cuius rei signum in natiuitate eiusdem xp̄i nox sicut dies illuminata est: et sicut tenebre eius: ita et lumen eius: sicut diu ante predixerat regius propheta Dauid. Item Esa. ix. Popul⁹ qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnam zc. Secundo ipsa maria mater xp̄i fuit maris stella/ in sua vita religiose conuersando: et exempla bone vite habitantibus in mari huius seculi prebendo: ita vt de ea merito dicere possimus φ omnis marie actio: nostra est instructio. Tertio ipsa fuit mare amarum in filij sui passione ipsum in cruce pendentem contemplando. Unde tunc in ea fuit impleta illa prophetia sancti illius senis Simeonis ad eā dicentis. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Luce. ij. Quarto ipsa fuit mundi domina pariter et celi in sua gloriosa assumptione: quandoquidem assumpta est super choros angelorum ad celestia regna. Hinc est φ in eius laudem canit ecclesia eam salutans et dicens. Aue regina celorum: aue domina angelorum: salue radix sancta: ex qua mundo lux est orta.

¶ Moraliter. Practica quomodo debemus in nobis hr̄e predictam quadruplicē interpre-

tationem dicti nominis Maria
Primo enim debemus alios illu
minare exemplo bone vite: iu=
xta illud Christi verbũ Mat.v.
Sic luceat lux vestra coram ho
mininibus vt videant ⁊c. Item
verbo sancte doctrine / q̄ sciunt
et possunt: quia vt habetur Da=
nielis.xij. Qui ad iustitiam eru=
diunt multos: erunt quasi stel=
le in ppetuas eternitates. Se=
cundo debemus esse quasi ma=
ris stella deuios a via salutꝫ / re
uocando Jaco.v. Fratres mei
si quis ex vobis errauerit a ve=
ritate: et conuerterit quis eum:
scire debet q̄m qui conuerti fe=
cerit peccatorem ab errore vie
sue: saluabit animã eius a mor=
te: et operit multitudinem pec=
catorum. Tertio debemus esse
mare amarũ per cordis contri=
tionem: postq̃ scz peccauimus.
Hiere.ij. Scito et vide quia ma
lum ⁊ amarum est te dereliquis
se dominum deum tuum: et non
esse timorem eius apud te: dicit
dominus deus exercituum.

Quarto debemus esse domini
mundi per contemptum terre=
norum. Item debemus esse do=
mini nostrorummet / passioni=
bus et concupiscentijs carnali=
bus dominando.

¶ Sed ad propositum redeun=
tes dicimus q̄ virginis Marie
cõtemplatio exprimitur cum in
euangelio dicitur q̄ Maria se=
dens secus pedes dñi audiebat
verbũ illius. Nec quidem certe
tantũ audiebat verbum qđ pro=
cedebat de ore filij sui: verũetiã
illud memoriter retinebat: iux
illud Luce.ij. Maria conserua=
bat oĩa verba hec conferens in
corde suo. Ipsa ergo Maria se=
debat per mentis tranquillita=
tem: secus pedes domini per hu
militatem: et audiebat verbum
illius per nimiam auiditatem.
Unde quotiens ipsa pia mater
audiebat filium suum predican
tem: aut de diuinis disserentem
intantum delectabatur q̄ intra
se dicebat eidem illud Cañ.ij.
Sonet vox tua o fili mi in auri=
bus meis: vox eñ tua dulcis: et
facies tua decora: qꝛ tu es spe=
ciosus forma pre filijs hominũ.
Cũ mirabili ergo ⁊ ingenti de=
uotione audiebat mater verbũ
filij sui: ita vt merito posset tunc
dicere illud Canti.v. Aia mea
liquefacta est vt dilectus locu=
tus est.

¶ Moraliter. Tunc Jesus in=
trat in castellum quando venit
per gratiam in animam peni=
tentem ⁊ fidelẽ: que prius erat
castellũ impugnans ipsum Je=
sum multitudine: grauitate: et
horrore suoꝝ peccatorum. Sed
quid est q̄ Martha legit xp̄um
recepisse hospitio? Certe Mar=
tha que vt dictum est interpre=
tatur dominans: designat q̄ ni=
si dominemur vitijs / concupi=
scentijs / et passionibus nostris:
non possumus recipere xp̄m in
cordibus nostris per gratiam.
Quid deniq̄ denotat q̄ Maria
sedens secus pedes dñi audie=
bat verbum illi⁹? Profecto in=
sinuat q̄ penitens anima que
merito maria appellatur: id est
valde amara: debet amodo se=
dere quiescendo a peccatis.
Sed vbi sedere? Certe secus
pedes domini per profundam
humilitatem: et dicendo cum
publicano. Deus propiti⁹ esto
mihi peccatrici. Luce.xviij.

Insuper predicta Maria.i. penitens anima debet deuote et diligenter verbum dei audire cum sit cibus anime. Non enim (inquit xp̄s diabolo eum de gula tētanti) in solo pane viuit homo: sed in omni verbo qd̄ procedit de ore dei. Matth.iiij. Et sumitur originalr̄ ex Deut.viij. ¶ Scd̄a v̄ginis marie operatio et que ad vitam actiuam pertinet: est illa de qua immediate subditur in euangelio hodierno cum dicitur. Martha autē satagebat: id est omnia peragebat: siue festinabat circa frequens ministerium. Ac si aperte diceret q̄ ipsa martha intenta erat circa seruitium xp̄i sedentis ad mensam. Est ergo notandum circa hunc sensum mysticum q̄ v̄go maria est Maria et Martha. Maria propter sublimitatem contemplationis. Martha autem p̄pter studiū bone actionis. Maria propter ocium sancte contemplationis. Martha vero propter diligentiam bone administrationis. Nam cognate sue Elizabeth pregnanti cū et ipsa pregnans esset: tribus mensibus ministrauit. Item omnia pietatis opa que solēt alijs pauperibus exhiberi: ipsa filio suo xp̄o pauperi in propria exhibuit. Nam ipsa recepit eum in vtero suo nouem mensium spatio quasi hospitē in domo. Item ip̄m vestiuit carne: ⁊ postea pannis inuoluit. Item esurientem ⁊ sitientem lacte suo frequenter potauit ⁊ pauit. Insuper infirmum ex infantia non solum visitauit: verum etiam fouendo: arridendo: gestando frequentauit. Item eidem crucifixo q̄si in carcere posito affuit. Ex quibus omnibus liquet apte quoniam recte illi conuenit predictū verbū: vz q̄ Martha satagebat circa frequēs ministeriū. ¶ Moraliter. Hic instruuntur possessiones et bona tp̄alia habentes satagere circa frequens ministerium: scilicet ministrādo diligenter et charitatiue veris pauperibus de bonis suis propter deum. Quod vbi fecerint: tunc in die iudicij coram omnibus angelis et hominibus quasi illis regratiando dicet illis dn̄s. Esuriui / et dedistis mihi manducare. Sitiui / et dedistis mihi bibere et hmōi. Q3 si tales viri misericordes dixerint domino: Dn̄e quando te vidimus esurientem: ⁊ pauimus te: sitientem: ⁊ dedimus tibi potum: ⁊c. Tunc respondens dicet illis. Amen dico vobis q̄diu fecistis vni de his fratribus meis minimis: mihi fecistis. Matth.xxv. Ex hoc est qd̄ ait Psal. Jucundus inquit homo qui miseretur ⁊ commodat: id est qui hilariter et ex corde facit elemosynam pauperi: q̄si cōmodans illi vsq3 ad diē iudicij: vn̄ sequit. Disponit sermones suos in iudicio. nam tunc poterit dicere iudici xp̄o. Dn̄e iudex: sicut fui alijs pius et misericors p̄pter vos: sic rogo vt sitis mihi nunc pius et misericors. Ecōtra aūt dr̄. Jac. ij. q̄ iudiciū sine mīa fiet illi qui non fecerit misericordiam.

¶ Tertia xp̄ifere Marie opatio dr̄ in bono ɔtinuatio: q̄ tāgit cū subdit in euāgelio. Que stetit. Hoc em̄ singulariter conuenit eidem virgini Marie: que nunq̄ per aliquod pct̄m cecidit

Hoc autem de nullo alio legit quia ad minus ceteri ceciderũt in vteris matrum per originale peccatum. psalm. Ibi ceciderunt oẽs qui operant iniquitatẽ. Stetit ergo christifera Maria: et hoc trib⁹ modis. Primo quidem fide eleuata: quia eam nunq̃ amisit. Nec etiã imminẽte filij sui passione in ipsa fide titubauit: sed semp immobilis stetit. Nõ sic aũt steterunt apostoli: sed turpiter a fide ceciderunt: prout illis p̃nunciauerat Christus in fine cene: dicens. Omnes vos scandalũ patiemini in me ꝛc. Matt. xxvj. Secundo stetit peccato non inclinata. Oẽs enim adulti cadunt per actuale peccatum siue mortale siue veniale: ita vt dicat psalm. ꝙ omnes declinauerũt ꝛc. Itez alibi dicit ꝙ omnis homo mendax. Sed q̃uo mendax? Certe per hoc ꝙ omnes qui baptizantur/renũciãt Sathane: promittẽtes deo fidelitatẽ. Qui tamen postq̃ veniũt ad annos discretionis: cito recedunt a dicta fidelitate. Ecce q̃uo omnis homo reperit post baptismũ mendax. Sed non sic mentita est virgo hec sanctissima: q̃ nunq̃ fuit peccato actuali inclinata: quinimmo semper stetit in illa ꝑfectione gratie quã ab instanti creationis sue anime habuit. Tertio stetit diuine voluntati cõformata. Nam omnẽ voluntatem suam deliberatam ꝛ rationalem ꝯformabat diuine voluntati: ita vt vellet quicquid diuina voluntas volebat eam velle. ¶ Moraliter. Notandum iuxta predictum verbum: que stetit: ꝙ hominum triplex est differentia. Primi sunt qui nunq̃ surgunt a peccato: vt infideles/similiter et obstinati peccatores. Et tales indubie directe vadũt per mortem ad infernum. Jo. iij. Qui non credit: iam condemnatus est. Secundi sunt qui surgunt a peccato per gratiam: sed non stant. De q̃bus Christ⁹ loquens Luce. viij. dicit. Ad tempus credunt: et in tempore tentationis recedũt. Contra quos loquitur Isidorus de summo bono lib. ij. cap. xvj. Et similiter recitatur de pen. dist. iij. irrisor. Irrisor (inq̃t) est ꝛ nõ penitens: qui adhuc agit quod penitet. Canis reuersus ad vomitũ: est penitens ad peccatum. Item Augustinus libro soliloquiorũ ꝛ recitatur vbi supra. c. inanis. sic ait. Inanis est penitentia quã sequens culpa coinquinat. Uulnus iteratũ sanat tardius. Frequenter peccans ꝛ lugens vix veniã merebitur. Nihil ꝓsunt lamenta si replicant peccata ꝛc. Tertij sunt qui aliq̃n ceciderunt: et postea surrexerunt: sed deinceps stant: nec cadunt per recidiuum. Da exemplũ de Paulo/Petro/Magdalena/Maria Egyptiaca/Augustino ꝛ similibus. Quarti sunt qui nunq̃ ceciderunt: saltem per mortale peccatum: sed stãt firmiter in gratia dei et statu bono. Da exemplum de sanctificatis in vtero: vt de Hieremia et Joanne baptista. Item de beato Nicolao/beato Thoma de Aquino: ꝛ multis similibus/qui etsi nõ fuerint in vteris matrum iustificati siue sanctificati: illos tamen preseruauit dominus a mortali pecca-

go. Bene ergo et salubriter consulit Apostolus .j. ad Corinth. x. dicens. Si quis existimat se stare: videat ne cadat.

¶ Quarta virginis marie operatio: et que ad vitam actiuam pertinet: est aliene salutis procuratio: que tangitur in euangelio cū subditur in persona eiusdem virginis. Domine non est tibi cure q soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Quid ē hoc q martha pie cōquerit de maria sorore sua? Que est ista maria que reliquit sororem suam solam in ministerio laborare? Certe in primis possumus dicere q Martha est volūtas Marie: que attendēs et vidēs filiū suū impijssime et crudeliter comprehēdi/ ligari/ conspui/ flagellari/ irrideri/ spinis coronari/ crucifigi/ sepeliri/ inter hec sollicita naturali cōpassione quasi satagebat eum liberare. Sed ratio soror eius contēplans diuinam voluntatē: conformans se illi/ cōsentiebat q ita fieret.

¶ Uel dic magis ad propositum q per martham pie cōquerentem de sorore sua Maria/ designatur virgo maria: que in hora passionis filij sui quasi procurans salutem sororis sue marie Cleophe petebat a domino vt et ipsa portaret partem dolorum suorum: videlicet compatiendo filio morienti: et sibi matri condolenti.

¶ Uel dic q hoc referēdum est ad fidei administrationē: quam in hora passionis Christi sola eius pia mater ministrabat eidem. Quamuis enim dicatur Joan. xix. q stabant iuxta crucem maria mater Jesu: et soror matris ei⁹ maria cleophe: non tamē eodē corde stabant. Nam Maria cleophe stabat ibi quidem corporali presentia: sicut et Maria magdalene: et nonnulle alie deuote mulieres: que lōge erant ab eodem Christo per fidei defectū. Sola autem virgo maria ibi stabat corpore et mente: id est firma fide: ita vt tunc dicere videret illud Can. tertio. Inueni quē diligit anima mea: tenui eum: nec dimittam. Ipsa igitur virgo pijssima ex abundāti charitate q̄ optabat fidem de diuinitate filij sui in corde sororis sue marie cleophe: dicebat ad eundem filium suum, saltem in secreto cordis sui. Domine non est tibi cure q soror mea reliquit me solā ministrare: supple tibi per fidem? Dic ḡ illi vt me adiuuet. Ac si aperte diceret. Fac hanc gratiam sorori mee quam mihi in hac hora facis: vt scilicet credat te verū deū et verū dei patris filium: qui in hunc mundum venisti nostre salutis causa: quam nūc operaris: consummas et perficis. Ecce ergo quanto affectu mater pietatis optabat salutem sue sororis.

¶ Moraliter. Hic instruimur instar diue Marie procurare salutem proximorū nostrorum: et pro hac causa orare dominum qr vt habet Ecclesiastici. xvij. Unicuiqz mādauit de⁹ de proximo suo. Pre ceteris autē debemus ceteris paribus procurare salutem eorum qui nobis magis sanguine aut affinitate piūcti sunt: quia vt habet. j. ad Timo. v. Si quis suorum et maxi-

me domesticorum curam non habet: fidem negauit: ꝛ est infideli deterior. Quia supple infidelis procurat bonum cõsanguinei sui siue affinis.

¶ Moraliter. Etiam notandũ iuxta predicta ꝙ frequenter in claustris monialium vna soror conquẽritur de alia: dicens ꝙ nihil vult operari circa curam domus: ꝛ ꝙ vult esse in monasterio tãꝗ domicella. Et ĩ hoc plerũꝗ vna soror que sentit se plꝰ alia grauari ĩ publicis operibus ꝛ curis monasterij: conqueritur nunc apud patrẽ spiritualem: nũc apud visitatorez dicẽs cũ Martha. Domine non est tibi cure ꝙ soror mea talis vel talis relinquit me solã ministrare: id est facere domestica negocia? Dic ergo illi vt me adiuuet. Unde similis querimonia vel vt apertius loquar: simile murmur ortum est in primitiua ecclesia inter cõuersos de iudaismo: ꝛ de gentilitate. Nam gẽtiles cõuersi dicebant ꝙ vidue eorum despicerent in quotidiano ministerio: aut qꝛ deputabantur ad officia vilia: aut quia forte plus ceterꝫ grauabantur in quotidiano ministerio: vt patet Act. vj.

¶ Quinta virginis marie operatio ꝛ que similiter ad vitam actiuã pertinet: est salutis omnium sibi deuotorũ solers procuratio. Non eñ maria in presenti vita adhuc degens solius sororis sue salutẽ desiderabat aut procurabat quantum in se erat: verumetiã omnium aliorum vtriusꝗ sexus hominum. Nunc autẽ ea gloriose regnante in celis non obliuiscitur nostri: sed iugiter interpellat misericordiã dei ꝑ nobis. Et hoc insinuatur cuz ei dicitur a dño in hodierno euãgelio: Martha martha sollicita es. Et nota ꝙ vt dictum est: virgo maria aliquando appellatur martha in ipso euãgelio: ꝛ aliquãdo maria. Et hoc maxime propter interpretationẽ nominum: quorum significata seu interpretationes congrue sibi cõueniunt: vt ostensum est supra. Dicit ergo dominus ad Martham: id est ad virginẽ Mariam. Martha martha solicita es: scilz de hominum salute. Bis autẽ dicitur Martha: siue geminatur idem nomen: ꝛ hoc ad denotãdum duplicem sollicitudinem eiusdem virginis. Primam habuit in presenti. Secundã nunc habet in celo.

¶ Quãtum igit ad primã sollicitudinem dicitur ei a domino. Martha sollicita es: supple de filio tuo Jesu christo: ꝛ hoc frequenter atꝗ multipliciter.

¶ Primo quidem sollicita fuisti circa filium tuũ recenter natũ: vbi scilicet eũ reclines propter fugandũ algorẽ. Nec certe tibi tũc occurrit locꝰ aptior ꝙ̃ in medio duum animalium scilicet bouis ꝛ asini: vt saltem halitu eorum vtcũꝗ tenerum corpus eiusdẽ filij tui calefiat: quia nõ est tibi locus in diuersorio. Item sollicita es erga eũdem filiũ recenter natum: quomodo eum vestias: aut cooperias tenera eius membra. Sed quia tibi non assunt varia ꝛ delicata vestium mutatoria: ideo pãnis: immo pãniculis eum inuoluis. Itẽ sollicita es erga eũ

dem filium tuum recenter [na-tum: quo lacte eum pascas/ cum vides eum suo ploratu mamillam tuam queretem. Sed quia tibi deest per viã nature lac nutritioni eiusdem paruuli aptũ: ecce recurris (vt opinor) ad eũ qui fecit maria et flumina atq fontes aquarum: vt det tibi de celo lac quo potare possis filiũ suũ et tuum. Quod et abundanter fecit. Hinc est q canit ecclesia dicens. Ipsum regem celorum sola virgo lactabat vbere de celo pleno.

¶ Scdo martha sollicita fuisti de filio tuo in egyptum deferendo: maxime cum adhuc tenellus esset propter recentem natiuitatẽ. Item propter viarum asperitatem: discriminũ multiplicitatẽ: regionis distantiam. Item tunc sollicita es cum audis regem herodem eidem filio tuo iam inimicari: et in proximo ad perdendum eum querentem vt patet Mat.ij.

¶ Tertio martha sollicita fuisti de filio tuo quando eum perdidisti in templo in etate duodecim annorum. Quo post triduum inuento in medio doctorũ: dure visa es eum reprehendisse dicens. Fili qd fecisti nobis sic? Ecce pater tuus: supple putatiuus siue nutritius: et ego dolentes querebamus te. Lu.ij. O pia martha timebas ne perfidi iudei iam in eũ misissent manũ. Et ideo dolebas et angustiabaris in corde tuo de eius absentia. Tunc em̃ dicere videbaris illd Cãt.iij. Surgã et circuibo ciuitatẽ: p vicos et plateas q̃rã quẽ diligit aĩa mea. Quesiui illũ: et nõ inueni: sup. primo die aut secundo. Inuenerũt me vigiles q custodiunt ciuitatem: et aio ad eos. Nunquid vidistis quẽ diligit aĩa mea? Paululũ cũ ptrãsissem eos: inueni quem diligit aĩa mea: vez die tertio.

¶ Quarto martha sollicita fuisti de filio tuo iam p iudeã et galileã predicante: atq miracula faciente. Sciebas enim dictos iudeos sibi inuidere: et ideo de eo plurimũ sollicita eras timẽs per singula momẽta ne iã in eũ posuissent manũ. Ecce q̃ multipliciter martha .i. virgo maria sollicita fuit circa filiũ suum in presenti.

¶ Scda sollicitudo btẽ v̇ginis est illa quam nunc habet in celo de salute seruoꝝ suorũ deuote sibi famulantiũ. Nã sicut bñdictus fili9 ei9 xp̃s introiuit ĩ celũ vt appareat nunc vultui dei pro nobis: vt hr̃ ad Heb.ix. et sic de eodẽ dr̃.j. Jo.ij. q si q̃s peccauerit: aduocatũ habemus apud patrem iesum xp̃m: ita etiã pia v̇go maria p̃cessit nos in celũ vt appareat vultui filij sui p nobis. Item vt sit aduocata nostra apud eundem filium. Et hoc est qd loquit̃ deuot9 Ber. in suis meditationib9 dicẽs. O homo securꝫ accessum habes apud deum patrẽ. Habes em̃ matrem ante filiũ pectus et vbera demõstrantem. Habes filium ante patrẽ latus et vulnera ostendentẽ. Nulla poterit ibi esse repulsa vbi tot concurrũt charitatis insignia. Itẽ idem Bernar. super missus est: ad propositum loquitur dicens. O pctõr ad filiũ dei non audes accedere? Uade ad matrem pctõꝝ: et ostende ei tua facinora: et ipsa ostendet pro te

tatem virginalē: optimam partem elegerit.

¶ Uel dic q sicut est duplex felicitas/ scilz mūdana et eterna q̄ est optima: ita duo sunt gn̄a hoim eligētiū/ hi sunt pctōres et iusti. Pctōres eñ eligūt felicitatem presentē que consistit in diuitijs ꝛ delicijs/ in honoribus/ fama/ gloria/ fastu ꝛ pōpa ac silib⁹. Et q̄ ad hāc felicitatē puenire possunt/ beatificantur a mundanis ꝛ filijs hui⁹ seculi: iuxta illud p̄s. Beatū dixerunt pplm cui hec sunt. Hec scz que prediximus. Justi autē ꝛ electi ecōtra eligūt pati in pn̄ti cōtumelias/ iniurias/ opprobria ꝛ similia: dicentes cum p̄s. Renuit consolari aīa mea/ scz in pn̄ti: ne priuetur cū diuite epulone consolatione illa celesti et ppetua quā obtinet quōdā mendicus lazarus. Propterea de hac vera felicitate loquens idē p̄s. subdit dicēs: Beat⁹ ppls cuius dn̄s deus ei⁹. Cuius inquā est: siue in pn̄ti p grām ꝛ charitatem: siue in futuro p apertam et clarā visionez. Unde ad hoc ppositum loquēs xp̄s Mat. v. ait: Beati qui persecutionē patiūtur ppter iustitiaz: qm̄ ipsorum est regnū celoꝝ. Ecce qūo sancti dei amici eligūt cū Maria optimam partē: quā nobis cōcedat ille q in trinitate pfecta viuit ꝛ regnat. Amen.

¶ Item de eodem festo Sermo tertius.

Positus est thronus matri regis: q̄ sedit ad dexteram ei⁹. iij. Re. ij. Refert beatus Aug. in de ciui. dei. li. ij. c. iiij. q Romani olim colebant cū ingenti gaudio triumpho ꝛ tripudio matrē deorum quā vocabant Berecynthiam. Nā ob illi⁹ reuerentiam faciebant singulis annis festū celeberrimum: eā circunferēdo per ciuitatē Romanā in lectica deaurata cum mirabili et incredibili symphonia. Ad ppositum: si Romani tantū honorem exhibebant Berecynthie matri deorum sm eoꝝ stultā opinionem: quāto magis nos christiani debem⁹ deuote/ sancte/ lete et religiose colere illā que est mater vera ꝛ indubitata veri dei/ preter quē non est alius de⁹: Nam vt dicit idem Aug. ser. ij. huius diei. Si omniū nostrum mēbra verterētur in linguas: eam laudare sufficeret nullus. Ne ergo vacem⁹ a laudibus tante m̄ris veri dei Jesu xp̄i: statuit ecclia plura festa saltē ex cōmuni vsu ad illius honorem q̄ cuicunq̄ alij sancto. Nam celebramus gn̄aliter quinq̄ festa de eadem ꝟgine: videlicet Conceptionis/ Natiuitatis/ Annunciationis dn̄icalis/ Purificationis/ et Assumptionis. Sūt ꝛ alia festa de cadē pticularia q̄ solēt a varijs ecclesijs obseruari ex spāli deuotione: vt festū Pietatis/ Uisitationis/ Presentationis/ sancte Marie de niuibus: et hmōi. Sed inter tot ꝛ tanta festa hodiernum festū est celebri⁹. Qd ptz dupli: Prio q̄dem q: habet vigiliā in qua est ieiunandū ex pcepto ecclie: vt patz extra de obseruatione ieiunioꝝ. c. ex pte vrā. In alijs autē vigilijs ieiunādum est tantum ex deuotione. Secundo vero quia festum hodiernum habet octauas so=

lēnes sicut festū pasche aut pē-
tecostes saltē apud fratres p̄-
dicatores. Non sic autē est de
octauis aliorū festorū eiusdem
v̄gis: Vñ de mysterio p̄sentis
solēnitatꝫ loquēs thema ꝓposi-
tū dicit ꝙ positus est thronus
matri regis que ⁊c. Et quāuis
verba predicta ad literam siue
historialiter intelligant de ber
sabee matre regis Salomonis
nihilominꝰ trāsumptiue valde
cōgruūt mysterio p̄ntis solēni-
tatis. Unde et eccl'ia i antipho
na ad Magnificat i vigilia hu-
ius diei ita canit/ dicēs: Ascen-
dit xp̄s sup celos/ ⁊ preparauit
sue castissime matri immorta-
litatis locū. Et hec est illa p̄cla
ra festiuitas oīm sctōꝝ festiui-
tatibꝰ incōparabilis: i qua glo
riosa ⁊ felix mirātibus celestis
curie ordinibꝰ ad ethereū pue
nit thalamū: q̄ pia sui memorū
immemor nequaq̄ existat.

¶ In p̄nti ɡ̃ sermone cum dei
adiutor ⁊ tāte matris pio suf-
fragio p̄suadere conabor mo-
dum quo ip̄a regina celorū in-
troducta est hodie i celū. Quē
q̄dē modū p̄suadebo cōformi-
ter admodū qui obseruari so-
let in introitu et receptione re-
gine Frācie in ciuitatē Pari-
siensem q̄ est metropolis totius
regni. Hūc aūt modum tenebo
eo p̄sertim ꝙ Ap'ls ad Ro.j. di-
cit ꝙ inuisibilia dei a creatura
mundi per ea que facta sunt/
intellecta conspiciuntur. So-
lent ergo in tali introitu sequē-
tia obseruari: que sunt

Collationis.
Obuiationis.
Associationis.
Sessionis.
Exultationis
Liberationis.

¶ Primum igit q̄d obseruatur in predicto introitu: vocatur collatio-
nis: Solēt enim pauloante sca-
bini ⁊ rectores ciuitatis ɔgre-
gari in domo ville: et ibi matu-
re cōferre de modo ⁊ forma ta-
lis receptionis: vbi vnusq̄sq; di
cit opinionē suā. Sic suo modo
in ꝓposito priusq̄ regia celoꝝ
virgo Maria ingrederet ciui-
tatem celestē iuxta nostrū mo-
dum intelligendi/ tres maximi
dn̄i tenuerūt cōsistorium suum
in cōclaui conferētes de modo
recipiēdi dictā reginā in dictā
ciuitatem. Et hi fuerūt pater:
filius: et sp̄ūsctūs. Nolo tamen
vt aliq̄s ex dicendis arbitretur
me velle innuere sanctā trinita
tem consiliari super agendis ⁊
maxime cū ab eterno decreue-
rit fieri quicq̄d tēporaliter fit.
Sed q̄si humanū vsum tenēdo
volui vtcūq; insinuare modum
et formā introitꝰ sctissime vir-
ginis in ip̄m palatium celeste:
et hoc totum pro instructione
simpliciū: apud quos familia-
ris stilus multā efficaciam hꝫ.
Imaginemur ɡ̃ ꝙ ipsa sancta
trinitas vocauerit ad suum sa-
piētissimū ɔsistorium sequētes
dn̄as: quarū ista sunt noīa: vꝫ

Justitia.
Patentia.
Bonitas.
Sapientia.
Spes.
Charitas.

¶ Primo igit accessit domina iustitia ante conspectuꝫ summe maiestatis/ et ait:
Justus es dn̄e: ⁊ rectū iudiciū
tuū. Ut aūt cōserues iustitiam
tu decreuisti corpora sanctorū
tuorū in terris multū honorari
eo scꝫ ꝙ fuerūt organa sp̄ūssan
cti: et instrumenta aiaꝝ iusta-
rum ad bene agendum: quorū

aliqua sic honoras vt integra conseruent. Alia autē auro/argento et gemmis exornari permittis. Alia vero angelicis manibus sepulchris preparatis exaltas. Alia denique miraculorum gloria illustras. Cum igitur corpus tue sacratissime matris sit maioris dignitatis his omnibus concludo quod debes ipsum pre ceteris honorare: vz in celo.

¶ Scdo accessit diuina potentia/ dicēs. Tu dñe solus es omnipotēs. Tu autem demonstrasti potentiam tuam super alias creaturas: vtpote preseruando Jonā in ventre ceti triduo absque corruptione. Similiter Danielem in lacu leonum: insuper tres pueros in medio flammarum. Restat ergo a fortiori vt ostēdas potentiā tuā in preseruando dignissimā matrē tuaz a corruptione. Unde Augustinus in trac. de assumptione eiusdez virginis Marie sic ait. Si in potestate saluatoris est de sancto rum capite capillū non perire: est etiam in eius potestate matrem suam in anima et corpore posse integram conseruare.

¶ Tertio accessit diuina bonitas/ dicens: Tu solus bonus summe es dñe. Filij autē boni cōditio est magis velle parcere matri quam sibiipsi. Nam et hoc obseruasti in natiuitate tua in qua voluisti matrem tuā gaudere: secundum quod de ea canit ecclesia/ dicēs: Dū paris et gaudes cātāt celi etc. Tu vero tūc flebas: iuxta illud Sapiente. vij. Primam vocem similem alijs hominibus emisi plorans. Cum ergo post mortē tuam volueris corpus tuum a corruptione preseruare: quinimmo ipsum gloriosum in celū traxisti: sequitur per quandam condecentiam quod sic debes facere matri tue.

¶ Quarto accessit dña sapientia/ dicēs: Tu solus summe sapiens es domine. De te autem scriptum est prouer. ix. Sapientia: supple diuina: edificauit sibi domū. i. corpus virginis Marie: in quo habitare corpaliter elegisti nouem mēsium spacio. Cum igitur peritus architectus faciat domum pulchram intus et extra: tu autem fecisti tanquam peritissimus architectus matrē tuā interius pulcherrimam per gratiam et totius virtutis nitorem: cōsequens est vt et nūc eandem facias pulchrā exterius per corporis sui glorificationem.

¶ Quinto accessit dña spes: ita dicens: Tu solus spes electorū es dñe: quibus etiam spem debes dare perueniēdi ad regnū tuū in corpore et anima: signāter post iudiciū diē. Ut ergo cōfirmetur et corroboretur in ipsis huiusmodi spes: valde decens est vt ex nunc introducas in ipsum regnum tuum in corpore et anima illam que se matrem sancte spei appellat. Eccli. xxiiij. dicens: Ego mater pulchre dilectionis et timoris et agnitionis et sancte spei.

¶ Sexto accessit domina charitas/ dicēs: Tu domine essentialiter et non participatiue es ipsa charitas: qui etiam precepisti cūctos filios debere habere ad suos parentes charitatē et amorē pariter et honorem: vt patet expresse Exodi. xx. Cum ergo nō veneris in mūdum legem soluere sed adimplere: vt

tu ipse testatus es Mat. v. consequens est vt sicut matrē tuā honorasti in terris: ita ēt eandem honores in celis: cum hoc possis. Hoc autē non potes decētius facere ꝙ̄ ad tuam ineffabilem gloriam cum corporē et anima ipsam attrahendo et eleuando. Igitur cōsulo vt ita facias. Ecce igitur quid sentiunt predicte sex dñe de assumptione gł'iose ac intemerate dei genitricis Marie. Uñ ex tunc fuit firmiter conclusum in ꝯsistorio ⁊ cōclaui sanctissime trinitatis virginez Mariā tanꝙ̄ reginā celorū introducēdā cuz corpe et aīa in ciuitatē celestē. Et sic patet de primo.

¶ Secūdum quod obseruat in introitu regine francie in ciuitatem Parisiēsem: dicit ꝗbuiationis. Nam conclusione habita inter rectores dicte ciuitatis de modo recipiendi hmōi reginam postmodum hora debita veniunt obuiam illi extra ciuitatē cum maximo apparatu et comitatu. Sic etiam infinities cum maiori gloria comitatu et triumpho tota illa celestis ciuitas venit obuiam regine angelorum ⁊ hominū cum assumeretur in celum. Uenerunt autem omnes et singuli cū ordine valde decenti: etiam plusꝙ̄ lingua humana siue angelica exp̄mere valeat.

¶ Prio igit̄ occurrerūt obuiaʒ tāte regine nouē ordines angeloꝝ canētium ⁊ dicētium. Aue regina celorū. aue dña āgeloꝝ salue radix sancta ex qua mundo lux est orta: gaude gł'iosa: et sup oēs speciosa. Si enim sancti dei angeli veniunt ad transitū sanctorū virorū: vt suscipientes eorū animas deferant eas in celum: prout factum est circa mendicum illū de quo Luce. xv. dicit ꝙ anima eius post separationem a corpore portata est ab angelis in sinū Abrahe: multo fortius credēdū est i trāsitu beate virginis multitudinem angelorum affuisse: inter quos qui erāt inferiores/ admirantes super ingēti pulchritudine tāte virginis ⁊ tā gloriose in celum introeūtis: interrogabāt superiores āgelos dicentes illud Canti. iij. Que est ista que ascendit per desertum: supple mūdi: sicut virgula fumi? Hoc dicebant ꝓpter mirabilē eiusdē virginis humilitatem. Seq̄tur. Ex aromatibus myrrhe ⁊ thuris: ⁊ vniuersi pulueris pigmētarij. Hoc addebāt propter odorem sanctarum virtutū ⁊ meritorum maximorum eiusdē virginis: que oīa valde redolebāt coram angelis sanctis: ꝓut ipsamet regina exp̄ssit Cañ. ij. dicens de humilitatē sua: Nard⁹ mea dedit odorē suū. Alij aūt interrogabāt dicētes illud Cañ. vj. Que est ista que ꝓgreditur quasi aurora cōsurgens. i. crescēs de virtute in virtutē: pulchra vt luna in sua conceptione natiuitate ⁊ vita: electa vt sol in sua assumptiōe: terribilis vt castroꝝ acies ordinata: p iuge auxiliū qđ prestat sibi deuotis famulis aduersus isidias diaboli. Alij ṽo angeli interrogabāt eosdeʒ sup̄iores angelos: dicētes illđ Cañ. viij. que est ista que ascēdit de deserto. i. de mūdo sterili per carētiam omnis boni sp̄ūalis: deli-

cuĩs/gratiaꝝ ⁊ virtutũ/affluẽs: innixa super dilectum suum: qꝛ in virtute meriti filij sui ascendit in celum. Has igitur ⁊ similes interrogationes faciebant angeli iferiores ad superiores in introitu sancte huius regine in celũ. Quibus illico respõderũt supiores angeli dicentes illud qđ canit eccl'ia in festo natiuitatis eiusdem. Hec est regina virginum que genuit regem velut rosa decora virgo dei genitrix: per quaꝫ reperit mũdus deũ ⁊ hoieꝫ: que nũc facit suum solẽnem introitum in ciuitateꝫ celestem. Ecce quõ recepta est virgo maria in celum cum occursu ⁊ mirabili gaudio sanctorum angelorum.

¶ Scđo occurrerunt obuiam tã te regine introeũti hodie in celum sancti patriarche dicẽtes. O regina speciosa bene venerꝫ tu que es decus nostrum: honorificentia populi nostri: et gloria generis nostri. Te inq̇t Adã preuidi cum dominus dixit ad serpentem. Inimicitias ponam inter te ⁊ mulierem: ipsa conteret caput tuum ⁊c. Geñ. iij. Similiter inquit Noe te preuidi' in arca quam domino imperante fabricaui. Geñ. vj. Nam in te tã q̃ in virgine mundissima ⁊ preciosissima requieuit dei filius: ⁊ per te saluus factus est mundꝰ. Insuper te inquit gedeon: preuidi in vellere sup quod descendit ros de celo. Judicum. vj. Qꝛ supra te sine strepitu descendit dei filius. Ceterum te inquit Moyses preuidi in rubo ardenti: sed non comburenti. Genesis iij. Quia per te intrauit ⁊ exiuit ignis diuinus sine amissione tui pudoris virginalis. Aue ergo virgo singularis: que per rubum designaris non passum incendia.

¶ Tertio in ordine occurrerũt eidem virgini scti pphete: eam humiliter salutãtes et dicẽtes. O sanctissima regina bene veneris ad ciuitatem sanctã Hierusalem. Tu enim es illa quam in spiritu pphetico multipliciter p̃dixim9. Primo ergo loquens eidem Salomon rex et ppheta ait. O gloriosa regina tu es illa quam multipliciter descripsi ⁊ laudaui in canticis meis: et signanter in illis verbis. Tota pulchra es amica mea: ⁊ macula nõ est in te. Cañ. iiij. Item te preuidi cum de te predixi Prouerb. xxxj. Multe filie cõgregauerũt diuitias: tu vero supergressa es vniuersas. Deinde de prope accessit sanctus ille ppheta Esaias: dicẽs illi. O benedicta inter mulieres et sanctarum sancta: tu es illa de qua longe ante prophetaui dicens. Ecce virgo concipiet et pariet filium ⁊c. Esa. vij. Item xj. cap. de te p̃dixi dicẽs. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet. Ubi per virgam fuisti designata: ⁊ per florem filius tuus. Postremo accessit Hieremias: et adorans ipsam reginam ait: O virgo singularis / et inter omnes mitis: te preuidi cum in spiritu prophetico de te scripsi dicens: Nouum faciet dominus super terram: femina circundabit virũ: id est Maria Christũ. Hiere. xxxj.

¶ Quarto in ordine occurrerũt huic ac tãte regie oẽs san-

cti noui testamenti qui iam introierant in ipm celum: vt Jacobus apostolus: Joannes baptista/Stephanus/ Innocentes pro christo occisi/ et similes: qui omnes vno corde et vna voce ceperunt illi congratulari: et ex omni parte ipsam reuerenter et letis mentibus circundare: prout canit ecclesia in officio hodierno dicens. Uidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper riuos aquarum: cuius inestimabilis odor erat nimis in vestimentis eius: et sicut dies verni circundabant eam flores rosarum: et lilia conuallium. vbi per flores rosarum et lilia conuallium: que sunt res mundissime: designantur sancti dei electi qui sine macula sunt ante thronum dei. Qui omnes hodie obuiam venerunt regine celi sursum ascendenti. Et sic patet de secundo.

¶ Tertium quod obseruatur in introitu regine Francie in ciuitatem Parrhisiensem: vocatur associationis siue concomitationis. Habet enim in suo comitatu egregias dominas: et speciosas domicellas in vestitu deaurato: quas mundanos delectat videre. Sic etiam regina virginum in suo introitu in celum habuit secum multas preclaras dominas et domicellas quas delectat angelos videre.

¶ Prima igitur domicella dicitur humilitas. Et hec domicella erat proximior et vicinior regine: que etiam ab ineunte etate eam non deseruit: sed semper illi comitatum prebuit in omnibus vijs suis. Nec quidem frustra: quia eius medio ipsa virgo et regina dignissima electa fuit in matrem christi: ita vt dicat Hierony. iij. parte epistolarum suarum: epistola. lxxxv. quod maluit deus de predicta regina incarnari propter insignem eius humilitatem: quam propter quamcunque aliam virtutem. Propter quod ipsa regina in suo cantico solum dicit dominum respexisse humilitatem suam: nulla facta mentione de ceteris virtutibus ipsius/ que multe et preclare erant. Sed quare voluit hec regina in suo ingressu in celum tam de prope secum habere predictam domicellam humilitatem? Profecto quia audierat aliquando filium suum dicentem quod omnis qui se humiliat exaltabitur. Lu. xiiij. Item quod nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo: scilicet per humilitatem. Joann. iij. Bene etiam nouerat quod idem filius suus secundum diuinitatem olim deposuerat potentes de sede/ id est, demones: et illic exaltauit humiles. supple viros ac mulieres. Bene ergo hec regina prefigurata fuit per reginam Hester: de qua legitur eiusdem. ij. quod tantum placuit regi Assuero propter suam gratiosam humilitatem: vt eam secum sedere fecerit/ et diadema regni super caput suum posuerit:

¶ Moraliter. Si cupimus sequi beatam virginem ad beatitudinem celestem et ad domum dei Jacob: necesse habemus primo eam sequi in presenti per humilitatem. Unde xps ter in euangelio dicit quod ois qui se humiliat exaltabitur: vt patet Lu. xiiij. Item eiusdem. xviij. Item Matt. xxiij. Ideo autem ter

idem repetiuit: tum vt fortius hanc fructuosam lectionē humilitatis vehementius: et inde lebilius iprimeret cordib⁹ nostris. Da exemplum de rectore iuuenum qui interdum pluries repetit idem verbū vel eandem sniam: vt firmius illam capiat et teneat. Da etiā exēplum de fabro pluries percutiēte eūdem clauū vt profundius subintret lignum. Tum vt doceret nos habere humilitatem i tribus locis. Primo quidē in corde vitando presumptionem et omnem arrogantiā. Scdo vero i oculis vitādo extollētiam. Tertio aūt in opere: vitādo incessum et omnē motū exteriorem superbum. Regius ergo ppheta dauid fuit valde hūilis: qui habuit humilitatem in predictis tribus locis ꝓut ipsemet innuit psal. cxxx. dicens. Dn̄e non est exaltatum cor meū. Ecce primū. Neqꝫ elati sunt oculi mei. ecce secundū. Neqꝫ ambulaui in magnis: neqꝫ in mirabilibus super me. Ecce tertium. Uade et tu fac similiter.

¶ Secunda domicella quam in suo comitatu habuit regina celorum cum intrauit ciuitatem sanctam Hierl'm: dicit puritas. Fuit em̄ pura mente et corpore. Mēte quidem per vitationem ois culpe: et per plenitudinem gratie. vn̄ Ansel. Decuit vt maria ea puritate niteret qua maior sub deo nequit intelligi. Corpore vo: qr virum non cognouit: sed virginitatis lilium incōtaminatum et illesum semper seruauit. Propter qḋ virgo virginum ab ecclesia non immerito appellatur. Unde merito figurat per castissimam Judith que introiuit vsqꝫ ad tentorium et lectum regis Holofernis: de cuius pulchritudine mirabantur serui eiusdē regis. Judith. x. Applicatio est facilis.

¶ Moraliter. Si desideramus astare corā rege regum et dn̄o dominantium in celi palatio, oportet ꝙ imitemur puritatem beate virginis. Et qr tactū est de duplici puritate eiusdē virgīs, scꝫ mentis et corporis: ideo aduertendum ꝙ ad primā puritatem oēs tenentur: maxime cū dicat Joan. apoca. xxi. ꝙ nō intrabit in ciuitatem celestem aliquid coinquinatum aut abominationem faciēs. Dicit etiāꝫ idem Joā. vbi. s. ca. xiiij. ꝙ oēs electi sine macula sūt ante thronum dei. Dicit insuper psalmista: ꝙ innocens manibus et mūdo corde ascendet in montem domini. Qui ergo cupiunt ascēdere in celū post reginam angelorum et hominū, studeant mūdum habere cor. Quantum aūt ad puritatem corporis, que ꝓprie respicit integritatem carnis ab omni concubitu: ad eam tenentur ecclesiastici, pariter et religiosi qui scorpus suuꝫ semel dedicauerunt domino per votū castitatis. Et ideo sicut videm⁹ ꝙ vasa semel deo dedicata: vt sunt calices et similia, pure et munde solent custodiri: ita in proposito.

¶ Tertia domicella pedissequa dei genitricis Marie sursum ascēdentis vocatur charitas. Hec autē domicella tenuit optimum comitatum eidē virgini per totam vitā suā: ita vt nunqꝫ etiam ad horam eam di-

miserit. Insuper eam totaliter incendebat in amorem dei super oia deinde proximi: tamen sub deo. Propt qd Cañ.ij. loqt dicens. Ordinauit in me rex charitatem. Unde merito prefigurata fuit per pulcherrimam Judith: que cum debuit ingredi ad regem holofernem: lauit corpus suum: et vnxit se myrro optimo: et imposuit mitram super caput suum: et induit se vestimentis iucunditatis sue: induitque sandalia pedibus suis: assumpsitque dextrariola/ et lilia/ & in aures/ & annulos/ & oib⁹ ornamētis suis ornauit se. Cui etiam dominus contulit splendorē: amplians eius pulchritudinem: ita vt oculis oim incomparabili decore appareret. Hec ibi. Que oia ad subiectam materiā peroptime applicari possunt si modo tempus indulgeret. Nihilominus per exquisitū ornatum vestium predicte Judith merito designatur charitas: que vestis est anime/ et que operit multitudinem peccatorum: vt hr. j. pet. iiij. Nulli autē dubium quin virgo Maria hac pciosa veste semper contexta fuerit: cū qua etiā velut vestimento iucūditatis sue decorata celum hodie introiuit.

¶ Moraliter. Ex dictis instruimur vestire animas nr̄as charitate si velimus celum conscendere: qr in die iudicij dicet nobis iustus iudex xp̄s illd Mat. xxij. Amice quomodo huc intrasti non habēs vestē nuptialem? Que quidem vestis non est aliud q̄ charitas. Qz aūt ipsa charitas faciat ascendere in celum ptz per illud qd figuratiue legitur de Helia. iiij. Regū. ij. qui in curru igneo eleuatus est in celum: et inde translatus in paradisum terrestrē. Ubi per currum igneum intelligitur charitas cum qua transferuntur electi in celum.

¶ Quarta domicella comitatum prebens dei genitrici Marie ascendenti in celum dicitur fides: que eam non deseruit quousqz introducta est in celū: non tamen cum ea illic introiuit: qr vt habetur. j. ad Cor. xiij. Cum venerit qd perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Qz aūt virgo maria semper quoad vixit habuerit in suo comitatu domicellam fidem: ptz ex cōi traditione eccl'ie que in ipsius laudem canit dicens. Gaude virgo Maria: cunctas hereses sola interemisti: que gabrielis &c. De hoc etiam valde laudauit eam cognata sua Elizabeth dicens. Beata que credidisti &c. Luc. j.

¶ Moralr. Hic docemur habere fidem si velimus sequi virginem Mariam in celum: maxime cum dicat aposto. ad Heb. xj. q accedentem ad deū opz credere &c. Et breuit vt ibi diffuse deducit apl's: nullus absqz fide aliqn placuit deo: aut saluatus est.

¶ Quinta domicella sequens reginā celi introeuntē in ciuitatem celestē vocat spes: q̄ silr nō introiuit celum: sed stetit foras cū sorore sua fide: maxime cum ipsa sit certa expectatio future btitudinis. Habet g ipsa spes aliquā imperfectionē necessario illi annexā q̄ eā impedit ab ingressu celi. Qz aūt hec domicella spes semper et inseparabilit secuta fuerit in p̄nti reginam

Mariã: patet ex illo verbo eiusdem virginis Ecclesi. xxiiij. vbi ait. Usque ad futurum seculum non desinam. Item ibidem ait. In hereditate dñi morabor. Et illud. In plenitudine sanctorũ detentio mea. Ecce quomodo virgo maria habuit firmã spem future beatitudinis: quinimmo de hoc fuit diuinitus certificata: sicut ptz ex verbis illius vbi supra cũ ait. Quasi cedrus exaltata sum. i. exaltanda in libano id est in celo ⁊c.

¶ Moralr. Hic docemur firmiter sperare de dei misericordia ⁊ gratia in presenti. Item de futura gloria: dũmodo faciamus qđ in nobis est: dicentes cũ ps̃. In pace in idipsum dormiam et requiescam: quoniã tu domine singulariter in spe constituisti me. Unde Augustiñ. ad fratres in eremo ser. lxxiiij. qui intitulatur de futura vita: dicit sic. Quid putatis fratres non eum nobis redditurũ vitam eternam qui pro nobis dedit mortẽ suã? Iniurias ⁊ contumelias et passionẽ suscepit pro nobis in terra: quomodo ergo nõ dabit nobis regnum eternum qui tanta mala pertulit pro nobis? Hec ille.

¶ Sexta domicella comitatum prebens regine celi hodie ceiuz introeunti vocatur finalis perseuerantia. Bñ enim inchoauit maria viam que ducit ad ciuitatem celestem: melius cõtinuauit: sez eundo de virtute in virtutem: optime perseuerauit perueniendo ad optatum finem. Sed vnde sibi tantum desiderium perseuerandi in bono virtutis que est via ducens ad celum? Certe quia aliquando audierat benedictum filium suum dicentem ꝙ qui perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit. Matth. x.

¶ Moraliter. Si desideramus sequi reginam celi in ciuitatem supernam: debemus illius exemplo perseuerare in bono incepto vsque ad consummationem vite nr̃e: qz vt ait Greg. lib. j. moral. cap̃. xj. exponens illud Job j. Sic faciebat Job cunctis diebus vite sue: et similiter recitat in decre. de pe. dist. iij. incassũm. Incassum bonum agitur si ante vite terminum deseratur: qz frustra velociter currit qui priusꝙ ad metas veniat deficit. Hic de reprobis dicitur Eccli. ij. Ue his qui perdiderunt sustinentiam. Hinc etiam est ꝙ veritas electis suis dicit Luc. xxij. Uos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Hinc Joseph qui inter fratres vsqz in finem iustus fuisse describitur: solus talarem tunicam habuisse perhibetur. Quid autẽ est talaris tunica, nisi actio consummata? Hinc est etiam ꝙ per Moysen dñs in altari caudam bestie offerri ꝑcipit Leuiti. ij. Hec ille. Sed profecto vt inquit deuotus Berñ. in sermo. qui intitulatur de virtute obedientie. Incipere multorum est: perseuerare paucorum. Sed vt dt Augusti. ad fratres in eremo. ser. viij. qui intitulatur de perseuerantia. Non est magnum bonum inchoare quod bonum est: sed cõsummare hoc solũ perfectum est. Multi enim magna aggrediuntur: sed deficiunt in via. Multi exeunt in desertum: sed

pauci perueniunt ad terrā pro-missionis. Hec ille. Patet ergo de sex domicellis cōducentibus reginam angelorum et hoim in ciuitatem celestem. Inter quas due scz fides et spes associauerunt eam vsqз ad portam ciuitatis tm̄. Alie autem quatuor pariter cum ea introierunt. Que oia debent nos mouere ad bene agendum: vt ostensum est. Et sic ptz de tertio principali.

¶ Quartū principale qđ solet obseruari circa ingressum regine Francie in ciuitatē Parisiensem: dr sessionis. Solet em̄ tunc sedere in curru aureo purpura fulgente: quem trahunt speciosi equi: quos peritus auriga dirigit vsqз ad prefixū locum in quo pausare habet ipsa regina.

¶ Ad propositum hec oia excellentiori modo obseruata sunt circa ingressum regine celi in ipsam ciuitatem celestem.

¶ Primo em̄ tūc aīa eius sctissima sedit in curru aureo.i.in corpore proprio iā ex spāli dei grā glorificato vt pie credit. Quem qdē currū trahebant qttuor eq valde mirabiles et speciosi: qui fuerūt qttuor dotes corporum glorificatorum: vcz agilitas/claritas/impassibilitas/subtilitas In cui⁹ figurā legit.iiij. Regū.ij.q Helias ascendit in celū in curru igneo: et equis igneis.

¶ Scdo auriga dirigens hmōi currū fuit angelus bon⁹ ipsius regine. De quo etiā ipsa rogās dicebat ad dñm. Spūs tuus bonus deducet me in terram rectam.i. in celū: propter nomen tuū dñe.i. ad honorem nois tui dñe de⁹. Uiuificabis me: corp⁹ meū resuscitando a mortuis: in eqtate tua.i. vt ostendas equitatem tuā: que vult vt qui propter te hūiliant in terris: tandē exaltentur in celis. Educes de tribulatione: supple vite pñtis: aīam meā: et in mia tua disperdes omnes inimicos meos. Hoc aūt impletū est qn̄ ex spāli priuilegio donatum est huic regine vt non videret demones in fine dierum suorum: prout antea instāter petierat a benedicto filio suo. put dicunt deuoti pdicatores.

¶ Tertio dictus auriga deduxit reginam celorū cū curru suo vsqз ad hospitiū et locū sibi ab eterno electum et preparatum a deo: iuxta id quod canit ecclia dicens: Elegit eā de⁹ et preelegit eam: et habitare eā fecit in tabernaculo suo. figura.iij. Reg.ij. de regina Bersabee quam fecit fili⁹ eius Salomon sedere ad dexterā suā: ita vt tunc impleretur illud Psal. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato.i. cum corpore glorificato: circundata varietate: supple electorum oim: vtpote patriarcharum/prophetarum/angelorum/martyrum/confessorum/atqз sctārum virginū. Sz qūo hec regina dicitur fuisse deducta vsque ad dexterā filij sui in celo? Nunqd est illi eqlis in glia? Absit. Sed per sessionem Marie a dextris filij intelligitur assumptio illi⁹ ad potiora bona celestia que sz legē dei ordinatam possunt communicari alicui pure creature. Quod dico propter xp̄um qui nō fuit pprie creatura: sed creator habens naturā creatā sibi vnitam. Quēadmodum ergo in curia regis ille dicitur equitare ad dexteram eius qui est

primus post eum: et sibi vicinior: ita etiā virgo Maria dicitur quodammodo stare ad dexteram dei in celo: eo ꝙ est sibi vicinior inter puras creaturas. Ecce quo deducta est virgo Maria in assumptione sua.

¶ Queritur circa hoc vtrū regina celi semꝑ sit in loco ad quē est assumpta? Et eadē questio vel similis potest fieri de ceteris sanctis. Respondetur ꝙ nō. Nam legitur pluries visitasse seruos suos in terris: et sibi deuotis frequenter in propria persona subuenisse. Nihilominus cū ad nos descendit: nihil deperit de gloria eius quā nunc habet in celo: quia vbicūqꝫ est/ semper videt deū facie ad faciē. Da exēplum de angelo custode hominis. Siue enim regina Francie moram faciat Parrhisius: siue Blesis: aut in angusto hospicio lo: semper est regina: et nihil deperit de nobilitate eius. ita suo modo in proposito.

¶ Quintū principale qđ solet obseruari circa introitum regine Francie in ciuitatē Parrhisiensem: dicitur exultationis. Exultat enim regina de honore sibi impenso. Exultant milites sui: et qui eam circunstant. Exultant denique ipsi ciues: et cuncti habitatores ciuitatis a maiore vsqꝫ ad minorem: iuuenes ꝛ virgines: etiam senes cum iunioribus. Ceterū solent vici decēter ornari. Insuper ethera replentur sonitu tubarum et similium instrumentoꝝ musicalium altissime ꝛ suauissime concrepantium.

¶ Ad propositum hodie regina celi sursum ascendente: et ciuitatem Hierusalem ingrediente: omnia predicta excellentissime reperta sunt et obseruata suo modo.

¶ Primo enim ipsa regina supra modū exultabat: eo scilꝫ ꝙ de seculo nequā eripiebatur: et transibat ad locum securitatis ꝛ pacis. Relinquebat mundum: et accipiebat celum. De consortio hominum ꝛ habitatione iumentorum: volabat ad consortium angeloꝝ et oium electoꝝ. De deserto sterilitatis transibat ad terram ꝓmissionis. De loco luctus ꝛ gemitus ascendebat ad locum ingentis gaudij ꝛ totius cōsolationis. De tenebroso carcere exibat ad possidendum regnum immense claritatis. Propter hec igitꝰ et his similia inexplicabili gaudio regina celorum hodie intrans celestem ciuitatē exultabat. Et nota ꝙ in porta dicte ciuitatis desuper inuenit ꝛ legit grossis litteris aureis scriptum illud Apoca. xxi. Ecce tabernaculū dei cum hominibus. Cumqꝫ ciuitatem intrasset: et hincinde circūspiciens plateas ꝛ muros illius ex auro purissimo vidisset: insuper oculos sursum eleuans regē Christū filiū suū in decore suo sedentē super soliū excelsum et eleuatum intuita fuisset: non habebat vltra spm̄. Cūqꝫ angelus ductor illius eā interrogasset: dicens: Quid admiramini o gloriosa regina? Respondit illi illud Apoc. xxi. Quia inquit: vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam: a deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Itē plurimum

admiror: quis oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: que preparauit deus diligentibus se: Esa. lxiiij. Insuper admiror: quia verus est sermo quem audiui in terra mea: scz cum adhuc in mūdo degerē: videlicet de ieffabili pulchritudine huius ciuitatis. Et breuiter nō credebam narrantibus mihi: scilicet prophetis donec ipsa veni et vidi oculis meis: et pbaui q media pars mihi nūciata nō fuerit. iij. Regum. x. Patz ergo de gaudio et exultatione predicte regine in introitu suo in celestem Hierusalem.

¶ Secūdo tunc exultabāt milites et famuli sui eam circunstātes: per quos intellige multitudinē angelorum eam in celum deducentium. Si enim mēdicus post obitū portatus est quo ad spiritum nō ab vno angelo: sed ab angelis in sinū Abrahe: vt legitur Luce. xvj. quāto magis credendū est ingentē multitudinē agminū celestiū spirituum ad obitum sepe dicte regine accurrisse: et postmodum resumpto corpore ipsam cū hymnis et laudibus in ciuitatē celestem deduxisse. Unde in figurā huius legitur. ij. Reg. vj. q multitudo maxima populi deducebat arcam cum iubilatione et clangore buccinarū: cū citharis et organis: cum lyris et tympanis: et similibus instrumētis ex lignis fabrefactis. Ubi per arcam Moysi intelligitur virgo Maria: que fuit illa arca preciosa quam fabrefecit interius spūssanctus. In qua etiā arca requieuit manna: id est xp̄s. Cum ergo hodie deduceretur hmōi arca in ciuitatem Hierusalem: facta est letitia et iubilatio magna a deducētibus eam: videlicet ab angelis.

¶ Tertio in hmōi ingressu regine virginum in ciuitatem supernam exaltata est ineffabiliter tota illa ciuitas celestis. Olim enim habuerant regem secū manentē: non aūt reginā. In dicto ergo ingressu merito gauisi sunt gaudio magno omnes electi agentes diem letitie propter nouitatem regine sup eos regnare incipientis. Unde merito possumus in proposito dicere illud quod scribit Act. viij. Factum est gaudium magnum in illa ciuitate.

¶ Sextū et vltimū solitū obseruari in introitu regine Frācie in ciuitatē Parisiensem: dicitur liberationis. Ut enim prius allegatū est. l. princeps. ff. de legibus. Imperator eadē priuilegia tribuit Auguste que ipse habet. Sic est autem q summus impator xp̄s habuit priuilegiū a deo patre sibi collatū liberandi captiuos qui in carcere limbi tenebant reclusi: iuxta illud Esa. lxi. Spūs dñi misit me: vt predicarem captiuis indulgentiam: et clausis apertionē. Unde codez xp̄o scribit zacha. ix. Emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Hoc autez factum est qñ ipse xp̄s descendit ad inferos: et liberauit sanctos patres de limbo. Restat ergo conformiter ad legem predictam q imperatrix Maria hodie pro reuerentia et nouitate sui ingressus in celum debuit et debet liberare capti-

nos de carcere. Sz quis est iste carcer: ꝛ qui captiui: Certe carcer est peccatum: a quo quidem carcere petebat liberari qui dicebat. Educ de carcere animā meam. Captiuus ergo est quilibet in mortali existēs peccato. Si igit̄ sumus de numero taliū captiuoꝝ: restat si velim⁹ inde liberari: vt deprecemur imperatricem Mariam: vt suis meritis ꝛ precib⁹ liberemur: in p̄senti q̄dē per gratiā: ꝛ in futuro ꝑ gloriam. Prestante dño nostro Jesu Christo filio eius sanctissimo qui cū patre ꝛ spirituſancto viuit ꝛ regnat. Amen.

¶ Sermo de beato Bartholomeo apostolo.

Pellem pro pelle: ꝛ cūcta que habet dabit homo ꝑ anima sua. Job. ij. Scribit̄. C. de sacrosanctis ecclesiis. lege sancimus. ꝙ anima est p̄ferenda ceteris reb⁹. Ista lex est conformis legi diuine de qua habetur Mat. xvj. vbi loquens xp̄s ait. Quid ꝓficit homini si vniuersum mundum lucretur: anime vero sue detrimentū patiatur. Aut quam dabit homo commutationē pro anima sua: Quasi dicat: nihil. Nam anima rationalis cū sit insignita imagine sanctissime trinitatis: pretiosior est omnib⁹ bonis ꝛ diuitijs temporalib⁹ totius mundi ita vt dicat Bert. ꝙ totus iste mundus in pretio vnius anime estimari non potest. Merito ergo debet q̄libet diligenter procurare in presenti salutē anime sue. Propter quod Isido. ait. Si haberes sapiētiā Salomonis: si pulchritudinē Absalonis: si fortitudinem Sansonis: si longeuitatem Enoch: si diuitias Anci: si potestatem Octauiani quid prodesset tibi si tandē caro tua daretur vermib⁹: et aia tua demonibus cū diuite epulone cruciāda sine fine: Debemus ergo oīa hec inferiora cōtēnere: ꝛ solliciti esse de aie salute: quia vt dicit lex preallegata aia rationalis est preferēda ceteris rebus. Cuius etiam valor ꝛ dignitas apparet ex multis. Primo quidē quia est filia dilecta dei patris: vtpote ad imaginē ꝛ similitudinem illius facta ꝛ creata. Nō enim aliter ꝙ̄ ſm animam dicit̄ homo ad imaginē ꝛ similitudinē dei factus Gen̄. j. Secūdo vero quia est sponsa Jesu xp̄i: precipue si illi coniungatur per fidem et charitatem. Osee. ij. Desponsabo te mihi in fide. Tertio autē quia est redempta Christi sanguinē. Ante enim aduentum filij dei in vterum virginis erant pene infiniti thesauri absconditi in terris ꝛ mari: pro quibus noluit de celis descendere dei patris filius: qui tñ descendit pro animabus saluandis morte sua interueniente. Propter quod Hierony. ep̄la tertia ad Damasum papam scribēs ait. Noli despicere animā pro qua Christus mortuus est. Quarto ꝛ vltimo: quia est capax hereditatis celestis. Et ideo bene loquntur Ambro. lib. de bono mortis. ca. v. dicens ꝙ exiguus est totus mūdus pro vnius aie dispēdio. Itē Chryso. homil. xxij. dicit ꝙ aia oīm rerū pre-

ciosissima equivalentem totum orbē nō hz. Hec igit̄ et his silia diligent̄ ɔsiderās xp̄i apl's Bartholome⁹ dedit cūcta q̄ habuit etiā vsqz ad pellē corporis sui: vt xp̄m lucrifaceret: et tandem regnū celeste cōsequi mereret̄: qz vt dicit thema propositū. Pellē pro pelle: ⁊ cūcta que habet dabit homo pro anima sua.

¶ Notandum est ḡ q̄ beat⁹ xp̄i apl's nō solum dedit pellem pro anima sua: verumetiam cuncta que habuit: vcz

Temporalia
Naturalia
Corporalia.

¶ Prio igit̄ gloriosus xp̄i apl's Bartholomeus dedit bona tēporalia: vt sunt diuitie/ possessiones terrene/ pr̄ia: et fil'r: pro anima sua. i. vt animā suam saluam facere posset. De eo enim legit̄ q̄ fuerit filius Balthasar q̄ fuit vn⁹ de illis tribus regib⁹ q̄ venerunt ab oriēte vsqz Bethleem adorare xp̄m recenter natum: ei munera afferentes: vt legitur Matt. ij. Hic ḡ Balthasar educato filio suo Bartholomeo ⁊ p̄m diligenter instruxit in fide. Jam enim credebat in ⁊ p̄z dictus rex: quamuis nondū baptizatus esset. Nec certe mirum maxime cum tunc primum baptismi sacramētū institutū fuit quando xp̄s in iordane a Joanne baptizatus fuit: cum scz iam esset annorum quasi triginta: vt patet Luce. iij. Longe ergo post Christi adoratione: dictus rex Balthasar baptizatus est: scz post ipsius Christi passionē. Fertur enim q̄ eum baptizauerit beatus Thomas apostolus: cum alijs duobus regibus cum scilicet descendit in Indiā post spūssancti missionem. Sed qz ista opinio apte sibiipsi contradicit: ideo alia opinio quanuis apocrypha: dicit q̄ beatus Bartholome⁹ audita fama miraculorum et vite atqz doctrine xp̄i: vna cum his que de eodem aliquādo a patre didicerat venit cum magno comitatu adhuc superstite patre ad ipsum. Ad quem cum venisset: statim captus verbis illius petiuit instanter ⁊ humiliter vt reciperet eū in discipulum: vt sic regnum celeste tandem possidere mereret̄. Cuius petitioni libenter annuit xp̄s: sicqz factus est eius discipulus. Ecce quō dictus Bartholomeus dedit tp̄alia illis renūciando: ⁊ hoc p̄ aīa sua: supple saluanda. Un̄ Matt. xix. legitur q̄ cum apl'i dixissent xp̄o. Ecce nos dn̄e reliquimus om̄ia et secuti sumus te: q̄d ergo erit nobis? Ait illis xp̄s. Amen dico vobis q̄ vos qui secuti estis me in regeneratione: cum sederit filius hoīs in sede maiestatis sue: sedebitis ⁊ vos super ⁊c.

¶ Notandum est aūt circa hoc q̄ beatus Bartholomeus nō solum reliquit tp̄alia pro aīa sua vt iam dictū est: verūetiā post modum respuit oblata. Unde de eo legitur q̄ cum filiaz regis polemij a demone liberasset: et pro tāto bn̄ficio dictus rex post eum fugientem camelos oneratos auro ⁊ argento atqz lapidibus preciosis destinasset: nec inueniri posset: mane sequenti subito apparens regi in cubiculo suo solo stanti: ait illi. Ut quid me quesisti tota die cum auro et argento et gemmis ac

vestibus pretiosis? Ista munera sunt necessaria his qui terrena querunt. Ego aũt nihil terrenum quero. Hec ille.

¶ Moralr. Ex predictis instruimur contennere temporalia: si cupimus possidere celestia. Sũt autẽ multa que merito debent nos inducere ad huiusmodi cõtemptum bonoꝝ tẽporaliũ. Primum est periculũ diuine offensionis. Ualde enim difficile est cõtrectare tpalia sine dei offensa: iuxꝫ id qd scriptum est Eccli. xi. Si fueris diues: nõ eris immunis a delicto. Nam sicut contrectatio nummoꝝ polluit digitos ita amor diuitiaꝝ cõsciẽtiam. Dicit etiã aposto. i. ad Tim. vi. ꝙ q̃ volunt diuites fieri: incidũt in laqueum ꝛ in tentationẽ diaboli. Scdm est diminutio: aut totalis abolitio diuini honoris Qui enim temporalia auide sectantur: spiritualia ꝛ diuina negligunt. Unde Mat. vi. Non potestis (inquit Christus) deo seruire ꝛ mãmone. Tertiũ est obstaculum premij eternalis. Naꝫ amor temporaliũ impedit hominem ab ingressu regni celestis: iuxta illud xpi verbũ Matthe. xix. Diues difficile intrabit in regnum celorum. Et iterum inquit idẽ xps Dico vobis. Facilius est camelum per foramen acus transire: q̃ diuitem in regnum celorum intrare. Circa ergo temporalia bona dat salubre consilium psal. dicens. Diuitie si affluant / nolite coꝛ apponere.

¶ Secundo beatus Bartholomeus dedit bona naturalia, pro anima sua. Huiusmodi autem bona naturalia sunt intellectus voluntas memoria.

¶ Primo igitur dictus xpi apłs dedit intellectũ suum per fidei rectitudinem pro salute anime sue. Eius enim intellectus fuit plenus fide. In cuius rei signũ demon coactus est virtute diuina de eo dicere ꝙ vox eius quasi tuba vehemens erat: scilicet cum predicaret Christi fidem. Dicit autem Aristoteles primo peri her. ꝙ voces sunt note earum que sunt in anima passionum. Ex quo concluditur ꝙ vehementia vocis dicti apłi fidem predicantis denotabat perfectam eius interiorẽ fidem. Fuit aũt adeo vehemens eius predicatio ꝙ ab vltimis terre finibus audita est. Peruenit enĩ vsqꝫ ad illam Indiam que finem facit vniuerse terre habitabil. Et in hoc p̃cellit btũs iste Bartholomeus plerosqꝫ alios apostolos: quorum aliqui predicauerunt in iudea: vt Jacobus minor. Alij in locis circunuicinis: vt beatus Philippus qui euangelizauit per syriam. Alij distantius: vt beatus Petrus qui predicauit Antiochie. Idem dic de Paulo: qui circuiuit ferme totam greciam. At vero beatus Bartho. extremam mundi partem: vꝫ indiam sua p̃dicatione in fide illuminauit.

¶ Secũdo dictus apostolus dedit voluntatem suam per sanctam ꝛ promptam obedientiam pro salute anime sue. Fuit enim valde promptus ad obediendum deo: et hoc in triplici statu: videlicet in principio: in medio: in fine. Primo quidem in principio. Nam q̃primum vocauit eum dominus ad fidem

per interiorem inspirationem: item per patris sui fidelem de christo nato narrationem: tunc habita opportunitate bona venit ad xpm: vt dictu est. Et certe mirum est q sic prompte tam diues et generosus vir venerit de tanta distantia ad Christum tam pauperem et humilem. Merito ergo de eo potuit christus dicere illud psal. In auditu auris: cum scilicet audiuit patrem suum Balthasar de me loquentem: obediuit mihi: veniendo ad me vt meus fieret discipulus. Scdo prompte obediuit dno in medio. Hoc autem fuit quando post ascensionem dni et missionem spiritussancti: eum instigante ipso spiritu sancto iuit in Indiam fidem christi predicaturus: vt dictum est. Unde et Psalm. de apostolis pphetauerat, dicens: In oem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Quod maxime fuit impletum per dictum diuum Bartholomeum. Tertio dictus Apl's prompte obediuit dno in fine: quia perseuerauit in confessione sui nominis vsq ad consummationem vite vt postea dicetur.

¶ Tertio beatus Bartholomeus dedit memoriam suam per recordationem beneficiorum dei pro aia sua. Sepe em ad memoriam reducebat maxima beneficia q illi contulerat dns: vtpote q ipsum ad imaginem et similitudinem suam fecisset. Item q notitiam nominis sui illi dedisset. Similiter q sacro fonte baptismatis eu regenerasset. Insuper q gratiam miracula faciendi illi contulisset, et hmoi. Unde ex tali recordatione sepe incitabatur gras dno per deuotam orationem refundere. Et hoc est q demon per idolum loquens coacte de eo annunciauit, dicens: Centies flexis genibus per diem, et centies per noctem orat deum. Psalmista enim quasi magna de se loquens ait ad dnm. Septies in die laudem dixi tibi. Item alibi. Uespere et mane et meridie narrabo etc. At vero xpi aplus Bartholomeus non solum septies aut tribus horis predictis, verumetiam bis centies in die naturali orabat dominum etiam humiliter genua flectendo i terram. Reuolue et lege diligenter gesta aliorum apostolorum aut sctorum: nec inuenies quempiam ita assiduum in oratione. Uix em etiam parum sinebat de nocte corpusculum suu dormitare: aut de die tenuem cibum sumere: vt sic diutius orationi posset vacare: et dei beneficia assidue ruminare.

¶ Moraliter. Debemus pro posse nostro predictum Xpi apl'm in tribus predictis imitari: deputantes dei laudibus bona naturalia: que sunt intellectus, voluntas, memoria: et hoc totum pro salute aiarum nostrarum. Primo em debemus dare deo intellectum nostru, rectam fidem tenendo: attendentes illud Apl'i verbum ad Heb. xi. Sine fide impossibile est placere deo. Scdo debemus eidem dare voluntatem nostram prompte illi obediendo et mandatis eius obtemperando. Nam ad hoc ipse idem nos admonet in Psal. dicens: Attendite popule meus legem meam:

inclinate aurē vestraʒ ꝛc. Tertio debemus illi dare memoriā nostram: beneficia multiplicia ꝛ maxima que nobis gratis cōtulit meditando: et ꝑ illis gratias possibiles refundendo. Ad qđ etiam faciēdum nos admonet Chrysost. homilia. lxxij. ita dicēs. Si fieri pōt rogo vt quilibet nostruʒ per singulos dies intra se cōputet non tm̄ cōmunia beneficia / verū et ꝓprie sibi collata. Hoc nempe maximum est sacrificiū. Hec oblatio ꝑfecta. Hoc fiducie fiet nobis occasio. Hec ille.

¶ Tertio principaliter beatus Bartholomeus dedit pro anima sua bōa corporalia. i. corp⁹ suum ꝛ vitā: vt sic xp̄m lucrifaceret. Circa qđ notādum ꝙ cuʒ gloriosus iste xp̄i ap̄l'us primū applicuisset ad quandam magnam ciuitatem Indie: et intrasset tēplum in quo adorabatur idolum noīe Astaroth: demon in dicto idolo habitans: et prius responsa hoīb⁹ eū adorātibus dans / oīno tacuit. Insuper ex tunc nullum egrotum ad dictum tēplum accedentem curare potuit: cum tamē prius multos curasset a varijs infirmitatibus. Nec eīm est incredibile demonem subtiliter applicando actiua passiuis aut imperceptibiliter remouendo impedimenta sanitatis posse aliquib⁹ cōferre sanitatem: vt sic inducat hoīes ad supstitionem: ꝛ ad eū venerandū. Potuit etiā hoc fieri per cessationem a tormētis. Cōsult⁹ ergo ali⁹ demon de tanta taciturnitate prioris demōis: r̄ndit p̄ntiam ap̄l'i xp̄i Bartholomei ī causa esse: indicans eum pariter et describens ex multis et laudabilib⁹ circūstantijs. Tandem inuentus et cognitus ex opatione miraculosa super filiam regis regiōis illius qui polemius dicebatur: honorifice ab eodeʒ rege suscipit. Quo baptizato cuʒ multis alijs de familia suā: frat ei⁹ dictus astiages cepit ꝑsequi apostolū. Vn̄ eo capto multa illi intulit tormēta. Primū fuit ꝙ fecit eū flagellari: ita vt a planta pedis vsqꝫ ad ṽticē capitis non esset locus ī suo corpore absqꝫ vulnere: Scđm fuit ꝙ fecit eum crucifigi versis pedib⁹ in altū. Sed vidēs rex impius ꝙ in tali tormento non deficeret: fecit eū inde deponi. Tertiuʒ fuit ꝙ postmodū fecit eum viuū excoriari. Quartum fuit ꝙ tandem fecit eum decollari. Et sic martyrium consummauit.

¶ Moral'r. Si velim⁹ seq̄ apostolū Bar. i celū debem⁹ imitari eius passionē in p̄senti. Prio quidē debem⁹ fustib⁹ cedi ꝛ flagellari in p̄senti per aduersorū tolerantiam: qꝛ dulcia non meruit qui non gustauit amara. Secundo debemus crucifigere carnem nostrā cum vitijs ꝛ cōcupiscētijs illius: quia vt dicit apost. Gal. v. Qui christi sunt. i. electi carnē suam crucifixerunt cū vitijs ꝛ ꝯcupiscētijs. Tertio debem⁹ excoriare nosmetipsos ꝛ hoc deponendo veterem hominem cum actibus suis vt cōsulit apost. Eph. iiij. Quarto debemus decapitari: ita vt simus sine capite. i. sine ꝓpria voluntate. Et ista decapitatio maxie concernit nos religiosos: q̄ possumus voluntatem nostram in

manu prelati nostri quicunq; fuerit pro tēpore. Predicta autem agētes cōsequemur gratiā dei in p̄senti: et tādē gloriam cū beato apostolo Bar. in futuro: Quam nobis concedat qui in trinitate etc.

¶ De beato Ludouico Francorum rege Sermo .i.

Beata terra cuius rex nobilis ē. Eccl. x. Queri solet cōiter: vn̄ p̄mitus ortū habuerunt impatores: reges ac nobiles: maxīe cū dicat Boetius de cōsola. li. iij. metro. vj. q omne hoim genus ī terris simili surgit ab ortu. Dicit ēt Aug. ad fratres in Eremo. ser. xlviij. qui ītitulat de cura aīe: q oim hoim vna est nascendi cōditio: vnaq; moriendi cōclusio: ita vt merito possim⁹ dicere q quantum ad nascendi modum simul in vnū diues et pauper. Rn̄det ergo ad quesitū q origo imperatorū: ac regū ceterorūq; nobiliū ortū habuit ex quatuor.

¶ Primo quidem ex primi status institutione. Sic enim instituit dominus statum innocentie: q si pseuerasset: adhuc quidam homies super alios dominium habuissent. Non quidē dominium coercitiuū / quod est respectu serui. Nam seruitus opponitur libertati / que computabatur inter precipua bona dicti status innocētie. Ex quo ptz q domini in illo statu non pcussissent subditos suos: neq; oppressissent eos varijs modis sicut hodie facere solent. Habuisset ergo tunc vnus super alium dn̄ium directiuum. Qui enim alium dirigit in agendis: dicitur dominus eius et magister: sicut patet de preceptore filij regis. Modo in illo statu vn⁹ habuisset maiorem scientiam et prudentiam q̄ alius. Nam q̄ntum ad ista non fuissent omnes homines equales. Hec sunt de mente beato Thome. j. parte. q. xcvj. arti. iij. et iiij.

¶ Secūdo predicta origo ortū habuit ex humana superbia et cupiditate: et signanter post diluuium sicut patet de Nebroth de quo dicitur Genes. x. q post diluuium cepit esse potens in terra: et erat robustus venator coram dn̄o. Ut em̄ dicit de Lyra: ipse per potētiam alios sibi subiugabat: et cōpellebat vi et violētia ad cōstruēdum ciuitatem et turrim Babel. Propterea dr venator. i. hoim oppressor / coram dn̄o: qr nihil latet eius aspectum. Item quatuor monarchie mūdi designate per illas quatuor bestias de quib⁹ legitur Danielis. viij. habuerūt initium tyrannicum: quod sic patet inductiue.

¶ Prima enim monarchia que fuit Assyriorū: habuit initium s̄m Paulum Orosium libro. j. a Nino a quo condita et nūcupata est ciuitas Niniue. Hic enim Ninus s̄m eūdem Paulum primus fuit qui libidie dominādi arma assumpsit: et cruentam vitā per quinquaginta annos agens totam Asiam sibi subiugauit: q̄ occupat mediam partem terre habitabilis. Tādem autem post tot et tantas victorias atq; principatū mūdanū ictu sagitte in bello interijt.

Quo mortuo Semiramis eius vxor suo successit impio. Que viri formã aio et habitu gerẽs per.xlij. annos continue bella gessit: ita vt addiderit suo imperio. Ethiopiã pariter ⁊ Indiam. Postremo vero post multa et enormia flagitia miserabiliter mortem obijt.

¶ Secunda monarchia que fuit Persarũ ⁊ Medorꝫ: initium habuit a Cyro. Iste aũt cepit vi ⁊ violentia Babilonẽ ciuitatem maximã: similiter et turrim ipsius a filijs Noe edificatam post diluuiũ: q̃ erat trium millium passuum in altitudine. Qui vt facilius eã capere posset: diuisit fluuiũ eã fortificantem in.cccclx.riuulos: vt esset a suis militibus meabilis. Tandem hic Cyrus post multas et ingentes victorias a Thamari regina Massagetarũ victus occisus est. Ipsa autem caput eius prescindẽs a reliquo corpore ipsum in vtrem humano sanguine plenum proiecit: dicens: Satia te sanguine quem tam auide sitisti. Hec ex chronica dñi Antonini.parte.j.titu. iiij.cap.j.§.iiij.

¶ Tertia monarchia que fuit Grecorum / initium habuit ab Alexandro: que pariter quasi in ip̃o eodẽ finem habuit. Nam post eius mortem / eius dñium diuisum est in plures ꝑtes et reges: vt patet.j. Machabeorꝫ.j. Hic igitur alexãder post mortẽ patris sui Philippi cum maximo exercitu inuasit regnũ Persarum et Medorũ. Super quo indignatus Darius rex / despexit eum propter iuuentutem. Unde in signum derisionis misit ei pilam / vt cũ ea more puerorꝫ luderet: minans sibi verbera virgarum / sicut paruulis fieri solet. Sed nec ista eũ terruerũt: quinimmo trib⁹ vicibus eũ bello superauit: pene infinitis militib⁹ eiusdem Darij occisis. Tandem aũt dictus Alexãder anno etatis sue.xxx. post preclaras victorias et seculi pompam veneno interijt.

¶ Quarta monarchia que fuit Romanorum / initium habuit a Julio Cesare: qui sibi primum vsurpauit imperium / sibi fauentibus militib⁹ suis: et hoc postq̃ dimicasset quinquagita vicib⁹. Quod egre ferentes Romani senatores / plagis.xxiiij.percussus: anno etatis sue.lvj.occiditur. Et quia parum imperauit: vez quinq̃ annis / nec q̃dẽ pacifice: ideo historiographi dicunt quartam monarchiam incepisse in Octauiano eius successore. Patet ergo euidenter quatuor mũdi imperia ortum habuisse tyrannicum et malum. Hoc idem etiã possumus affirmare de regno Francie: qd ortum habuit a Troianis. Ut em̃ refert dñs Antoninus florentinus in prima ꝑte chronice sue: Troia destructa: qui potuerunt euaserunt: ⁊ in remotas regiones se trãstulerũt. Inter quos Frãco fili⁹ Hectoris filij Priami descendit in Galliã: ⁊ ab eo incole terre illi⁹ dicti sunt Frãci. Et breuiter ferme de oibus regnis totius mundi sic actum est: ꝙ qui potentiores fuerunt alios violenter sibi subiugauerunt. De quibus etiam videtur loqui domin⁹ Osee. viij. dicẽs: Ipi regnauerũt: et non ex me.

Principes extiterunt: et non cognoui: id est nō approbaui. Nihilominus successu tēporis multa dominia que primo erāt tyrannica: ceperunt esse iusta consentiente populo volente tales tyrannos super se regnare.

¶ Tertio origo principum ortū habuit saltē quo ad aliquos ex diuina vltiōe: vcz ad domandum: refrenandum: et castigandū humanā superbiā: et peccata pplī: iuxta illud Job. xxxiiij. Regnare facit dominus hominē hypocritam propter peccata populi. Item Osee. xiij. Dabo tibi regē in furore meo. Et de hoc historiā habemus. i. Reg. viij. vbi legitur q cum senuisset Samuel propheta domini et q̄ populum israeliticitum optime rexerat: venerunt ad eum filij Israel: dicētes. Constitue nobis regē qui iudicet nos. Cūqz pro hac rē ipse Samuel rogasset dominū: ait illi deus q vtiqz daret eis regē: scz i furore suo: vtpote qui auferret substātiam eorum: videlicet boues / oues / agros / vineas et hmōi. Hinc Grego. lib. xxv. moral. cap. xx. Irascente īquit deo pm nostra merita rectores accipimus. Et post pauca. Scdm merita subditorū tribuuntur persone regentium: vt sepe qui videntur boni: accepto regimine mox permutentur. Hec ille. Patet ergo intentum.

¶ Quarto origo principū ortū habuit ex diuina ordinatione. ¶ Voluit enim deus post lapsum ad cōmunē hominū pacē nutriēdā: et ad cōcupiscēdū rebelles: aliquos preesse: iuxta illud puerbio. viij. Per me reges regnant: et legum conditores iusta decernūt. Hoc autez patuit in effectu in saul qui cū pasceret asinas: electus est ab ipo dno vt eēt rex sup ppl'm suū Israel. j. Reg. x. Hoc idē etiā patuit i dauid: q cū pasceret oues patris sui iesse: assūptus est a dño in regē sup dictū ppl'm reprobato Saule. j. Regū. xvi. Patet ḡ vnde ortū habuit origo imperatorū regū ac principum huius seculi. Ad propositum ergo descendētes dicimus q beatus Ludouicus ex speciali dei ordinatione et prescietia electus est vt esset rex regni xpianissimi frācie: vt. s. p eū debellaret ipe dñs pctōres: et signanter fidei xpiane hostes: sicut rei postmodū pbauit euentus. Possumus ḡ merito concludere de regno Frācie et Ludouico rege id qd i themate pmisimus: vcz Bñdicta terra: scz Frācie: cuius rex vcz. b. Ludouicus: nobilis est.

¶ Ad honorē igit almi cōfessoris xpi Ludouici regis decreui exponere ad literā illū psalmū xx. q incipit: Dñe in virtute tua letabit rex. Regius itaqz ppheta Dauid de rege Ludouico i spū pphetico loquens i dicto Psal. multa pdixit laude digna: q sunt

Materia iucunditatis.
Exultatio incarnationis.
Impletio pie affectionis.
Preuentio singularis.
Coronatio mirificalis.
Retributio eternalis.

¶ Primuz igit qd pdixit ps. de btō Ludouico: ē materia iucūditatis / cū de eo ait: Dñe in vtute tua letabit rex: sup. Ludouicus. Et no. q nō dicit: Dñe i vtute ppa letabit rex Ludouicus

q2 vt dicit ps. Nō saluatur rex p multā ꝟtutē: supple propriā: nec gigas saluabitur in multitudine ꝟtutis sue. Itē nō dicit ps. Dñe i ꝟtute aliena.i. alioꝝ hoim letabit rex Ludouic⁹: q2 vt habet Hiere. xvij. Male dictus homo q̄ confidit in homie: scȝ pncipaliter: et q̄ ponit carnem.i. hoies carnales: brachiū suū.i. defēsionem suā. Dicit ergo ps. Dñe in ꝟtute tua letabit rex: supple Ludouicus. Et hoc rōnabiliter: q2 scriptū est Hiere. xvij. Bñdictus homo q̄ cōfidit in dño: ꝛ erit dñs fiducia cordis eius. Hic igitur gloriosus rex Ludouicus letatus est in multiplici virtute regis regum Jesu Christi.

Sapientialitatis.
Humilitatis.
videlicet Liberalitatis:
i virtute Charitatis.
Longanimitatis.
Religiositatis.

¶ Primo igit rex Ludouicus letatus est in virtute sapiētialitatis regis regū Jesu christi. De sapiētia enim Christi dicit Aplus ad Colo. ij. q in eo sunt oēs thesauri sapiētie ꝛ scientie dei absconditi. Sic ꝛ beat⁹ Ludouicus fuit valde sapiēs tam se q̄ subditos debite regendo. Un de eo pōt aliquo modo intelligi illa ꝓhetia Hier. xxiij: vbi ait: Regnabit rex supple in Frācia Ludouicus noie: et sapiens erit: ꝛ faciet iudicium ꝛ iustitiam in terra. De isto ergo rege predixit Hieremias tria. ¶ Primum est q sapiens esset futurus. Sapientia enim decet regē: iuxta illud Prouerb. viij. Per me (inq̄t sapientia) reges regnāt: ꝛ legum conditores iusta decernūt. Propterea Salomon nouiter rex factus/ instanter quesiuit a dño vt daret sibi sapiētiam ad regendum populum suū. iij. Reg. iij. Cum autē exaudiuit dñs: sicut patuit in iudicio quod fecit inter duas mulieres meretrices coram eo contendentes: vt ptȝ vbi supra. Sic beatus Ludouicus valde sapiēs fuit sicut sequens historia apte declarat. Accidit enim semel vt q̄dam paupercula mulier vidua sibi q̄rimoniā deponeret de quodam preposito qui fraudulenter occupabat vineā suam. Hic enī produxerat duos falsos testes quos corruperat donis ꝛ muneribus vt testificarentur eum dedisse pecuniam pdicte mulieri p emptione vinee sue. Sapiēs ergo rex vocatis predictis testibus eos fecit instar Danielis ab inuicem separari. Quo facto venit ad primum: et dixit ei. Nolo q dicas mihi quodcūq3 verbū preter pater noster. Quā cuȝ dixisset: iussit eum recludi/ ꝛ alium venire: cui ait: Dic mihi ꝟitatē: qꝛ promitto tibi q socius tuus dixit mihi veritatem sicut pater noster. Ille aūt arbitrās q fraus esset per socium suū regi detecta: integre ꝛ nude palam fecit fraudem: similit et prepositus. Qua agnita adiudicauit dictū prepositum morti. Dictos vero testes adiudicauit grosse emēde ad vtilitatem paupcule vidue. Quo viso principes regni ac ceteri tam nobiles q̄ ignobiles vidētes sapiētiā dei eē in illo: glorificauerūt deū. Ipm q̄q3 regē plus solito timuerunt: ita

vt videres impleri illud. iij. Regum. iij. Audiuit ois populus iudicium quod iudicasset rex: et timuerūt regem vidētes sapientiam dei esse in eo ad faciendum iudicium.

¶ Scdm quod predixit Hieremias de rege nostro Ludouico: est illud qd sequit. Et faciet iudicium: scilz discretionis: et hoc secernēdo bonos a malis. Nam adeo sollicit⁹ erat de bonis officiarijs ꝛ rectorib⁹ reipublice/ ꝙ cū veniebat ad aliquā sui regni ciuitatem/ diligenter inquirebat si qui essent in ea viri docti/ periti/ ꝛ deum timētes. Ubi ergo inueniebat aliquos tales/ eos inregistrabat: quos tēpore ꝛ loco ꝓmouebat ad officia publica. Tempore ergo suo officia publica non vendebantur: sed gratis viris idoneis cōferebantur. Nouerat enim ꝙ ex venditione hmōi officiorū publicorum duo mala nata sunt sequi. Primum est ꝙ per talem modum prouidetur cōiter personis minus idoneis. Secūdū est ꝙ faciliter corrūpitur ꝑ tales iudicium ꝛ iustitia propter munera. Uolūt enim suis exactionib⁹ se recōpensare de pecunia data ꝑ officijs care emptis. Sciant ergo principes officia publica plus offerēti vendentes/ ꝙ oēs rapine/ exactiones et iniquitates quas tales officiarij cōiter facere solēt: redundabūt in caput eoꝝ. Quod bene aduertens Esaias/ vocat eos socios furum: dicēs in prio capitulo sui libri: Principes (inquit) tui infideles: socij furum. Omnes diligunt munera: sequuntur retributiones. Nonstanter autem vocat propheta tales principes publica officia vēdentes/ infideles. i. non fideles in ꝓmisso. Nam quādo aliquis creatur in regē aut principem: solet prestare certa iuramenta: inter que vnum est/ ꝙ scilz fideliter administrabit iustitiam. Cui⁹ contrarium facit qn officia publica vēdit: qꝛ per talem modum grauat iustitia vt dictū est. Cesset ergo venditio dictorum officioꝝ: ꝛ signanter quibus iudicatura est annexa. Insup ipsi principes cōstituant iudices q̄ deū timeāt/ peritiam et practicam sufficientem habeāt/ et qui oderint auaritiam. Preterea inquisitionem debitam de iam constitutis officiarijs faciāt: et defectuosos exemplo bti Ludouici grauiter scdꝫ exigētiam culparum puniant: etiam eos priuando suis officijs perpetuo.

¶ Tertium qd predixit Hieremias de rege Ludouico: est id qd sequit post predicta verba. Et faciet iustitiā in terra. Notāter aūt dicit ī terra: qꝛ facere iustitiam in celo aut ī inferno/ soli⁹ dei est: q̄ eiecit luciferum de celo/ mittēs eū in ꝓfundum inferni. Qualiter autē beatus Ludouic⁹ fecerit iustitiā ī terra: liqdē apparet: in hoc scꝫ ꝙ ꝓhibuit duella. Sūt aūt duella bella priuata que fiunt inter duos. Unde duellum dr quasi duoꝝ bellū: siue ꝓpter odiū exaggerationem: siue ꝓpter glie tēporalis cōsecutionem: vt cuꝫ qs per hāc artem vult ostendere corporis sui vires: siue propter purgationem: vt cum alicui nobili imponitur proditio:

et ipse bellando cōtra accusatorem vult ostendere suā innocētiam. Hmōi ergo duella rationabiliter ꝓhibuit beat⁹ Ludouicus: maxime cū ꝓhibeantur triplici lege. Primo quidez lege diuina: vt patz Deute. vj. vbi dr: Non tentabis dñm deū tuum: Est aūt tentare dñm cuz quis sine causa legitima exponit se periculo mortis: qđ facit duellans. Item Exo. xx. dicit: Non occides: scilz auctoritate priuata. Qui aūt in duello occidit alium: eū occidit auctoritate priuata: quia non auctoritate legis que hoc ꝓhibet: nec silr auctoritate principis / qui sup hoc non pōt dare licētiam cum sit contra legem diuinam vt dictū est. Scdo, duella prohibētur lege ecclesiastica: vt patz ij. q. v. monomachia. Item extra de purgatione vulgari. ca. cura. Tertio ꝓhibētur lege ciuili: vt patet. C. de gladiatoribus. l. vnica. q̄ incipit Cruenta. Patet ḡ qualiter beatus Ludouicus fecerit iustitiam in terra Francie / ꝓhibendo rationabiliter duella: q̄ ante tēpora sua ꝑmittebantur in dicta terra: sicut et adhuc hodie ꝑmittuntur in nōnullis regnis et ꝓuincijs: in malum tñ tam duellantium q̄̄ principū talē excessum tolerātium. Item dr in legenda dicti regis q̄ prohibuit ⁊ destruxit voragines vsurarꝫ que tunc temporis erant multum in vsu in Gallia. Hoc aūt fecit conformiter ad legē diuinā / ecclesiasticam et ciuilem: vt pōt faciliter ꝓbari. Silr districte / et sub grauissimis penis ꝓhibuit blasphemiam nois diuini. Unde iussit ferro calido cauterizari labia cuiusdā magni ciuis Parisiēsis: eo q̄ blasphemasset nomen dñi. Cuz autem de tali facto nonnulli indignarentur / dixisse fertur: Uellem ⁊ ego cōsimilē penā pati: dūmodo ipsum blasphemie vitiū a regno meo penitus esset exclusum. Ualde ḡ turpe est audire blasphemiā nois dei i regno Frācie: maxie cum vocet regnū christianissimum. Unde ꝓpter hanc isolentiam credit regnū Francie frequēter bellis / pestilētia / ⁊ rerū scdarꝫ deuastatione flagellari. Uñ refert cōmētator pragmatice sanctiōis de rege Roberto filio Hugonis capeti: q̄ cum semel oraret i ecclia sancte crucis ciuitatis Aurelianeñ. ꝓ pace et conseruatione sui regni / imago crucifixi respondit sibi q̄ non haberet pacem in regno suo donec blasphemiā ⁊ crimina notoria q̄ abūdabāt i dicto regno: pro posse suo extirparet. Patēt ḡ tria laude digna que predixisse videt Hieremias de beato Ludouico. Hoc tñ trāsūptiue capiendū est: qr ad literā ꝑdicta intelligūt de rege xp̄o.

¶ Moraliter. Rex a regēdo dr. Quicūqȝ ḡ bñ et ꝟtuose seipsuz regit / et suis passiōib⁹ dñatur: talis merito rex dici pōt. Debet aūt q̄libet talis hr̄e tria ꝑdicta q̄ habuit. b. Ludouicus. Pmo eñ debet esse sapiēs: non quidē sapiētia carnis seu mundana / q̄ stultitia est apud deuz: sȝ sapiētia q̄ est ꝭm deū: vt scilz sciat se regere cōformiter ad dei ꝑcepta. Nā vt dt Aug. ad frēs in eremo. ser. xv. q̄ intitulat de fide trinitatis. Ille est vere sa-

piens q̄ nouit declinare a malo et facere bonum. Scđo talis dȝ facere iudicium discretionis reprobando malū ⁊ eligendo bonū: vt habet Esa.vij. Tertio dȝ facere iustitiā de seipso in pn̄ti ne eam in futuro de eodem faciat dn̄s tradendo eū tortorib⁹ inferni. Propterea dicebat Dauid cū egisset condignā pn̄iā m̄ sup adulterio et homicidio suo. Feci (inquit ad dn̄m loquens) iudiciū et iustitiam.s.de meipso ⁊ ideo nō tradas me calūniantibus me:scȝ demonibus.

¶ Tertio beatus Ludo.rex letatus est in virtute humilitatis regis regū Jesu xp̄i. De hūilitate em̄ regis xp̄i legit̄ Mat.xj.q̄ ipse dixerit. Discite a me: quia mitis sum et hūilis corde. Nec certe fuit solū hūilis corde: verūetiā ore ⁊ ope. Ore q̄dē vocando se frequenter filiū hoīs. Raro autē reperies in sacro euangelio q̄ appellauerit se filium dei. Opere aūt lauando pedes discipulorū suorū in vltima cena: vt ptȝ Jo.xiij. Sic btūs Ludouicus fuit valde humilis illis tribus modis: vcȝ corde/ore opere.

¶ Primo quidem corde. Nam cum esset vir totius sanctitatis: reputabat tamen se grauissimū peccatorē. Vñ frequenter orando tondebat pectus suum more publicani: de quo Luc.xviij. dicens. Deus propitius esto mihi peccatori.

¶ Secundo fuit valde humilis ore. Jn cuius rei signum cū scribebat alicui familiari amico intitulabat se nō regē Francie: sed Ludouicum de piciaco. eo.s.q̄ ibi natus fuerat: parit̄ et sacro baptismate regeneratus. Cumq̄ a nonnullis sibi familiaribus interdum interrogaretur cur se vocaret Ludouicū de piciaco: maxime cū dictū oppidū sit satis humile: respondebat dicens q̄ in illo oppido receperat maximā dignitatem: quā preferebat regie dignitati: scȝ q̄ ibi christianus creatus fuerat.

¶ Tertio fuit valde hūilis ope Et de hoc multa habent̄ testionia in eius legenda. Primū est q̄ omni die habebat ad mensaȝ suam tres senes pauperes secū comedentes: et hoc in honorem sanctissime trinitatis. Scđm est q̄ omni sabbato flexis genibus lauabat quorūdam pauperum pedes: cuilibet certam pecunie summā tribuendo. Tertiū est q̄ in precipuis festiuitatibus seu earū vigilijs ducētis paupibus sibi pietatis bn̄ficium ⁊ hūilitatis offm̄ impendebat. Quartum est q̄ reliq̄as pauperū ad mensam suā comedentiū corā se afferri iubebat: q̄s libenter comedebat/ et signanter offas q̄s illi rustico more prius cōtrectauerāt. Quintū est q̄ interdū leprosis pprijs manib⁹ hūilit̄ seruiebat. Vñ cuidā fratri Cistertien. ordinis apud monasterium regalis montis quē lepra valde abominabilē fecerat: pijssimus rex seruiuit adeo hūaniter vt escā ori suo iponeret. Sȝ cur hec tātus rex talib⁹ abiectis et despectis psonis faciebat? Certe q2 aliq̄n legerat aut audierat illō xp̄i verbū Matth.xxv. vbi ait. Qđ vni ex minimis meis fecistis/ mihi fecistis. Sextum est q̄ simplici et humili veste induebat. Vñ apud cadomū insigne

Normanie oppidum in conuentu ordinis nostri: vidi casulam et dalmaticas de serico refortiato rubei coloris: quas ferũt fratres dicti conuentus formatas fuisse ex veste nuptiali dicti regis Ludouici. Multa alia extant testimonia humilitatis quam in opere oñdit dict⁹ beatus Ludouicus.

¶ Moraliter practica quõ debemus imitari dictum regem in predicta triplici humilitate. Unde surget in iudicio generali et ꝯdẽnabit gñationem supborũ volentium ambulare in magnis et in mirabilibus supra se. Ualde enim vituperabile est videre pauperem superbũ vbi rex humilis est. Unde inter tria que odit deus: computatur paup superb⁹: vt ptz Eccli. xxv. Nõ mirum ꝙ si sericum et preciosi panni sint cari in Francia: maxime cum pauperes et viles persone velint preciosis indui.

¶ Tertio rex Ludouicus letatus est in ꝟtute liberalitatꝫ regꝫ xp̄i. De liberalitate enim xp̄i legitur Joã. vi. ꝙ ipse semel pauit quinqꝫ milia virorũ absqꝫ mulieribus et paruulis ex quinque panibus ⁊ duobus piscibus. Itẽ alia vice pauit quatuor milia virorꝫ ex septem panibus: vt patet Marci. viij. Sic beatus iste rex fuit valde liberalis circa tria.

¶ Primo quidem circa pia loca. Nã multa hospitalia regia ambitione construi fecit: possessiones et amplissimos redditus illis perpetuo deputãs: sicut videre est parisius / Uernone / pontisare / ꝯpendij: ⁊ multis alijs locis regni francie. Et ne pauperib⁹ et egenis atqꝫ decũbẽtibus in dictis hospitalibus deessent humanitatis beneficia: communiter in eisdem locis instituit religiosas mulieres que pauperum et infirmorꝫ curã gererent sollicite. Interdum etiam noctis silentio ⁊ per occultas vias ingrediebatur dicta hospitalia: et vbi credebat a suis quiescere in palatio aut regia domo: pausabat in hospitali loco cum pauperib⁹. In cuius rei signũ adhuc verone ostenditur lectus qui dr lectus beati Ludouici: in quo nullus infirmus aut pauper pausare permittit pro tanti regis reuerentia. Ecce beati viri hospitalitas maxima et pauperum sollicitudo. Diligenter enim considerabat ꝙ nobiles ⁊ ignobiles: diuites ⁊ pauperes: sani et egroti multa hñt cõmunia: vtpote vnũ nascendi modum: qr nudi. Sap̄. vij. Nemo ex regibus aliud habuit natiuitatis initium: ꝙ supple habeat pauper. Item communem habent viuendi locum. Unde auctor libri Sap̄. vbi supra ait Et ego natus accepi communẽ aerem. Item cõmune habẽt sue redemptionis precium. s. xp̄i sanguinẽ: qui pro omnibus sufficiẽter effusus est in remissionem pctõrꝫ. Item communem habent vite presentis exitum. Sapien. vij. Unus est introitus oĩbus ad vitam: et similis exitus. Item ad eandem tendunt celestẽ hr̄ditatẽ. j. ad Tim̄. ij. Uult oẽs homines saluos fieri. Bñ ꝙ ad propositum loquitur Psalm̄. dicens. Simul in vnum diues ⁊ pauper.

¶ Scdo beatus Ludouicus fuit pius et liberalis circa pauperes

religiosos mendicantes: ꝛ precipue circa fratres ꝑdicatores et minores. Nā hos duos ordines gerebat in penetralib⁹ cordis sui:ita vt interdum diceret. Si liceret diuisionem de me facere: libenter darē vnā partem fratribus predicatoribus: ꝛ alterā fratribus minorib⁹. Unde hos duos ordines valde dilatauit per regnum Francie: siue nouas domos funditus illis erigendo: siue priores ampliando siue fundum illis assignando. sicut factum est de hoc conuentu Ebroyceñ. Cum enim dictus rex aliquando applicuisset ad hanc ciuitatem Ebroycensem/ ꝛ intellexisset per suum confessorem pie memorie dñm Philippum de caturco dicte ciuitatis antistitē/ nō esse in ea aliquē ꝯuētum fratrum mendicantium: illico iussit in ea fieri cōuentū ordinis predicatoꝝ: locum ꝛ fundū satis amenum et amplū illis deputans. Sed non multo post pro secundo rediīt ꝑ recuperanda terra sancta vsq͡ tunicium: vbi felici cursu cōsummato philippus eius filius in regno succedens/ ad instantiam predicti presulis Ebroyceñ. conuentū cū pertinentijs erigere curauit in predicto fundo: Cumq͡ dedicāda esset ecclesia: dictus episcopus verisimiliter estimans virum dei in breui canonizandū eam dedicauit in honorem apostoloꝝ petri ꝛ pauli quousq͡ dictus sanctus solēniter per summum pontificem catalogo sanctoꝝ ascriberet. Quod factum est anno vndecio a felici migratione sua. Mortuus est aūt anno dñi M.cclxx. Predicta antē ecclie fratrū dedicatio celebrata est post annos septem ab obitu viri dei. Uñ cōiter tenet q͏̄ predicta ecclia fratrū predicatorū Ebroyceñ. sit simplr prima que in honorē diui Ludouici dedicata est per orbē vniuersum. Patet ergo de liberalitate viri dei ad religiosos mēdicātes: et precipue ad predicatores ꝛ miores. Uñ singulis annis mittebat Parisius ad conuentus dictorū ordinū largas eleemosynas in subsidiū fratrū ibidē studentiū: dicēs. O q̄ bn̄ reposita est ista pecunia que cedet in subsidiū studij illoꝝ pauperꝝ fratrum qui disseminaturi sunt ꝟbum salutis ꝑ vniuersum ferme orbē. Fertur etiā de fratribus eremitanis diui Augustini: ꝛ silr de fratrib⁹ btē Marie de monte Carmeli: q͏̄ primo fecerit eos venire Parisi⁹: q̄bus conuentus solemnes edificauit

¶ Tertio vir dei Ludouic⁹ valde liberalis fuit circa ecclesias collegiales cōstruēdas ꝛ ditandas atq͡ dotādas. Et vt de multis taceam: sufficit in medium adducere regiā illam capellam que corona est: decus et gloria curie parlamenti Parisieñ. q̄ ob reuerentiā sacroꝝ iocalium ibi per eundē regem repositoꝝ sancta capella vulgo nuncupatur. Nam ibi reponi fecit sacrā dñi coronā spineā: quā multo ꝑcio redemit de manu venetorum: vt dictū est in ꝟmone de eadem corona. Itē in eadē capella reponi fecit ferrū lanceę q̄ sacrum dñi latus aperuit. Item vnū de clauis xp̄i. Silr magnā partem ligni dominice crucis: et multa alia omni veneratione digna.

¶ Moraliter. Ex dictis datur documentū regib⁹ ac principibus catholicis: vt exerceant actū liberalitatis circa pia loca: & signāter circa hospitalia & domos religiosas i mēdicitate fundatas. Qr em̄ tales cōiter in multis offendūt: ideo debent sūmo studio pctā sua eleemosynis redimere vt dixit Daniel regi Nabuchodonosor Daniel.iiij. Sed proh dolor multi taliū vacant prodigalitati potius q̄ liberalitati: multa expēdentes in mulieribus et fructibus vētris: pauca et exigua distribuentes in vsus pauperum et ecclesiarum. Quinimmo libent auferrēt ab ecclesijs et alijs locis pijs ea que p̄decessores sui illis pro salute animarū suarū religiose et sancte contulerunt

¶ Quarto beatus rex Ludouicus letatus est in virtute charitatis regis xp̄i. De charitate em̄ xp̄i quanta fuerit: patet ex hoc q͂ voluit p̄ nobis pati durissimū mortis suppliciū. Vñ et Joā.xv. dicebat Maiorem hac dilectionem nemo habet q̄ vt aiam suam ponat quis pro amicis suis. Sic & gloriosus iste rex tot⁹ in dei amore succensus: mala terre sancte quā xp̄us suo p̄cioso sanguine irrigauit, ferre non valens, se suos & sua pro illius succursu bina vice exponere non distulit neque formidauit: ita vt dicere videretur cū illo glorioso principe Juda Machabeo fratrib⁹ suis & proceribus regni sui illud.j.Machab. iij. Accingimini: et estote filij potentes: qm̄ melius est nobis mori in bello q̄ videre mala gētis nostre & sanctorum. Sicut fuerit voluntas in celo: sic fiat. Ista enim erat eius responsio aduersus eos qui metu mortis dissuadebant sibi viagiū in terrā sanctam. Merito ergo dicere poterat illud Psalm̄. Zelus domus tue.i.ecclesie et fidei dilatande comedit me.i. inflammauit me. Et opprobria exprobrantiū tibi.i.blasphemie et iniurie quas illi maledicti Turci et infideles loquunt aduersum te, dicentes q͂ nō sis verus deus: ceciderunt sup me.i.tales iniurias q̄dāmodo facio meas, in hoc.s. q͂ volo eas vindicare etiā vsq͂ ad mortis tolerantiam si fuerit necesse.

¶ Moraliter. Hic instruimur tempore & loco defendere xp̄i fidem vsq͂ ad mortis tolerantiam: & hoc semp habere in animi preparatiōe. Alias vt dicit christus Matth.x. Qui nō accipit crucem suam & sequitur me non est me dignus. Hinc est q͂ summi pōtifices olim dederunt plenariam remissionem a culpa & pena cruce signatis: & qui vadūt trans mare pro fidei defensione. Nota si vis qūo beatus Ludouic⁹ fuit cruce signatus apud pontissaram que est prope Parrhisius: & hoc p'manus ep̄i Parrhisien. Similiter eādē crucē susceperunt fratres eius: vna cum primogenito filio & multis proceribus ac nobilibus regni Francie. Qui autem cruce signāt: obligāt se cū fuerit necesse, ire in succursum ecclesie: & se mortis periculo exponere: vt sunt hodie milites rhodienses aut similes.

¶ Quinto beatus rex Ludouicus letat⁹ est in v̄tute longani=

mitatis et patiētie regis xp̄i. De patientia em̄ xp̄i legit. j. Petri. ij. q cum malediceretur: supple a iudeis: nō maledicebat: et cū pateretur: vcʒ a gentilibus euʒ crucifigētibus: nō cōminabat. Sic em̄ de eo pphetatū fuerat Esa. liij. Tanq̄ ouis ad occisio nē ducet: et sicut agnꝰ corā tondente se obmutescet: et nō aperiet os suū. Sic et gloriosus rex Ludouicus valde patiens fuit in aduersis et angustijs: et signāter in illis quas passus est i viagio vltra marino. Pro quo notandū sm Uincentiū in speculo historiali versus finem quarte partis: q cū deuotus rex nauigio deuenisset damiatē ciuitatē iclytā: ipāʒ statim vi armoꝝ sibi subiugauit. Nā ifideles nō valētes illi resistere. clam inde fugerāt. Qua capta et mūitiōe ibidē relicta: longius ire cepit. Cūq̄ fixisset tētoria sua: indubie expectans aduentū soldani cū q̄ dimicare cupiebat: fluuius Nili more suo adeo iundare cepit q ferme oīa supernatabant aquis. Insup ipse soldanus fecerat sancto regi p̄cludi passagia ne per dictū fluuium sibi ex damiata siue damieta afferrentur victualia. Atq̄ in hunc modū pius rex aduersa vndiquaq̄ patiebat: insup pestis tum propter rerū inopiā: tū pp̄ter aerꝭ intēperiē adeo iuasit exercitū eiꝰ: q de. xxxij. milibꝰ virorū ex peditoꝝ tm̄ sex milia euaserūt. Qd audiēs inimicꝰ crucis xp̄i soldanꝰ babyloꝛicꝰ tanq̄ seuissimus lupus seu ψt in oues xp̄i. Paucis itaq̄ catholicis nauigio euadentibꝰ: eo q per terrā nullus oīno illis patebat egressus: pijssimus rex cū duobus de fratribus suis, vcʒ comite atrebatēsi, et comite Andegauensi: plerisq̄ etiam alijs generosis et nobilibꝰ viris in volūtate cōstituit infideliū. O quis enarrare posset ꝯtumelias, derisiōes, opprobria, atroces percussiones et flagella que illa gēs barbarica pijs catholicis tūc inferebat? Quis etiam dinumerare posset grauissimas et horribilissimas blasphemias q̄s illi impudētes canes pferebāt aduersus dn̄m et aduersus xp̄m eiꝰ: suā q̄q̄ dignissimā matrē atq̄ fidem catholicā? Nā cruces q̄s nr̄i deferebāt ex deuotione: illi rabidissimi canes vi auferebant: et in terrā eas proijcientes pedibus nephādis ꝯculcabant: et iā sup eas spuēdo et vrinādo. Propter q̄ mala multi ex illis pcussi sūt diuinitus: ita vt nōnulli in amētiā verterent. Alij lumine oculoꝝ priuarētur. Alij vsu membrorum suorum frustrarentur. ¶ Queritur circa hoc q̄re dn̄s famulo suo Ludouico in tanta necessitate non affuit: et cur ipsum ad manꝰ impioꝝ barbarorum deuenire permisit: aut inde eum miraculose non liberauerit: maxime cum boni ac pij regꝭ sit opē ferre suo militi p̄lia eiꝰ agenti. Ipse aūt rex Ludouicꝰ gerebat prelia domini. ¶ Respōdet ad hoc q dn̄s rōnabilr ita pmisit fieri: et hoc ppter tria. Primo quidē pp̄ter ꝯformitatē ad xp̄m q̄ dixit. Potestatē habeo ponendi animaʒ meā: Jo. x. De quo etiā dr Esa. liij. Oblatꝰ est q2 ip̄e voluit. Sicut rei pbauit euētꝰ: qn̄ scʒ venit obuiā iudeis eū cape volēs

¶ Responsio. Possum⁹ hanc controuersiā eliminare per tres veritates. Pria est q̄ hec questio est magis curiosa q̄ fructuosa. Unde legitur q̄ dominus dixerit cuidā. Quid fecerim de anima Salomonis Aristotelis Origenis: nō est hoim scire. Secunda veritas est q̄ hec questio cū sit de materia facti q̄ nec concernit fidem: neq̄ bonos mores saltem directe / potest habere defensores pro vtraq̄ parte se clusa ptinacia. Tertia veritas Quāuis de nulla parte simus certi: nihilominus secunda opinio videt̄ esse probabilior atq̄ mitior. Et ad dictum de Lyra quod accepit ex dictis venerabilis bede: dicit̄ q̄ etsi Salomō templa idolorum non destruxerit ante mortē suā: excusari tamen pōt dicendo q̄ hoc voluerit efficaciter facere: sed non potuit ad effectum deuenire: eo. s. q̄ in fine dierū suorū in penam peccatorum suorum populus suus contra eum rebellauit: qui ferme totus conuersus erat ad idololatriā. Et ideo dato q̄ huiusmodi idola non destruxerit: excusatur tamen pp̄ter impossibilitatem. Et sic non potest ex hoc cōcludi ipsius Salomonis damnatio. Et ad Aug. ⁊ Chrys. dicitur q̄ loquuntur opinatiue magis q̄ diffinitiue aut asserti ue. Et sic patet quid sit tenendū circa materiā predictā que sepe proponitur etiam ab indoctis et imperitis sub quadā curiositate.

¶ Sed ad propositum accedentes dicimus q̄ beatus Ludouicus fuit plusq̄ Salomon in felici consummatione: eo scz q̄ de eius eterna salute nullus fidelis dubitare permittitur: maxime cum ecclesia eum catalogo sanctoꝝ ascripserit. Anno. s. vndecimo a felici transitu illius. Ut autē cunctis clarius innotescat q̄ felix fuerit transitus regis huius sanctissimi: diligēter aduertendū est q̄ cum in secunda expeditione contra infideles obsedisset tuniciū ciuitatem magnam: febris validissima inuasit exercitum eius. Tū pp̄ter aeris ⁊ regionis intēperiē. Tū pp̄ter tēporis indispositionem: q̄z circa finem etatis: vez in fine mensis Augusti: quo in tempore communiter insurgunt egritudines. Tum propter aquarū dulciū et victualiū defectū. Cepit⁹ q̄ deuotus rex febrib⁹ estuare: dn̄o sic disponente: vt redderet illi mercedē laborū sanctorū suoꝝ ⁊ deduceret eum in via mirabili de regno tp̄ali ad celestis et eterni regni gloriā. Qd cū ille psensisset: premissa gn̄ali olm pctōꝝ suorū cōfessione: deuotissime sacrū corpus dn̄icum recepit. Cumq̄ ventum esset ad extremā vnctionem: ipse voce q̄ poterat respondebat ad septem psal. penitē. q̄ tūc dicebant̄. Insup in letanijs sanctos inuocās eos deuotissime et ex corde nominabat dicens. Sancta maria ora pro me. Sctē Joan. baptist. ora pro me. Sctē Petre ⁊c. Cūq̄ intantū declinasset q̄ vix audiri posset: quibusdam apponentibus aures suas iuxta eius faciem: audiebant eum sic dicentem. Pro deo studeamus quomodo fides catholica possit apō tunicium predicari ⁊ plantari. O ytinam in ea esset talis. Tūc

aūt noīabat quendam fratrem ordinis predicatorū: qui alias tanq̄ ambassiator ei⁹ illic fuerat: et regi tunicū notus erat. Aliquādo etiam dicebat: Spero p̄ dei grām q̄ nos ibimus cito in Hierl'm. Et certe verū dicebat: saltē quo ad animā suaʒ que non multo post iuit in Hierusalem celestem. Pertranseo monita salutis q̄ tunc velut alter Thobias dedit filio suo primogenito Philippo noīe: q̄ cum eo tunc erat. De hmōi monitis vide diligēter chronicam Saguini: q̄ ea pulchro stilo describit. Tandem vir dei ad extremam horam veniēs: ⁊ sup stratum cinereū ad modum crucis brachia extēdēs stetit aliquandiu tot⁹ immobilis: ita vt a plerisq̄ iudicaretur mortu⁹. Post hec tandem aperiens oculos: et ad celum eos eleuans / vultu fere no aīam suā deo recōmendans: atq̄ beate v̄gini: Dionysio ⁊ Jacobo / p̄tulit hec verba valefaciens mundo. Introibo in domū tuā: adorabo ad templum sanctuʒ tuū: et confitebor nomini tuo. Sicq̄ deo tradidit spiritum in crastino beati Bartholomei: ea hora qua dei filius pro mūdi vita expirauit. Anno dñi. M. ducentesimo septuagesimo. Etatis v̄o sue anno quiquagesimo septimo. Unde dantur metra. Anno millesimo bis centum septuagene Thunis catholic⁹ decessit rex Ludouicus. Postmodum auteʒ delatum est corpus eius apud edem diui Dionysij in Frācia. ¶ Moraliter. Hic instruimur bene viuere si cupim⁹ bene mori. Nam vt ait Augu. in lib. de disciplina christiana: Non potest male mori q̄ bene vixerit. Item idem Augu. in de ciuitate dei lib. j. ca. xj. dicit q̄ mala mors putanda non est / quā vita bona precessit. Neq̄ enim (inquit) facit malam mortem / nisi q̄d sequitur mortem. Sed profecto ferme omnes optant bene mori ⁊ bonum habere finem: et tamen valde pauci volunt bene viuere. Multi ergo sunt similes Balaam / qui vt legitur Nūe. xxiij. dicebat. Moriatur aīa mea morte iustorum: et fiant nouissima mea horum simila. Sed profecto sicut res ridiculosa et monstruosa esset videre lupum habētem caudaʒ ouis: sic de contingenti raro est q̄ homo male viuēs moriatur morte iustorum.

¶ Duodecimo ecce plusq̄ Salomon hic in miraculosa operatione. Nō enim legitur q̄ Salomon aliquādo fecerit miracl'a: siue in vita / siue post mortem. Secus autem de beato Ludouico. Nam claruit miraculis in vita / pariter ⁊ post mortem. Primo igitur in vita. Et vt de multis taceam / vnū solū referam de quo etiā in precedentibus aliquid tactum est. Cū eñi rediret p̄ mare de Syria post primā expeditionem: contigit nauem i qua erat / bina impulsione tā fortiter contra rupem p̄cuti q̄ a nautis ac ceteris fracta et p̄tinus submergēda crederetur. Cūq̄ multi ad regem accessissent: ipsum inuenerunt deuote orantē corā sacramēto altaris. Fuitq̄ oīm firma fides q̄ meritis viri dei eos a piculo submersionis liberasset deus.

¶ Post mortem etiā pene infinitis miraculis claruit: quorū aliqua hic inserere volui.

¶ Primum est de eius medico: qui magister Xydo dicebatur. Nam cum hic post mortem viri dei febre acutissima premeretur: ita vt desperaretur de ipsi⁹ vita: facto voto ad eūdem sanctum / cepit obdormire. Quo quiescente / videbat sibi q̄ beatus Ludouicus exerceret circa ipsum officium chirurgici. Statimq̄ excitat⁹ / inuenit se plene sanatum.

¶ Secundum est de dn̄o Petro de lauduno quondam cambellano dicti sancti regis. Hic eni̅ cū in brachio suo dolorem intolerabilem pateretur: apposuit ter ad locum doloris capillos beati Ludouici quos apud se cū magna deuotione seruabat. Et ecce in tertia appositione fuit plene liberatus: cum tn̄ prius non posset brachiū leuare: nec cū eo aliquid operari.

¶ Tertium est de quodam iuuene surdo ꝛ muto a natiuitate. Hunc eni̅ sui parentes auditis miraculis que meritis sancti hui⁹ operabatur dn̄s: adduxerūt de Burgūdia vsq̄ ad locum sepulchri ei⁹. Cūq̄ pro eo orarēt: mox v̄tute diuina aperte sunt aures ei⁹: et solutum est vinculum lingue sue. Insuper (qđ valde magnum fuit) is qui nūq̄ audierat / cepit perfecte loqui gallicum. Cū autem audisset primo cāpanas grossas ecclesie diui Dionysii ob reuerētiam tāti miraculi pulsari: maximo terrore perterritus fuit ita vt putaret totam ecclesiam statim supra se casuram.

¶ Quartum est de decem viris operantibus in quadam lapidicina i territorio Beluacensi. Cum enim illis operātib⁹ cecidisset maxima gleba terre sup eos: et fere per diem et noctem sic stetissent: accidit vt iter faciens quidam famosus clericus illic appropinquaret. Cūq̄ verisimiliter estimaret illic oppressos operarios. p̄missa oratione ad beatum Ludouicum: accessit ad locū: et melius quo potuit terram hincinde sparsit. Nec multo post audiuit voces quasi gementium. Nutu autem diuino (vt arbitror) factum est vt tūc illac transirent quidam hoīes: quos rogauit vt auxiliū ferrent. Tandem ergo meritis viri dei Ludouici predicti lapidicinarū incolumes de predicto loco sunt extracti.

¶ Quintum est de quodā paruulo miraculose conseruato in modum q̄ sequitur. Cum enim rex Philippus bell⁹ filius Philippi filii beati Ludouici faceret parari locum apud Piciacum ad construendum illud insigne monasterium sanctimonialium militantium sub ordine ꝛ cura fratrum predicatorū: et hoc ob reuerentiam eiusdē beati Ludouici qui ibi natus fuerat: accidit vt in destructione cuiusdam antiqui muri / paries quidam cadendo videretur ab omībus extinxisse quendam paruulum ibi a casu musitantem. Mira res. Premissa oratione ad dei seruum Ludouicum: latomi ad locum accedunt. Et ecce subito vident per quandam fissurā parietis ip̄m paruulum sanum ꝛ incolumem

inter lapides. Qui mox lapides amouent / et paruulum inde extrahunt illesum.

¶ Sextum est de quodam alio paruulo huius ciuitatis Ebroycē. Hic enim cum more paruulorum luderet super quoddam paruum flumen quod intrat ipsam ciuitatem: cadens in fluuium submersus est: ita vt transiret corpus eius sub rota molēdini qd situm est ppe portam que picta vulgo appellat. Tandem dictū corpus de aqs extrahitur: et ad ecclesiam fratrum predicatoꝝ q̄ sancti Ludouici dicitur: defertur. Cumqꝫ corā imagine beati Ludouici oblatū esset: et per fratres sancti viri auxilium imploraretur: statim resurrexit q̄ diu fuerat mortuus. Quod videntes qui astabant ceperunt glorificare deum qui in sanctis suis semper est mirabilis. Non desunt qꝫ multa alia miracula que tediosum esset enarrare.

¶ Ueniā dabit pius lector sup plixitate nostra in his duobus sermonibus. Cum enim nullū auctorem legerim qui ante hec tempora in modum sermonis de hoc sancto rege scripserit: volui ex industria patronū ecclesie huius cōuentus Ebroycen. vitā et merita nō vt debui: sed vt valui plixius atqꝫ diffusius enarrare: vt cūctis populis et linguis innotescat quāti sit meriti apud regem seculorum. Itaque nobis incumbit ipsius suppliciter iplorare suffragia: vt sic eius precibus ad regnum perueniamus eternum. Prestante domino nostro Jesu xpo: q̄ cum patre et spiritu sancto viuit &c.

¶ De beato Augustino.

Quasi sol refulgens: sic iste effulsit in templo dei. Eccli. l. Uerba ista ad lrām dicta sūt ab authore libri Eccli. Jesu syrach de Simeone sacerdote magno: q̄ adeo gloriosus et venerabilis extitit qꝫ effulsisse dicit in templo domini quasi sol refulgens. Transumptiue autem non immerito possunt intelligi de beato Augustino: qui effulsit in templo dei: id est in ecclesia Christi: quasi sol refulgens: eam illuminando tripliciter: scilicet scientia doctrine salutaris: verbo sancte predicationis: et exemplo vite mirabilis. Nam sicut sol dicitur dominus planetarū / pater luminis: super omnia luminaria splendens: sicqꝫ delectabilis oculis: et per omnia respiciens: ita Augusti. pater dr theologorū: gēma doctorū: suauis extitit eloquio: atqꝫ oēs materias penetrando dilucidauit. Unde Hierony. in lib. de. xij. doctoribus: de eo loquitur dicēs: Augustinus episcopus volans per montium cacumina quasi aquila: et ea que sunt in radicibus mōtium non considerans: multa celorum spatia: terrarumqꝫ situs: et aquarum circulum claro sermone pronunciat. Item prosper in libro de vita cōtemplatiua: de eodem loquitur sic dicens. Sanctus Augustinus acer ingenio: suauis eloquio: secularis literature peritus: in ecclesiasticis laboribus operosus: in quoti=

cianis disputationib⁹ clarus. In omni sua actione composi-tus. In questionibus soluendis acutus. In conuertēdis hereti cis circūspectus. In expositio-ne fidei nostre catholicus. In exponendis scripturis canoni-cis cautus. Hec p̄soer. Insuper emiscius postq̄ hierony. et q̄s-dā alios doctores cōmemorā-do laudauit: tandem concludit dicens. Hos omnes Augu. in-genio ꝛ sciētia sua vicit. Nā li-cet hieron̄. fat eā se legisse sex milia voluminū Origenis: iste tamen tāta scripsit: vt nō solum dieb⁹ et noctib⁹ scribere libros eius quis non possit: sed nec le-gere occurrat: Volusianus de-niq̄ dicit de eo q̄ legi dei de-est quicq̄d Augustinū cōtigerit ignorare. Pretea deuot⁹ Bern̄. appellat eum validissimū mal-leum hereticoꝝ. Merito ergo magnus pater Augustin⁹ sicut sol refulgens: sic ipse in templo dei refulsit. Pro quo notandum q̄ beatus Augustin⁹ compara-tur soli ꝑpter multas rationes

Que sunt
- Eclipsionis.
- Decorationis.
- Caliditatis.
- Sublimationis.
- Descentionis.
- Ascentionis.

¶ Primo igitur beatus Augusti-nus cōparatur soli rōne eclipsio-nis. Sol eīn quātūcūq̄ clarus appareat: nihilomin⁹ quādoq̄ eclipsatur et tenebrescit. Hoc aūt fit quotienscunq̄ fit inter-positio lune inter ipm ꝛ terrā. Sic etiam beatus Augustinus quātūcūq̄ clarus ingenio ex-titerit: nihilominus passus est eclipsim guersi erroris Mani-cheoꝝ ponentium duo p̄ncipiā rerū creatarū: scꝫ deum: ꝛ dia-bolū. Dicebāt eīn dicti Mani-chei/ quoꝝ princeps fuit q̄dam Persa nomie Manes: vt patet xxxiiij. q. iij. quidā aūt heretici q̄ erāt duo principia rerum/ si-cut ꝛ erāt duo gn̄a rerū/ scꝫ bo narum ꝛ malarū. Deū eīn dice-bāt esse principium bonarū re-rum: diabolū ꝑo malarū rerū. De nūero eīn bonarū rerū po-nebāt esse aīas/ angelos ꝛ cor-pora celestia. De numero vero malarū rerū ponebāt corpora humana esse: pariter et oīa ge-nerabilia et corruptibilia. Sed iste error sufficienter reproba-tur ex illo verbo Gen̄. j. In prin cipio deus creauit celuꝫ et ter-ram: et cetera que ibi habētur. Silr iste error reprobatur ab vniuersali eccl'ia: vt patꝫ extra de summa trini. et fide catho. ca. j. qd incipit firmiter. vbi di-citur esse vnū principium vni-uersoꝝ: qui creator est oīm vi-sibilium et inuisibilium / spiri-tualium et corporalium: q̄ sua oīpotenti virtute simul ab ini-tio tēporis vtrāq̄ de nihilo cō-didit creaturam: spiritualem et corporalem: angelicam vez et mūdanam: ac deinde humanā quasi communem ex spū et cor-pore substitutam. Hec ibi. No-tanter autē appellatur natura humana cōmunis: q2 scꝫ cōsti-tuitur ex spiritu et carne. Vel forsan q2 participat de natura spūali et corporali. Similiter hūc errorem sufficiēter repro-bauit olim Aristo. q̄. viij. phy. cōcludit vnū esse primum mo-uens: quem. xij. Metaph. appel-lat summum et vnicū principiuꝫ

Item libro de causis dicit vnã esse primam causam. Sic ergo patet sufficienter reprobatio dicti erroris.

¶ Queri aũt potest quõ Augustinus tam clarus ingenio potuerit sic eclipsari: vt adheserit tã tenebroso errori. Ad hoc põt assignari multiplex ratio. Prima fuit diuine potentie et clemẽtie ostensio. Tunc eñ diuina potentia pariter ⁊ clementia maxime est ostensa: cum de ꝓfundis tenebraꝝ mundo lumen exijt clarum / ⁊ scintillat hodie. Olim quidem vas erroris Augustin⁹ vas honoris datus est ecclesie. Hec in prosa de eodem sancto. Nam magis apparet diuina potentia in iustificatione impij / ꝙ̃ in conseruatione iusti ⁊ innocentis. Scd̃a ratio fuit ꝓprie excellentie existimatio. Ut eñ ait Apl's. j. ad Corꝫ. viij. Sciẽtia inflat. Erat aũt Augustinus excellentis ingenij: ita vt libros artiũ quas liberales vocãt: ꝑ seipsum legẽdo intellexerit. Qd̃ certe valde mirum fuit. Unde de eo potest dici illud Hiere. xlviij. Arrogãtia tua ⁊ superbia cordis tui decepit te. Non mirũ ergo si ipse Augustinus fuerit hereticus: q̃ vt dicit glo. sup dicto passu. Supbia facit hereticum: non ignorantia. Putabat ergo Augustinus se absq̃ dei munere viuacitate sui intellect⁹ oĩa penetrare. Propter qđ permisit eum deus ruere in tenebras erroꝝ. Tertia ratio fuit peruerse societatis frequentatio. Tũc enim temporis pullulabat heresis manicheorum: que ferme totum infecerat orbem. Parte ex altera pater eius gentilis erat: ꝙ̃uis mater que Monica dicebatur / eẽt christianissima. Modo peruersa societas / atq̃ patris nequitia plerunq̃ sunt in iuuenibus malignitatis et nequitie occasio. Quarta ratio fuit carnalis corruptio. Lubrica enim vita cecitatem mentis inducit: sicut patuit de Salomone: de quo legitur. iij. Regum. xj. ꝙ cum senex esset / deprauatum est cor eius per mulieres alienigenas: adeo ꝙ adorauit idola earum. Sic est autem ꝙ Augustinus in iuuentute sua aliquanto tempore lubricam vitam duxit. Unde et de actu nephario genuit filium cui nomen imposuit a deo datum: qui acerrimi ⁊ clarissimi ingenij existens obijt etatis sue anno decimosexto. De cuius morte grauissime doluit idem Augustinus propter ingenij illius viuacitatem. Patet ergo multiplex ratio eclipsionis intellectus diui Augustini.

¶ Moraliter. Practica quomodo multi iuuenes dotati intellectus claritate et viuacitate: tandem sepe hebetantur et in varios errores incidunt diuersis de causis: vtputa quia de se nimium presumunt: non recognoscentes hoc donum dei esse: aut quia nimis alte volare volunt: vt vulgo dicitur: cum tamen dicat sapiens Ecclesiastici tertio. Altiora te ne quesieris. Et Paulus ad Romanos duodecimo. Non plus (inquit) sapere ꝙ̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Aut quia dant se lasciuijs / comessationibus / ebrietatibus / ⁊ spur-

N

citijs multis.

¶ Secūdo beatus Augustinus comparatur soli ratione decorationis. Decorat enim sol suo splēdore. Nam inter septē planetas celi sol preeminet in claritate. Quinimmo alijs planetis suum communicat splendorem. Ita et beatus Augustinus inter omnes doctores ecclesie post apostolos obtinet primatū. Sunt enim quatuor ecclesie doctores qui pre ceteris post apostolos et euangelistas illuminauerunt ecclesiam: et quorū dicta in maiori reuerētia habentur: ita vt illis contradicere non liceat. Hi sunt Hieronymus / Gregorius / Ambrosius / Augustinus. Hieronymus precellit quo ad sensum literalem sacre scripture. Gregorius quo ad sensuz moralem. Ambrosius quo ad sensum allegoricum. Augustinus autem quo ad sensum anagogicum. Cum ergo iste sensus precellat ceteros sensus: consequens est dicere ipsum Augustinum ceteros doctores precellere. Nec solū precellit ceteros quantum ad sensus sublimitatem: verum etiam quantum ad librorum multitudinem copiosam. Tanta enim scripsisse fertur vt numerus librorum eius et tractatuum plusq̄ mille triginta fuisse dicantur. Quod igitur studiolum / aut que bibliotheca comprehendere queat scripta doctoris augustini? Certe nullam me vidisse puto. Et certe valde mirum est quomodo tot et tanta scribere potuerit. Tum propter vite breuitatem. Tum propter cure pastoralis occupationē. Tum propter hereticorum ferme assiduam impugnationē. Tum propter quietis corporalis necessitatem. Si quis cupit partem librorum ab eo editorum audire: recurrat ad nostrum Uincentium Beluacensem in speculo historia. lib. decimonono. Merito ergo de eo dici potest illud dictum. Mentitur qui te totum legisse fatetur.

¶ Moraliter. Hic instruuntur doctores theologi et viri literati dare operā literis: tum propter occupationis honestatem: tum propter veritatis agnitionem: tum propter hauriendam mellifluam delectationem: tum ꝑpter vitandam oīm malorum nutricem ociositatem. vn̄ Hieronymus in epistola ad paulinum presbyterum. Discamus (inquit) in terris quorum scientia in celo ꝑseueret ī nobis. Item idem Hieronymus tertia parte epistolarum suarum: epistola. vij. ad Nepotianum: de vita clericorum scribēs / ait. Diuinas scripturas sepius lege: immo nūq̄ de manu tua sacra lectio deponatur. Ualet etiam huiusmodi exercitium diuinaꝝ scripturarum ad vitandum carnalia vitia. Unde idem Hieronymus vbi supra: epistola. xxix. ad Rusticum monachū scribēs ait. Ama sciētiam scripturarū: et carnis vitia nō amabis. Sed proh dolor multi literati viri / et quibus dedit deus multā intellect⁹ claritatē: postq̄ vident se ꝓmotos ad ecclesiastica beneficia: siue graduatos in sacra theologia: dāt se inertie et torpori: vācantes otio: et delicias suas querētes: atq̄ in hūc mo-

dum abscondunt talentum domini sui in proximorum dānificationem / et animarum suarum perditionem.

¶ Queri autem potest quomodo beatus Augustinus de profundis tenebrax errorum scilz gētilium / translatus sit ad claritatem luminis fidei catholice. Ad hoc respondetur ꝙ per tria remedia.

¶ Primum fuit diuina inspiratio / siue interior illumiatio. Nam de eo legitur ꝙ cum semel solus esset in quodam orto sub quadam ficu: audiuit vocem dicentem sibi: Tolle lege Tolle lege. Quo audito cepit cogitare vtrū ne illa vox quam audierat / esset puerorum circa murum orti cantantium ex solatio. Qđ cum comperisset non esse ita: statim existimauit dictam vocem a deo processisse. Unde domum reuersus: et inuento super mensam libro epistolarū Pauli / ipsum aperuit. Et ecce cōiectis oculis ad primum capitulum legere cepit: Induimini dn̄m Jesum Christum. Et statim quasi infusa luce securitatis / ab eo om̄es dubietatis tenebre diffugerunt. Intellexit ergo ex illis verbis sibi a dn̄o dici vt indueret dominum Jesum Christum / baptismum sacrum suscipiendo. Unde ex tunc firmiter proposuit in omnino ꝛ in breui se facturum. Nam adueniente paschali solēnitate. baptizatus est a beato Ambrosio: cū esset annorum triginta: in hoc imitans Christum / qui circa illam etatem baptizatus est. Non licuit tamen Augustino tantum differre baptizari. Unde frequenter in libris suarum confessionum de tanta tarditate vehementer seipsum increpat. Baptizatus est etiam cum eo filius suus Adeodatus: similiter et Alipius magnus ei⁹ amicus et compatriota. Baptizauit autem eum in ecclesia Mediolanensi / venerabilis pater Ambrosius: qui tunc cepit loqui / dicens: Te deum laudamus. Cui respondens Augustinus ait: Te dominum confitemur. Et hi duo sanctissimi doctores dictū hymnum tunc alteratim ediderunt vsqꝫ in finem.

¶ Secundum medium quo tractus fuit Augustinus de tenebris īfidelitatis ad claritatem fidei christiane: fuit pie matris cooperatio. Nam etsi nullus preter xp̄m possit alteri mereri de condigno primam gratiā: potest tamen hoc iustus de congruo. Et de hoc historiam habemus Actuum. ix. de Beato Stephano: qui orauit deum pro conuersione Beati Pauli: de quo etiam loquens Augustinus sermone primo de eodem beato Stephano: dicit ꝙ si sanctus Stephanus pro Paulo non orasset / ecclesia Paulum non habuisset. Ad propositum ergo bona opera sancte illius vidue Monice matris Beati Augustini multum cooperata sunt ad conuersionem eius: et hoc tripliciter. Primo quidem oblationes pro eo domino offerendo. Unde ipsemet de ea refert libro. v. confessionum: ꝙ adeo sollicita erat de ei⁹ cōuersione ad fidem catho-

licam q̄ nullū diē pretermitte=bat in quo bis oblationē ad altare dñi non offerret: scz mane et vespere. Scdo: ꝓo pro eo ad dñm preces cū lachrymis fun=dendo. Nam vt de eadem re=fert idem Augu.lib.iij. confes=sionum: plus flebat ad dominū pro conuersione illius q̄ flent matres corporea funera filioꝝ suoꝝ. Deinde subdit dicens ad dñm quasi grās agēs: Exaudi=sti eam dñe deus: nec despexi=sti lachrymas eius: cū profluē=tes rigarēt terrā sub oculis ei9 in omni loco orationis ei9. Un=de semel ea orante vidit se stā=tem in quadam regula linea: ꝛ aduenientem ad se quendam iuuenem.i. angelum dñi splen=didum et hilarem: ita vt arri=deret sibi / cum tamen illa esset merore confecta. Interrogauit ergo eā dict9 iuuenis cur tātū fleret. At illa. Perditionem (in=quit) filij mei Augustini deplo=ro. Cui iuuenis. Esto secura: qꝛ vbi tu: ibi ille. Respiciensq̄ vi=dit filium suum Augustinū iu=xta se in eadem linea stantem. Per qd̄ innuebatur q̄ ipē Au=gustinus perducendus esset ad rectam fidem catholicā in qua pia eius mater firmiter mane=bat. Tertio aūt sanctoꝝ viroꝝ preces ad dñm pro dicto filio suo postulando. Unde legitur q̄ semel accessit ad quendam sanctum epm: qui (vt aiūt qui=dam) sctūs erat Ambrosi9 / ro=gans eum vt oraret dñm ꝓ di=cto filio suo. Cūq̄ illa frequen=tius instaret: eps importunita=te illius deuictus / ait: Uade se=cura: impossibile est vt fili9 tan=tarum lachrymarum pereat.

Ecce quō pia mater Monica cooperata est tribus modis sa=luti filij sui Augustini.

¶ Tertium medium quo tra=ctus fuit Augustinus de tene=bris infidelitatis ad lumen ve=re fidei / fuit diuini verbi audi=tio. Frequētabat em̄ sermones viri dei Ambrosij: q̄ omni die dñico et festo p̄dicabat ad po=pulum in maiori ecclesia Me=diolanensi: que dr̄ sancti Ger=uasij. Hunc ergo Augustinus libenter audiebat. Una ḡ die diutius predicādo disseruit di=ctus pater Ambrosius de erro=re manicheoꝝ tam efficaciter illum clarissimis auctoritatib9 et acutissimis rationib9 confu=tando q̄ ipse Augustinus here=sim illam a mente sua penitus abdicauit. Cumq̄ mater ab eo hoc percepisset. et de hoc pluri=mum gauderet / dixit ei: Spero in deo meo: et credo q̄ nō prius ex hoc mundo transitura sum / q̄ te videam perfectum chri=stianum. Unde ꝛ ipsa Ambro=sium venerabatur tanq̄ ange=lum domini / diligebatq̄: perce=pto q̄ per doctrinam suam fili9 eius Augustinus errorem suū dimisisset. Nec multo post ab eodē sancto patre baptizatus est: vt supra dictum est. Patet ḡ solutio ad dubiū: quō scilz Au=gustinus de ꝓfundis tenebra=rum.i. erroꝝ gētilium tractus est diuinitus ad verū lumen ca=tholice fidei. Hic multa essent dicenda pro edificatione popu=li si tempus pateretur.

¶ Tertio principaliter beatus Augustin9 comparatur soli ra=tione caliditatis. Est enim sol valde calidus: adeo q̄ per suū

accessum ad nos in estate calefacit terram et fecundat eam. Sic et beatus August. fuit valde intra semetipsum calidus per ignem charitatis quo ardebat et inflammabatur tum ad deum: tum ad proximum. Primo quidem ardebat igne charitatis quo ad deum: in se reuoluens quot et quanta beneficia illi atque toti humano generi contulisset deus: et potissimum ex quo humanam assumpserat naturam. Unde Possidonius in officio ecclesiastico de eo dicit sic. Uulnerauerat charitas christi cor eius: et gestabat verba eius in visceribus quasi sagittas acutas. Similiter gestabat exempla seruorum dei quos de mortuis: supp. per culpam: viuos fecerat: supp. deus per gratiam: tanquam carbones vastatores. i. dissipatos et consumptos. Uult dicere Possidonius quod sicut carbones prius mortui per inflammationem ignis efficiuntur et dicuntur viui: ita etiam multi serui dei prius fuerant mortui per culpam qui postmodum facti sunt viui per dei gratiam. In quo quidem facto videbat Augustinus aperte relucere christi charitatem: et inde magis ac magis inflammabatur ad diligendum eum. Item in nouitate sue conuersionis non satiabatur dulcedine mirabili considerare altitudinem consilij diuini super salutem generis humani. Ecce quomodo Augustinus tanquam sol ardebat igne charitatis ad Christum. Secundo ardebat eodem igne in ordine ad proximum. Hoc autem manifeste patet in illis maximis et assiduis laboribus quos assumpsit pro salute proximorum: vez predicando: scribendo: disputando: legendo: consilium dando: confessiones audiendo: hincinde discurrendo: et huiusmodi. In quibus quidem laboribus incomparabilis fuit. Similiter eius charitas ad proximum in hoc apparet quod vasa ecclesie etiam sacra iubebat conflari et dari pauperibus. Item cum sibi pecunia deerat ad dandum pauperibus: hoc ipsum populo indicabat: videlicet se non habere quod daret pauperibus. Hoc idem etiam patet in zelo quem habebat contra peccata: in quibus presertim proximi ledi poterant in fama et honore: sicut precipue apparet in vitio detractionis. Nam contra detractores scriptum habebat iuxta mensam suam ea que sequuntur. Quisquis amat dictis absentum rodere vitam: Hanc mensam indignam nouerit esse sibi. Hoc autem ita stricte obseruabat quod cum quidam episcopi sibi familiarissimi aliquando linguam ad detractionem laxarent: ipse contra eos insurgebat dicens quod nisi desisterent: versus predictos parieti affixos deleret: aut de mensa ipse recederet. Ecce charitas Augustini erga proximos suos.

¶ Moraliter. Hic instruimur instar viri dei geminam gerere in cordibus nostris charitatem. Primam quidem et principalem ad deum: ipsum super omnia diligendo. Secundam vero ad proximum: ipsum sicut nosipsos amando. Sic enim precipitur nobis Matthei vigesimosecundo. Diliges dominum

deum tuum ex toto corde tuo & proximum tuũ sicut teipsum. Sed forsan dices. Diligo dominum deum super omnia. Audi igitur non meã sed diui Gregorij sententiam: qui in homilia diei pentecostes sic ait. Vere diligimus: si mandata dei seruamus. Hinc prime Joannis.iiij. dicitur. Si q̃s dixerit quoniam diligo deum et mandata eius non custodit: mendax est. Alius forsan dicet. Diligo proximũ sicut meipsum. Sed audiat talis Grego. dicentem ꝙ probatio dilectionis exhibitio est operis. Qui ergo videt fratrem suum necessitatem habere: nec illi subuenit cum tamen bene possit: sed claudit viscera sua ab eo: talis non realiter sed tantum ore diligit eum.

¶ Quarto beatus Augustinus comparatur soli ratione sublimationis. Sol enim valde sublime collocatur: q2 in medio planetarum est sedes eius. Sic et beatus Augustinus fuit valde sublimis in presenti per celestium bonorum contemplationem ita vt interdum extra se raperetur: & ab his inferioribus alienaretur: sicut frequens exemplũ aperte demõstrat. Semel enim ad eum studentem quedam mulier accessit cõsilium ab eo querens. Sed cum multa illi locuta fuisset: ipsam nec vidit nec audiuit: neq3 responsum aliqd illi dedit: propter quod multum indignata & scandalizata ab eo recessit. At vero dum in crastino missam eius audiret: rapta est ante tribunal sanctissime trinitatis: ibiq3 vidit ipsum Augustinum de ipsa ineffabili trinitate subtilissime disputantem dictumque est ei ꝙ ille ibi tunc erat quando die precedenti ad ipsum accesserat: nec de ea q̃cquã aduerterat. Ad eum igitur iterũ redire monita est. Qḋ cum fecisset: salubre consilium ab eo accepit. Ad idem propositum legitur de quodam sancto viro: qui raptus sanctos in gloria conspexit. Cumq3 inter eos non videret Augustinum: super hoc admirans quesiuit cur eum cum alijs minime videret. Et statim dictum est ei. Augustinus residet in excelsis vbi disputat de gloria excellentissime trinitatis. Ecce diui Augustini sublimis comtemplatio.

¶ Moraliter. In hoc instruimur tempore & loco vacare sancte contemplationi tanq3 parti meliori: cũ Maria Magdalena que hoc ipsum elegit: per quam quidem cõtemplationem eleuamur supra nos ad meditandum celestia et diuina. Ad quod etiam faciendum nos admonet nostra corporalis figura: prout pulchre declarat idem Augustinus libro de disciplina christiana ita dicens. Beluas deus prostratas in faciem fecit pastum querentes de terra. Te o homo in duos pedes erexit de terra. Tuam faciem sursum attendere voluit. Non discordet cor tuum a facie tua. Non habeas faciem sursum: & cor deorsum. Hec ille. De hoc vide si vis Boetium de consolatione: libro quinto: metro quinto: ibi. Unica gens hominum celsum leuat altius cacumen: id est caput. Atq3 leuis recto stat corpore: despicitq3 terras. Hec nisi

terrenus male desipis, admonet figura: Qui recto celū vultu petis: exerisque frontem. In sublime feras animū quoq: ne grauata pessum ⁊c.

¶ Quinto beatus Augustinus comparatur soli ratione descensionis. Dupliciter enim dicitur sol descendere: videlicet a meridie ad occidentem: et a solstitio estiuali ad solstitium hyemale. Sic et beatus Augustinus dupliciter descendit hic in presenti per humilitatem: scilicet ante prelaturam: et post susceptam prelaturam. Primo quidem ante adeptam prelaturam descendit per hoc ꝙ quantum in ipso fuit, omnem prelaturam et ecclesiasticam dignitatem fugit. Unde de seipso loquens libro primo de vita ⁊ moribus clericorum dicit sic. Qđ esse potui: esse nolui: nec tamen quesiui esse quod sum. Elegi abiectus esse in domo dei mei magis ꝙ̄ habitare in tabernaculis peccatorum. Non enim in conuiuio domini mei superiorem locum elegi: sed inferiorem ⁊ abiectum. Et placuit illi dicere mihi. Ascende sursum. Et iterum. Adeo inquit timebam episcopatum: vt quoniam ceperat esse iam alicuius momenti inter dei seruos fama mea: in quo loco sciebam non esse episcopum: non illo accederem. Cauebam autem hoc et agebam quantū poteram vt in loco saluarer humili: ⁊ non in alto periclitarer. Sed domino seruus contradicere non debet: cui placuit mihi dicere. Ascende superius. Hec ille. Ecce quo modo alter sol Augustinus descendit per humilitatem priusꝙ̄ ad prelaturam assumeretur. Secundo descendit dictus sol per eandem viam humilitatis postꝙ̄ ad ecclesiasticam est sublenatus dignitatem. Hoc autem manifeste apparuit in tribus: in quibus communiter solent ecclesie prelati inaniter gloriari et superbire: videlicet in preciositate vestium. In curiositate vasorum. In abundantia ferculorum. Sed in his omnibus humiliter se habuit egregius pastor Augu. Primo quidem in vestitu. Nam vestimenta eius ⁊ alia ornamenta nec nimium erant abiecta: nec plurimum nitida: sed moderata. Unde interdum dicebat. Fateor de ꝓciosa veste erubesco: et ideo cum datur mihi, vendo eā vt quia vestis communis esse nō potest: pretium sit commune. Secundo humiliter se habuit quo ad vasa quibus sibi ministrabatur in mensa. Nam vt de eo refert eius discipulus Possidonius qui ipsius dictauit legendam: vasa non argentea: exceptis coclearibus: sed lignea, vitrea, vel marmorea: seu terrea habebat: non propter paupertatem quia non posset: sed propter humilitatem. Tertio hūiliter se habuit quo ad mensam. Semper enim mensa frugali et parca vsus est: et inter olera et legumina propter infirmos ⁊ hospites plerunq; carnes habebat. Pauperum etiam semper memor erat: et ex his que habere poterat liberaliter illis exhibebat. Ecce nostri pontificis Augustini mira humilitas.

¶ Moraliter. Practica quomodo hodie valde pauci aut nulli clerici volũt esse Augustinenses id est augustini imitatores. Hoc autem facile videre est: qꝛ ferme oẽs etiam indocti ꝛ imperiti appetũt ecclesiastica beneficia/ dignitates/ ꝛ. platuras ad eas se vltro ingerentes: et per vias obliquas ad eas igredi laborantes. Cumqꝫ sublimati fuerint: neqꝫ in propria deseruire volunt: neqꝫ bonos ꝛ zelosos officiarios: vtpote qui oderint auaritiam: super populum sibi creditum constituunt: sed nescio quales firmarios quib⁹ non est cure de salute ouium: sꝫ tantum de lana earum. Quo fit vt frequẽter in immensum ꝛ in breui ditentur. Preterea dicti prelati plerunqꝫ superbiunt in illis tribus in quibus bon⁹ pastor noster Augustinus nouerat humiliter se habere. Primo cũ pompatice vestiunt. Mentior si non vidi vnũ ex illis precioso serico quod velutum appellant: indutum. Olim enim qui mollibus ꝛ pretiosis vestiebantur: in domibus regũ erant. Sed profecto hodie reperire est multos tales intra ecclesiam. Secundo multi prelati hodie sanguinem pauperum et emendas causarum quandoque impudicarum ad sedem suam venientiũ: conuertunt in vasa aurea ꝛ argentea gloriãtes in buffetis suis in quib⁹ plerũqꝫ excedunt magnos principes ꝛ potentes hui⁹ seculi. Tertio tales frequenter celebrant conuiuia regia facientes banqueta dñis et dominabus: in quibus consumunt multam substantiam inaniter et postmodũ se excusant de dandis magnis eleemosynis pauperibus. Taceo de ludis: et de his que non licet homini loqui in quib⁹ tales multa quandoqꝫ expendunt. Nouerint ergo tales ꝙ beatus episcopus Augustinus surget in iudicio cum generatione ista: et condemnabit eam comparatione melioris facti: de quo prius dictum est.

¶ Sexto beat⁹ Augustinus cõparatur soli ratione ascensionis. Solet enim sol ascendere a solstitio hyemali ad solstitium estiuale. Sic ꝛ beatus Augustinus tripliciter ascendit.

¶ Primo quidem de infidelitate ad fidelitatem: de errore ad veritatẽ: de profundo tenebrarum ad sublimitatem vere claritatis: de culpa ad gratiaꝫ: de seruitute peccati ad libertateꝫ gr̃e: de porta inferni ad ianuã celi. Ecce felix ascensus multiplex. Propter quod merito de eo dici potest illud psalmiste. Ascẽsiones in corde suo disposuit: supple Augustinus: in valle lachrymarum: id est in presenti vita. Quia ꝙ̃ differt ascendere modis p̃dictis: post hanc vitam potius descẽdit in abyssum ꝙ̃ ascendat in celum.

¶ Secundo idem Augustinus ascendit ad prelaturam ꝛ ecclesiasticam dignitatem: ꝙ̃uis inuite: vt dictum est. Modus autem talis fuit. Ipse nempe post sacrum baptismum ad Aphricam vnde oriũdus erat remeauit. Comperta autẽ eius fama beatus Ualerius Iponẽsis episcopus cũ ad se accersiri fecit/ ꝛ licet inuitũ presbyterum ordinauit. Uerum quia predict⁹

Ualerius erat grecus: ⁊ minus lingua latina ⁊ literis eruditꝰ: impetrauit ab archiepiscopo carthaginensi vt posset cedere episcopatui: ⁊ Augustinꝰ ecclesie sue Jponensi in episcopum preficeretur. Qui quidem Augustinus licet plurimum renuisset demum compulsus est episcopari: ⁊ ecclesiam Jponēsem pontificaliter gubernare. Post modum autem fertur de seipso dixisse. In nulla re sentio mihi dominum sic iratum sicut in hoc ꝙ cum dignus vix essem ad remū poni: positus sum ad amplustram in apice regiminis ecclesie.

¶ Tertio ascendit idem Augu. tandem ad celestem gloriam. Nota quomodo in diebus eius scilicet circa annum dñi quadringentesimum vndecimum vvandali totam Aphricam deuastātes: cū essent infideles: nulli catholico parcebāt. Tandem Jponensem ciuitatem quam regebat pastor bonus Augustinꝰ manu valida obsederunt. Sub hac ergo tribulatione ipse Augustinus senectutis sue amarissimam vitam duxit: cum videret alios occisos: alios effugatos: alios captiuos: ecclesias sacerdotibus viduatas: ⁊ ciuitates cū incolis dissipatas. Conuocatis ergo fratribus ait. Ecce rogaui dominum vt aut nos de his periculis eruat: aut patiētiam tribuat: aut de hac vita suscipiat: ne tot calamitates videre compellar. Et ecce obtinui tertium. Unde tertio mense obsidionis ciuitatis predicte Jponensis febribus decubuit. Nota de septem psalmis penitentialibus quos cōtra parietē positos lecto decubās dicebat vbertim flens. Tandem ad extremā horam deductus: membris omnibus sui corporis incolumis: integro aspectu ⁊ auditu: anno etatis sue .lxxvi. sui vero episcopatus anno .xlv. coram positis fratribꝰ ⁊ orātibus dormiuit cū fratribus suis. Testamentum nullum fecit: quia vnde faceret pauper Christi non habuit. Patet ergo felix ascensus pij patris augustini de hoc mundo ad patrem. Rogemus itaqꝫ ipsum vt intercedentibus eiꝰ meritis ⁊ precibus post ipsum ad celestem illam gloriam tandem ascendere valeamus. Prestante domino nostro Jesu Christo: qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat ꝑ immortalia secula. Amen.

¶ Sermo in die decollationis beati Joannis baptiste.

Male tractauerunt illū qui a ventre matris consecratus est propheta. Ecclesiastici. xlix. Uerba ista sūt sapientis Jesu Syrach qui loquens de Hieremia propheta domini vt patet in litera: tria tangit: Primū est aduersariorum nequitia: quia male tractauerunt illum: supple inimici sui. Secundum est ipsius Hieremie insignis excellentia: quia a ventre matris cōsecratus est. Tertium est eiusdē Hieremie preclara intelligentia: quia propheta. Hec autem tria fuerunt in beato Joanne

baptista. Primo enim fuit ab Herode et famulis suis nequiter tractatus: tum quia in carcerem reclusus: tum quia capite truncatus. Secundo fuit in vtero sancte matris sue Anne sanctificatus: et ab originali purgatus. Quod tunc completum est quando Christifera Maria salutauit Elizabeth. Luce primo. Sic enim de eo predixerat angelus gabriel dicēs. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue. Tertio fuit nedum propheta: verūetiā plusq̄ propheta: prout de eo testatur Christus Matth. xj. vbi ad turbas de Joanne dixit. Quid existis in desertū videre? Arundinem vento agitatam? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis et plusq̄ prophetā. Bene ergo de eo premissum est vbi supra q̄ impius Herodes cum complicibus suis male tractauerunt illum qui a ventre matris consecratus est propheta. ¶ In p̄senti sermone intendo prosequi expositionē euangelii hodierni: in quo summarie fit mentio de sex generibus personarum: videlicet

De Herodis malignitate
De Joannis magnanimitate
De Herodiadis calliditate
De inique prolis vanitate
De speculatoris crudelitate
De discipulorum religiositate.

¶ Primo igitur in dicto euangelio fit mētio de Herodis malignitate: quia misit ac tenuit Joannē: et vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem fratris sui Philippi: quia duxerat eam. In quibus verbis tria tanguntur. Primū est impii Herodis iniqua legatio: quia misit supple satellites suos et viros armatos, q̄ comprehēderent Joannem. Secundum est legationis peruerse adimpletio: quia tenuit Joannem: supple in sua potestate et voluntate. Tertium est iniqui effectus ab iniqua causa p̄cedētis executio: quia vinxit eum in carcerē propter Herodiadem etc. Circa autem hunc textum est diligenter notādum q̄ fuerunt tres Herodes: quorum primus cognominatus est ascalonita: qui primus alienigena regnauit in Judea post hircanum. Et iste Herodes in dolo obtinuit totum regnum Judeorum. Iste etiam est qui interfecit pueros bethleemitas a bimatu et infra. Secundus cognominatus est Antipa: qui fuit filius predicti Herodis. Et sub isto passus est Christus: qui etiam decollauit Joannem. Hic etiam Herodes patre mortuo adiudicāte imperatore Cesare successit patri in Galilea: et Archelaus frater eius in Judea. Tertius Herodes cognominatus est Agrippa. Et iste fuit nepos Herodis Ascalonite. Hic etiam incarcerauit Petrum: et decollauit Jacobum apostolum: vt patet Actuum decimotertio. Unde tales dantur versus.

Ascalonita necat pueros: Antipa Joannem. Agrippa Jacobum: claudens in carcere Petrum. Ad propositum ergo redeuntes dicimus q̄ Herodes Antipa de quo est hic questio:

habuit duos fratres: quorum pri-
mus dictus est Archelaus: qui
habuit post mortem patris me-
dietatem Iudee: eo quod esset pri-
mogenitus. Secundus vero di-
ctus est Philippus: et iste Phi-
lippus cum dicto Herode ha-
buerunt aliam medietatem.
Propter hos tamen ipse Hero-
des imperabat in galilea: vt di
ctum est. Ut autem refert glos-
sa ordinaria super Marcum
sexto capite/ allegans venerabi
lem Bedam / dictus Philippus
duxit in vxorem Herodiadem
filiam Arethe regis: de quo le-
gitur secunde ad Corinthios
vndecimo. Damasci prepositus
gentis Aarethe regis &c. predi
ctam ergo Herodiadem Are-
tha pater eius abstulit a viro
suo Philippo aliqua occasione
orta: et dedit eam Herodi qui
inimicabatur fratri suo Philip-
po. Et quia Ioannes reprehen-
debat ipsum Herodem de tam
facinoroso adulterio seu veri-
us incestu: ideo apprehendit
eum / atque in carcerem misit.
Ecce Herodis malignitas et im
pietas.

¶ Moraliter. Ioannes qui in-
terpretatur in quo est gratia: si
gnificat virum iustum et san-
ctum. Herodes autem qui in-
terpretatur pellibus glorians:
designat virum mundanum qui
gloriatur in pellibus rerum tem-
poralium / siue in pellibus do-
norum naturalium. Hic ergo
Herodes totiens incarcerat
Ioannem / quotiens viri mun-
dani superbi et presumptuosi
persequuntur viros simplices
iustos et sanctos. Frequenter er
go Herodes incarcerat Ioan-
nem: quia sepe maligni et mun-
dani homines persequuntur iu
stos et dei seruos. Prouerbio-
rum vigesimonono. Cum im-
pii sumpserint principatum: ge-
met populus: et hoc propter
oppressiones et calumnias eo-
rum. Et est de quo conqueritur
sanctus ille Iob vigesimoquar-
to dicens. Nudos dimittunt ho
mines: indumenta eorum tol-
lentes: quibus non est operimen-
tum in frigore. Uim fecerunt
depredantes pupillos: et vul-
gum pauperum spoliauerunt.
Nudis et incedentibus absque
vestitu et esurientibus tulerunt
spicas. De ciuitatibus fecerunt
viros gemere. Ecce virorum
mundanorum et tyrannorum
malignitas. Sed audiant quid
sequitur. Anima vulneratorum
clamabit: scilicet ad deum vt
faciat vindictam de talibus vi-
ris impiis: et deus inultum abi-
re non patitur: quia supple iu-
stus est.

¶ Secundo in euangelio ho-
dierno fit mentio de Ioannis
magnanimitate: in hoc scilicet
quod dixit Herodi. Non licet tibi
habere vxorem fratris tui Phi
lippi. Ualde ergo magnanimus
fuit Ioannes qui non est reue-
ritus regiam dignitatem: neque
potentie crudelitatem: quo non
minus diceret aperte veritatem.
Quia enim peccatum regis no-
torium erat: ideo publice argui
poterat. Et quamuis lex Iudeo-
rum quam ipse Herodes tene-
bat: non prohiberet quin ali-
quis duceret vxorem fratris
defuncti: hoc tamen vetabat eo
adhuc viuente: vt dicit glos-
sa interli. Hoc enim specialiter

prohibetur Leuiti. xviij. Item Deutero. xx. dicitur. Qui duxerit vxorem fratris sui: rem illicitam facit. Hoc tamen intellige semper adhuc viuente fratre vt dictū est. Qr ꝙ ipse Joan. venerat in spiritu ꝛ virtute Helie: prout de eo predixerat angelus Luce. j. ideo Herodē arguit et herodiadem: sicut Helias, Achab et Jezabel: malens apud regem periclitari ꝙ immemor esse ꝑcepti dei: vt dicit Beda in glos. ordiā. super mar.

¶ Moralr. Duo fratres sunt spiritus et corpus. Uxor corporis est concupiscentia carnis. Hanc ergo vxorem non debet ducere spiritus ꝑ illicitum consensum: et hoc sub pena mortis ꝑpetue qr vt dicit apost. ad Ro. viij. Si scdm carnem vixeritis: moriemini. Uel dic ꝙ frater noster est diabol9: saltem per creationem: quia ab eodem patre deo nobiscum processit. Uñ Job. xl. Ecce behemoth quem feci tecum. Huius autē fratris nostri diaboli vxor est superbia: quam ab initio duxit quando dixit de seipso loquens illud Esaye. xiiij. Ascendā in celum ꝛc. Quicunqꝫ ergo supbit aut inaniter gloriatur de bonis a domino deo sibi collatis: talis ducit vxorem fratris sui diaboli. Ecce qđ operatur ois superbus ꝛ arrogans.

¶ Moraliter et aliter. Exemplo diui Joannis docentur diuini verbi ꝑdicatores magnanimiť et cum omni audacia bona et discreta increpare notoria ꝛ apta peccata magnatū ac potentum. Sic em̄ precepit dñs Esa. lviij. dicens. Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam: et annuncia populo meo scelera eorum: et domui Jacob peccata eorum. Sed profecto pauci q̄modum hodie reperiuntur ꝑdicatores: qui velint aut audeant rep̄hendere peccata magnatum ac principum huius seculi: forsan quia timent perdere bonam gratiam eorum: aut qr timent vite proprie. Propter quod scriptura Esa. lvj. vocat eos canes mutos non volentes latrare. Unde Sene. lib. vj. de beneficijs: ad propositum loquens dicit sic: Monstrabo tibi cuius rei inopia laborēt etiā magna fastigia: quod oia possidentibus desit: scꝫ ille qui verum dicat. Hec ille.

¶ Tertio in euangelio hodierno fit mentio de herodiadis calliditate: cū subditur. Herodias autem insidiabatur illi. s. Joan. et volebat occidere eū. s. sub aliquo colore ꝛ palliatione crimis nec poterat: qr irrep̄hensibilis erat vita ei9 pariť et doctrina. Causa autē ꝑpter quam dicta herodias insidiabatur Jo. cupiens eum occidere: erat triplex. Prima erat doctrine veritas quam predicabat Joan. ꝛ presertim cōtra adulteros ꝛ incestuosos: quia vt dicit Augustinus: Oculis egris odiosa est lux: sup. sancte ꝑdicatiōis: que puris est amabilis. Secunda erat timoris vanitas. Ipsa em̄ timebat ne ad predicationē beati Joan. Herodes ad penitentiam traheretť: et sic eā marito suo Philippo redderet. Quod tamen erat valde optabile. Ex quo patet ꝙ trepidabat vbi nō erat timor. Tertia, erat vite sanctitas Cum enim Joan. esset plenus

sctitate: Herodias que plena erat omni spurcitia et iniquitate: non libenter eum videbat.

¶ Moraliter. Propter tria predicta hoies mūdani et petōres odiūt bonos et zelosos predicatores. Primo quidem propter veritatem quā illis predicant. Amos. v. Odio habuerūt corripientem in porta: et loquentem supple veritatem: pfecte abomi nati sunt. Propter quod Salomon Prouerb. ix. loquitur / dicens: Noli arguere derisorem ne oderit te. Scđo propter vanum timorem: sicut ptz de vsurarijs qui odiunt predicatores latrantes cōtra hmōi vsure vitium. Idem dic de luxuriosis et cōcubinarijs tā viris ꝙ mulieribus: qui odiunt illos predicatores qui suis predicationibus procurāt diuortium inter tales. Tertio ppter vite sanctitatem quam in eis vident. Unde tales dicunt illud Sapiētie ij. Circūueniamus iustum: qm inutilis est nobis: et cōtrarius operibus nostris: et improperat nobis peccata legis.

¶ Quarto in presenti euangelio fit mentio de inique prolis vanitate. Hec autē iniqua proles fuit filia turpissime et impijssime Herodiadis: de qua dr in euangelio ꝙ cum Herodes ob reuerētiam diei sue natiuitatis qui tūc occurrebat fecisset cenam valde solennem cunctis principibus et tribunis et pmis galilee: ingressa est aulam regiā filia Herodiadis vt chorizaret corā rege et simul discūbētibus. Que intantum placuit regi vt diceret ei etiam addito iuramento. Pete a me quod vis: et dabo tibi / etiam si petieris dimidium regni mei. At illa consulta impia matre petijt in disco caput Joannis baptiste. Quo audito cōtristatus est rex. Sup hoc autē textu multa sunt consideranda que fuerunt occasio mortis beatissimi Jo.

¶ Primū fuit crapula et ebrietas. Hoc autem notatur cum in euangelio dr ꝙ rex fecit cenam principibus etc. In conuiuijs āt et banquetis solēt homines plꝰ solito replere se cibis et potibꝰ / etiam plerūqꝫ vsqꝫ ad hebreos. Post hec autem solēt sequi multa mala. Non mirum ergo si inter conuiuandum actum est de morte Joannis.

¶ Secundum ꝙ fuit occasio mortis diui Joannis: fuit effrenata dissolutio et lascuia: quia introiuit filia Herodiadis sup cōuiuantes: et saltauit sicut mo ris est chorizantium. Practica de choreis / et de malis inde prouenientibus. Patet ergo ꝙ ex his duobus que sunt crapula / et mulierum dissolutio siue malitia: multa mala fiunt: iuxta illud Eccl'ia. xix. Uinum et mulieres apostatare faciunt ēt sapientes.

¶ Tertium quod fuit occasio mortis beati Joan. fuit impia et stulta promissio quā fecit rex saltatrici / cum ait: Pete a me qđ vis. etc. Qui ideo addidit iuramētum: vt occasionem inueniret occidendi Joannē vt dicit Beda in glo. ordi. Naz si dicta saltatrix patris aut matris postulasset interitum: siue alicuius de amicis et familiaribꝰ regis: ipse vtiqꝫ non concessisset. quāto minus ergo debuit

consentire in mortem sanctissimi prophete et precursoris domini? Nec certe iuramentum ab Herode prestitũ excusat eũ: quia incautum et indiscretum fuit. Modo vt dicit Isidorus libro.ij.synonymorum: et similiter recitatur. xxij. q.iiij. in malis. In malis promissis rescindenda est fides:et i turpi voto mutandum decretum. Quod ergo (inquit) incaute vouisti / vide ne feceris. Impia est promissio q̄ scelere adimpletur. Hec ille. Unde de David legitur.j. Regum. xxv. ꝙ iurauerat occidere Nabal:nec tamen eum occidit:placante eũ Abygail vxore dicti Nabal. Nec tamen in non occidendo Nabal / male fecit: quinimmo de hoc laudatur.

¶ Quartum quod fuit occasio mortis beati Joannis:fuit prauum cõsilium qđ dedit impijssima Herodias filie sue. Nam cũ dicta filia dixisset matri sue quid peteret:illa mox respõdit dicens:Pete caput Joãnis baptiste. Ipsa nempe herodias optabat in potestate linguam illam habere que illicitas nuptias arguebat:vt dicit Hieronymus. Qđ autem subditur in euãgelio ꝙ contristatus est rex ad vocem puelle petentis in disco caput Joannis / fictio erat et pura simulatio. Nam faciebat spontanee qđ facere videbatur inuite. Et vt dicit glo.ordi.promissionem puelle factam iuramento confirmauerat: vt occasionem haberet occidendi Joãnem. Est etiam satis verisimile ꝙ erat mutua intelligentia inter Herodem et Herodiadem de consilio dando puelle: vt sic haberet occasionẽ saltem palliatam de occidendo Joãnem / cuius mortem summe affectabat :sed hucusque occasionem nõ inuenerat. Patet ergo de multiplici occasione mortis beati Joannis.

¶ Moraliter. Notandum conformiter ad beatum Hierony. super Hiere. lib. ij. et similiter recitat. xxij. q.iij. Animaduertendum. ꝙ iuramentum debet habere tres comites ad hoc ꝙ debite fiat:scz veritatem / iudicium / et iustitiam. Modo iuramẽtum Herodis neutrum horum comitum habuit. Non primo veritatem. Non enĩ est verisimile ꝙ ipse corde intenderet dare puelle medium regni sui si illud petiuisset: sicut ore promittere videbatur. Ex quo patet ꝙ erat mendax: vtpote contra mentem loquens. Secundo non habuit iudiciũ supple discretionis in iurãdo : sed multum leuiter et indiscrete fecit promissionem puelle. Tertio non habuit iustitiam seu equitatem. Que enim iustitia promittere puelle pro saltu seu chorea dimidium regni si illud peteret? Et breuiter iuramentum Herodis cum esset contra bonos mores / non obligabat eum:qr vt habetur in authenticis de iureiurando a moriente prestito : collatione. v. §. sed hec quidem. Juramentum prestitum cõtra bonos mores / nullum est. Idem similiter habetur.xxij.q.iiij.inter cetera. Patet ergo ꝙ iuramentum Herodis nullũ fuit nisi grande peccatum:Hic insistẽdum est contra illos qui sunt faciles ad iu-

randum: nec considerant si iuramentum eorũ vergat in deteriorem exitum necne. Et ideo tales grauiter peccant: iuxta illud Eccli.xxiij. Vir multum iurãs replebitur iniquitate. Propter quod salubriter consulit Sapiẽs vbi.s.dicẽs. Iurationi nõ assuescat os tuum: multi eñ sunt casus in ea.

¶ Quinto in hodierno euangelio fit mentio de lictoris crudelitate. Nam Herodes misso spiculatore/id est carnifici: precepit afferri caput Joannis in disco. Et decollauit eũ spiculator in carcere: Noluit eñ Herodes Joan. decollari in publico / timens ne populus qui habebat ipsum Joã. in magna reuerentia et estimatione: insurgeret ꝯ eum. Mos eñ regũ ac ꝑncipuȝ est occidere in occulto aut noctis silẽtio illos de quoꝝ morte publica timẽt populũ in seditionẽ verti: cognoscẽtes forsan talium innocentiam.

¶ Moraliter. Per lictorẽ executorem praue voluntatis Herodis denotantur multi famuli/officiarij/ꝛ serui iniquorum dominorũ ac principum/q̃ non formidant in perditionem animarum suarum graues molestias et quandoq̧ mortem inferre iustis et innocentibus: ꝛ hoc totũ vt complaceant suis maiorib⁹. Hinc scribitur Ecclesiastici.x. Secundum iudicem populi sic et ministri eius. Gallice. Tel maistre: tel varlet. Itẽ prouerbiorum.xxix. Princeps qui libẽter audit verba mendacij: omnes ministros habet impios. Hoc etiam tangit malos presides et iudices qui interdum in fauorem principũ iniquas proferunt sententias. Talis autem non fuit quidã presidens in suprema curia plamẽti Parisiensis: cui cũ mãdasset rex Frãcie ꝙ daret sententiam ꝓ tali pte: aut exul limites regni exiret: maluit exul fieri ꝛ officium presidentie perdere ꝙ̃ iniquã sententiam proferre. Tandem tñ ab exilio reuocatus pristino officio est restitutus.

¶ Sexto in hodierno euãgelio fit mentio de discipulorũ Joãnis religiositate ꝛ deuotiõe atq̧ reuerentia ad magistrũ suũ. Nã vt cõcluditur in fine euangelij: decollato magistro ꝛ veritatꝫ doctore discipuli eius venerunt forte nocturno tp̃e: ꝛ tulerunt corp⁹ ei⁹: et posuerũt illud in monumento. Quid aũt de taꝫ ꝑtioso corpore factũ sit narrat glo.ordi.sup. Mar. allegãs historiã scholasticaȝ: dicẽs ꝙ tp̃e Juliani apostate pagani inuidentes xp̃ianis qui sepulchrum ipsius Joan. frequẽtabãt:/monumentũ ipsum inuaserunt: et ossa ipsius ꝑ cãpos dispserunt atq̧ rurs⁹ hmõi sacra ossa colligẽtes igni cremauerũt: et denuo per agros sparserunt. Affuerũt tñ quidam monachi/de Hierosolymis qui commixti paganis maximam partem dictorum ossium congregauerunt: et ad Philippum Hierosolymam detulerunt. Ille autem misit et Athanasio Alexandrie vrbis episcopo: ibique honorifice cõdita sunt: scilicet in ecclesia q̃ ad honorẽ eiusdem Joan. consecrata est. De inuentione autẽ capitis eiusdẽ Jo. iter apocrypha cõputatᷓ: vt pȝ.xv. dist. sctã

romana ecclesia. Pro certo tamen tenent nostri galli dicti capitis vnam partem ambianis esse reconditam: que cõtinet superiorẽ mãdibulã cum fronte: vbi euidenter cernitur vulnus quod dicto capiti intulisse fertur Herodias cum illi oblatum fuit in disco: ibi etiã videre est cutẽ adherere ossib⁹ tũ naso integro ꝛ oculis clausis. Sic enim ꝓpriis oculis vidimus. Aliam partem dicũt esse apud Nemorsum. Aliam apud aquitaniã in oppido qđ vulgo dicit: sancti Joannis Angeliacẽ. Cerebrũ autẽ dicunt esse apud sanctum Joannẽ le retrou gall. diocesis Carnoteñ. Crebra aũt miracula q̃ in p̄dictis locis fiunt: dant fidele testimonium presentie dictarum reliquiarum. De digito aũt quo ostendit Jo. Christum dicens. Ecce agnus dei. dicunt nõnulli ꝙ nõ potuit cõburi cum reliquo corpore. Unde de eo refert dñs Anto. floren. in chronica sua. parte. ij. titu. xiij. c. iiij. §. ij. ꝙ fuit quedam mulier in galliis ciuitate Mauriẽna valde deuota eidem beato Joanni baptiste/ que per multa tempora petebat a deo sibi aliquid dari de reliquiis eiusdẽ viri sancti q̃ tandẽ vouit se nõ comesturã donec qđ petebat reciperet: sicq͂ permãsit diebus septẽ continue ieiunans. Septima igitur die vidit super altare eccl'ie in qua orabat/ digitũ miri candoris sibi apparentẽ: quẽ leto aĩo accipit. Hec ibi. Superest igitur nos commendare precib⁹ ꝛ meritis talis ac tanti precursoris dñi: quatenus post ipsum tandem peruenire valeamus ad perennẽ gaudium. Quod nobis prestare dignetur ille q̃ in trinitate perfecta viuit ꝛ regnat. Amen.

Sermo de natiuitate beate virginis.

Nec primam similem visa est: nec habere sequentem. Hec verba sunt sedulij doctoris ecclesie in laudẽ Christifere Marie: que etiam leguntur in officio ecclesiastico in laudem eiusdem virginis. Uolunt autem predicta verba dicere ꝙ dei genitrix virgo fuit tante dignitatis ꝛ excellentie: tante singularitatis et prerogatiue: tanti meriti et gratie: ꝙ nulla mulierum siue que eam precesserunt: siue que eam secute sunt: aut aliquando sequentur: põt illi assimilari ꝑ equalitatem. Propter quod Hieronymus. ij. parte epistolarum suarũ: epistola. lv. dicit ꝙ sicut in cõparatione dei nemo bonus reperitur: sic in cõparatione matris domini nulla mulier perfecta inuenit quãtuncũq͂ virtutibus eximiis comprobetur. Sicut eñ vn⁹ est pater noster ꝛ magister qui in celis est: ita vna est forma virtutum in Maria: cui omnes mulieres vt imaginem reformẽ ꝛ perfectionis: faciem imprimere debent in sculpturam spiritussancti: quoniam hec est hortus conclusus: fons signatus: puteus aquarum viuẽtium. Hec ille. Cum ergo hec virgo dignissima sit talis ac tãta: consequẽs est vt post deum fiduciã et spem nostram in ipsam figamus.

¶ Pro quo notandũ ꝙ spera-

re debem⁹ in hac virgine san-
ctissima: pariter ⁊ in auxilio ei⁹
et hoc propter multa.
¶ Primo q̄dē q: mulier. Mu-
lieres em̄ ſm Ariſt. viij. de aia-
lib⁹ ſunt naturaliter pie clemē
tes ⁊ ꝯpaſſiue: etiā plus ꝙ viri:
eo ꝙ multum participant de hu
mido: viri autē de calido. Un-
de mulier iuxta nois etymolo-
giā dicit quaſi mollis aer. Cū
ergo virgo maria ſit de nume-
ro mulierū: large tñ capiendo
hunc terminū mulier. ſ. pro ſe-
xu: ⁊ nō pro corruptione: conſe-
quens eſt dicere ꝙ ipſa ſit val-
de pia ⁊ cōpaſſiua. Unde dici-
mus ei in fine illius ſalutatio-
nis q̄ incipit Salue regina. O
clemēs: o pia: o dulcis Maria.
¶ Scd̄o debem⁹ ſperare in vir-
gine Maria: q: mater tam xp̄i
ꝙ noſtra. Primo enim eſt mater
xp̄i q̄ eſt iudex noſter. Ex quo
ergo eſt mater ei⁹: debemus fir-
miter ſperare et credere, ꝙ quic
quid ab eo ꝓ nobis petierit: in-
dubie obtinebit. In cuius figu-
rā legit. iij. Reg. ij. ꝙ Salomon
(per quē chriſt⁹ deſignat) di-
xit Berſabee matri ſue. Pete
mater mea: Neqȝ enim fas eſt
vt auertam faciē meā. Secun-
do Maria eſt mater noſtra. ipſa
enim nos genuit in viſceribus
ſue ingētis charitatis ad nos:
adeo ꝙ nulla mater tantum di
lexit filium ſuum quātum ipſa
nos diligit. Ecce quantus ho-
nor nobis confertur, et quanta
ſpes future ſalutis in nobis eē
debet: quia mater dei eſt ma-
ter noſtra. Ex quo vlterius ſe-
quitur ꝙ chriſtus ſit frater no-
ſter: qđ etiam debet ſpem no-
ſtram augere.

¶ Tertio debemus ſperare in
virgīe Maria: q: ſoror noſtra.
Ipa em̄ deſcendit ex Adam et
Eua ſicut et nos. Affinitas aūt
naturaliter inducit ad compa-
tiēdū illis q̄ ſunt affinitate con
iūcti: cū ſcȝ quicꝙ aduerſi pa-
tiūtur. Un̄ etiā videm⁹ ꝙ mul-
ta bruta eiuſdē ſpeciei mutuo
ſe iuuāt ⁊ defendunt. In huius
rei figurā legit Heſter. iiij. ꝙ il-
la ſancta Heſter tm̄ adamauit
gen⁹ ſuū ꝙ nō vocata intrauit
ad regē Aſſuerū: contra edictū
ipſius regis faciēs: ⁊ mortis pe
riculo ſe tradēs vt ſupplicaret
ꝓ ppl'o ſuo. Sic ⁊ v'go Maria
attendēs affinitatē quā habet
nobiſcum, nō ceſſat ſupplicare
ꝓ miſerijs ⁊ neceſſitatib⁹ nr̄is
apud bn̄dictum filium ſuum.
¶ Quarto debemus ſperare in
eadem virgine: q: mulier ſan-
cta. Quanto enim quis eſt deo
vicinior et acceptior per vite
meritum: tanto facilius ab eo
exauditur. Sic eſt autem ꝙ hec
virgo digniſſima adeo eſt ſan-
cta et deo accepta ꝙ vocatur
ſanctarum ſanctiſſima. Merito
ergo illi poſſumus dicere illud
Judith. viij. Ora ꝓ nobis quo
niam mulier ſancta es.
¶ Quinto debemus in eadem
ſperare: q: diues: ſupple in bo-
nis grē et virtutū: ita vt meri-
to de ea poſſimus dicere illud
Prouer. xxxi. Multe filie con-
gregauerūt diuitias: tu v'o ſu-
pgreſſa es vniuerſas. Nec cer-
te poteſt ſe excuſare ꝓpter re-
rum ſpūalium inopiam: q: pre-
dictarū diuitiaꝝ in ea latētiū
teſtem habemus Gabrielem: cū
eam plenam gratia vocat, di-
cens: Aue gratia plena.

¶ Sexto debemus in eadem sperare: q2 liberalis. Sūt enim multi diuites in q̄b9 nō est multum sperādum quo ad temporale subsidium: eo q2 sunt auari et tenaces. Maria autem diues est in bonis spiritualibus/ et liberalis ad impartiendum aliis: scz pro eis intercedendo. vñ Prouerb. xxxi. Manum suā aperuit inopi.

¶ Septimo debem9 in eadem sperare: q2 pia. Et de hoc extat fidele testimonium Joā. ij. vbi legitur q2 cum vinum defecisset in nuptiis/misericordia et pietate mota dixit filio suo: Vinū non habēt. Nam per hec verba volebat eum inducere ad succurrēdum indigētie discumbentiū. Ecce Marie pietas. Item legitur Luce. j. q2 postq̄ angelus Gabriel nunciauit sibi filij dei aduētū: cōtinuo abijt i montana cū festinatione in ciuitatē Juda: ꝛ intrauit domum zacharie: et salutauit Elizabeth: vt scilicet grandeue pregnanti iuuencula deseruiret: vt exponit glo. Hoc aūt totum fecit ex pietate et charitate quam gerebat ad cognatam suam Elizabeth.

¶ Octauo debemus in eadem sperare: q2 mediatrix. Nam sicut filius suus dr mediator' dei et hoim: vt habet. j. ad Tim. ij. sic et ipa mediatrix dr xp̄i filij sui et pctōꝝ: illi ostēdēs vteruz quo cū gestauit: ꝛ vbera quib9 ipsum lactauit. Hec igitur mediatrix sepe pacificat iram dei erga peccatores. Unde perpulchre figurat per Abigail vxorem Nabal: de qua legit. j. Regum. xxv. q2 cum Dauid valde esset commotus ira contra dictum Nabal: eo scz q2 in necessitate denegasset panes seruis suis: intantum q2 decreuerat ipsum delere: ipsa p̄uenit eū: queꝫ placauit muneribus. Applicatio est facilis.

¶ Nono debem9 sperare in eadem ꝟgine Maria: q2 potens: et hoc respectu diuersoꝝ. Primo quidem respectu filij dei: q̄ etsi sit potentissimus: super eum tamen ipa potestatem accepit i hoc scz q2 eo nato pannis ipsuꝫ inuoluit/ et reclinauit in presepio. Hinc canit ecclesia/ dicens: Uagit infans inter arcta cōditus presepia: mēbra pānis inuoluta: virgo mater alligat: man9 pedes atq3 crura stricta cingit fascia. Scdo o ipsa fuit potens erga aduersarium et hostem humani generis. In cuius figuraꝫ dixit de9 de ea ad serpentem in quo latebat diabolus. Ipa conteret caput tuum. Gen. iij.

¶ Decimo debemus in eadem virgine sperare: q2 nobis quodāmodo obligata. Nā propter nos saltē occasionaliter facta est mater dei: non quidē sic q2 merita nostra hoc fecerint: sed potius peccata. Deus em̄ pater dedit nobis filium suum vt assumeret nostram naturam: et in ea cōpleret opus redēptionis nostre iuxta illud Esa. ix. Paruulus natus est nobis: ꝛ filius datus est nob;. Sic igitur occasione nostri facta est Maria xp̄i mater: p̄ut canit ecclesia in prosa dicens. Nec abhorres peccatores sine quib9 nunq̄ fores tāto digna filio. Si nō essent redimēdi: nulla tibi pariendi redēptorem ratio. Pro his facta singularꝫ: super cun-

cta pricipàris sub supremo pricipe. Ergo virgo sic promota causa nostri: nostra vota pmouenda suscipe. Ecce qũo virgo Maria occasione nostri facta est mater Christi. Unde ratione huiꝰ fundat aliqualis obligatio ipsius ad nos. Patet ergo multiplex ratio quare debemus sperare in meritis ꝛ precibus christifere Marie. Nec quidem immerito: qꝛ vt dicit thema preassumptum: Nec primaꝫ similem visa est: nec habere sequentem.

¶ His igitur prelibatis descendendum est ad materiam subiectam: in qua agitur de natiuitate eiusdem intemerate dei genitricis Marie: quam volo perstringere et deducere conformiter ad thema preassumptum/ ostendendo natiuitatem eiusdẽ virginis tam sublimem extitisse ꝙ nec primam similem visa est/ nec habere sequentem: et hoc sub triplici lege:

videlicet Nature. Scripte. Gratie.

¶ Primo igitur in lege nature natiuitas ꝟginis Marie non habuit similem. Pro quo notãdum ꝙ in lege nature reperimus multas preclaras natiuitates/ quas oĩes precellit hec natiuitas.

¶ Prima igitur fuit natiuitas Noe: que ideo cõmemoratione digna est: qꝛ ipse in sua natiuitate laudatus est in spiritu prophetico a patre suo Lamech Gen. v. dicente: Iste consolabit nos ab operibꝰ et laboribꝰ manuum nostrarum in terra: cui bñdixit dñs. Hec autẽ ideo de ipso Noe sunt predicta quia genus humanum saluauit i arca tempore diluuij ne totum periret: vt patet Genesi. vij. ꝛ viij. Sed pfecto ex hac parte natiuitas beate virginis longe est pstantior ꝙ̃ natiuitas Noe. qđ sic patet. Noe enim nõ saluauit nisi octo personas tẽpore ipsius diluuij: etiam ipsum connumerando. At vero dei mater alma suis meritis ꝛ precibus non solum octo personas/ verũetiam totum mũdum ab eterna morte liberauit. Propter quod ipsa in suo cantico de seipsa loquẽs ait: Beatam me dicent omnes generationes. vnde Bern. sermone secũdo in festo Penthecostes: exponens predictum versum/ dicit sic: Utiqꝫ beatam te dicent oẽs generationes: qꝛ omnibus generationibus vitã et gloriam genuisti. In te enim angeli letitiam: iusti gratiam: peccatores veniam inueniunt ineternum.

¶ Moraliter. Sicut Noe consolatus est parentes suos: ita etiam filij iusti ꝛ boni consolantur suos parẽtes. vñ Prouer. x. Filius sapiẽs: id est virtuosus: letificat patrem. Unde frequenter euenit ꝙ vnus solus filius sua probitate eleuat totum genus suum.

¶ Secunda natiuitas singularis in lege nature fuit natiuitas Isaac: que ideo cõmemoratione est digna quia de parentibus senibus genitus est. Nam Abraham erat centenarius quãdo genuit Isaac: Sara ꝟo nonagenaria: vt ptꝫ Genesis. xvij. ita similiter natiuitas beate ꝟgis pcessit ex patre

Joachim iam sene: ⁊ Anna similiter iam satȝ annosa. qđ sic patet. Nam ẜm Hiero. iam steterāt matrimonialiter coniuncti annis. xx. anteq̃ genuerunt virginem Mariam. Et q̃uis quātum ad numerum annorū parētum eiusdē virginis natiuitas sua non precellat natiuitatem ipsius Isaac: sed magis econtra: est tamen aliud in quo precellit: et illud tale est. Nam inter gaudia que poterant esse de promissione Isaac: aliquid fuit qđ deo displicuit/ et qđ potuit diminuere tātū gaudium scȝ dubitatio Sare de ꝓmissione Isaac: ita vt diceret Gene. xviij. postq̃ consenui: ⁊ domin⁹ me⁹ vetulus est: voluptati operam dabo? Sed in natiuitate dei genitricis Marie nihil occurrit quod debeat diminuere aut perturbare gaudium tanti mysterij: quia q̃primum Gabriel annūciauit Anne ꝙ conceptura esset filiam futurā dei matrem: statim credidit. Idem dic suo modo de Joachim: q̃uis ambo diu stetissent in matrimonio vt dictum est.

¶ Moraliter. Per hoc ꝙ Sara iam senex cōcepit ⁊ peperit similiter et Anna/ datur intelligi ꝙ homo quātūcūq; diu permanserit absq; fetu boni operis: nihilominus ex speciali dei gratia pōt concipere ⁊ parere fructum operationis sancte: iuxta illud Esa. xxvj. A facie tua dñe cōcepimus: et quasi parturiuimus ⁊ peperimus spiritum salutis. Hinc Psal. de tarde penitentibus ait⁹: Cū occideret eos querebāt eū et reuertebantur. Silr xp̄s Lu. xij. ait: Beati serui illi quos cū venerit dñs inuenerit vigilantes. Sequitur. Et si venerit i scđa vigilia: et si in tertia vigilia venerit/ et ita inuenerit: beati sunt serui illi. Ubi p primā vigiliā intelligit pueritia: p scđam iuuēt⁹: p tertiam senectus. Qui ergo nō cōcepit fructū boni operis in prima aut scđa vigilia: saltē ipm cōcipiat in tertia vigilia: quia melius est tarde q̃ nunq̃.

¶ Tertia natiuitas singularis in lege nature fuit natiuitas Jacob: q̄ ideo cōmemoratione est digna qꝛ a dño precib⁹ fuit impetrata. Nam Geñ. xxv. legitur ꝙ Isaac deprecatus est dominum pro Rebecca vxore sua eo ꝙ sterilis esset: qui exaudiuit eum: deditq; conceptum Rebecce. Sic Joachim et Anna videntes ꝙ prolem per viā nature habere non poterant: converterunt se ad dominū per deuotam orationem/ dicētes hec verba vel similia: Tu dñe deus qui ordinasti sacramētum matrimonij ad multiplicationem generis humani ⁊ ad restaurādas celestes ruinas: da nobis fetum qui te laudet in presenti/ et ad celeste regnum tandem peruenire valeat. Nam sicut ex arbore expectatur fructus: sic ex matrimonio fetus: iuxta illud psalmiste: Filij merces fructus ventris. Tandem ergo exaudiuit dñs orationes Joachim et Anne dando eis prolem: scȝ virginē Mariam. Ecce quō natiuitas ipsius Marie fuit precib⁹ impetrata sicut ⁊ natiuitas Jacob. Sed tñ natiuitas Marie excedit natiuitatē Jacob: qꝛ Rebecca cum Jacob

fuit bon⁹ et a deo electus: simul peperit Esau qui fuit malus et a deo reprobatus: vt dicit Apo. ad Heb. xij. Hoc aũt poterat diminuere illud gaudiũ qđ habebat rebecca de natiuitate Jacob. Non sic aũt fuit in natiuitate virginis Marie: in qua nihil omnino ex quacunque parte occurrebat qđ letitiã tã felicis partus in aliq̃ diminuere posset.

¶ Moraliter. Multi existentes in matrimonio videntes iã plures annos pertransisse nec p̃lem genuisse: inde tristant̃/ ꝛ signanter vxores: q꞉ vt dicit Ambro. super Lucam. lib. j. Pudor est feminis nuptiarum premia non habere: q̃bus hec sola causa est nubendi. Tales igitur more Jacob ꝛ parentum beate virginis debent recurrere ad dominum per orationis suffragium. Cuius cõtrarium nonnulle mulieres faciunt que recurrunt ad egyptios qui vagantur per terras: ostendẽtes illis man⁹ suas qđ ad superstitionẽ ꝑtinet. Alie autẽ plus confidentes in fallacibus medicis ꝛ muliercul is seu vetulis q̃ in deo et meritis sanctorũ eius: multa medicamina sumunt vt concipere valeant: in talib⁹ ꝯsumẽtes substantiã suã tẽporalem: insup et abbreuiantes vitã suam corporalem: quo fit vt tales plerunq̃ fraudentur a desiderio suo.

¶ Quarta natiuitas singularis in lege nature fuit natiuitas Joseph: que ideo commemoratione digna est: quia natus est ex sterili matre. Vñ Gene. xxx. sic legitur. Recordat⁹ est dñs Rachelis vxoris Joseph: qui exaudiuit eã: ꝛ apuit vuluã eius: peperitq̃ filium: dicens. Abstulit deus opprobriũ meũ ꝛ vocauit nomen eius Joseph. Sic ꝛ virgo maria de matre sterili concepta est ꝛ nata. Fuit ẽt opprobriũ matris sue anne ablatũ tunc q̃ paulo ante repulsa fuerat de tẽplo/ cũ illic ꝯuenisset causa oblationis presentande dño eo q꞉ sterilis esset. Sed tamen ista natiuitas excellit natiuitatem Joseph: in hoc. s. q꞉ etsi Rachel fuerit in conceptione et natiuitate ipsi⁹ Joseph liberata ab opprobrio ꝛ confusione hominum non tñ ab opprobrio pcti: nõ q̃dem sic q꞉ peccauerit concipiendo aut pariendo: sed quia filius quem edidit/ non potuit euadere opprobriũ peccati originalis Unde merito ipse potuit dicere illđ psal. Ecce em̃ in iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis ꝯcepit me mater mea. Secus aũt de btã ꝟgine que in conceptione ꝛ natiuitate ab oĩ opprobrio tam peccati q̃ cuiuscunque alterius immunis extitit.

¶ Moral'r. Per sterilitatem que importat carentiam fetus: designat̃ defectus bone operatiõis. Hec autem sterilitas reperit̃ in plerisq̃ viris ac mulieribus: q꞉ multi sunt tanq̃ arbores habẽtes folia sine fructu: sicut videre est in multis religiosis et ecclesiasticis viris atq̃ etiam prelatis qui habent pulchra verba sed pauca bona opera. Et tales recte figurant̃ ꝑ arborem ficulnee cui maledixit xp̃s eo q꞉ tantum in uenisset in eo folia. Mat. xxi. Tales etiam sunt similes mule que naturaliter est sterilis. Nihilomin⁹ talib⁹ q̃nq̃ de⁹ ex speciali priuilegio ꝛ gr̃a con=

fert fetum bone operationis: ita vt de vnoquoqꝫ tali merito possit dici illud .j. Reg. ij. Sterilis peperit plurimos. Ac si aperte diceret scriptura ꝙ conscia que aliqñ fuit sterilis per defectum boni operis: interdū impinguata grã spiritussancti parit multa bona opera etiam vite eterne meritoria. Et tunc habet materiam gaudij spūalis: ꝑm qđ admonet apo. Galat. iiij. dicens. Letare sterilis que non paris .i. que prius non pariebas cū .s. esses in statu peccati mortalis. Patet ergo ex dictis qūo natiuitas beate virginis nō habuit similem in lege nature.

¶ Secundo principaliter natiuitas beate virginis non habuit similē in lege scripta. Pro quo etiam notandum ꝙ in hac lege scripta inuenimus plures egregias et preclaras natiuitates laude ꝛ commendatione ꝑcipua dignas.

¶ Prima igitur fuit natiuitas Moysi/ que ideo commendatur in sacra scriptura eo ꝙ ipse ab instanti sue natiuitatis laudatus est de ingēti pulchritudine sua. Unde legitur Exodi. ij. ꝙ mater eius que mulier hebrea erat: concepit et peperit filium. Quē cum valde elegantem conspexisset: abscondit ipm tribus mensibus: ne .s. mergeret in flumine cū ceteris filijs mulierum hebreaꝝ: sicut Pharao mandauerat. Tante etiam pulchritudinis ille extitit vt hostes Hebreoꝝ ipsius misererentur/ sicut expresse patet de filia Pharaonis: que ꝙuis sciret ipm esse de infantibus hebreorum: ipm tamen in filium adoptauit: atque studiose educari fecit. Sed pro certo longe pulchrior fuit ꝟgo maria. Unde quedam gloss. super illud Mat. j. Joseph non cognoscebat eam: dicit ꝙ pre lumine vultus illius non poterat eam plene intueri. Sed qđ mirum si concessum est ei qđ cōcessum est Moysi: de quo dicit apostolo. ij. Cor. iij. ꝙ non poterant filij Jsrael intendere in faciem eius propter claritatē vultus illius. Jtem quid mirū si datum est ꝑpifere Marie qđ datum est Stephano: de quo legit̄ Actu. vj. ꝙ intuentes in eum omnes qui sedebant in consilio viderunt faciem eius tanꝙ faciem angeli. Uerisimile igitur est dictam virginem fuisse multo pulchriorem corpe ꝙ extiterit moyses. Qꝫ si loquamur de pulchritudīe spūali: adhuc ꝑm hoc ipsa excessit Moysen. Jlle eñ conceptus fuit in originali: illa aūt nequaꝙ. Jnsuper ille aliquando mortaliter peccauit .s. ꝑ impatientiam. Unde in psal. Uexatus est Moyses propter eos .s. iudeos murmurantes propter defectū aquarum: qꝛ exacerbauerunt spūm eius. Maria autem nunꝙ mortal'r sicut nec venialiter peccauit. Unde Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea: inquit sponsus ad eam. Jtem in psal. Queretur peccatum illius: ꝛ non inuenietur.

¶ Moraliter. Debem⁹ tota sollicitudine laborare vt possimus hanc sanctissimam ꝛ purissimā virginem imitari pro posse nr̄o in hac spirituali pulchritudine qꝛ hanc querit sponsus ꝑpus in sponsa sua q̄ est aīa deuota: iuꝫ illud psal. Concupiscet rex de-

corā tuū. In hac etiam pulchritudine aie delectātur sancti dei angeli. Nam vt dicit Chrys. homil.xxi. Humilitas/charitas/ mānsuetudo/benignitas/patientia/modestia / castitas / hi sunt colores virtutis per quos allicies angelos: nō homines. Sed proh dolor: pauci sollicitantur de pulchritudine anime: multi autem de pulchritudine corporis: qui v tinā bene aduerterent ad vba eiusdē Chrys. homi.i. sup psal.l. Nolo inquit pulchritudinē corporis: sed potius requiro honestatem mētis. Quid eñ est speciosa mulier? Certe est sepulchrum dealbatum: nisi fuerit sobria pudica/ casta.
Pulchritudo nempe corpis sine pulchritudine mentis est precipitiū patēs: ⁊ venenum insipiētibus compositū. Decus enim ⁊ pulchritudo corporis leui infirmitate marcescit: aie vero pulchritudo ē imortalis. Hec ille.
¶ Scda natiuitas singularis in lege scrip ta fuit natiuitas Samuelis: q̄ ideo cōmendat tanq̄ laude digna: q: ipsum mater ad dei obsequi ī voto ꝑmisit priusq̄ in vtero eius cōciperet. Uñ legit .i.Re.i. q anna mat eius dixit ad dñm. Dñe deus si dederis ancille tue sexum virilem dabo eum dño omnibus diebus vite eius. Sic etiā similia verba dixit beata anna de ꝟgine Maria. Uouerat eñ dño se illi oblaturā ꝓlē si/ quā ei dare dignaret: siue esset masculus: siue femella. Propter qd puellā mariam tri ennem obtulerunt dño Joachim ⁊ Anna. In hoc tñ ꝓcellit puella maria Samuelem: q: Samuel non perseuerauit in virginitate: maxime cum legatur filios genuisse. Maria autem virgo in euum permansit. Unde hanc prerogatiuam illi contulit deus q ipsa prima fuit que ad perpetuam castitatem voto se obligauit: vt dicit glos. super illud Luce primo. Quomodo fiet istud.
¶ Moraliter. Ex p̄dictis instruimur vota nr̄a quantocyus opere adimplere: dicente scriptura Eccl's.v. Si qd vouisti deo: ne moreris reddere. Displicet eñ ei infidelis et stulta promissio. Sed quodcunq̄ voueris: redde Multo quoq̄ melius est non vouere: q̄ post votum promissa non reddere. Hec ibi. Mandauit etiā dñs per seruū suū Moysem populo israeli Numeri trigesimo dicens. Si q̄s votū domino vouerit: aut se iuramento constrinx erit: non faciet irritū verbū suū: sed omne qd promisit implebit. Propterea Deut.xxiij sic legitur. Cum votum voueris dño deo tuo: non tardabis reddere: q: requiret illud dñs deus tuus. Et si moratus fueris reputabit tibi in peccatum. Circa qd aduertendum q hō in vouendo siue ingressum religionis: siue peregrinationem: siue ieiuniū: aut elemosynā: aut p̄figit sibi certū tempus ⁊ terminū: aut non. Si primū tunc non peccat nisi cū primū transgreditur terminum. Si scdm: tunc quātocyus habita sufficienti oportunitate debet votū suū implere: q: vt dicit regula iuris ciuilis.ff. de regulis iuris.l.in oibus. In oibus obligationibus in quib⁹ dies non ponit: p̄senti die debem⁹. Et ad hunc sensum

intelligēda est illa regula iuris
canonici.lib.vj.q̄ dicit q mora
sua cuilibet est nociua. Sed ꝑ-
fecto multi xp̄iani sunt quidem
faciles ad vouendū et promit-
tendū deo: presertim occurren-
te necessitate: difficiles autem
ad ꝓmissa implendum: & preci-
pue postq̄ euaserunt periculū.
Et in hoc sunt similes Judeis
qui dixerūt Moysi. Oīa q̄ prece
pit dn̄s faciemus Exod. xxiiij.
qui tamē non multo post adora
uerunt vitulū aureum. eiusdem
xxxij. Breuiter ergo & resoluto-
rie votum licitū deo promissum
semper est implendum: vt nota
tur. xxxiij. q. v. quod deo.

¶ Tertia natiuitas singularis
de qua legitur in predicta lege
scripta: est natiuitas Salomo-
nis: que ideo est cōmemoratio-
ne digna eo q fuit diuinit⁹ pre
nūciata: sicut pz. ij. Regū. vij.
vbi dn̄s per Nathan loquit̄ ad
Dauid dicēs. Suscitabo semen
tuū post te quod egredietur de
vtero tuo: & firmabo regnum
ei⁹. Ipse edificabit domū nomi
ni meo. Idē sl'r habet̄. j. Para-
lip. xvij. Sic etiā natiuitas btē
virginis fuit diuinit⁹ prenūcia-
ta: vt pri⁹ dictū est. Et ita quan-
tum ad hoc sunt similes Salo-
mon et Maria. Sed tn̄ in alio
sunt multū dissimiles. Salomon
eñ edificauit templum dn̄o de
lapidibus & lignis. Uirgo autē
Maria fuit templum viuum fi-
lij dei patris: prebens illi sub-
stantiā ex qua formata est illius
humanitas. Insuper in ipsa ha
bitauit non solum spiritualiter:
verum etiam corporaliter.

¶ Moraliter. Sicut vterus vir
ginis fuit templum filij dei: sic
etiā cōscientie deuotoꝝ catho-
licorum templū sunt in quo ha-
bitat ipse filius dei per gratiā.
ipse eñ est q̄ ait ꝓuer. viij. De-
licie mee esse cum filijs hominū
Dicit etiā Apost. j. ad Corinth.
iij. Templū dei sanctum est: qd
estis vos. E contra aūt miseri et
turpes peccatores sunt cloaca
diaboli: i quib⁹ libēter habitat.
Da exemplū de Upupa q̄ facit
nidum suum de stercore boum.

¶ Quarta natiuitas singularis
de qua legitur in sepe dicta le-
ge scripta: est natiuitas Hiere-
mie: que ideo est commemora-
tione digna: quia fuit sanctifi-
catus prius q̄ ex vtero matris
natus: s̄m q de ipso testat̄ dn̄s
Hiere. j. dicēs. Prius q̄ te for-
marē in vtero: noui te: & anteq̄
exires de vulua: sc̄tificaui te.
Sed ex hac pte natiuitas bea-
te virginis est maiori laude di-
gna. Nam Hieremias aliquan-
to tp̄e fuit in vtero matris sne
vacuus gratia sanctificatiōis.
Forsan eñ breui tēpore prius
q̄ nasceretur ꝗ sanctificat⁹ fuit.
Et hoc etiā vident̄ pretendere
p̄dicta verba cū dicitur. Prius
q̄ te formarē in vtero: noui te:
& anteq̄ exires &c. Uirgo autē
maria sic & taliter sanctificata
fuit q nunq̄ per solum instans
fuit absq̄ gratia. Quinimmo ab
instanti quo anima illius infu-
sa ē corpori suo: fuit plena grā.
Uñ Psal. Fluminis impetus. i.
gratiarū abūdātia: letificat ci-
uitatē dei. i. Mariā q̄ fuit ciui-
tas in q̄ pōtifex nr̄ xp̄s habita-
uit nouē mensiū spatio. Sequi-
tur. Sanctificauit tabernaculū
suū. i. ꝟginē mariā: altissim⁹. i.
de⁹. Sz quō dr̄ sc̄tificasse hoc

tabernaculū altissimus? Certe
faciēdo eā de nō scō sanctam:
nō quidē ɔtrarie: sed negatiue.
Da exemplum de sorte qui de
non albo fit albus. Declara.
¶ Moraliter. Notandū q̄ dn̄s
sanctificat electos suos dupl'r.
Nā quosdā sanctificat in vtero.
Alios vero sāctificat extra vte
rum. Illos itaq̄ sanctificat in
vtero quos sanctificat occulte
sicut fit regulariter de quolibet
paruulo q̄ renascit' sacro bapti-
smate. Itē de quolibet adulto
peccatore q̄ renascit' per sacra
mentū penitentie. Circa eni ta-
les virt' dei operatur occulte.
Illos aūt sanctificat extra vte-
rū: quos sanctificat quodāmo-
do ap'te & manifeste. Da exem-
plū de paulo cui' sanctificatio
fuit quodāmodo aperta: q2 in
terrā ꝓstrat' est e ꝑsecutore fa
ctus est vas electiōis: ita vt stu
perēt oēs q̄ eū audiebāt predi-
cātē Jesum in synagogis: dicē-
tes. Nōne hic ē q̄ expugnabat
in hierl'm eos q̄ inuocabāt no-
men istd? Actuū. ix. Da sil'r exē
plū de magdalena q̄ cū pri' es-
set notoria peccatrix: tandē tn̄
corde cōpūcta venit manifeste
ad dn̄m Jesum ad mensam se-
dentē: et inter epulas flere non
erubuit: lachrymisq̄ cepit riga
re dominicos pedes: et capillis
capitis sui tergere: q̄s etiam de
uote osculabat' et vnguēto vn-
gebat. Vn̄ de talibus potest di-
ci illud psalmiste. Hec mutatio
dextre excelsi. Ex predictis er-
go patz quomō natiuitas bea-
tissime dei genitricis marie nō
habuit similē in lege scripta.
¶ Tertio principaliter ꝓdicta
natiuitas non habuit similem
post se: scilicet in lege gratie: ꝓ-
ter tn̄ natiuitatē filij sui que nō
habuit parem. Et quia preter
dictam Christi natiuitatem in
toto nouo testamento solum fit
mentio de natiuitate beati Jo-
annis baptiste: ideo de hac so-
lum nobis disserendum est in
presenti articulo & puncto. Na-
tiuitas ergo dicti Joānis ideo
commendatur: quia de eo pre-
dixit Gabriel patri suo zacha-
rie loquēs. Multi inquit in na-
tiuitate eius gaudebunt. Luce
primo. At vero in natiuitate et
de natiuitate beate Marie non
solum multi/ verumetiam tot'
mundus exultat: dicente eccle-
sia. Natiuitas tua dei genitrix
virgo gaudiū annūciauit vni-
uerso mundo. Cuius causa sub
ditur cum dicitur. Ex te enim
ortus est sol iustitie Christ' de'
noster. Sed q̄d fecit iste sol iu-
stitie. Certe soluēs maledictio-
nem dedit benedictionē: & con-
fundens mortem/ donauit no-
bis vitam sempiternam: id est
eam nobis repromisit. Quam
nobis tandē in re conferre di-
gnetur ipsius Marie precibus
Jesus Christus filius eius: qui
cum patre et spiritu sancto vi-
uit & regnat per immortalia se-
cula. Amen.

¶ In festo exaltationis sancte crucis. Sermo primus.

Hodie incipiam ex-
altare te. Josue.
iij. Predicta ver-
ba ad literam fue-
runt verba domi-
ni ad Josue mi-
nistrum suum et ducem popu-

li sui quem elegit loco Moysi iam mortui: dicẽs ei. Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel: vt sciant ꝙ sicut fui cũ Moyse: ita ⁊ tecum sum. Nihilomin⁹ transumptiue possunt esse verba Jesu Christi dñi nostri/ qui in die parasceues cum venit ad montem caluarie: potuit alloqui sanctã crucẽ suam ⁊ dicere. Hodie incipiãm exaltare te. Hanc ergo tũc mirabiliter exaltauit ipse Christ⁹: ita vt deinceps in maximo honore ⁊ reuerẽtia haberi mereat̃: ita vt dicat Augustinus sup psal. exponens illũ versum. Quoniã brachia peccatorũ cõterentur: ꝙ a locis suppliciorum crux fecit transitum ad frontes imperatorum. Dicit etiam Chrysos. ꝙ lignum crucis qđ fuit olim vilissimum: exaltatum fuit tempore passionis: cũ Christo fuit applicatum. Item exaltabitur in die iudicij cum apparebit in celo: vt predixit Christ⁹ Matthei. xxiiij. dicens. Tũc scilicet in die iudicij apparebit signum filij hominis in celo: id est crux in aere: similiter claui/ lancea/ corona de spinis ⁊ similia dñice passiõis instrumẽta tunc apparebũt: vt videant impij Judei ⁊ peccatores in quẽ pupugerunt: vt habetur zacha. xij. Preterea predicta crux hodie exaltat̃ in ecclesia per festũ qđ fit de ea. Quod quidem festum etsi nõ contineatur in sacro canone sicut festum inuentionis eiusdẽ crucis: de quo habes de cõsec. di. iij. crucis nihilominus ex cõi vsu ecclesie solẽnizatur.

¶ Pro quo notandũ ꝙ merito facimus duplex festum de cruce dñica: ⁊ hoc propter gloriosos effectus illi⁹: qui sequũtur.

¶ Primo enim ipsa sancta crux xp̃i efficit eũ de familia xp̃i qui ipsam portat. Nec ꝑ certo potest quis inter seruos Christi cõputari: nisi qui eam portat: iuxta illud eiusdẽ Christi verbum Matth. x. Qui nõ accipit crucem suã ⁊ sequitur me: non est me dignus. Unde in signum huius imprimit̃ in fronte oĩbus baptizatis q̃ de nouo ascribunt̃ militie xp̃i. Et ideo sicut milites cognoscũtur esse de familia ⁊ seruitio talis vel talis principis aut capitanei ꝑ scutum qđ desuper deferunt: ita in ꝓposito Christiani cognoscuntur esse de familia Jesu Christi per signum sancte crucis.

¶ Secũdo crux Christi peccatores deo recõciliat: iuxta illud Ephe. ij. Per crucẽ interficiens inimicitias in semetipso. In quibus verbis vult dicere apostolus ꝙ Christus per mortẽ quã sustinuit in cruce: annullauit inimicitias que prius erant inter deum patrem ⁊ hominem. Item Col. j. Pacificãs: suppl. Christus: per sanguinem crucis eius: siue que in terris sunt quãtum ad homines: siue q̃ in celis sunt: quantũ ad angelos: quorũ societas per Christi passionem) restaurat̃: per hoc scilicet ꝙ homines iusti per Christum redempti ad societatem angelorum assumuntur.

¶ Tertio crux xp̃i debita nostra soluit: in hoc scilicet ꝙ ipse Christus in ea pendẽs pro peccatis nostris satisfecit penam portãdo. j. Pet. ij. Peccata nr̃a ipse pertulit in corpore suo sup

signum. Itē ad Col.ij. Dolens quod aduersus nos erat chirographum decreti: qđ erat contrarium nobis: ⁊ ipsum tulit de medio: configens illud cruci.

¶ Quarto crux xp̄i viam regni celestis ostendit. Un̄ Luce.xiiij. Si quis vult (inquit xp̄us) venire post me: abneget semetipsum et tollat crucem suam quotidie: et sequatur me. Item in psalm̄. Uirga directionis virga regni tui. Quemadmodum ergo interdum in vijs publicis affiguntur cruces: medio quarum diliguntur peregrini et alij viatores ne errent: ita in proposito.

¶ Quinto crux Christi patientiam in aduersis tribuit. ad Hebre.xij. Recogitate eum qui talem aduersus semetipsum sustinuit a peccatoribus contradictionē: vt non fatigemini animis vestris deficientes. Et Gregorius Si passio dn̄i ad memoriam reuocetur: nihil est qđ non equo animo toleretur.

¶ Sexto crux ad Christum per amorem et cōpassionē trahit. ad Gal. quarto. Christo confixus sum cruci. Uiuo autem iam nō ego: viuit vero in me Christus Item deuotus Bernardus in quodam sermone, qui intitulatur de quadruplici debito. Christus vitam suam posuit ꝑ vita tua: ergo illi debes vitam tuam. Item idem alibi. Christus iuste sibi totam vitam meam vendicat: qui pro me posuit suam.

¶ Septimo crux Christi spem donat remissionis peccatorum pariter et felicitatis eterne. Un̄ canit ecclesia. Salue crux sancta: salue mundi gloria: vera spes nr̄a: vera ferens gaudia: signum salutis: salus in periculis: vitale lignum: vitam ferens omnium. Quis (inquit Augustinus libro decimotertio de trinita. cap̄. decimosexto) dubitat Christum daturum amicis suis vitam suam pro quibus inimicis dedit mortem suam? Item idem Augustiñ. in libro suarum meditationū. c. xiij. Desperare inquit vtiq; potuissem propter nimia peccata et infinitas negligentias meas: nisi verbum tuum deus pater caro fieret: et in nobis habitaret. Sed desperare iam non audeo: quia cum inimici essemus: reconciliati sumus per mortem filij tui. Om̄is nanq; spes ⁊ totius fiducie mee fortitudo mihi est in precioso sanguine qui effusus est ꝑpter nos: ⁊ propter nostram salutem Hec ille.

¶ Octauō crux xp̄i hostes fugat. Un̄ August. in die parasceues. Hodie crux fixa est: et demones dispersi sunt. Et hoc est qđ ait Christus imminente passionis sue tempore Jo.xij. Nunc inquit princeps mundi huius eijcietur foras. Nota historiam que habetur in dialogo Grego. de quodam iudeo veniente de campania Romam: et in media via reclinante in templo apollinis noctis tp̄e. Cum ergo illic cōuenisset multitudo demonum: non tñ illi nocere potuerunt: eo scilicet ꝙ se premunierat signo crucis. Unde vnus ex illis ad illum missus cum redijsset ad principem suum: ait de illo. Uas vacuum: sed cruce signatum. Ecce quomodo crux xp̄i hostes fugat.

¶Nono crux xpī a morte eter=
na liberat. Unde August. in die
parasceues. Hodie crucifixa est
et mors subuersa est. Hinc figu=
ratiue legit Ezechie. xiiij. Oēm
(inquit dn̄s executoribus sue iu
stitie) super quem videritis si=
gnum tau: ne occidatis. Ubi per
signum tau intelligitur signum
crucis. Un̄ etiam in figura mul=
tum inter se conueniunt: Qui
cunque ergo defert hoc signum
crucis super se in anima per re=
ctam fidē et syncerain deuotio=
nem: talis a morte spirituali et
eternali liberabitur. Hinc dicit
ecclesia. Hoc contra signū nul=
lum stet periculum.

¶Decimo crux xpī celum ape=
rit. Unde Rabanus de laudibꝰ
ipsiꝰ crucis. Crux christi clauis
facta est paradisi. In cuius fi=
gurā velum templi scissum est
in dominica passione in duas
partes: a summo vsqꝫ deorsum
vt legitur Mat. xxvij. Item Hie
rony. ij. parte epistolarum sua=
rum: epistola. x. dicit sic. San=
guis Christi clauis est paradisi.
In cuius rei signum dixit ipse
Christus ad latronem cum pen
deret in cruce. Hodie mecum
eris in paradiso. Luc. xxiij. Hec
ille. Patent ergo decem glorio=
si effectus dominice crucis. In
ipsam igitur seu in eum qui in
ipsa pependit / spem nostrā cum
omni fiducia ponamus: quate=
nus ianuam regni celestis tan=
dem intrare valeamus. Prestan
te domino nostro Jesu Christo
qui cum patre ⁊c.

¶Sermo secundus in die
exaltatiōis sancte crucis.

Exaltari oportet fi=
liū hois. Joan. iij.
¶Notandum qꝫ ex
altare idē est qꝫ ex
saltare. Un̄ exalta=
tio idē est qꝺ que=
dam excellens et superior salta
tio seu eleuatio. Pro quo iterū
notandum qꝫ contingit aliquem
hominē exaltari tribus de cau=
sis. Pria est vt conueniētiꝰ ꝑlietur
sicut videre est in milite / qui vt
meliꝰ ꝑlietur / solet equū ascen=
dere. Scda est vt a pluribꝰ me=
lius audiat: sicut ptꝫ de ꝑdica=
tore: q̄ vt meliꝰ audiat et a plu=
ribꝰ ascendit cathedrā. Tertia
est vt honorificētiꝰ collocet: si=
cut iudex pnūciaturꝰ sniam so
let ascendere cathedrā iudicia
riā. Propter hec tria xpūs q̄ in
themate dr filius hois: eo qꝫ se=
cundū qꝫ homo mortuꝰ est: vo=
luit exaltari in cruce. Prio q̄dē
vt cōgruentius ꝑliaretur cū dia
bolo. Un̄ tunc de eo habuit vi=
ctoriā: iuxᵃ illud Joan. xij. Nunc
princeps mundi huius eijcietur
foras. Secundo vero vt melius
audiret. Tū loquendo ad piam
matrē ⁊ discipulū suū Joannē.
Tū loquendo ad latronē. Tum
loquendo ad crucifixores suos
iudeos. Unde tunc merito dice=
re poterat illud ps. Laboraui
clamans: rauce facte sunt fau=
ces mee. Tertio autē vt hono=
rificētius collocaret tanqꝫ in se
de iudiciaria. Un̄ ex tunc acce=
pit potestatem iudiciū faciendi.
Jo. v. Dedit ei potestatem iudi
ciū facere: qr filius hois est. Ec=
ce quare xp̄s voluit exaltari in
cruce. Bn̄ ḡ de seipso loquit in
premisso themate: cū sit. Exal=
tari oportet filium hominis.

¶ In presenti sermone intendo assignare multiplicẽ rationem cur Christus voluit ad literam exaltari in cruce.

¶ Primo igitur voluit ĩ cruce exaltari vt diabolũ rõabilr vinceret. Primum enĩ pctm̃ diaboli fuit supbia: q̃ tãta in eo fuit vt desideraret ad tãtã altitudinẽ pervenire nihil eẽt supra se. Uñ ĩ hoc desiderabat aliquõ eq̃litatem dei: q̃ nihil hʒ supra se. Propter qđ dicebat illud Esa. xiiij. Ascẽdã super altitudinem nubiũ: sĩl'is ero altissimo. Sed olpotẽs de⁹ q̃ detestat oẽm supbum: et q̃ deponit potentes de sede ⁊ exaltat hũiles: valde turpiter ⁊ cõfusibilr hũiliauit superbũ diabolũ / cũ dixit ei: Ad inferna detraheris: ĩ pfundum laci. Itẽ ĩ ps. Nõ hitabit ĩ medio dom⁹ mee. i. in celo q̃ facit supbiã. Cũq ipe diabol⁹ vidisset se ita miserabilr deiectum: noluit humiliari: sʒ poti⁹ creuit ĩ eo supbia: dicẽte ps. Supbia eo p. s. malignoꝝ spũum qui te oderũt: ascendit semper. Uñ ex magna supbia sua pmũ hoiem p mulierẽ tẽtauit vt sic eũ a cõsecutiõe glie celestis impediret et tãq̃ captiuũ et subditũ sub se teneret. ptꝫ g̃ supbia diaboli pcipue ĩ duob⁹. Et q2 xp̃s venerat in hũc mundum tanq̃ in locũ certaminis / prelistur⁹ cõtra ipm diabolũ: ideo voluit se armare cõtrario modo ad diabolum. Et ideo sicut diabolus voluit summe eleuari per supbiam: ita etiã xp̃s voluit sũme descendere per humilitatem. Hoc aũt tunc precipue fecit qñ in cruce turpiter mori dignatus est. Nam tũc fẽcm̃ ẽm estimationẽ impioꝝ iudeoꝝ mors crucis erat vilissima. Propter qđ dicebãt illđ Sap. ij. Morte turpissima condẽnem⁹ eũ. Itẽ Apls ad Phili. ij. cũ dixisset de xp̃o humiliauit semetipsum vsq ad mortem: non satis hoc visum est sibi: sed addidit: mortem autẽ crucis: vt sic ostenderet mortẽ ei⁹ vilissimã ẽm humanam estimationẽ vt dictum est. Per hãc igit summã humilitatem qua scilʒ rex celoꝝ voluit mori in cruce: cõfutata est supbia diaboli. Propter qđ videns crucis signũ / confunditur et fugat erubescens ad signum illius rei per quaꝫ se cognoscit victum superatum ⁊ cõfusum.

¶ Moraliter. Hec tam pfunda xp̃i humiliatio nostram merito debet retundere superbiam. O quãta cõfusio ⁊ culpa vt nos vilissimi vermiculi supbiamus et sup id qđ in nobis est / erigamur: vbi deus excelsus pro nostra salute maxime se humiliauit: vñ Aug. de vbis dñi: ser. xl. Erubescat inquit homo esse superbus: quoniam factus est humilis deus.

¶ Scđo xp̃s voluit mori ĩ cruce: vt cõuenietius pro nobis satisfaceret. Peccauerãt enĩ primi parentes in ligno. Unde legitur Gene. iij. mulier vidit bonum esset lignũ ad vescẽdum / et pulchrum oculis / aspectuq delectabile: et tulit de fructu eius: et comedit: deditq viro suo. Cum g̃ xp̃s venisset in terris vt satisfaceret pro tanto delicto (iuxta illud ps. Que nõ rapui: tũc exsoluebam) decuit vt sicut delictuꝫ cõmissum fuerat in ligno: sĩlr xp̃s p eo satis-

faceret in ligno. In ligno inquã crucis. Hinc. j. Pet. ij. dr: pecca ta nostra ipse pertulit in corpo re suo super lignum. Et hoc est quod i prefatione de cruce dr: Qui salutem humani generis in ligno crucis constituisti: vt vnde mors oriebatur/inde vita resurgeret: et qui in ligno vincebat/i ligno quoqȝ vinceretur per xp̄m dominum nostrum.

¶ Moraliter. Per hoc ꝙ xp̄s in ligno satisfecit pro peccato cõmisso in ligno/docemur per ea satisfacere deo per que ipsum offendim⁹ peccando. verbi gr̃a. Si peccasti odium ⁊ rancorem in corde seruãdo: debes satisfacere per amorem ⁊ charitatem. Itẽ si peccasti ꝑ linguã detrahẽdo de ꝓximo: aut iurgia ⁊ lites cũ eo habendo: debes satisfacere ꝑ linguã famã illi restituẽdo. Item si furtũ cõmisisti: debes restituere/aut in pios vsus iniuste ablatũ cõuertere: vbi scilȝ ignoras cui restituere debeas: vel vbi non compareat nec in se nec in heredibus ille a quo furat⁹ es. Item si peccasti per gulã: debes satisfacere ꝑ ieiunium ⁊ abstinẽtiam: et sic de alijs. Et hoc est qđ dicit scriptura Sap̄. xj. Per que peccat q̃s: per hec ⁊ torquet̃: vt/supple pena correspõdeat culpe. Taliter enim satisfecit/magdalena: de qua dicit Greg. homi. xxxiij. ꝙ tot de se inuenit holocausta quot i se habuit oblectamenta. Cõuertit em̃ ad virtutũ numerum: numerũ criminũ: vt totum seruiret deo in penitẽtia: q̃cq̃d ex se deũ cõtempserat in culpa. Nam oculis terrena concupierat: sed hos/iam per penitentiã cõferẽs flebat. Capillos ad cõpositionẽ vult⁹ exhibuerat: sed iam capillis lachrymas tergebat. Ore supba dixerat: sed pedes dñi osculãs/os i redẽptoris sui vestigia figebat. hec Grego. Ex quib⁹ oĩbus patet intẽtum.

¶ Tertio xp̄s in cruce mori voluit: vt sic figuras et ꝓphetias de se scriptas verificaret. Sed de vtrisqȝ pauca in mediũ adducem⁹. Et primo quidem quo ad figuras scribitur Gen. ij. ꝙ ꝓduxit dñs deus lignum vite in medio paradisi. Ubi per lignum vite intelligit̃ lignũ crucis: qđ q̃dẽ lignũ tulit verã vitam. i. xp̄m: q̃ etiã de seipso loquit̃ Joã. xiiij. dicẽs: Ego sum via veritas ⁊ vita. Bene etiam lignũ crucis dr lignum vite: qr dat vitã gr̃e in presenti/⁊ glorie in futuro. Item sicut lignuȝ vite fuit plantatum in medio paradisi: ita etiam lignum crucis fuit affixum i medio terre: iuxta illđ Psalm̃. Operatus est: supple xp̄s: salutem in medio terre. Item crux dñi fuit prefigurata per virgam Moysi: cum qua ipse fecit prodigia ⁊ signa magna: tum in egypto: tum in mari rubro: tum in deserto. Sic etiam ad presentiam ligni preciosi dñice crucis olim facta sũt miracula multa et magna. Nota qũo Helena Constantini mater fecit effodi mõtem Caluarie: et ibi inuente sunt tres cruces. Cũqȝ ignoraretur que illarꝫ esset crux dñi: due prime apposite sunt corpori mortuo: nec ꝓpterea surrexit. Apposita est ⁊ tertia: et statim q̃ mortuus fuerat resurrexit. Similiter/in plerisqȝ/mundi partibus

in quib9 aliquid est de vero ligno sanctissime crucis: multa miracula in dies fiũt: sicut videre est in cõuentu Trecen. ordinis nr̃i: vbi quicũq solẽniter iurat super dominicam crucem sicut frequenter facere solent mercatores dicte ciuitatis: si peierat: aut non videbit finem anni: aut crudeli morbo affligetur. Secundo quo ad prophetias in primis scribitur Matt. xx. q ipse idem christus de hoc prophetauit dicens aplis suis. Ecce ascẽdimus hierosolymã & consummabuntur omnia que scripta &c. vsq ibi: Et crucifigẽdum. Item Hier. xj. Mittamus lignũ in panẽ ei9: & eradam9 eũ de terra viuentiũ. Itẽ Sap. ij. Morte turpissima cõdẽnemus eum. Item in Psal. in persona christi dicitur. Foderũt manus meas et pedes meos &c. Ecce quõ mors xp̃i in cruce fuit p̃figurata & pphetata. Unde propter horum duorum impletionem voluit in cruce mori.

¶ Moralr. Adimpletio figurarum et pphetiarũ de morte xp̃i nobis aperte insinuat q necesse est impleri scripturas et prophetias que scripte sunt de consummatione seculi: de die iudicij: de premiatione bonorum et punitione malorũ: quia vt habetur. ij. Pet. j. Non voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spũ sancto inspirati locuti sunt sãcti dei hoies. Hoc ergo debet terrere malos: et consolari bonos.

¶ Quarto xp̃s voluit mori in cruce vt deum patrẽ suũ erga nos ↄuenient9 pacificaret et recõciliaret. Sũmũ em̃ remediũ pacificãdi aliquẽ principẽ iratũ est summe se corã illo humiliare. Et de hoc historiã habemus. iij. Reg. xx. de seruis reg Benadab q̃ vidẽtes regẽ suum vinctũ inter man9 reg Achab: venerũt ad ipz accincti saccis: & gerẽtes funiculos in capitib9 & collis suis: supplicãtes humillime p rege suo victo q̃ dignus erat morte: vt dr in eodẽ caplo. Hi ergo tali hũilitate superauerũt cor regis Achab crudelissimi: atq veniã suo regi impetrauerũt. Ad ppositum igitur descẽdentes: si ipse Achab vir sceleratissimus pper hũilitatẽ seruorũ regis Benadab magni aduersarij sui illi pepercit: q̃d credẽdũ est de deo patre sũme pio cũ videt pprĩũ filium suum nudum cruci affixũ: Nullo igit pacto ei veniã p nobis supplicanti denegare põt. Propt q̃d apost. Heb. v. de eo ait: Cũ clamore valido & lachrymis exauditus est pro sua reuerentia.

¶ Moralr. Per hoc instruimur nos humiliare corã dño q̃tiens videmus eũ cõtra nos iratum: vtpote cũ videm9 bella ingruere: fructus terre nõ pro sperari: pestẽ mundũ opprimere: et huiusmodi: quia vt dicit Ouidi9. Flectitur iratus voce rogante deus. i. p humilẽ orationẽ. Sic em̃ pacificauerũt deũ sibi iratũ Niniuite/ inducẽdo se saccis in signum humilitatis: vt legit Jone. iij. Sic etiã rex israel sceleratissim9 Achab audiens penã sibi pro criminib9 infligendã humiliatus est corã deo. Propter q̃d ipe de9 sibi penã minorauit. iij. reg. xxj. Silr hũiliat9 est Ezechias rex postq̃ eleua-

tum; fuit cor eius ꝑpter interfectionē exercitus reg; babylonis: et ideo ira dei non venit sup eum: ſm q̄ dixerat propheta dn̄i Esaias dicens. Dispone domui tue: quia morieris tu et non viues. iiij. Reg. xx.

¶ Quinto xp̄s voluit mori in cruce vt nos instrueret qualiter in cruce spirituali que est penitentia: nos habere deberemus. Pro quo notandum q̄ xp̄s his modis se habuit in cruce. Primo enim ibi exaltatus est a terra. Sic verus penitēs debet habere affectum eleuatum ab omnibus terrenis sollicitudinibus et curis Col. iij. Si cōsurrexistis cū xp̄o q̄ sursum sunt querite: non que super terrā. Ac si aperte diceret: Si consurrexistis cum xp̄o a morte peccati p penitētiam: terrena relinquatis. Secundo xp̄s in cruce confixus fuit. Sic etiam penitēs in penitētia debet esse cōfixus: vt in ea pseuerans pmaneat. Taliter enim in cruce penitētie fuit cōfixus aposto. Paulus qui dicebat ad Gal. ij. Xpo cōfixus sum cruci. Tertio xp̄s in cruce totū corpus et cūcta membra extēsa habuit. Sic et penitēs oīa que in se sunt: debet ad penitētiā applicare. Et de hoc prius datū est exēplum de Magdalena. Quarto xp̄s passus est in cruce dolorem vehemētissimū: iuxta illud Threno. j. O vos oēs q̄ transitis per viā: attendite &c. Sic et dolor veri penitētis debet eē amarissimus: iuxta illud Ezech. xxvij Plorabunt te in amaritudine anime ploratu amarissimo. qd exponit glossa de dolore pn̄ie. Et nota q̄ dt ploratu amarissimo: q2 ploratus pn̄ie debet esse amarissimus. Et nota q̄ iste pūctus secum implorat moralitatem suam: vt de se patet.

¶ Sexto xp̄s voluit mori in cruce vt nobis eternam beatitudinē acq̄reret. ad Heb. x. Habentes ita q̄ fratres fiduciam i introitu sanctorum in sanguine xp̄i. Sup quo glo. dicit sic. Certi sumus q2 intrabimus sancta sanctorum celestia per sanguinem xp̄i. Eterna āt beatitudo adeo bona est vt nulla creatura eam cōprehēdere possit: iuxta illud Esa. lxiiij. Oculus nō vidit deus absq3 te que preparasti expectātibus te. Et ideo ad eam obtinendam requiritur summū meritum: quale fuit meritum Christi etiam solius: super quo omne aliud meritum fundatur et radicatur. Nō ergo inaniter mortuus est Christus in cruce per cuius mortis meritū nobis vitam eternam acquisiuit. Quam nobis cōferat qui in trinitate perfecta viuit et regnat. Amen.

¶ Sermo de beato Mattheo apostolo et euangelista.

Veni vocare peccatores ad penitentiā. Matt. nono. Item Luce. v. Christus et diabolus sunt valde dissimiles et cōtrarij in operibus suis: dicente ipso Christo. Luce. xj. Qui non est mecū: contra me est. et qui non colligit mecum: dispergit. In hoc aūt maxime apparet eorum dissimilitudo p̄sertim circa hoies: quia diabolus vocat iustos ad

iniquitatē: xp̄us aūt ad pniam: dicēs Mat.iiij. penitentiā agite: appropinquabit regnum celorū. Unā ꝛ in euangelio hodierno protestatur se non venisse in hunc mundum vt vocaret iustos: sed peccatores ad pniam. Et qđ olim fecit in propria persona exterius vocando: nūc facere non cessat interius admonendo: dicens illud Ezechielis xviij. Nolo mortem peccatorꝫ: sed vt magis conuertatur ꝛ viuat. Uocabit ēt pctōres in fine seculi ꝑ suum ꝓcursorem.i. per illum angelum qui clamabit ꝑ quatuor angulos mūdi: dicēs. Surgite mortui: venite ad iudicium: supple recepturi digna ꝓ meritis. Sed pro presenti vocat eos ad misericordiam gratiā/ ꝛ pniam. Et de hoc extat apertum documentum in historia euāgelij hodierni vbi legit̄ ꝙ vocauit beatū Mattheum in teloneo sedentem: gallice a la banque. dicēs illi. Sequere me. Et hoc est qđ ait in eodem euāgelio prout premissum est ī themate: dicēs. Ueni vocare peccatores ad penitentiam.

¶ In pnti sermone intēdo prosequi ꝛ declarare euangeliū huius diei in quo summarie tria tanguntur: que sunt

Matthei vocatio: ibi: Sequere me

Phariseorum indignatio: ibi. Quare cum publicanis ꝛc.

Christi miseratio: ibi. Nō ē opꝰ medico valentibus ꝛc.

¶ Primo igit̄ in pnti euangelio tangit̄ Matthei apostoli et euangeliste a xp̄o vocatio: cum ait illi. Sequere me. Et iterum quantum ad istā partem tria tanguntur. Primum est antecedens ipsam vocationem: in principio euangelij. Secundum est forma vocatiōis: qꝛ sequere me. Tertium est ꝯn̄s hmōi vocationem: qꝛ surgēs secutus est eum .s. Mattheus christum.

¶ Quantum igit̄ ad primū refert Mattheus de seipso quasi de alio loquens ꝙ cum transiret Jesus: vidit hominem sedētem in teloneo.i. pertinaciter lucris huius seculi inhiantem vt dicit glo. interli. Nam telos grece vectigal đr latine. Teloneuꝫ ergo est locus in quo solent sedere campsores: seu etiam erariorum publicorꝫ receptores: vtpote pro mercimonijs contractis. Qđ quidem negocium vix aut nūꝙ̄ sine peccato exerceri potest: vt dicit Grego. Luce autem.v. dicitur ꝙ iste homo erat publicanus: eo scilicet ꝙ publicis negotijs intenderet/ qualia erāt tributa q̄ ꝓ cōtractis mercimonijs soluebātur: vt dictuꝫ est. Ecce officium vilē et periculosum quo ad anime salutem: et hoc non tam propter auariciam ad hoc hominem trahentem: ꝙ̄. propter abusus/ dolos/ fraudes/ et fallacias quas tales officiarij perpetrare vt communiter solēt. Deide subditur nomē dicti officiarij: cum dicitur: Mattheū nomine. Ut autē dicit glo. ordi. ceteri euangeliste ꝓpter verecūdiam non appellant eū vulgato nomine: sed leui: vt ptꝫ expresse Luce.v. Ex quo patꝫ ꝙ fuit binomius. Nihilominꝰ ipse seipm̄ Mattheū nominat: et hoc ne quis de sua salute desperet dum considerat hominē prius rebus seculi de-

ditum et implicatum: postmodum ad consortium Christi et apostolorū vocatum. Merito ergo vir iste Mattheus ⁊ Leui est appellatus: prout ipsorum nominum interpretationes insinuant. Nam Mattheus Hebraice donatus interpretat latine. Leui autē additus vel assumptus dicitur. Ipse autē fuit donat⁹ deo per specialem cultum: quia tandem Christi apostolus extitit. Et qui prius donat⁹ extiterat mundo per rerū temporalium sollicitudinem: postea donatus fuit deo per salutis animarum procurationē. Quod tunc maxime impletum est quando cum ceteris fratribus suis apostolis destinatus est a Christo ad officium pdicationis: iuxta illud Mar. xvi. Euntes in mundum vniuersum predicate euangeliū omni creature ⁊c.

¶ Moraliter. Ex predictis datur nobis multiplex instructio. Prima concernit Christi benignitatem: qui transiēs dicitur vidisse hominem sedentem in teloneo. Per quod designatur modus quo liberat hō a peccato: quia per interiorem Christi respectum. Unde Luc. xxii. dicitur q᷑ conuersus dominus respexit Petrum: et statim fleuit amare: scilicet peccatum trine negationis. Item de isto respectu legitur in psalm̄. Oculi domini super metuentes eū: et in eis: qui sperāt super misericordia eius. Item Sapiē. iiii. Respectus eius in electos eius. Et Ecclesiastici. xxxiiii. Oculi domini in diligentes se. Secunda istructio ꝯcernit Matthei humilitatem: qui non est veritus se hominē peccatorem appellare: quod tamen Lucas dicere erubuit: quia vt dicit Chrisost. homil. xxxviii. Nihil est tā gratum deo ꝙ cum extremis peccatoribus semetipsum connumerare. Hoc est em̄ totius philosophie principiū. Et vt dicit scriptura Prouerb. xviii. Iust⁹ prior accusator est sui. Tertia instructio concernit Matthei appellationē. Nā in hodierno euangelio seipsum Mattheum vocat. Lucas aūt ipm̄ Leui appellat. Et sic patz q᷑ fuit binominis: vt dictū est. Sic ⁊ multi famosi et malitiosi hoies plerūqꝫ binomii reperiuntur. Nam pter proprium nomen qn̄qꝫ male viuendo aliud nomen sibi vendicāt: quo cōiter appellari solent: ita vt interdū apd multos ꝓprium eorū nomen obliuioni tradatur: et qd deterius est, tales quandoqꝫ inde gloriantur.

¶ Quātū ad scdm forma vocationis. b. Matthei ad aplatum fuit hec. Seq̄re me: inquit xp̄s ad eū. Sequere inquā me non gressu corporis, sꝫ mētis: vt dicit glo. interli. sup Lucam. Uel Seq̄re me, et non lucra tpalia.

¶ Circa quod notādum q᷑ ista ỽba xp̄i Seq̄re me, possunt dirigi ad ipm̄ beatū Mattheum i triplici statu: vcꝫ vite: mortis: post mortem. Primo igit in statu vite: cū scilꝫ vocauit eum de teloneo. Nam tūc illi dicere videbatur. O Matthee seq̄re me de lucro tēporalium ad lucrum spūalium et eternorū. Item de mūdana ꝓsperitate ad aduersitatem et tribulationem. Item de fastu ⁊ pōpa seculi ad statū

humilitatis. Item de abūdantia rerū seculi ad statū paupertatis. Scđo eadem ṽba possunt dirigi ad eūdem aplm in statu mortis existētem. Nam tūc videbatur xps eū vocare de hoc seculo nequā: dicens: Sequere me: scz ad regnum celeste. Ego eñ illic te precessi: vt ostenderem tibi viā. Michee. ij. Ascendit pandēs iter ante eos. Tertio eadem verba possunt dirigi ad eūdem apostolum pro statu qui erit post mortem: scilicet in die iudicij. Nam cum tunc descendet christus de celo in vallem Josaphat celebratur9 extremum ⁊ finale iuditium / vocabit omnes apostolos vt sibi assistant: sicut principes regni temporalis assistunt suo regi quotiēs est aliquid insigne tractarus. Esaie. iij. Dñs ad iudicium veniet cum senibus populi sui et principibus eius. Et hoc est quod ꝓmisit idem christus apostolis suis Matth. xix. dicens: Sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel.

¶ Moraliter. Multi alij preter christum dicunt verba xpi: vcz Sequere me. Hi sunt mundus / caro / demonia. Primo eñ mundus dicit amatori suo: Sequere me: et ego decipiam te. Unde Augu. ad fratres in eremo: sermo. xxxj. qui intitulatur de fallacia mūdi: alloquitur ipsūz mūdum / dicēs: O mūde proditor / cuncta bona promittis: sed cuncta mala perfers. Promittis vitam: sed donas mortem. Promittis gaudium: sed largitis merorem. Promittis quietem: sz ecce turbatio. Promittis florem: sed cito euanescit. Promittis stare: sed cito recedis. Non ergo es diligendus nec imitādus: qm̄ cito transis: et cōcupiscētia tua velut fum9 euanescit. Hec Aug. Patet ergo ꝙ mūdus non est sequēdus qꝛ decipit amatores suos. Secundo caro dicit homini carnali: Sequere me: ⁊ ego supple inficiā te: scilicet per carnalia desideria: que militant aduersus aiam: illam inficiendo: presertim si assit consensus. Nam vt dicit Augu. ad fratres in eremo: sermo. xlix. qui intitulatur de miseria carnis. Caro cū satiatur affluētissimis cibis ⁊ potibus / hortatur oīa mala facere. Ipsa eñ prouocat homicidia: perpetrat adulteria: committit rixas: inferit ebrietatez: portat oēm seculi concupiscentiam. Hec ille. Tertio diabol9 dicit homini quem tentat: Sequere me: ⁊ ego supple perdam te eternaliter. Nam sicut ille q̄ sequitur ignem fatuū: tandem cadit in foueā aut fluuium: ita etiam qui sequitur diabolū obtemperādo tentationibus suis: tandem periclitatur eternaliter: Preterea sicut qui sequitur Christum / non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite vt ipsemet testatur Joā. viij. ita opposito modo qui sequitur diabolum ambulat ī tenebris: scilz ignorantie et culpe. Insuper talis tandem habebit tenebras mortis eterne ī futuro. Uideat ergo homo ⁊ diligenter attendat quem velit sequi: Christum an diabolum: quia reuera sors est inequalis / vite vel interitus.

¶ Quantum ad tertium in quo notatur ꝯñs dominicam vocationem: est notādum ꝙ x̄pi vocatio fuit valde virtuosa ⁊ efficax. Et hoc notat cuꝫ subditur i euāgelio: Et surgēs secut⁹ est eū: scꝫ Matthe⁹ x̄pm. Cui⁹ rationem assignat Psalm̄. dicens de x̄po: Dabit voci sue vocē virtutis. Da exēplū de Magnete attrahente ferrum. Nam quos vocabat x̄ps exteri⁹ / mouebat interi⁹ vt sequerētur. Secutus est itaq; Mattheus x̄pm nō tā gressu corporis ꝙ̄ affectu mentis: vt dicit glo. interl. Merito ꝙ̄ dicere potuit illud Job. xxiij. Uestigia ei⁹ secut⁹ est pes me⁹. Pra ctica si vis quō iste apostolus vocatus est difficulter: mirabiliter: perseueranter: Primo quidem difficulter: quia de telonco. i. de cura ⁊ sollicitudine temporalium / quibus toto cordis affectu inhiabat. Secus autē de Petro et Andrea fratre suo qui erant pauperes piscatores: et ideo parū reliquērunt. Idem dic de Jacobo et Joāne fratre eius. Matth. iiij. Secundo vocatus est mirabiliter: q2 nullo p̄cedente signo sed tantum ad vnius iussionis vocem. Propter quod merito de eo dicere potuit X̄ps illud Psalm̄. In auditu auris obedi uit mihi. Tertio vocat⁹ est pseueranter. Non em̄ postea legit rediisse ad teloneum sicut Petrus post primam vocationem ad piscationem: vt legit Jo. j.

¶ Moraliter. Debemus sequi x̄pm in p̄senti cum Mattheo si cupimus ipsum sequi in celo: ita vt merito dicere possimus cum eodem apostolo illud x̄bū prius allegatum Job. xxiij. Uestigia eius secut⁹ est pes meus. Circa qd̄ notādum ꝙ ip̄e beatus Mattheus secutus est x̄pm multipliciter: ⁊ oibus illis modis ipsum sequi debemus.

¶ Primo em̄ beat⁹ Mattheus secutus est x̄pm in paupertate. De paupertate enim x̄pi scribitur Matthei. viij. Uulpes terre foueas habent: et volucres celi nidos: filius autē hominis non habet vbi caput suum reclinet. Ecce magna paupertas. Et de beato Mattheo legitur Lu. v. ꝙ relictis omnibus surgens secutus est eum: scilicet christum. Super quo dicit glo. ordi. allegans Bedam: ꝙ Mattheus reliquit propria: qui rapere solebat aliena. Sic et in paupertate debēt. tam diuites ꝙ̄ pauperes sequi x̄pm. Diuites quidem vt non ponant affectum suum principaliter in diuitiis suis: iuxta illud Psal. Diuitie si affluant / nolite cor apponere. Al's celū minime intrare poterunt: dicente x̄po Matthei. xix. Facili⁹ est camelum per foramen acus ⁊c. Pauperes vero vt paupertatē suam patienter ferāt: sic em̄ merebūtur benedici a dño. iuxta illud Matth. v. Beati pauperes spū: qm̄ ipsoꝝ est regnum celorum.

¶ Secundo beatus Mattheus secutus est christum in humilitate. De humilitate quidē x̄pi scribit Mat. xj. Discite (inquit) a me: q2 mitis sum et humilis corde. Et de hūilitate. b. Matthei legit Mat. ix. ꝙ describit se sub noie pctōris: q2 sedebat in teloneo quando vocauit euꝫ x̄ps. Item non veretur referre

in eodem euangelio quid scribe et pharisei de eo sentirent quando quidem xpo manducante in domo ipsius dixerunt discipulis suis. Quare cum publicanis et pctoribus manducat magister vester? Ecce quomodo ex humilitate confitetur se peccatorem: vbi tamen Lucas pro eius reuerentia et honore vocat eum non Mattheum: sed leui. Sic et nos instar hui9 sanctissimi apli et euangeliste dni debemus seq xpm in humilitate: nos reputantes viles et graues pctores: etiam deteriores ceteris: et si non quam ad oia: saltem quo ad aliqua: quia vt hr pro verbio. xviij. Iustus prior accusator est sui. Sed profecto multi habent velatam et fictam humilitatem: quales sunt illi qui se dicunt graues peccatores: etiam ceteris deteriores: qui tamen citissime irascuntur si tales ab aliis vocentur. Unde ad propositum loquens Chryso. homilia xxij. in epistolam ad Heb. dicit sic. Si nosipsi de nobis plurima mala dicamus: ab aliis autem audientes inequanimiter feramus: non erit hoc humilitas neque confessio: sed ostentatio et vana gloria. Nam per hunc modum humilitatis volumus acquirere opinionem: et apud alios in admiratione esse. Quod aut hec non sit vera humilitas: palam ostenditur. Nam si alius quisque nobis vnum horum impingat: seuimus et exasperamur. Si enim dixisti teipsum esse talem: non indigneris etiam cum ab alio audis: et cum redargueris. Aduerte quid dicit beatus Dauid cum ei malediceret semey. Sine illum inquit seruo suo Abisai volenti eum occidere. Dns enim precepit ei vt malediceret mihi: quatenus cognoscat humilitatem meam. Hec Chrysost.

¶ Tertio beatus Mattheus secutus est xpm in obedientie promptitudine. De obedientia enim xpi loquens apo. ad Phil. ij. dicit quod factus est obediens patri vsque ad mortem. Et de obedientia beati Matthei legitur Luce. v. quod ad vocem xpi dicentis ei. Sequere me: continuo relictis omnibus surgens secutus est eum. Quauis et rebus seculi esset matthe9 valde implicatus: tamen cito tamen audiuit dominum dicentem: sequere me: illis dimissis / et nemini alteri commissis: secutus est xpm munera largientem. Unde Beda in homil. hui9 diei. Matthe9 merito obedientie dum humana contennens negotia deserit dominicorum fidelis dispensator factus est talentorum. Sic et christiani precipue aut religiosi debent cum aplo Mattheo sequi christum in obedientie promptitudine: dicentes cum apostolo paulo. Dne quid me vis facere? Act. ix. Nam vt dicit Augustinus ad fratres in eremo: sermo. xl. qui intitulatur de obedientia clericorum. Obediendum est libenter / hilariter / velociter. Obedientia enim sine mora esse debet. Non enim placet deo morosa et disceptatrix obedientia: que cum aliquid precipitur: querit: cur / quare / quobrem illud precipiatur. Hec ille.

¶ Quarto beatus Matthe9 secutus est Christum in charitate. De charitate enim xpi scribitur Joan. xv. Sicut dilexit me pater: et ego dilexi vos. Sic et

beatus Mattheus fuit feruens in charitate duplici.s. xpi. propter quem reliquit oia eum sequens: ꝛ proximi propter quem lucrifaciendum xpo: multa perpessus est: etiā vsq ad mortem inclusiue. Specialiter aūt eius charitas ad proximum in hoc apparet ꝙ ipse zelo salutis animarum succensus / vsq ad extremum terre progressus est: vez vsq ethiopiā / que est extrema terra habitabilis versus meridiem. Et q̄uis hec regio sit intēperatissima inter oēs mundi regiones propter solis ardorem: sicut etiā prodit color nigerrimus ethiopum: interius tn̄ tm̄ ardebat per charitatem ad proximum: ꝙ cōtempsit ardorem exteriorem: etiam ꝑ notabile tempus: vtpote.xxiij.annorum. Quo in tempore ibidem predicabat miracula faciebat ecclꝫias fundabat: et sic de alijs sanctis exercitijs. Ecce ingens charitas Matthei ad ꝓximum. Predicto autē modo debemus sequi xp̄um.s. per veram charitatem: et non per miraculorum operationem. Unde Chryso. de laudibꝰ Pauli: epistola.iij. Non (inquit) proponas mihi mortuos quos scuius suscitauit dn̄s: neq leprosos quos eadem virtute mundauit. Nihil enim horꝝ requirit deus a te. Possíde charitatem: et perfectam adipisceris coronam. Hec ille. Ecce in quibus debemus sequi Christū instar diui apostoli Matthei. Et sic patet de primo principali.

¶ Secundo principaliter in hodierno euangelio tangitur pharisleorum indignatio. Quia cū christo discūbēte in domo matthei qui fecit illi conuiuium magnum: discubuerunt cum eo et discipulis eius publicani ꝛ peccatores: id est q̄ publica vectigalia exigunt ꝛ conducunt: et q̄ lucra seculi per negocia sectantur: vt dicit glo. interliñ. ꝛ q̄ forsan fuerāt socij ipsius matthei: ex hoc ꝫ facto indignati pharisei dicebant discipulis Christi. Quare cum publicanis ꝛ peccatoribus manducat magister vester? Ac si aperte dicerent. Uos estis valde fatui qui sequimini talem magistrum. Sed ꝑfecto vt dicit gloss. interlinea. tales pharisei dupliciter errabant. Primo quidem quia iustos se putabant: cum tamen essent superbi et presumptuosi. Secundo vero qꝛ venientes ad Christum publicanos illi reos putabant: cū tn̄ iam peniterent: presertim Mattheus.

¶ Notandū est autē circa hoc ꝙ xp̄s non solum cum iustis voluit manducare et bibere: sicut fecisse legitur cū discipulis suis in vltima cena. Luc.xxij. verū etiam cum peccatoribus: vt hic dicit: et hoc ideo vt attraheret eos ad penitentiā: tum ꝟbo sane doctrine: tum exemplo sancte vite. Unde glo. ord. allegās Ambro. Prouocat xp̄us peccatores ad penitentiam: cuius cibus et potus ꝛ ambulatio ꝛ oia q̄ gessit: saluti seruiunt. Et per hoc instruuntur viri ecclesiastici et predicatores illos edificare verbo et exemplo cum quibus conuersantur siue in mensa: siue in via: siue in domo. Cuius ꝯtrarium agunt nonnulli predicatores: qui in cathedra

seriose se habent et fructuose pre dicant. Qui cum ad conuiuium venerint: ostendunt animi leuitatē tam verbis ꝙ factis: sicqꝫ in breui destruunt quod seminauerant forsan multis predicationibus semen bonū. Et tales a mundanis vocantur boni socij. Unde contra quēlibet talem loquitur Hieroñ.iij. parte epistolarum suarum: epistola vij.ad nepotianum: de vita clericoꝝ:dicens. Non confundant opera tua sermonem tuum: ne cum in ecclesia loquerꝫ: tacitus quilibet respōdeat:dicens. Cur ꝙ hec que dicis: ipse non facis? Sacerdotis xp̄i os:mens: manusqꝫ concordent. Item ad propositum loquens Augustinus in libello de duodecim abusionibus: dicit ꝙ primus gradus abusionis est si sine bonis operibus predicator fuerit: et qui qđ sermone docet/actibus complere negligit. Auditores enim doctrine dicta facere contēnunt cum predicatoris opera a verbis predicationis discrepare cō spiciunt. Nunꝙ enim fit efficax predicantis auctoritas nisi eā effectu opis cordi affixerit audientis. Hec ille. Studeamꝰ ergo nos predicatores instar xp̄i habere bona opera: et illos edificare cum quibus conuiuimus. ¶ Moralr. Per Leui siue Mattheum qui fecit xp̄o conuiuium magnum in domo sua: intelligitur quilibet penitēs: qui tunc facit Christo cōuiuium magnū gratum et acceptum: ad quod etiā veniunt angeli de celo:quotiens per verā penitentiam preparat domino domum mentis. Prouerb.viij. Delicie mee esse cum filijs holm. Insuper qui xp̄m intus recipit: pascit multis delectationibus interioribus et spiritualibus. Ecce ergo Christi magna humilitas q̄ nō dedignatur venire ad peccatores. In hoc autem mentali con uiuio debemus principalr quatuor apponere Christo. Primū est aqua lachrymarū: et vinum cumpunctionis. Secundum panis hordeaceus:id est amara recordatio peccatorum. Tertium lac.i. dulcedo pietatis. Quartum butyrum: id est pinguedo charitatis. Hec autem ad literam apposuit Abraham coram angelis domini. Geñ.xviij.

¶ Tertio principaliter in hodierno euāgelio tangiť xp̄i miseratio. Ipse nempe respondens indignationi et murmuri scribarum et phariseorum dicentium ꝙ cum publicanis et peccatoribus manducare et bibere nō deberet: eo ꝙ tales dicebant esse simpliciter vitandos: ipse ad hoc simul respondet: et illorum miserationem ostendit: dicens. Non est opus valētibus medicus.sed male habentibus. Quasi diceret ꝑm gloss.interliñ.ipsis supbis scribis et phariseis:ideo vos declino qui sum medicus aīaꝝ: qꝛ nō putatis vos egrotare:nec grām queritis. Publicanos aūt et pctōres suuo: qꝛ dant locū grē mee. Uolebat ꝙ xp̄us innuere iudeis talem rationē. Medicus familiarius se debet habere ad infirmū qui eo indiget: ꝙ ad sanum. Sed sic est ꝙ ego sum missus a deo patre in hunc mundum tanꝙ medicus animarum: iuxta illud Psalm̄ Misit verbū suū:et sanauit eos.

Ergo familiarit debeo me habere ad peccatores q̄ sunt spiritualiter infirmi. Non autem ad illos qui sunt sani sua presumptuosa estimatione. Quales supple estis vos scribe et pharisei. Deinde respondet per auctoritatem que habet Osee vj. dicens. Euntes autē discite: id est diligenter cōsiderate illud qđ scribitur Osee. vj. Quid est: misericordiam volo: et non sacrificium. Ac si aperte dicat. Si hanc scripturam diligenter consideretis: inuenietis me facere scđz ipsam. Propter quod concludit: dicens: Non em̄ veni vocare iustos: supple scđum suam estimationē quales estis: sed peccatores ad penitētiam. O ingens pietas saluatoris nostri dei. O verba dulciora super mel et fauum. O spes et fiducia maxima data cuilibet peccatori penitētiam agere volenti. Non veni inquit christus vocare iustos: sed peccatores. Ac si aperte diceret. Nō propter iustos carnem assumpsi: ꝛ in mundum passurus veni: sed propter peccatores. O igitur pauperes peccatores. expergiscimini ad vocem tam blandam: tam suauem: tam gratiosam et benignam. Surgite igitur a peccatis vestris: et occurrite obuiam saluatori vestro vocanti vos ad penitentiam: et demum ad gloriam celestem. Quam nobis p̄stare dignetur ille qui in trinitate perfecta viuit et regnat. Amen.

¶ Sermo in die beati Michaelis.

Angeli semp vident faciē pr̄is. Matt. xviij. Sicut facimus vnū festum gn̄ale ad honorē oīm sanctorꝝ / eo ꝙ singulos in particulari honorare seu solennizare nō possumus: tū propter eorꝝ multitudinem: tum qꝛ maxima pars eorꝝ nos latet et quantū ad nomina: et quantū ad statum siue vite meritum: ita similiter hodie facimus festū in ecclesia militāte non solū ad honorem beati Michaelis: verumetiam ad honorem omnium sanctorum angelorꝝ cum Christo in ecclesia triūphante regnantium: eo ꝙ singulos in particulari honorare non possumus propter duas causas similes predictis. Prima est eorū copiosa multitudo: de qua legit Dan. vij. milia milium ministrabant ei: ꝛ decies centena milia assistebant ei. Item Apoca. v. Audiui vocem angelorū multorum in circuitu throni et animaliū: ꝛ erat numerus eorꝝ milia milium. Secunda causa est quia ignoram⁹ nomina eorū preter tres. Hi sunt michael / gabriel / raphael / quorꝝ nomina exprimūtur in sacra scriptura: vt faciliter ostēdi potest. Ceteri autez singuli singula habent nomina a deo imposita. Si em̄ numerat multitudinem stellarum: ꝛ omnibus eis nomina vocat: vt inquit p̄s. quanto magis hoc verū est de angelis. Ne ergo ceteri angeli frustrētur nostro famulatu: hodie facimus communē festiuitatē ad honorem eorꝝ. Nec quidē immerito

quia semper vident faciem patris. supple celestis.

¶ In presenti sermone due erunt partes principales.

Prima tractabit de angelis sanctis in generali.

Secunda tractabit de beato Michaele in speciali.

¶ Quantum ad primam partem notandum quod sanctorum angelorum duplex est differentia. Quidam enim assistunt deo in celis. Alij autem mittuntur ad custodiam hominum. Da exemplum de rege terreno: qui habet duplicem differentiam militum. Primi assistunt sibi die ac nocte: qui vocantur de custodia corporis regis. Secundi mittuntur ad fortalitia regni custodienda: et ad communes vtilitates regni ita in proposito.

¶ Quantum igitur ad ipsos angelos assistentes deo in celo: est notandum quod debemus eos honorare propter triplex eorum officium.

¶ Primum est assistentia. Solent enim honorari a populo illi qui assistunt principi terreno. Et de hoc habemus historiam Hester iij. de Aman quem populus adorabat: eo quod esset secundus post regem Assuerum: assisteretque illi omni tempore. Aliam historiam ad idem habemus de Joseph in domo regis Pharaonis. Gen. xl. Si ergo honorantur illi qui assistunt regi terreno: quanto magis honorandi sunt illi sanctissimi angeli qui die ac nocte assistunt regi seculorum immortali inuisibili: cui soli honor: et gloria in secula seculorum.

¶ Secundum officium predictorum angelorum est laudatio diuina. Esa. vj. Uidi dominum sedentem super solium excelsum et eleuatum: et plena erat domus maiestate eius: et ea que sub ipso erant replebant templum. Hoc vltimum dicit propheta propter angelos qui assistunt domino in celo. Unde et de seraphim qui sunt ceteris deo propinquiores: subdit ibidem quod clamabant alter ad alterum/ et dicebant. Sanctus/ sanctus/ sanctus dominus deus exercituum. Ecce secundum angelorum officium quod dicit laudatio diuina. De quo etiam in ps. Laudate dominum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius: Ubi per virtutes intelligitur specialis ordo angelorum qui dicitur ordo virtutum.

¶ Tertium officium predictorum angelorum dicit illuminatio mirifica. Hoc enim commune habent angeli celestes quod semper superiores illuminant inferiores: illis manifestando que ipsis reuelat deus de his que ad mundi dispositionem pertinent: et precipue ad salutem electorum. Que quidem illuminatio durabit in eis vsque ad diem iudicij: vt dicit beatus Tho. j. parte. q. cvj. art. iiij. in sol. ad tertium. Et de hoc dat magister sen. lib. ij. dist. xj. exemplum de mysterio incarnationis: quod etsi omnes angeli cognouerint a principio non tamen eque plene: neque eque perfecte. Nam superiores illud plenius cognouerunt: et quantum ad hoc potuerunt illuminare intellectus inferiorum angelorum. Unde secundum Hieronymum ista verba: Quis est iste rex glorie: sunt verba angelorum christo obuiantium cum ascenderet in celum. Illa vero que sequuntur: videlicet: Dominus virtutum ipse est rex glorie: sunt verba an=

gelorum christū conducentium in ipsum celuz. Et quantum ad hoc solet dari exemplum de regibus q̄ non semper reuelant a principio sua facta oībus amicis suis: ⁊ maxime quando volūt illa latere aduersarios suos scd̄m ꝙ consulit sapiens Eccli. vj. dicens. Multi sint tibi amici consiliarius aūt vnus ex mille. Sic deus suum secretum arduissimum ⁊ maximi ponderis scilicet verbi incarnationē non reuelauit statim omnibus amicis suis angelis: sed certis ex causis sibi soli notis / illud ipsis ad tempus occultauit. Quibus postmodū quādo ⁊ scd̄m ꝙ sibi placuit / illud eis reuelauit per illuminationem superiorū angelorum. Patet ergo de triplici officio angelorum deo assistentium: propter quod merito sunt a nobis honorandi.

¶ Quantū autem ad alios angelos inferiores q̄ ad nos mittuntur: similiter notandum est ⁊ aduertendum ꝙ sunt a nobis honorandi propter triplex eorum officium:

¶ Primū est diligens ꝓtectio. Nā diligēter protegunt illos q̄ sūt sue custodie a dn̄o deputati. Da exēplū de capitaneis q̄bus cōmittit princeps castra ⁊ q̄cꝫ fortalitia custodienda. ps. Angelis suis deus mādauit de te: vt custodiāt te in oībus vijs tuis: vcz i terra: i mari: i agro: in domo. Uel in omnibus vijs tuis: id est i vtero: extra vterū: in vita: in mortis articulo. Uel in oib⁹ vijs tuis. i. in aduersitate ⁊ prosperitate: ne scz aduersa nimiū deijciant: aut ꝓspera decipiant. Nota tū ꝙ custodia hois in vtero fit per angelū custodē mr̄is: f̄m btm̄ tho. j. parte q. cxiij. arti. v. in sol. ad tertiū. Nā particularis custodia incipit i natiuitate: ꝓut dicit Hiero. sup illud verbū p̄sentis euāgelij pro themate assumptum. Angeli eoꝝ semper vident ⁊c. Magna inquit est dignitas aiarū vt vnaq̄cꝫ ab ortu natiuitatis sue angelū habeat sibi i custodiā delegatū. Q̄d si dicatur angelos frustra deputari custodie maloꝝ ⁊ reproborū hoim: certe nequaq̄ frustra illis deputant: qꝛ etsi nō operentur in ipsis principalē finē quē intendunt: q̄ est ꝑductio ad celestem gloriā: impediente ipsorum hominū malitia: nihilominus retrahūt eos a multis malis que alias cōmissuri essent. Sed nunquid tales angeli custodes animaꝝ priuant̄ gl'ia celesti quam habēt alij āgeli assistētes deo? Certe nō: qꝛ vt dicit thema: angeli eoꝝ: scilz custodie hominū deputati: semꝑ vidēt faciē patris q̄ in celis est. Quinimo simul custodiūt hoīes: ⁊ assistunt deo: iuxta illud testimoniū Raphaelis Tho. xij. Ego sum Raphael vnus de septē q̄ astamus ante deū. Hoc idē etiā patz testimonio Gabrielis q̄ vt legitur Luc. j. dixit zacharie cui nunciabat natiuitatē bti Joā. Ego sum inquit Gabriel q̄ sto ante deū: ⁊ missus sū loq̄ ad te. Localis ḡ distātia nō īpedit quin idem angelus possit esse custos hominis: ⁊ simul astare deo.

¶ Scd̄m officiū angelorū missoꝝ ad hoies est mie dei iploratio. Tales em̄ specialiter orant dn̄m pro illis qui sue custodie

sunt commissi: et quantū in ipsis est pcurare non cessant eorum salutem. Unde Augu. in lib. solilo quiorum. c. xxvij. dicit q tales angeli diligunt nos / per quos sue ruine scissuras expectant restaurari: ideoq magna cura assunt nobis oibus horis et locis: succurrentes necessitatib9 nris: discurrētes inter nos et deū: gemitus nostros atq suspiria referētes ad deū vt impetrēt nobis ppiciationem et miam. Et hoc est quod ait Raphael ad Thobiam. Qū orabas cum lachrymis: ego obtuli orationē tuam corā dño. Debem9 ḡ nos illorum orationibus committere: dicentes Sancte Michael ora pro nobis Sctē Gabriel rc. Sctē Raphael rc. Omnes sancti angeli et archangeli dei: orate p nobis. Oēs sancti beatorum rc.

¶ Tertiū offm angelorum qui ad nos mittuntur: est ad celos delatio. Nā quos in pnti custodierunt ab omni malo: et signanter ctra aereas ptātes earum crudelitatē coercendo: ne scilz tm̄ noceant quantū nocere optant: itē custoditos ad bonū puocando: tandem animas deuote et religiose decedentiū ad celū perducant. Et de hoc historiā habemus Luc. xvj. de lazaro mendico: quo mortuo angeli detulerunt animā eius in sinum abrahe: p quē intelligit requies perpetua. Hinc in officio defunctorū animus: dicentes. Dñe Jesu xpe rex glorie libera aias oim fideliū defunctorum de manu inferni et de pfundo lacu. i. de purgatorio. Sequit. Signifer sanctus Michael repsentet eas in lucē sanctā quā olim promisisti abrahe et semini ei9. Insuper qr inter nos et celū mediat latissimū spatiū in q pambulāt aeree ptātes: nostrum ingressum in ipsum celū prohibere quantum in ipsis est satagentes: hinc est q dicti scti angeli nobis a deo deputant: vt tunc p nobis pliantur. Et ad hoc ppositū facit similitudo de ciconijs de qbus loquēs Amb. in hexameron. lib. v. c. xvj. dr q cū mutant locū et regionē: simul pgunt: ita vt videatur quidā exercitus. Añ eas tñ vadunt cornices tanq directrices adeo vt adiumenta qdā bellantib9 aduersus inimicas aues cferre credant: et pprijs pīculis aliena bella suscipe. Cuius rei indiciū est: qr tpe quo ipse ciconie repatriant: nulle cornicule pro tpe vident in locis de qbus egresse sunt. Postmodū aūt apparēt cornicule vt prius: sz inter eas multe vulnerate apparent et sanguinolente: tanq signum deferentes pugne habite. Hec historia q ad multa multū confert ad propositum persuadendum: qualiter scilicet sancti angeli deferunt animas electorū in celum etiam pro eis preliando contra aereas ptātes: vt dictum est. Et sic patet de triplici officio angelorum qui mittuntur a deo ad custodiendos hoies. Et per cñs ptz de primo principali in quo agitur de sanctis angelis in generali.

¶ Quantum ad secundam partem principalem huius sermonis loquēdū est de btō Michaele in pticulari: maxime cum presens solennitas vocet vulgarit festum bti Michaelis. In laudem ḡ ipsius intendo ostendere

q̄ multipliciter excedat ceteros angelos ⁊ hoies. Non est tamen mee intentionis ipsum preferre simpliciter omnibus angelis: maxime cum dicatur esse de numero archangelorum: iuxta id quod canit ecclesia in hodierno officio in persona domini Archangele Michael constitui te principem super omnes animas suscipiendas. Ad maius autem est de numero et ordine principatuum: put videt innuere textus Danie. x. Quibus non obstantib9 in multis videtur p̄cellere ceteros angelos.

¶ Primo igit beatus Michael precellit alios angelos in nominis excellenti interp̄tatione. Nam Michael interpretatur q̄s vt deus: vel q̄s est sicut iste dominator. Ac si aperte dicatur q̄ iste dominator michael non habet sibi similē inter puras creaturas: sed est aliquo modo vt deus. Nam ponit in statera q̄s deus iudicat. Unde eum alloquitur domin9 dicens. Archangele michael constitui te principem super oēs animas suscipiendas. Cum ergo nomina imponantur a proprietatibus rerum: consequens est dicere michaelem esse valde similem deo maxime cum interpretatur q̄s vt deus.

¶ Scdo iste archangelus precellit ceteros in belli cōgressione. Joannes enim in bello quod describit fuisse inter angelos bonos ⁊ malos: premittit michaelem: et solū eum nominat tanq̄ ducem et capitaneum angelici exercitus: vt patet Apocal. xij. vbi sic legitur. Factum est prelīū magnum in celo: Michael ⁊ angeli eius preliabantur cum dracone ⁊ angelis eius. Propterea in hymno de eodem sic hortatur ecclesia christifideles dicens. Collaudemus omnes celi milites: sed precipue primatem celestis exercitus Michaelem in virtute conterentē zabulon. Similr Dan. x. legitur q̄ angelus qui loquebatur Danieli: dixit ei. Michael vnus de principibus primus venit ī adiutoriū meum. Item ibidem idem angelus ait. Nemo est adiutor meus in omnibus his nisi michael princeps vester. Ecce q̄ñ michael nominatur princeps celestis exercitus contra diabolū.

¶ Tertio idem archangelus p̄cellit ceteros angelos in speciali veneratione. Ecclesia enim nullum angelum habet in tanta veneratione et deuotione sicut beatū michaelē. Hoc autem probare possumus faciliter ⁊ multipliciter. Primo quidem in multiplicatione ecclesiarum et capellarum ad ipsius honorē dedicatarum: vbi tamen pauce aut nulle ad honorem aliorum angelorum: vtpote gabrielis ac raphaelis dedicate reperiunt. Secundo vero in festo celebri q̄d suo noīe intitulatur: ⁊ quod est de precepto ecclesie obseruandum: vt patet extra de ferijs. c. conquestus. Nihil aūt tale de alijs angelis reperitur. Et quamuis apud aliquos celebret festum apparitionis angelorum et hoc in mense maij: illud tamen festum non obseruatur a laicis sicut presens festum. Tertio autem in assumptione peregrinationis que fit ad illius honorem: sicut patet de visitanti-

bus ecclesiam eiusdem angeli edificataz in monte tūba apud Normaniam bassam. Satz em̄ mirabile est videre multitudinem peregrinorum illuc deuote pergentium non tam viroꝝ ac mulierū / q̄ paruulorum ac innocētum de valde distantibꝰ regionibꝰ illic cōfluentium non absq̄ graui labore ꝛ periculo vite. Cum ergo talia aut similia non fiant ad honorē quorūcūq̄ angeloꝝ: cōsequens est dicere hūc sanctum dei angelum Michaelem ceteros precellere: saltē quo ad predicta.

¶ Consequenter ostēdere oportet beatū Michaelē precellere quoscunq̄ viros ac mulieres qualicunq̄ fulgeant dignitate aut moruz sanctitate: preter tamen Christum ꝛ matrem eius Mariam. Hoc autē possumus probare multipliciter.

¶ Primo igitur beatus iste archāgelus precellit hoīes etiam sanctissimos in natureꝰ dignitate. Natura enim angelica a toto genere est dignior etꝰ perfectior natura humana: iuxta illud ps. Minuisti eū scz hoiem vel etiam xp̄m ħm q̄ homo est: paulominus ab angelis. Si ergo omnes angeli sunt altiores hominibus ħm nature gradum etꝰ dignitatem: quanto magis Michael in hoc superat omnes homines quātūcunq̄ sanctos: maxime cum ipse sit superior multis angelis velut coꝝ princeps? Unde ꝛ in epistola Jude vocatur archāgelus. Dicit em̄ sic ibidem q̄ Michael archangelus altercatus est cum diabolo de Moysi corpore. Uolebat enim diabolus huiusmodi corpus Moysi notum esse iudeis: vt faceret eos circa ipsum idolatrare: adorantes ip̄m pro deo. Michael autem satagebat tantum malum impedire. Ecce eorum altercatio. Si autē Michael sit archangelus / consequens est dicere ipsum esse superiorem multis angelis. Ualet autem cōsequentia eo q̄ archangelus dicitur ab archos grece quod est princeps latine / ꝛ angelus: quasi princeps angelorum.

¶ Secundo beatꝰ Michael precellit hoīes in temporis prioritate. illi enim sancti qui alios precesserūt tēpore: solent plus honorari ab ecclesia: eo q̄ fuerunt primi laborātes in vinea domini / et posteris demonstrauerunt viam salutis: ac virtutum exēpla post se reliquerunt. vnde Eccli. xxxix. Sapientiam antiquorum omniū exquiret sapiens: et in prophetis vacabit. Item Lucas in proemio super euāgelium suum dicit sic: Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt: et ministri fuerūt sermonis. Sic est autem q̄ Michael (sicut et ceteri angeli) precessit prioritate temporis productionem hois. Nam vt dicit Jsidorus de sūmo bono lib. j. ca. xij. Ante oēm creaturam mundi creati sunt angeli. In illo autem priori ipse Michael non fuit ociosus: sed fuit operator diligentissimus. Quemadmodum ergo bonus princeps magis afficitur illi militi vel seruo qui prior ad eius obsequium venit et semper fideliter illi seruiuit: ita in proposito.

¶ Tertio beatus Michael precellit homines bonos et sanctos in naturali virtute. Hoc enim cōmune habēt angeli q habēt mirabilem potentiam naturalem: iuxta illud ps. Benedicite dño oēs angeli ei9 potentes virtute. Unde legitur. iiij. Regū.xix.q vnus sol9 angel9 vna sola nocte interfecit de exercitu Assyriorū.clxxxv.milia virorum fortium. Et breuiter tanta est potentia naturalis minimi angeli q posset in modicissimo et quasi imperceptibili tempore transferre vnum maximū montem de loco ad locum: et similiter vnam maximam ciuitatem cum omnibus habitatoribus suis et edificijs illesis. Qd si talis predicetur virtus naturalis inferioris angeli: quid dicendum erit de virtute naturali beati Michaelis principis exercitus angelorum sanctorum? Certe de illo potest dici illud Job.ix. Si fortitudo queritur, robustissimus est. Item illud eiusdem Job.xli. Non est super terram potestas que comparetur ei. Maior itaq est eius solius potētia naturalis q̄ omnium sanctorum hominum simul coniunctorum. Ex quo ergo ipse Michael predicatur esse tante potentie et virtutis, merito debem9 nos qui fragiles sumus: illi committere: ipsum deprecantes vt dignetur nos iuuare nunc et in hora mortis cōtra crudelissimum hostem nostrum diabolum.

¶ Quarto beat9 Michael precellit quosq homines in presidentie sublimitate. Magna enim fuit presidentia illa quam christus contulit Petro quādo post suam resurrectionem dixit ei. Pasce oues meas: pasce agnos meos. Joh.xx. Sed huiusmodi presidentia nō respiciebat nisi hoies: et adhuc ex tēpore: vez post xp̄i resurrectionem. At vero presidentia beati Michaelis respicit angelos et homies. Angelos quidem quorū est princeps. Est enim presidentia in angelis sicut et in hominibus etiam perfectior. Itē sua presidentia respicit hoies et communitates eorū. Nam ฿m theologos inter angelos aliqui president priuatis personis. Et isti sunt de minorib9. Alij ṽo president personis publicis in officio publico aut dignitate constitutis: sicut sunt reges et principes, episcopi et quiq prelati. Et tales angeli sunt altiores primis. Alij autē president regnis et prouincijs: sicut patet Danielis.x.de angelo grecorū et angelo persarum: quos ipse Daniel vocat ipsorum populorum principes. At ṽo presidentia huius sanctissimi archangeli est multo maior. Ipse nempe presidet toti ecclesie militanti: que diffusa est per multa regna et prouincias. Insuper presidētia sua est longē diuturnior presidentia Petri. Nam presidentia illius icepit a creatiōe angelorū quo ad angelos: et a creatione hoīm quo ad homines. Secus autem de presidentia beati Petri: que tantum incepit post christi resurrectionem vt dictū ēst. Preterea presidentia Petri ꝑprie non respicit nisi ecclesiam militantem. Nam per mortem tam presidē=

tis q̄ illius cui presidet: finitur. Non sic autem de presidentia Michaelis: maxime cū ipse sit immortalis et incorruptibilis. Insuper p̄sidet angelis sibi inferioribus pariter et animab⁹, que duo sunt immortalia.

¶ Quinto beat⁹ Michael precellit homies quoscunq̄ preter Christum et matrem eius: qui semper in istis cōparationibus excipiuntur: vt dictū est: in spirituali puritate. In omnibus enim hominib⁹ etiam patriarchis et pphetis fuit aliqd peccatū: siue actuale / vt in adam: siue originale / vt in ceteris: ita vt merito quilibet possit dicere de seipso illud psal. Ecce eñ in iniquitatibus conceptus sum. Quinimmo sanctissimi homines a quibusdam venialibus non fuerunt immunes: iuxta illud .j. Joā.j. Si dixerimus quoniam peccatū non habemus: ipsi nos seducimus: et veritas in nobis non est. Beatus autem Michael peccato originali caruit: quia illius capax non fuit. Similiter et actuali: tam mortali q̄ veniali: eo q̄ quāprimum creatus fuit: se totum in deum conuertit per charitatem ipsum super omnia diligendo. Cum tali autem conuersione nō potuit in eo stare, quodcunq̄ peccatum etiam veniale. Post q̄ autem fuit in gratia confirmatus: peccare non potuit: maxime cum tunc aperte videret deum: cum quo non stat q̄cunq̄ affectio inordinata. Ecce spiritualis eius puritas maxima.

¶ Sexto et vltimo beatus Michael p̄cellit ceteros sanctos et sanctas in operum mirabilium multitudine. Aliqui eñ sancti dei homines ppter vitē meritū quosdam demones expulerunt a quibusdā obsessis. Michael autem omnes malignos spiritus expulit de celo: ita vt deinceps locus eorum amplius non inueniretur in celo: vt habetur Apoc.xij. Alij sancti sibi deuotos famulos a quibusdā pīculis liberauerūt: sed nō oēs neq̄ ab oibus. Michael aūt oēs filios israel (q̄ erāt pene inumerabiles) a captiuitate egypti eripuit. Exo.xiiij. Alij sancti tante ꝟtutis fuerūt et clemētis sperauerit: s; nō taliter qualr beatus Michael q̄ diuisit mare rubrū: atq̄ p mediū illius filios israel siccis pedib⁹ deduxit: vbi supra. Alij scti: dei et sctōꝝ hostes qn̄q̄ terribiliter puniri impetrauerunt. Michael ꝓ illas horrēdas plagas egyptijs intulit: et tādē pharaonē cū vniuerso exercitu suo innumerabili in mari rubro submersit: vbi supra. Alij scti aliquos mortuos suscitauerūt. Michael aūt in fine seculi p quatuor āgulos mūdi cū tuba sua clamabit dicēs: surgite mortui: venite ad iudicium: et tunc omnes resurgent vt habet̄.j. Thes.iiij. Ecce quo modo btūs Michael p̄minet oībus sanctis in multitudine mirabiliū operū. Unde ex hoc debet spes nostra de ei⁹ subsidijs magis ac magis erigi: si modo sibi deuoti fuerimus. Superest igitur nos deuote commendare suis sanctissimis precibus: vt sic cum eo celum possidere valeamus. Quod nobis prestare dignetur q̄ in trinitate perfecta viuit et regnat. Amen.

¶ Sermo de beato Hieronymo doctore ecclesie illustrissimo.

Fecit mirabilia in vita sua. Eccli. xxxi. Psalmista cõsiderãs dei sapientiam/potentiam/ & bonitatem in sanctis suis relucentem: dicit q mirabilis deus in sanctis suis. Ac si aperte diceret q miro ordine sanctorum suorum ministeria dispensat. Non enim vni omnia dedit. Tum quia tot sunt dei dona q nulla pura creatura est capax omnium. Tum q ex multitudine donorum posset forsan aliquis superbire. Tum quia status ecclesie siue corporis mystici est instar corporis naturalis in quo non omnia membra eundẽ actum habent: vt dicit apost. j. ad Corin. xij. Quinimo vt dicit idẽ apo. Ephe. iiij. Xp̃s dedit quosdam ap̃los: q̃sdã aũt pphetas: alios vero euãgelistas: alios aũt pastores & doctores ad ↄsummationẽ sctõꝝ in opus ministerij: in edificationẽ corpis xp̃i: donec occurramus &c. Inter autẽ doctores quos dedit Christus ad illuminandum ecclesiã suã: et ad elucidationem sacre scripture: merito cõputatur beatꝰ Hieronymus qui post apostolos plus oĩbus laborauit: adeo q dicitur in themate gessisse mirabilia in vita sua.

¶ In p̃nti ergo sermone perstringendo gloriosam vitam eiusdẽ beati Hieronymi: intendo ostendere que fuerunt mirabilia illa que ipse fecit in vita sua. Sed quia de omnibus loqui longum valde esset: ideo de multꝭ pauca hic annotare studebo.

¶ Primum igitur mirabile qđ fecit beatus Hieronymus in vita sua. vocatur linguarũ multarum peritia. Satis enĩ cõmune est et vsitatum videre aliquem hoĩem peritum in lingua Latina; aut hebrea/seu greca: sꝫ raro accidit videre aliquẽ in duabus linguis peritum. Mirabile est autem aliquem inuenire in predictis tribus linguis peritum et disertum: maxime cum inter se valde discrepent & aliũ habeant pronunciandi moduꝫ: ad quẽ etiam natura prouidit tam in voce q̃ in dentibus: labijs et lingua. Quãuis enĩ hec instrumenta sint cõmunia latinis/grecis/et barbaris: variãtur tamen penes accidẽtia: vtpote in gracilitate / spissitudine/longitudine/breuitate: & huiusmodi. Et vt dicit Isidorus etymologiarum lib. ix. c. j. Omnes orientis gentes in gutture linguam et verba collidunt: sicut hebrei et syri. Omnes mediterranee gentes in palatum sermones feriunt: sicut greci et Asiani. Omnes occidentis gentes verba in dentibus frangũt: sicut. Itali Hispani: et Galli. Hec ille. Ecce quomodo lingue variantur. Ex quo patet q̃ difficile est habere peritiam p̃dictarum triuꝫ linguarum: que toto orbe maxime excellunt. Nota historiam Judicũ. xij. de viris effraim qui non poterant p̃nũciare. seboleth: sed semper dicebãt cheboleth: et hoc propter linguarum disparitatem. Ad ppositum ḡ redeũtes; beatus Hie. in hoc fecit mirabilia ĩ vita sua q habuit peritiã lin-

guaꝝ multarũ. Sic eñi necesse erat illi. Alr̃ nõ potuisset transferre vet⁹ testamẽtũ de hebreo in Latinum: neqꝫ nouum testamentum de greco in latinum nisi predictarũ linguarũ habuisset peritiam.

¶ Moraliter. Tanta diui Hierony. linguarũ multarũ peritia merito debet retũdere ꝛ cõdemnare mul⁹orũ clericoꝝ imperitiã: et q̃ vix sciũt cõgrue loqui: cũ tñ qñqꝫ exaltantur in eccl'ia ad altiora bñficia. Quib⁹ exaltatis dant se inertie ꝛ torpori: aut certe querũt delicias suas corporales: vacantes ludis/ comessatiõib⁹/ ebrietatib⁹/ ꝛ reb⁹ quas non licet homini loqui.

¶ Secũdũ mirabile quod fecit beatus Hiero. in vita sua: dicitur vanarũ sciẽtiarũ renunciatio plena. Cum enim adhuc iuuenis esset/ valde delectabatur in dictis poetarũ rhetoꝝ atqꝫ phoꝝ: intãtũ ꝙ parũ versabat' circa studium sacre scripture. Dicebat enim sermonem incultum in libris prophetarum sibi non placere. Et ecce subito sensit manum dñi sup̱ se. Nam febris acutissima cũ inuasit: ita vt crederetur proximus morti: eiusqꝫ exeq̃e pararentur. Quo in tempore tractus est ad iudicium dei. Cumqꝫ interrogaretur cuius cõditionis esset: rñdit se christianum esse. Ad quẽ iudex: Mentiris: sꝫ ciceronianus es/ et non christian⁹. Nota quõ iudex Xp̃s iussit eũ flagellari: adeo ꝙ postmodũ plage apparuerunt in scapulis suis. Cumqꝫ tãdẽ ꝓmisisset se renũciaturum secularib⁹ sciẽtijs: et operã daturũ sciẽtijs diuinis: impetrauit veniam. Unde ex tunc tãto studio libros diuinos legit/ q̃nto libros gẽtiliũ vnq̃ legerat. Adeo vt dicat Augu. ad Cyrillum scribẽs: Que Hiero. ignorauit: in natura nullus hoĩz sciuit. Ecce ergo vnũ magnũ mirabile qđ fecit btũs Hiero. vel potius diuina virt⁹: i ipo: ita vt tũc merito dici posset illud p̃s. Hec mutatio dextere excelsi.

¶ Moraliter. Hic instruimur amare studiũ sacre scripture: et studiũ scientiarum seculariũ fugere: ita vt non multũ neqꝫ affectuose ꝟsemur circa illas: quãuis iuuenib⁹ pro aliquali exercitio permittãtur ad temp⁹. Et huius ratione assignat Isido. li. iij. de summo bono. c. xiij. ita dicẽs. Ideo ꝓhibetur xp̃ianis figmenta legere poetarum: q2 ꝑ oblectamenta inanium fabularũ mentẽ excitãt ad incentiua libidinum. Nõ eñi solũ thura offerẽdo. demonibus immolat: sed etiã coꝝ dicta libẽtius capiendo. Itẽ post pauca. Quidam inquit meditari delectantur plus gẽtilium dicta ꝓpter eminentẽ et ornatũ sermonem q̃ scripturam sanctam propter eloquiũ humile. Sed q̃d ꝓdest in scripturis mũdanis ꝓficere et in diuinis inanescere: Caduca sequi figmẽta/ et ad celestia fastidire mysteria? Cauendi ergo sunt tales libri: et ꝓpter amorẽ scripturarum sacrarũ vitandi. Et rursum idẽ Isid. vbi supra. Gẽtiliũ inq̃t dicta exteri⁹ verborũ eloquẽtia nitẽt: interi⁹ vacua ꝟtutis sapiẽtia manẽt. Eloquia aũt sacra: incõpta quidem exterius apparent: intrinsecus aũt mysterioꝝ sapiẽtia fulgẽt.

Hec ille. Bene ꝗ figurant mundane scie amatores per filium prodigum qui cupiebat ventrem suum implere de siliquis quas porci comedebant/ et nemo illi dabat: supple ad saturitatem. Per quod designatur ꝙ huiusmodi sciencie mundane cũ sint vane ꝛ vẽto plene: non reficiunt neqꝫ satiant humanam mentẽ. Secus aũt de sacra scriptura. Similiter dicte scie cum ꝓfessoribus et amatoribꝰ suis figurantur per cyniphes et ranas quibus egyptij sunt percussi. Nã dicte bestiole vanam dialecticorũ garrulitatẽ et sophistica argumẽta designãt: vt ptꝫ in decre. di. xxxvij. legimꝰ. Unñ in eadẽ di. mlta habes ad ꝓpositũ.

¶ Notandum est ꝗ circa hoc ꝙ non est insistẽdum circa predictũ studiũ secularium hominũ: sꝫ potiꝰ circa studiũ sacre scripture: ne scꝫ improperet nobis i districto di e iudicij id qđ dictũ est Hiero. Ciceronianus es non christianus: et ne cõsequenter nos vapulet dñs perpetuo in inferno. Ad quod etiam faciẽdum tria principalr debent nos inducere que confert studiũ sacre scripture. Primũ est vtilitas inde ꝓueniens. Psalm. Declaratio sermonum tuorũ illuminat. et intellectũ dat paruulis. Et alibi. Lex domini immaculata conuertens animas testimonium dñi fidele: sapientiam prestans paruulis. Unde Isido. li. ij. soliloquioꝝ. Lectio inquit vite. i. sacre scpture/ demit errorem: subtrahit a mũdi vanitatibꝰ: docet quid caueas ostendit quo tendas. Multum proficis cũ in ea legis: si tamen facias quod legis. Hec ille. Secundũ est delectatio que in dicto studio reperitur dummodo bene gustetur. ps. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua sup mel ori meo. Tertium est vitatio mali: ps. In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi. Potissime aũt ꝑ predictũ studium sacre scripture vitatur luxuria: ita vt dicat Hiero. iij. parte epistolarum suarũ: epistola. xxxix. ad rusticum monachum scribens. Ama inquit scientiam scripturarum: ꝛ carnis vitia non amabis.

¶ Tertium mirabile quod fecit beatus Hieronymus in vita sua vocatur vite pudicitia: Nõ magnum enĩ est videre senem pudicum: quem non impellũt carnis incentiua. Sed magnum est videre iuuenem castum quem flos etatis attrahit ad venerea. Mirabile vero est vider iuuenem in delicijs nutritum: in libertate constitutũ: ꝛ inter mundanos cõuersantem: nedũ castum/ verumetiam impudicam agẽtes vitã intrepide arguentẽ. Talis aũt fuit btũs Hieronymus. Nã dũ esset annoꝝ. xxix. essetqꝫ cardinalis presbyter in romana ecclia: nedum in se casto fuit: verũ etiã clericorũ ꝛ monachorũ lasciue viuẽtiũ constãter ꝛ intrepide crimina arguere cepit. Propter qđ nõnulli talium hãc increpationẽ indigne ferentes: eum de sibi culpa infamare studuerũt: in hunc modũ. Nam cũ ad matutinum officiũ more solito quadam nocte surgeret: vestem muliebrẽ quã dicti emuli iuxta lectũ eius silẽter posuerat: reperit. Quam suã esse cre-

dens induit: et sic ad ecclesiam pcessit. Hoc autem ludibrium emuli ei⁹ fecerant vt crederetᷓ mulierem in thalamo habere. Cum itaqꝫ vir dei Hieronymi⁹ intellexit predictorum emulorꝫ nequitiam: relicta Roma ꝛ cardinalatu: ad Gregoriuꝫ nazianzenum Cōstantinopolitane vrbis episcopum perrexit: a quo sacras literas didicit.

¶ Moraliter. Ex predictis manifeste ptꝫ non esse nouum malitiosos homines ꝛ obstinatos in nequitijs suis psequi bonos et signanter eos qui tales arguunt zelo charitatis de peccatis suis. Prouerb. ix. Qui arguit derisorem: id est qui verba eruditionis derisori proponit: ipse facit sibi iniuriam: qꝛ dat sanctum canib⁹: ꝛ spargit margaritas ante porcos: quod tamen prohibet christus Matth. vij. Sequitur: Et q̄ arguit impium / sibi maculam generat: quia ipsum contra se puocat: et tandem eū infamat si potest. Ubi ꝰ quis talia verisilr estimat de primo suo impio: tunc non debet eum arguere. Ideo subdit Salomon: Noli arguere derisorem: ne oderit te et Hierony. in plogo super Esdram: Frustra niti: nec quid aliud fatigando nisi odium querere: extreme dementie est.

¶ Quartum mirabile qđ fecit btūs Hieronymus in vita sua: vocatur īcredibilis vite duricia. Magnum enim fecit Apostolus qui corpus suum castigauit / et in seruitutem redegit: vt ipsemet testatur. j. ad Cor. ix. Maius autē fecit Helias q̄ fugiēs a facie Iezabel iuit in desertum locū vbi ministerio coruorum pascebatur. iij. Regum xvij. Sed pfecto mirabile fuit qꝫ tantam ac tam diuturnam vite austeritatem portare valuerit beatus pater Hieronymus. Nam postqꝫ in sacris literis fuit eruditus a beato Gregorio nazianzeno: in eremum properauit: vbi mansit annis quatuor. Quid autem ibi pertulerit: ipsemet testatur in epistola ad Eustochium scribens in hūc modum. Horrebant sacco membra deformia: squalida cutis situm Ethiopice carnis obduxerat: q̄tidie lachryme: quotidie gemitus. Et si qn̄ repugnantem somnus imminens oppressisset: nuda humo vix ossa herentia collidebam. De cibis vo ꝛ potu taceo: cum etiā languētes monachi aqua frigida vtantur: et coctum aliquid accepisse luxurie sit. Et breuiter vt dicit Augu. ad fratres in eremo. sermo. xxiiij. qui intitulatur de exhortatione ad solitudinem: Ipse Hieronymus tam asperam vitā duxit vt nemo fidelium modernorum audiatur austeriorem duxisse. Ecce mirabile quod fecit beatus Hieronymus.

¶ Moraliter. Tam mirabilis vite austeritas tāti ac tam sancti pris debet merito nos qui in multis offendimus omnes ad penitentiam inducere: quia vt dicit Augu. lib. viij. de trinitate. c. xvij. Summa perfectio religionis est imitari quem colis. Sed pfecto: vt dicit Chrysostomus libro pmo de compunctiōe cordis: Si aliquis nobis exempla apostolorum adducat

in medium: et dicat nos sequi debere ⁊ imitari eoꝝ vitã sanctam: mox respõdebimus quia nobis impossibile sit illos imitari: et virtutis eoꝝ tenere mẽsuras, dicentes: Ille Paulus erat: ille Petrus erat: ille Joãnes erat. Quid est: ille Paulus erat? Dic mihi quid est: ille Petrus erat? Nõne eiusdẽ nature erãt cuius ⁊ nos? Nõne eadem via ingressi sunt hũc mundum qua ⁊ nos? Nonne eisdem cibis vtebãtur: atqꝫ eundem respirabant aerem? Nõne eisdem vite vsibus agebãtur? Nõne aliqui eoꝝ etiã coniugia experti sunt, et liberos pcrearũt? Quidam uo ipsoꝝ etiã opifices communiũ artiũ erant. Alij vero lapsꝰ experti sunt pctõꝛuz. Sed multum inquis grẽ illi acceperunt a dño. Sꝫ quid dicis? Si enim mortuos suscitare iuberemur: aut oculos aperire cecoꝛũ: aut leprosos curare: aut claudos erigere: siue demones effugare: aliosqꝫ similes egritudines curare: si operationũ q̃rerẽt virtus locum tua haberet responsio. Sed si vite atqꝫ cõuersationis obseruantia a nobis requiritur: quid facit ad hec tua responsio? Tu em̃ accepisti gratiã p baptismũ: etsi non ad hoc vt signa faceres: tantum tñ q̃tum sufficeret ad hoc vt recte vite innocẽtiam custodires. Et ideo pditionis nr̃e nulla causa alia est q̃ negligentia atqꝫ desidia nostra. Nam xp̃s in die iudicij remuneraturuz se dicit nõ eos qui signa ⁊ prodigia fecerunt: sꝫ eos q̃ sua precepta seruauerunt, dicẽs: Uenite bñdicti ⁊c. Nõ dicet: qꝛ mirabilia fecistis: sed qꝛ esuriui et dedistis mihi manducare: sitiui ⁊c. Ceterum ipsi sancti q̃ miracula fecerunt non pponũtur nobis in exẽplũ imitationis hac rõne qꝛ signa fecerunt: hoc em̃ totum grẽ dei fuit: sed in hoc q̃ virtuosi fuerunt. Hec vbi supra.

¶ Quintum mirabile qđ fecit beatus Hiero. in vita sua: dicitur deuotio precipua. Magnuz em̃ et laudabile opus est visitare loca sacra in quibꝰ degũt corpora sctõꝝ: vel in q̃bꝰ aliqñ requieuerunt: maius aũt est ex singulari deuotione in predictis locis aut ciuitatibus velle iugiter manere. Sed mirabile est relictis ecclesiasticis dignitatibus et pompis seculi terrã sanctam petere: et in loco dñice natiuitatis per multa annoꝛuz curricula fixe pmanere: atque ibi locuz sepulture eligere. Sic autẽ egit diuus Hieronymus. Ipse em̃ reliquit cardinalatuz Romane ecclesie: vt dictuz est. Nam vt scribit de eo btũs Augu. ad fratres in eremo: sermo. xxiij. Ipse fuit cardinalis i ecclesia sancti Laurentij martyris. Sed qꝛ (inquit) fortiter reprehẽdebat Romanos de auaritia ⁊ feda luxuria: voluerunt eum diffamare modo superius dicto. Relicta ꝫ Roma: tãdem secessit in desertũ locũ, de quo prius dictuz est, vbi mansit annis quatuor: quibꝰ expletis ad Bethleem oppidum sanctissimum remeauit. Quo in loco breui tẽpoꝛis spatio multos discipulos coadunans: in sancto pposito vite religiose, ⁊ translatione atqꝫ expositione sacrarum scripturaꝝ quinquaginta

annis et mensibus sex desudauit: Postremo tanta lassitudine fatigatus est vt in strato suo iacens funiculo ad trabē suspenso supinis manibus se leuaret. Tandem etatis sue anno nonagesimo octauo et mensibus sex: feliciter obdormiuit in dn̄o. Anno dn̄i quadringentesimo. Sepultusque est in ore spelunce in qua dn̄s mox natus iacuit. Nā ibi vita comite sibi sepulchrum parari fecerat. Ecce deuotio precipua viri dei.

¶ Moraliter. Ex precedētibus patz q̄ illi laudabiliter faciunt qui ex deuotione eligunt sepeliri in locis religiosis in quibus specialius colitur deus: vt sic valeant facilius et cōmodius iuuari precibus deo sibi famulantium. Ecōtra aūt illi q̄ hoc faciunt ad fastum et pompam: inique agunt. Nec certe talis sepultura illis prodest: sed magis obest: vtpote ad augmentum sue dānationis: prout notat in decret. xiij. q. ij. quib9 vbi sic ait Augustinus. Quibus peccata dimissa non sunt: a sacris locis post mortē iuuari non possunt: qr quos peccata grauiora deprimunt: si in sacris locis se sepeliri faciunt: restat vt de sua presumptione iudicentur: quatenus eos sacra loca non liberant sed de culpa temeritatis accusant. Hec ille. Hinc etiam dr di. xl. nō loca. q̄ l oc9 nō sanctificat hominem. Similiter Grego. in suo dialogo. lib. iiij. et silr recitatur vbi supra. c. seq. qd incipit. Cum grauia: dicit sic. Cū grauia pctā non deprimunt: prodest mortuis si in ecclesia sepeliantur: quia eorum proximi quotiens ad eadem sacra loca veniunt: suorum q̄z sepulturam aspiciunt: recordantur/ et pro eis p̄ces ad dn̄m fundunt. Nam qs peccāta grauia deprimunt: ad maiorem cumulum damnationis potius q̄z ad solutionē eorum corpora in ecclesijs ponuntur. Hec ille. Istud autem vltimum dictum probat idem Gregorius in suo dialogo per multa exempla: videlicet de multis grauissimis peccatoribus: qui elegerant intra ecclīas sepeliri: quorum cadauera post mortem visa sunt intra sepulchra igne cremari. Aliorum vero cadauera iusto dei iudicio extra loca sacra proiecta sunt. Non ergo diuus pater Hieronymus ad fastum in loco dominice natiuitatis elegit sepeliri: sed potius ob specialem reuerentiam et loci sanctitatem.

¶ Sextum mirabile quod fecit beatus Hierony. nedum in vita sua: verum etiā post mortem: appellatur coruscatio miraculosa. Claruit nempe miraculis in vita et post mortē. In vita quidē extat apertum documentum de leone ferocissimo animaliū / qui pacifice accessit ad eius monasterium vt eū curaret a vulnere seu lesione pedis. Qui sanitate adepta adeo factus est domesticus vt asinū duceret ad pascua: pariter custos iret: et domum reduceret. Quo ablato per latrones: ipse leo officium asini libenter exercuit: vcz in deferendo ligna ad monasterium. Similiter post mortem maximis claruit miraculis: que longum esset enarrare. Hoc etiam speciale priuile-

gium habet ꝙ solet succurrere
sibi deuotis in mortis articulo
constitutis. Et de hoc extat ex-
emplū quod refert beatus Au-
gustinus in fine epistolarū sua-
rum: vꝫ epistola.ccvi. scilicet de
Eusebio quondam dicti beati
Hieronymi discipulo. Hic enim
Eusebius ad extrema veniens
ferme horarum duarum spatio
mirabiliter agitatus fuit a dia-
bolo. Tandem ei ad extremam
horam venienti: apparuit idem
Hieronymus: confortans eum.
Ad cuius aduentum omnis il-
la demonum turba quasi infi-
nita ꝑterrita velut fumus eua-
nuit. Sicqȝ magistro presente
discipulus feliciter in dño obdor-
miuit. Nec solū certe diui Hie-
ronymi presentia realis et per-
sonalis fugat demones verum
etiam solius imaginis sue pre-
sentis. Unde narratur in dicta
epistola qualiter beatus Cyril-
lus episcopus Hierosolymita-
nus ad Augustinum scribens
de miraculis eiusdem Hiero-
nymi refert de quodam lasciuo
iuuene ardente in concupiscen-
tiam cuiusdam sanctimonialis
pulcherrime: sed castissime: qui
videns se non posse cōplere de-
siderium suum / consuluit quen-
dam incantatorem vt iuuaret
eum. Incantator ergo aduoca-
to diabolo: misit eum ad came-
rā dicte sanctimonialis: vt pro-
uocaret eam ad ꝯcupiscentiam
iuuenis. Sed cum dictus dia-
bolus venisset ad ostium dicte
camere: non est ausus illic in-
gredi propter imaginem dicti
Hieronymi ibi depictam. Et vt
ibi subdit: tantus gloriosi Hie-
ronymi timor diabolo inest: vt
etiam sue picture non audeat
apparere. Nam si alicui ab eo
obsesso corpori preciosa Hiero-
nymi demonstretur imago: ab
eo continuo diabolus effugat.
Hec Cyrillus vbi supra. Et bre-
uiter tot fecit diuus noster pa-
ter Hieronymꝰ mirabilia in vi-
ta sua ꝙ cunctorum mortalium
lingue non sufficerent vt eiꝰ ex-
cellentiam explicare possent: vt
dicit Augustinus vbi supra. Su-
perest igitur vt ipsum deprece-
mur quatenus velit nobis esse
auxilio nunc et in hora mortis
sicut quondam fuit beato Euse
bio. Prestante domino nostro
Iesu Christo: qui cum patre vi
uit et regnat &c.

¶ Sermo de beato sera-
phico Francisco.

Vidi similem fi-
lio hominis Apo-
cal.j. Quoniam
in presenti ser-
mone est que-
stio loqui de bea
to seraphico frā
cisco: viro certe
totius sanctitatis fundatore/ et
institutore diui ordinis fratrū
minorū: ideo premittere dignum
duxi tria de religionis statu in
generali: que sunt
Floritionis
Collapsionis
Reparationis.

¶ Primo igitur videndum est
quomodo olim status religio-
nis floruit. Nam floruit sub du-
plici testamento: veteri scilicet
et nouo.

¶ Primo quidem sub veteri te-
stamento: vt em̄ dicit Petrꝰ co-
mestor in historia scholastica su.

per primũ librũ. Reg.c.x. Sacre religionis prima plãtatio a Samuele propheta dñi sumpsit exordium. Ipse enim prior fecit habitare homines vnius moris in domo: diuinis hymnis et laudibus assidue inuigilantes: omnia in cõmuni possidentes: quos ꝛ prophetarũ cuneum appellauit. Et dicebantur prophetare: id est iugiter deũ laudare: vel quia forte aliqui eorũ quandoqꝫ prophetabant. Et ꝙ̃uis tales delyri atqꝫ amentes ꝓ vestium vilitate ꝛ sui contẽptu a mundo diiudicarentur: tamẽ penes eos manebat futurorum prescientia: diuinorum arcanorum mysterium: necnon et vnctio regum. Similiter quo ad idem vetus testamẽtum floruit idem religionis status quasi secundario in domo rechabitarũ: ſm de Lyra super Hiere.xxxv. capitulo. vbi de ipsis rechabitis dicitur ꝙ non bibebant vinum: nec serebant: aut domos edificabant: nec aliquid nisi in communi possidebant. Insuper hominũ frequentias fugiebant. Que omnia statum religionis indicant. Ecce quomodo olim status religionis floruit sub veteri testamento.

¶ Secundo idẽ religionis status peramplius et ꝑfectius floruit sub nouo testamento: vtpote apud apostolos q̃ sacrosancte religionis iecerũt fundamẽta. Nã vt legitur Act.iiij. Multitudinis credentium erat cor vnum et anima vna: nec quisꝗ̃ eorum que possidebat / aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia. Postmodum religio floruit in illis sanctis patribus qui diserta egypti olim coluerũt: ibi confugientes in multitudine magna propter tyrannorum intollerabiles persecutiones. Nam ibi videre erat multos sanctos viros incedentes in loco horroris et vaste solitudinis / in melotis et pellibus caprinis: egentes: angustiatos: afflictos: q̃bus dignus non erat mundus. In solitudinibꝰ errantes: in montibus: et in speluncis: ꝛ in cauernis terre. Consequenter religio floruit apd latinos: sicut patet de beato Augustino / Martino / Ambrosio / Gregorio / Chrysostomo / Beda / Benedicto: ꝛ similibus.

Nota de beato Benedicto, qui construxit duodecim monasteria: non tm̃ ea erigendo in muris: quantum in moribꝰ sanctis Similiter btũs Gregorius post eum construxit septem monasteria. Hic etiam Gregorius destinauit in Angliam de Roma vnum de suis monachis virum totius religionis: beatum scilicet Augustinũ: qui ibi construxit ferme centum monasteria. Tempore etiã ipsius diui Gregorij omnes ferme ecclesie vrbis rome titulate atqꝫ collegiate facte sunt monachales: vt refert quidã venerabilis doctor. Tunc ꝙ̃ florebat religio: adeo ꝙ industria Joannis vigesimi secundi inuenti sunt ascripti in catalogo sanctorum de solo ordine beati Benedicti super numerum quinquagintaquinqꝫ millium quingentorum et quinqꝫ. Ecce ergo quantum et qualiter floruit religionis status tam in veteri testamento ꝙ̃ in primitiua ecclesia.

¶ Secũdo videndũ est quomodo & q̃ grauiter collapsus est successu tẽporis salubris status religionis. Post nẽpe tãtã sctẽ religionis sublimitatẽ secuta est mirabilis hũiliatio: depressio: et deiectio: ita vt mutat⁹ sit color optim⁹: atq; dispersi sint lapides sanctuarij in capite oim platearũ. Threñ. iiij. Hoc autez dicit p̄pheta p̄t illos religiosos qui vagantur passim & indifferenter per vicos & plateas ciuitatum more secularium: cum tamẽ ille quondã decus sancte religiõis Hierony. iij. parte epistolarũ suarũ: ep̄la. xxxix. ad rusticũ monachũ scribens dicat. Mihi oppidũ carcer est: & solitudo paradisus. Quid desideram⁹ vrbiũ frequẽtiã q̃ de singularitate censemur? Hec ille. Hodie ergo sol sancte religionis v̄sus est ĩ tenebras. Luna ĩ sanguinẽ. Stellarũ etiam splendor abscessit: ita vt merito dicere possimus de statu religionis illud psalmiste. Sicut lumẽ ei⁹ ita & tenebre eius. Olim eñ viri religiosi dicebant cũ apostolo. Nostra ɔuersatio in celis est. Sed proh dolor moderni p magna pte oculos suos statuerunt declinare in terram per honorũ temporaliũ desideriũ et inordinatum amorem. Dereliquerunt enim fontem aquarum viuentium: et foderunt sibi cisternas dissipatas. O sancta religio ecce nũc pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Filij inquã qui quesierũt seipsos: et nõ que Jesu x̄pi. Filij inquã: sed non paternarũ traditionũ imitatores aut factores seu veri emulatores. Filij inq̃ nõ instar patrũ hũiles: sed elati. non obediẽtes: sz arrogãtes. nõ veri pauperes spiritu: sed cupidi & auari. Filij inquam nihil priscorũ sanctorũ patrum preter habitũ & tonsurã habẽtes: cum tñ dicat decretalis extra de regularibus. c. porrectũ. q̄ habitus nõ facit monachũ: sed regularis p̄fessio. Filij inquã scelerati/ dyscoli/ crapulosi/ quorum deus venter est: & finis in confusiõe. Heu heu ordie priori destituto: nou⁹ successit ordo: quem proh dolor nũc in multis claustris tã redditualorũ q̃ mendicantium religiosorũ aspicimus: cuius ordo est nullum ordinez: cuius regula est nullã regulaz: cuius votum est nullũ votũ obseruare. Graue certe apud multos religiosos & auditu detestabile obseruãtie verbũ. Et si q̃s inter eos obseruator aut obseruantie zelores reperiatur: quasi alter naboth conuitiorũ & contumeliarum lapidibus ab ipsis obruit. Grauis est inquiunt nobis ad videndum: dissimilis est alijs vita ip̄sius: tanq̃ nugaces estimati sumus ab illo. Inutilis est nobis: cõtrarius est operibus nostris. Diffamat in nos peccata disciplne nostre. Sap. ij. Uultis scire q̃ durus sit talibus regularis obseruantie sermo? audite quid dicere solent. Importabilis est inquiunt iste obseruandi ritus: genua nostra infirmata sunt a ieiunio: caro nostra immutata est propter oleum. Tanq̃ cinerem panem manducamus: et potum nostrum cum fletu bibimus. Talis enim viuendi modus in hoc monasterio minime regnabat cum primum religionem intra

uimus. Satis est nobis viuere conformiter ad vota et cerimonias que tūc obseruabant. Dū eramus in egypto: comedebamus allia: pepones et cucumeres. Sedebamus tunc ad ollas carniū: quas edebam⁹ ad saturitatē. Quis igit det nobis de carnib⁹ vt saturemur? Heu hodie nō vident ocli nr̄i nisi man: gia nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Ecce quid dicunt carnales religiosi epicurei disci puli qui beatitudinem dicebat consistere in voluptatibus corporeis. Tales nēpe volūt osten dere christū mendacē: q̄ Mathei.xi.ait. Jugum meum suaue est: et onus meum leue. Audiant ergo tales et corde intelligāt alterū esse necessariū cuilibet religioso: aut in p̄senti seculo iuxta legitima patrū et regulam quā quisq̧ professus est viuere: aut in futurum perpetuo cum centum mille demonibus cruciari.

¶ Queri autem a plerisq̧ solet vnde p̄cessit tantus religionum lapsus. Profecto multe huiusmodi ruine sunt cause. Sed tamen tres precipuas annotabimus. Prima dicitur diuitiaruz copia. Simile enim est de religione sicut de vinea: que in terra sabulosa ꝛ macilenta fructificat: vbi tamen adulteratur et quasi sterilis saltem in fructu efficitur in terra pingui ꝛ crassa. Unde de religiosis abūdantibus ꝛ laute viuentibus potest dici illud psalmiste. Prodijt q̄si ex adipe iniquitas eorum: transierūt in affectum cordis. Secūda causa dicitur honoris ambitio. Sūt eñ multi abbates ꝛ prelati volentes ambulare in magnis ꝛ in mirabilib⁹ supra se: incedētes cum apparatu magno: atq̧ in fastu seculi consumentes bona religionis: que sibi appropriant: et ad nutū de illis disponunt: forsan in mulieribus ꝛ fructibus ventris: Et q2 vt vulgo dicitur: dum caput dolet: cetera membra dolent: ideo perdifficile est ibi religionem vigere vbi ambitiosus prelatus dominatur. Tertia causa dicitur presidentium remissio. Sūt enim multi p̄lati pusillanimes pigri, negligentes, ꝛ remissi circa subditos delinquentes: quinimmo multa eis p̄mittunt non permittenda: etiam interdum contra votum paupertatis: sicut nuper audiui de quodā monasterio olim regularissimo: in quo abbas concessit fratribus suis vt possent apud se reseruare nummos vsq̧ ad valorē quinq̧ solidorum turoñ. Et quia durum est assueta relinquere: ideo valde difficile est religiosos quibus laxatum est frenum religionis: ad rectum tramitem reducere: maxime cum homines communiter querant libertates suas. Ecce vnde processit multarum religionum (vnde proh dolor) lapsus et ruina. Et sic patet de secundo.

¶ Tertio videndum est quomodo reparari potest in melius lapsa religio. Circa quod notādum q̧ tria ad hoc possunt assignari remedia. Primum est diuini adiutorij iploratio. Unū enim pro certo scimus: difficile esse nondū exutos veterem: nouum induere hominē. Item in veteri pectore noua cudere.

Similiter patellam veterē resarcire. Uix etiā reflectitur grossus ꝛ antiquus stipes. Ceterum in vtre veteri difficile est inducere quin more suo oleat vinū nouum. Ita in proposito valde difficile est religiosos laxatos et absq regula viuere solitos ad verū viuendi modum reuocare: nisi forsan deus apud quē nihil est impossibile: specialiter cooperetur. Et ideo orandus est feruenter vt ad hoc cooperetur efficaciter. Secundū remedium est potestatis maioris cooperatio. Qui eni psunt: debēt subditos suos cōpellere p penas deditas vt reddant dño vota sua que distinxerunt labia sua. Qđ si aliquis inde conqueritur: respondēdum est illi a prelato illud Matthei. xx. Amice nō facio tibi iniuriā. Qđ si plati ordinarij sint circa hoc negligētes qꝛ forsan sunt ceteris plus culpabiles: tūc superiores debent circa hoc prouidere. Tertium remediū est virorum zelum domus domini habētium procuratio. Difficile eni est ꝛ raro accidit q i tota vna multitudine magna non inueniantur aliqui zelosi. Unde. iij. Reg. xix. loquitur dominus: dicens. Reliqui mihi septem milia virorum qui non flexerunt genua sua ante Baal. Pachomio etiam (prout legit in vitas patrū) per visum monstratum est plurimam monachorum multitudinem peierare: nonnullos vero licet admodū paucos rectam religionis semitam perambulare. Per tales igitur zelosos viros quis paucos nonnunq collapsus in melius reparatur religiōis status. Et huius generis fuerunt illi duo viri euangelici per vniuersum orbem famatissimi Dominicus et Franciscus: diuino nutu duos ordines ad animarum salutem: et ecclesie decorem statuentes: quorum vnus diceretur ꝛ esset predicatorum: alter vero minorum. Minorum inquam non vite aut doctrine merito: quin verius sancta humilitate. Cuius quidem sacri ordinis ipse patriarcha Franciscus talis ac tantus fuit q Joānes in sua apocalypsi quasi in spiritu prophetico eū preuidens prorupit in verba thematis: dicens. Uidi similem filio hominis.

¶ In psenti ergo sermone itendo cum dei adiutorio: et intercedentibus meritis illius cuius laudes pro paruitate mea extollere satago: ostēdere q multipliciter ꝛ qualiter similis fuerit filio hois: nō quidē p equalitatem: cum hoc sit impossibile dicente ps. Deus quis similis erit tibi? Quasi dicat. Nullus: sz per singularem imitationem. Est ergo notandum q beatus iste seraphicus Frācissus fuit similis filio hominis. i. christo i his que sequuntur: videlicet

In mundi despectione
In paupertatis electione
In austeritatis assumptione
In aduersorum toleratione
In profunda humiliatione
In vite perfectione
In feruenti oratione
In ardenti dilectione
In alta contemplatione
In diabolica tentatione
In creaturarū condescensione
In ordinum institutione

In pphetica prenunciatione
In pia compassione
In scientie infusione
In secretorum cognitione
In subita apparitione
In stigmatum impressione
In felici consummatione
In celesti ascensione.
¶ Primo igitur beatus Franciscus fuit similis filio hois in mundi despectione. Q; em xps mundum: id est temporalia bona despexerit: patet per hoc q cum Judei voluissent eum facere regem: scilicet post multiplicationem panum / fugit solus in montē: vt dicitur Joannis.vi. Sic z beatus Francisc9. derelicta domo paterna: renuncians qꝫ successioni patris sui fugit in montem sancte religionis quasi mundum abhorrens. Pro quo notandum q dictus vir dei floruit circa annum domini.m.ccviij. de assisijs ciuitate in thuscia oriundus. Cui9 pater dictus est Petrus Bernardonis: rebus seculi valde deditus z implicatus. Erat enim diues z opulens negociator. Quē imitari cepit filius in adolescentia sua: ita vt mundi vanitatibus se totum dedicaret vsqꝫ ad vigesimūquintū etatis sue annū. Null9 enī tūc eo insolentior: nullus ad prodigalitatem paratior: nullus in his que dei sūt eo inferior. Tādem tamen mutatio dextere excelsi super eum apparuit. Nam grauissim; languoribus a dn̄o attritus cepit de sua salute cogitare: et mundū cū suis oblectamentis ex toto relinqre. Qđ non multo post opere cōpleuit animaduertens non esse tutum cum scorpionibus habitare. Item qz teste ps. Cū pverso peruertitur homo. ¶ Moralr. Ex predictis triplex nobis dat instructio. Prima est q difficile est inter diuitias iuste et sancte conuersari: iux illđ Eccli.xi. Si diues fueris: non eris immunis a delicto. Potissime aūt istud hz ver de diuitiis q ꝯtrahunt p artē negociatiōis. Probt qđ leo papa dixit prout recitat de pe.di.v.q̈litas q vtili9 z honesti9 est penitēti dispendia pati q̄ piculis negociationis astringi: qz difficile est inter ementꝭ vēdētisqꝫ ꝯmerciū nō interuenire pctm̄. Nā naturale est .i.cōe Zhentib9 se circunuenire: vt notat.ff.de minorib9.xxv.annis.l.in cause cognitiōe.§.idem pōponi9. Scđa instructio est q iuuēt9 est difficilis ad debite regēdū: sed cōiter est insolētijs plurimis dedita. Gen.viij. Sensus z cogitatio hūani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Nā vt dt Ambro. super ps Bti immaculati.ser.xvi. Juuentus est ad lapsum incautior: ad infirmitatē fragilior: ad correctionem durior. Tertia instructio est q aliqñ expedit hoiem pctōrem corpalr flagellari p salute aie sue: qz vt habet Eccli. xxxi. Infirmitas grauis sobriā facit aiam glo.interl.ab oi cōcupiscentia mala: vel sobriā facit aiam.i. reducit ad sobrietatem aiam q̄ pri9 fuit ebria vino babylōis. Et hoc est qđ ait apo.ij.ad Cor.xij. Uirt9 inqt i infirmitate perficit. Et in ps. Multiplicate sūt infirmitates eor.s. pctōrum postea accelerauerunt.sup.currere ad xp̄m: iux illud diui Grego. verbum. Mala que nos hic

premūnt: ad deum ire compellunt. Sūt ergo infirmitates corporales nuncij regis eterni vocantis nos ad nuptias celestes. In cuiꝰ figura legit͛ Luce.xiiij. de homine rege qui fecit nuptias filio suo: ꝙ tandem dixit seruo suo. Exi cito in vias ⁊ sepes: et compelle intrare. Applicatio est facilis.

¶ Secundo beatus Franciscus fuit similis filio hominis in paupertatis electione. Christꝰ em̄ cū esset diues: propter nos egenus factus est: vt illius inopia diuites essemus: vt habet͛.ij. ad Corint.viij. Ipse nēpe adeo dilexit paupertatem ꝙ eam elegit in principio: medio: et fine. In principio quidem: q͛ natus est in diuersorio. Luc.ij. In medio autem: quia non habuit in tota vita sua vbi caput suū reclinaret. Mat.viij. In fine autē quia nudus crucifixus est: et in alieno sepulchro sepultus. Jo.xix. Sic ⁊ beatꝰ Franciscꝰ postꝗ̄ deo propitio conualuit de p̄cedenti infirmitate: egressus de medio nationis peruerse.i.auarorum parentum ⁊ diuitum huius seculi: piecta pecunia quam tunc habebat ad reparationem cuiusdam eccl'ie que sancti Damiani dicebatur: et que minabat͛ ruinā: insup ꝓiectis femoralibus suis in faciem patris q̇ conquerebatur ꝙ pecuniā suam dep̄datus fuisset: nudus nudum Christum est secutus. Episcopꝰ tamen ciuitatis Assisij videns virum dei sic omnibus bonis huius seculi denudatum: ipsum inter brachia sua amplexari cepit: atqꝫ eum pallio quo induebatur obtexit: eo ꝙ verecundum esset videre hominem nudum. Dicit tamen dn̄s Robertus de licio ꝙ tunc vir dei inuentus est sub vestibus delicatis ciliciū ad carnem habere. Tunc ğ ad patrē suum: Petrū scꝫ Bernardonē ꝯuersus ait. Usqꝫ nunc vocaui te patrē in terris. Amodo autem secure dicere possum pater noster q̇ es in celis: apud quem omnem thesaurum reposui: et omnem spei mee fiduciam collocaui. Insup vt asserit beatus Bonauentura q̇ eius legendam luculentissime scripsit: nemo aliquādo fuit tam cupidus auri et argenti ꝗ̄ ipse sanctissime paupertatis. Quam etiam dilectam sororē appellare consueuerat. Hoc autem valde mirabile fuit: maxime cum Lombardi et itali pre ceteris gentibus sint nummorum cupidi. Nam tunica: chordula: et femoralibus cōtentus fuit quoad vixit. Ipsam etiam paupertatem in regula sua p̄cepit ab vniuersis fratribus suis debere obseruari: ita dicens. Fratres nihil sibi approprient: nec domū: nec locum: nec aliquam rem. Sed tanꝗ̄ peregrini ⁊ aduene in hoc seculo in paupertate et humilitate domino famulantes: vadant pro eleemosyna confidenter. Nec oportet eos verecundari: quia dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Ecce qualiter vir dei paupertatē elegit: dilexit ⁊ seruauit.

¶ Moraliter. Hic instruimur amare paupꝫtatē. Circa qd̄ notandū ꝙ triplex est paupꝫtas. Prima vocat͛ violēta seu inuita. Et hanc habēt multi q̇ egre ferunt paupertatē suā: inde etiā qn̄qꝫ

cōtra deū murmurantes. Scda vocat ficta. Et hāc habēt multi trutāni q vadūt ostiatim mēdicātes/et inde multā substantiam cōgregātes. Tertia vocatur volūtaria/et propter deum assumpta. Et hāc habēt veri religiosi: qb⁹ pro mercede repromittit dñs regnū celoꝝ Matt. v. dicens: Beati pauperes spū: qm̄ ipsoꝝ est regnū celoꝝ: Ualet aūt hec paupertas ad tria. Primo quidē ad facili⁹ luctandum cū diabolo. Nam vt dicit Greg. homil. xxxij. Nil maligni spūs i hoc mūdo possident propriū. Nudi ergo cū nudo luctari debem⁹. Nam si vestit⁹ q̄sq cū nudo luctat/citi⁹ ad terram deijcit: qꝛ habet vnde teneat. Quid enim sunt terrena bona nisi corporis q̄dā adiumenta? Qui ẽ cōtra diabolū ad certamē ꝑperat: vestimenta abijciat ne succūbat. Hec ille. Secundo paupertas volūtaria valet ad spūalem ꝑfectum. Ipsa em̄ patiēter ꝛ iucūde tolerata ꝑpter deuz/est magni meriti. Tertio paupertas volūtaria facit facilius ascendere in celū. Propter qd dicit deuot⁹ Bern. de aduētu dñi: ser. iiij. q magna penna est paupertas qua cito volatur ad celū. Pauper em̄ cum nihil habeat in terris/nihil cogitat nisi q̄liter ditet in celis. Nam sicut aues macilente alti⁹ volāt: q aūt pigues sunt/volitant circa terrā/aut totaliter iacent sup eā/sicut videm⁹ de anseribus: ita in ꝓposito. Uideat ergo et corde intelligat auarus quō poterit ascēdere in celum. Quāto minus autē religiosus ꝓprietari⁹ hoc poterit facere?

¶ Tertio btūs Franciscus fuit silis filio hois i austeritatis assumptione. Quā austerā em̄ vitam duxerit xp̄s; liquide patet ex multis. Prio q̄dē ex ieiunio eius quadragenario. Mat. iiij. Scdo ṽo in hoc q teste Hiero. nō legit carnes aliqn̄ comedisse nisi agni paschalis: ꝛ hoc tm̄ vt se legi iudeoꝝ conformaret. Tertio aūt quia interdum sup nudam terram dormiebat. Sic em̄ opz dicere ꝑ tp̄e quo in deserto habitauit. Sic ꝛ btūs Frāciscus tanq̄ ver⁹ ipsi⁹ xp̄i discipulus ꝛ imitator ꝑcipuus valde austeram vitā duxit: et hoc quo ad tria. Prio q̄dem quo ad cibū. Uix em̄ cocta cibaria sumebat: presertim sanitatis tp̄e. Qn̄ ṽo vtebat coctis: tūc apponebat cinerem/ne nimis allicerent appetitū. Un̄ dicere poterat illud ps. Tanq̄ cinerē panem mādncabā. Pro potu vero aquam cōiter sumebat: et hoc etiā ad mensurā. Dicebat enim difficillimū necessitati satisfacere: et voluptati non obedire. Uerū cū apud aliquos extraneos hospitabat: conformabat se illis in cibo ꝛ potu: ne singularis reputaret. Itē vt se conformaret euāgelio Luce. x. vbi ait xp̄s: Edentes ꝛ bibētes que apud illos sunt. Cū vero in conuentu inter fratres moram gerebat/vix in infirmitate graui carnes comedebat. Unde cum semel grauiter egrotaret/ꝛ de pullo comedisset: postmodum virib⁹ resumptis: districte precepit cuidā fratrū suorū vt funem ad collū suū ligaret: et euz tanq̄ latronē per mediuz ciuitatis Assisij ꝑduceret/dicens:

Ecce videtis gl[u]tonem / qui se gallinarum carnib⁹ impinguauit: quas secreto manducauit. Multi aūt ad tam mirum spectaculum cōfluēti ceperunt lugere: se miseros clamantes: eo ꝙ quotidianis voluptatib⁹ operam darēt. Taceo de mirabilibus et quasi quotidianis ei⁹ ieiunijs ꝛ abstinentijs vt breuis sim. Patet ergo qualiter vir dei Frāciscus instar xp̄i austeram vitā duxit quo ad cibum ꝛ potum. Scd̄o austeram vitaȝ duxit quo ad lectum et quietem corporalem. Nam lassato corpusculo: aut super terram quiescebat / interposita tm̄ tunicula sua: aut sedens et non iacens inclinato capite ad lapideȝ vel lignum paulisper dormitabat. Tertio idem vir sanctus austeram vitā duxit quo ad flagella et disciplias grauissimas quas sepius suscipiebat. Pertranseo tōsiones pectoris: lachrymas: suspiria: et multa similia: quib⁹ cōtinue corpusculum suum cruciabat.

¶ Moraliter. Ex predictis instruimur precipue nos religiosi austeram vitā ducere: et carnem macerare ieiunijs ꝛ abstinentia esce et potus quantum valitudo permittit. Cuius causam assignat Apl's ad Gala. v. dicēs: Caro concupiscit aduersus spiritum. Est enim simile de carne sicut de equo difficili ad regendum: q̄ quāto plus ꝛ melius pascitur: tāto difficilior et rebellior efficitur. Cum v̄o pabulum ab eo subtrahit: promptior ad obediēdum redditur. ita in proposito. Propter quod viri spirituales et qui querunt deuȝ / gastrimargiam reprimere satagunt / domantes carnem suā ieiunijs: abstinentijs: disciplinis: vigilijs: et alijs sanctis exercitijs: iuxta illud Apl'i ad Gala. v. Qui sunt christi: carnē suā crucifigūt cum vitijs ꝛ concupiscētijs. Taliter autem carnem suam crucifigebat sanctus ille pater Hieronymus: de quo dicit augusti. ad Cyrillum scribens epistola. ccv. ꝙ sacco cilicino ad carnem vtebatur. De super autem panno vilissimo tegebatur. Stratum alium preter terrā nunꝗ sciuit. Non nisi semel in die fructibus aut herbarum folijs siue radicib⁹ vtebatur. Ter in die carnem duris verberibus flagellabat: ita vt ex eius corpore riuuli sanguinis fluerent. Hec Augusti. Heu quantum debent timere iudicium dei viri mundani: et precipue illi religiosi q̄ in presenti querunt delicias suas et voluptates corporales: tum in cibis delicatis et potibus preciosis: tum in lectis mollibus et ornatis: tum in corporali valitudine et prosperitate. Surget ergo Franciscus in iudicio cum generatione tali: et condemnabit eam cōparatione sancti melioris.

¶ Quarto beatus Franciscus fuit similis filio hoīs in aduersorum equanimi toleratione. De christo enim ꝙ patiēter tulerit aduersa / aperte insinuat Petrus in sua pr̄ma canonica. ij. c. dicens: Cum malediceret / non maledicebat: cum pateret / non cōminabat. De hoc etiā longe ante pphetauerat Esa. liij. dicēs: Oblatus est: q2 ipse voluit

et non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ꝛc. Sic et beatus seraphicus Franciscus valde patiēs fuit inter aduersa. Hoc aūt possumus ostendere in triplici statu ipsius: vez in principio: medio ꝛ fine. Primo igitur in principio sue cōuersionis ad deū valde gl'iose et letanter tulit aduersa: sicut patz ex sequētib⁹. Nā cū in ꝑncipio sue cōuersiōis ciues assisij cernerēt eū squalidū facie: et mente mutatū: ac ꝑ hoc eū putarēt a sensu alienū: ipm luto plateaꝝ et lapidib⁹ ipetebāt ꝛ tanꝗ insano et demēti clamosis vocibus insultabant. At ille nulla fract⁹ aut immutat⁹ iniuria: tanꝗ surdus ꝛ mutus ptransibat. Secūdo ī medio sue ꝯuersionis equanimiter tulit aduersa. Sepe enī derisus est a mundanis. Sepe fatigat⁹ ex itinere: sepe esuriem et sitim passus: sepe iprobos calores: sepe varias ꝛ grauissimas egritudines etiam quasi continuas est ppessus: q̄ tante erant vt cōsumptis iam carnibus q̄si sola cutis ossib⁹ cohereret. Sz in his omnibus velut alter Job patientissimus existens: predictas penas sorores suas dilectissimas vocabat: ita vt videretur dicere cū Apło illud. ij. ad Coꝛ. xij. Libēter gloriabor in infirmitatib⁹ meis: vt inhabitet in me virt⁹ xp̄i. Mira res et omni stupore digna. Cū eñ semel vir dei plus solito doloꝝ vrgeret aculeis: affuit quidaz simplex frater qui dixit ad euz Pater Frācisce ora dñm vt mitius tecū agat. Quo audito vir dei cuz clamore dixit ei: O frater, nisi cognoscerem in te simplicem puritatem, tuū ex nunc abhorrerē consortiū: maxīe cū ausus fueris circa me diuina iudicia reprehensibilia iudicare. Quo dicto in terrā se proiecit: et ossa sua debilia duro casu collisit: rogās dñm vt cētuplūz plus illi addat doloꝝ si ei placeat. Tertio in fine sue conuersionis vir dei equanimiter tulit aduersa. Et de hoc extat fidele tēstimoniū de stigmatibus q̄ biennio ante obitū suū sensibiliter ptulit ī suo mortali corpore. Sed de hoc postea.

¶ Moraliter. Exēplo xp̄i ꝛ serui sui Francisci debemus equo aīo ferre quecunq̄ aduersa: in hoc etiam imitantes gloriosos dei martyres: de q̄b⁹ canit ecclesia in hymno, dicēs, Ceduntur gladijs more bidentium. i. ouiū: que ꝑ tāto vocātur bidentes eo ꝙ cū duob⁹ dentib⁹ nascūtur: sequitur: Non murmur resonat, nō q̄rimonia: sed corde tacito mens bene cōscia conseruat patientiā. Debet autē nr̄a patiētia hr̄e quatuor pulchras cōditiōes q̄ tāgūtur ī illis ꝟbis Apłi. ij. ad Coꝛ. vj. vbi ait: In oīb⁹ exhibeam⁹ nosmetipos sicut dei ministros in multa patiētia. Prio eñ debet esse gñalis: q2 in oīb⁹ supp. aduersis patiētia habēda est: vtpote circa ꝟba irrisoria aut detractoria: circa ꝟbera: circa: egritudinem aut debilitatē: circa amissionez bonoꝝ tēporaliū: circa mortez amicorum suoꝝ. Talis aūt fuit patientia Job q̄ nobis ꝓponitur in exēplū imitationis Jaco. v. cū dr: Patientiā Job audistis. Nam vt habetur eiusdem. j.c. postꝗ amisit oēs diuitias suas

similiter corporis sanitatē atq filios ꝛ filias: postq etiā fuit contumelijs ꝛ opprobrijs ab vxore ꝛ amicis affectus: tñ in his oib⁹ nō peccauit labijs suis: nec stultum ꝛc. Ecce q̄ gñalis fuit patientia sctissimi iob. Uade ꝛ tu fac similiter. Secundo patientia nr̄a debet eē realis: qr exhibeamus nos. Non ē sufficit alios exhortari ad bonam patientiā in aduersis: sicut pleriq bene facere solent verum etiā oportet vnūquēq eē patiētem occurrente materia: qr vt hr̄ Luc. xxi. In patientia v̄ra possidebimus animas nostras: id est per patientiam erimus dñi et possessores aiarū nostrarū. Tertio patientia nostra dz esse spūalis: qr sicut dei ministros. Multi enim habent magnā patientiā in laboribus huius scli: sicut agricole: mercatores: naute: milites: et similes: nihilominus talis patientia non est multū laudāda: eo q non est spūalis: Illa aut ē patientia tm̄ spūalis est estimanda quando aliqd propter deuz equanimiter toleratur. Et tal' erat patiētia sanctorum martyruz. Quarto patientia nostra debet esse finalis siue perseuerās: qr in multa patiētia. Sunt em̄ aliqui satis patiētes postq redeūt de cōfessione. Sed hoc parū durat: qr forsan in crastino relabūtur in impatientiam. Horum itaq patientia non est multū virtualis neq laudanda eo q nō est perseuerās vsq in finē: cum tamen dicat saluator. Matth. x. Qui perseuerauerit vsq in finē: scz in vera patientia: hic saluus erit. Talis autez fuit patientia beati Francisci: vt prius ostensum est.

¶ Quinto btūs Frācīscus fuit similis filio hominis in profunda humiliatione. De humilitate enim xp̄i q̄ profunda fuerit aperte insinuat apost. Phil. ij. cū ait. Humiliauit semetipsum factus obediens patri vsq ad mortem: mortem autem crucis. Hmōi aūt mors crucis erat vilissima et turpissima: saltem in estimatione iudeorū. Uñ ꝛ dicebant illud Sap. ij. Morte turpissima condēnemus eum. Nec certe fuit xp̄i humilitas tantuz exterior siue ficta: sed magis interior ꝛ vera. Propter qd Matthei. xi. dicebat. Discite a me qr mitis sum. supp. exterius: ꝛ humilis corde. Sic et beatus Frācīscus velut ver⁹ et syncer⁹ xp̄i imitator habuit valde profundam humilitatem: ita vt de eo dicat btūs Bonauētura. Oium virtutum custos et decor humilitas copiosa virum dei vbertate repleuerat. Huiusmodi autē ei⁹ humilitas apparuit p̄cipue in tribus. Primo quidez quantū ad propriam estimationem. Nā cū esset in altissimo v̄tutuz culmine eleuatus quo ad deū: non tñ de se alta sentiebat; neq alios contēnebat: neq similiter se iactabat: sz se peccatorem alijs etiā grauiorem asserebat. Unde de eo legit q cum semel socius su⁹ eum interrogasset: dicēs: O pater ecce tot⁹ mundus venerat te vt sanctū. quid ergo de te opinaris? Ad quē ille. Uideor mihi maximus peccator. Cunq alter cū interrogaret quō recte posset se estimare maximum peccatorem:

maxime cū non eēt latro/neque homicida/aut adulter/siue hereticus: et hmōi. Rñdit illi dicens q̄ si illi ꝛ simil es recepissēt a deo tantā gratiā quantā ipse receperat: meli⁹ ea vterent: et feruēti⁹ deo seruirēt: atq̄ multo maiora bona facerent. Ecce q̄ humilis fuit vir dei Frācisc⁹ ſm ꝓpriā estimationē. Secundo humilitas eiusdē sancti apparuit quantū ad humane laudis deuitationē. Non em̄ affectabat laudes hominū: sed potius vituperia ꝛ opprobria. Unde cū populi ī eo merita attollerēt scītitatis: ipse precipiebat alicui fratrū suoꝝ vt verba ipsum vilificātia ꝯtra eū inculcādo ꝓferret. Cūq̄ frater ille licet inuitus eū rusticum mercenariū ꝛ inutilē diceret: ipse exhilarat⁹ dicebat. Bñdicat tibi deus frater: q̄ꝛ vera loqueris: ꝛ talia me decet audire. Tertio hūilitas dicti patris apparuit quantū ad officij resignationē. Uoluit em̄ cedere officio generalat⁹: et guardianū petijt: cuius voluntati ꝑ oīa subiaceret. Uñ et socijs quādoq̄ dicebat: ita diligēter nouitio vni⁹ hore obedirem si mihi in guardianū dareť: sicut antiq̄ssimo ꝛ discretissimo fratri. Subdit⁹ em̄ non debet considerare prelatū suū hominē: sed illū ꝑ cuius amore est subiectus. Quanto autem contēptibilior presidet ꝑlatus: tāto magis humilitas obediētis subditi dō placet. Ecce quāta fuit humiliatio viri apostolici Frācisci. Et q̄ꝛ tm̄ se humiliauit in ꝑsenti: ideo multum fuit exaltat⁹ in celo: iuxta illud xp̄i verbū Luc. xviij. Omnis qui se humiliat: exaltabitur. Unde legitur q̄ cū socius dicti p̄ris semel oraret in extasi positus/vidit inter ceteras sedes celi vnā pulcherrimā. Qui cū miraretur cui tam ꝑclara sedes esset parata audiuit vocē sibi dicentē. Sedes hec fuit vni⁹ ex principibus angeloꝝ qui per superbiā ceciderūt de celo. Sꝫ nunc parata est humili Francisco.

¶ Moraliter. Debemus imitari xp̄m ad instar dicti sancti in ꝓfunda humiliatiōe. tūc aūt ē ꝓfunda humiliatio si obedimus maioribus: qđ est necessitatis. Equalib⁹: qđ est congruitatis: scꝫ pro loco et tp̄e. Inferiorib⁹: qđ est superogationis ꝛ maxie ꝑfectionis. Et hoc est qđ dicit scriptura Eccli. iij. Quāto magnus es: scꝫ in sanctitate et vite perfectione/siue in dignitate aut prelatione/ siue in scientia aut diuitijs/ humilia te in omnib⁹. i. quo ad oēs tā supiores q̄ equales q̄ etiam inferiores. Practica etiā q̄ūo debem⁹ esse humiles q̄tum ad ꝓpriam estimationem: humane laudis deuitationem: ꝛ officij siue prelature resignationem: maxime autem quo ad illos qui se sentiūt ad hoc insufficientes.

¶ Sexto btūs Franciscus fuit similis filio hominis in vite ꝑfectione. De christo enim nulli dubium apud omnem catholicum quin ꝑfectissimam duxerit vitā: vtpote qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. j. Pet. ij. Sic et beatus Franciscus habuit vite perfectionem: presertim postq̄ reliquit seculum et domum paternam. Nam ex tūc nunq̄ redijt

ad vomitum p mortale peccatum: qd maximā perfectionem arguit. Item ex tūc cepit viuere cōformiter ad euangelicam perfectionē: nō solū amplexans xpi precepta/ verūetiā consilia: sicut plane videre est in ei9 regula. Et qr xps dicit Mat. xix. Si vis perfectus esse: vēde oīa que habes: et da pauperibus: et sequere me. Ideo seraphicus Frācisc9 anhelās ad vite pfectionē renūciauit bonis tpalibus tam in pticulari q̄ȝ in cōi. Sicq̄ȝ voluit fratres suos facere τ viuere. Hoc aūt nulla alia religio pfertur. Nec tū in predicta renūciatione siue summa paupertate consistit pprie religionis pfectio. Est tū instrumētum pfectionis acquirende.

¶ Moraliter. Exēplo bti Francisci debem9 assimilari christo in vite pfectione: non quidem per equalitatem/ cū hoc sit nobis impossibile: sȝ per possibilē imitationem. Et sicut ipse xps pseuerauit: i predicta vite pfectione: ita τ nos debemus pseuerare in bono virtutis vsq̄ȝ in finē vite. Et hoc est cōtra multos religiosos: q̄ tpe nouitiat9 sunt valde feruentes: qui post professionem aut sacerdotium incipiunt tepescere: redeuntes de Mirabilia ad Defecit. Practica simile de clericis deuote incipiētib9: sed pessime perseuerantibus. Silr idē dic de multis officiarys: artificibus et huiusmodi. Unde tales sunt similes aque calide que facile et cito frigescit. Non sic autē egit venerabilis pater Franciscus: sed firmiter pseuerauit: τ ambulauit in perfectione vite.

¶ Septimo idem sanct9 fuit similis filio hois in feruēti oratiōe. De feruore eīn xpi in orando legitur Luce. xxij. q̄ cū oraret patrē in orto: factus in agonia prolixius orabat. Similiter eiusdem Luc. vj. dicitur de eodem q̄ erat pernoctans in oratione. Preterea Joan. xvij. dicitur de eodem q̄ subleuatis oculis in celum orabat deū patrē dicens/ pater venit hora clarifica filium tuum. Ecce q̄ȝ feruenter orabat xpus. Sic τ beatus Franciscus tanq̄ȝ xpi discipul9 fuit valde feruens in oratione. Et de hoc extat fidele testimonium: quandoquidem in principio sue conuersionis ingressus ecclesiam sancti Damiani extra muros ciuitatis Assisij orādi gratia meruit audire dominum dicentem ei per imaginem crucifixi coram qua orabat. O Frācisce ecclesia mea cadit et patitur ruinā. Uade et repara eam. Ille ergo existimans dnm loqui de domo materiali illius scȝ ecclesie predicte sancti Damiani que erat valde tenuis et pxima ruine: attulit sacculum pecunie quā adhuc apud se reseruauerat: et totum obtulit sacerdoti eiusdē ecclesie: τ hoc p reparatione illius: vt prius dictum est. Dñs tū principalius intendebat loqui de domo ecclesie spūalis. s. de cōgregatiōe fideliū: que tunc erat in mala dispositiōe: sed reparata τ subleuata est per predicationes τ doctrinas fratrū mēdicantiūȝ. Itē cū quodaȝ alio die vir sanctus feruenter oraret dñm: audiuit ab imagine crucifixi vocem dicētē sibi. Frācisce: ama=

ra pro dulcib⁹ sume: et teipsum contēne si me vis cognoscere. Ecce ꝙ feruēs erat in oratiō e: ita vt meruerit audire dn̄m ad eū loquentem vt dictū est. Modus aūt ei⁹ orandi erat magis mentalis ꝙ vocalis. Un̄ cōiter tantū orc dicebat qḋ sequitur. Deus meus ⁊ oīa. Et ne a q̄ꝙ eius attentio ⁊ deuotio in orādo impediretur: solitaria loca querebat: vbi feruentius ⁊ diutius orabat.

¶ Moraliter. Exēplo xp̄i ⁊ viri dei Frācisci debem⁹ esse i oratione feruētes: qi vt dr Augu. sup Joā. tract. ix. Nihil prodest strepit⁹ oris muto corde. Sed pfecto valde pauci inueniuntur qui feruēter orēt dominū: quinimo multi raro orāt: ita vt vix dicant semel in die orationem dn̄icam. Aliȷ frequenter orant: sed multū remisse: quib⁹ videt̄ ꝙ multitudine verborū flectat̄ deus. Aliȷ feruēter orāt: sꝫ non frequēter: qꝛ statim tepescunt. Aliȷ vero feruēter ⁊ frequēter orant: et isti sunt valde pauci. Talis tn̄ erat vir dei Frācisc⁹ vt ostēsum est. Talis etiā erat ille pegrinus noīe Jsaac: de q̄ refert Grego. i suo dialo. lib. iȷ. dicēs ꝙ cum semel itrasset quādam eccl'iam: petiȷt a custodibus illi⁹ vt sibi cōcederēt licentiam orādi q̄ꝫtū vellet. Qui annuerūt. Jlle ḡ trib⁹ dieb⁹ et tribus noctib⁹ continuis pstitit in orōne. Cūq̄ vnus custodū sup hoc attediaret̄ vocauit eū hypocritā: atq̄ violēter cepit eum de ecclia eȷcere: qḋ cum faceret / mox a demone arripitur. Hūc tn̄ vir dei Jsaac suis p̄cibus liberauit. Hec Gre. vbi. s.

¶ Octauo btūs Frāciscus fuit siñs filio hoīs in ardenti dilectione. Quā ardens eū fuerit xp̄i dilectio: tum ad deum patrem: tum ad genus humanum simul: ptꝫ per hoc ꝙ vt impleret volūtatem eiusdem dei patris / voluit mortem crucis pati pro nostra omniūq̄ salute. Propter qḋ Joā. xv. dicebat: Maiorem charitatem nemo habet: ꝙ vt aiam suā ponat q̄s pro amicis suis. Nam pbatio dilectionis: exhibitio est operis: vt inquit Gregor in quadā homilia. Sic et btūs Frācisc⁹ tāq̄ imitator xp̄i syncerus fuit valde feruēs in dilectione dei, et proximi. Primo eñ ex feruenti dilectione quam habuit ad dn̄m / reliquit mūdum eū oibus oblectationib⁹ suis vt synceri⁹ et perfectius ip̄m dn̄m diligeret et sequi posset. Jtem ex abundanti dilectione quā habuit ad christum / voluit ꝙ esset particeps dolorūꝫ sue pijssime passionis. Hoc aūt factum est qn̄ stigmata dn̄i Jesu in corpore suo portauit: vt dicetur in sequentibus. Unde quotiēs meditabat̄ predictā xp̄i passionēꝫ / tot⁹ liquefiebat per amorē ex illi⁹ cōpassione. Propter qḋ summe desiderabat pati martyriū: vt ipsuꝫ dn̄m xp̄m perfecte imitaretur / et vicē repēderet: scꝫ moriendo pro illius amore qui primo pro eo mori dignat⁹ fuerat. Scd̄o ex abūdāti dilectione quā habuit vir dei ad pximum: sexto conuersionis sue anno ad ptes syrie voluit pficisci: vt ibidem Sarracenis annunciaret euāgelium Christi. Unde vsq̄ ad Soldanum peruenit: qui eū in

ingēti cū honore suscepit: atq̄ predicationē ei9 pro tpe libenter audiuit. Tādem ad suggestionē suoꝝ militū virū sanctū ad p̄pa remisit. Ecce q̄ feruēs fuit seraphicus Frācicus i duplici amore: vcz dei et proximi. Propter qd̄ tādē apparuit sibi xp̄s in effigie vnius seraphim: et hoc ꝓpter nois interpretationem. Nam seraphim ardēs interpretatur.

¶ Moraliter. Hic datur nobis documētum ardēdi in feruenti dilectione dei et ꝓximi. Qd̄ vbi fecerim9: indubie ad ordinem seraphinoꝝ post hāc vitā ascēdemus. Sic enim testat Grego. i homilia de decem drachmis ita dicēs: Sūt nōnulli qui supne contēplationis facibus accensi: in solo cōditoris desiderio anhelēt: et quos verbo tangunt, ardere ꝓtinus i dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi seraphim dixerim: quoꝝ cor in igne conuersum lucet et vrit? Hec ibi. Sed proch dolor: rari sunt homines sic in amorē dei et proximi ardētes: quinimmo maxima pars viroꝝ ac mulieꝝ vrit et accenditur per odium et rācorem aduersus inimicos suos: quos etiam nemo potest pacare: neq̄ etiam angelus si de celo descenderet hoc posset. Et tales sunt q̄ dicunt: Nunq̄ parcam tali vel tali, q̄ mihi sic aut sic nocuit: etiam si deberem dānari cum oibus demonibus. Quēadmodum ergo ardentes in dilectione dei et proximi tandem assumuntur ad ordinem seraphinoꝝ: ita etiā per oppositum pertinaces et obstinati in odio dei aut proximi: tandem descendent in infernum perpetuo arsuri cum illis demonib9 qui de ordine seraphinorū illic precipitati sunt.

¶ Nono beatus Frācicus fuit sil'is filio hois in alta cōtēplatione. De xp̄o em̄ nulli dubium quin fuerit totus cōtēplationi deditus. Cuius etiā alta contēplatio designatur per subleuationem oculoꝝ suorum in celum: vt legit Joā. xvij. Sic et beat9 Frācicus valde contēplatiu9 erat: ita vt qn̄q̄ in extasi poneretur: et penitus absolutus ab humanis sensibus videretur. Mirum ergo valde erat videre hoiem adhuc in terris degētem: et iam per latitudinem celi ambulantem et discurrentem: nūc contemplando pulchritudinem solis et lune atq̄ astrorum: et inde laudando eum qui ea fecit tam pulchra: nūc altius ascēdēdo et contemplādo angeloꝝ hierarchias et ordinum differētias: nūc altissime ascendendo: scz vsq̄ ad thronū diuine maiestatis: ita vt merito dicere posset illud Esaie. vj. Uidi dominum sedentem super solium excelsum et eleuatum: et plena erat domus a maiestate ei9: et ea que sub ipso erant, replebant templum. Ecce quanta fuit viri dei contemplatio.

¶ Moraliter. Hic docemur loco et tempore vacare contēplationi, considerantes magnitudinem diuine maiestatis: que quanta sit pulchre ostēdit Job xj. capi. dicens: Excelsior celo est: et quid facies? Profundior inferno: et vnde scies? Longior terra: et latior mari. Queq̄ dem dimensiones non materialiter:

sed spiritualiter intelligēde sūt. Nā altitudo dei potentiā eius et virtutem designat que infinita est et inuincibilis. Quid ergo facies? quasi dicat. Quomō poteris resistere: vel de manu eius euadere: vel aliquid sine auxilio eius operari? Profundior etiam inferno dicitur: cuius profunditas sapientiā ipsius designat: que adeo profunda est quod psalmista de ea loquens ait. Sapientie eius non est numerus. Ipse enim optime nouit que fiunt in profundo. i. in inferno: et quot sunt ibi demones atque reprobi homines. Item quot sunt illic descēsuri. Et vnde scies? si tu es supple de numero illorum. Ac si aperte diceret. Tu non vales istud cognoscere. Longior est terra. Nam longitudo illius eternitatem ipsius significat. Terra enim etsi magna sit: nihilominus habet finem et terminum. At vero deus sicut principium non habet: ita neque finē: sed semper fuit/ est/ et erit. Latior est mari. Latitudo dei est eius misericordia et benignitas qua peccatores sustinet et expectat ad penitentiam recipitque ad veniam. Ecce que et qualia debemus contemplari de dei immensa maiestate: et de dimensionibus illius.

¶ Decimo beatus Franciscus fuit similis filio hominis in diabolica tentatione. De xpo enim legitur Matt. iiij. quod ductus est in desertum vt tentaretur a diabolo. Modus autem quo tentatus est: ibi satis deducitur. Sic beatus Franciscus tentatus fuit a diabolo multotiens. Aliquando quidem inuisibiliter: aliquā vero visibiliter. De pmo modo tentationis legitur in eius vita quod cū sentiebat carnis insultū in eū insurgere: subito etiam hyemali tempore in locum: glacie vel niuibus plenum: vsque ad illiciti motus recessum se immergebat. Unde cum semel hoc faceret: diabolus ter eum vocauit nomine proprio. Cumque vir dei respondisset/ adiecit demon. O Francisce: nullus est peccator adeo magnus in hoc mundo: cui si conuersus fuerit ad penitentiam: non indulgeat deus. Sed si quis nimis dura penitentia se astrinxerit: nunquam a deo veniam obtinebit. Quo audito vir dei ad orationē se cōuertens cognouit loquentem esse malignum spūm: eum a sancto opere reuocare volentem. De secundo tentationis modo legitur similiter in predicta legenda: quod cum vir dei aliquanto tempore mansisset Rome in domo domini Leonis cardinalis sācte crucis: nocte quadam demones ad ipsum venientes grauiter verberauerunt eum. Uocans igitur socium suum: rem gestam sibi aperuit: dicens. Forte quia maneo in curijs magnatorum: ex quo facto possunt fratres nostri scandalizari: arbitrantes forsan id me agere vt delicijs fruar: permisit dñs vt demones qui sunt ministri sue iustitie et executores: me flagellarent. Propter quod surgens summo mane: inde recessit.

¶ Moraliter. Nemo est qui non tentetur: etiā quantūcunque sanctus. Et ideo hic volo breuiter ostendere precipuos modos siue remedia quibus poterimus

preualere contra antiqui hostis tentamenta. Primū igitur remedium est diuini auxilij per deuotam orationem imploratio. Da exemplum de capitaneo tenente aliquod castrum obsessum ab aduersarijs. Talis em̄ cum videt se non posse resistere: mittit ad principem suum auxilium petens: ita in proposito. Sic em̄ faciebat sanctus ille rex Dauid cum dicebat ad dn̄m. Apprehende arma et scutum: et exurge in adiutorium mihi. Effunde frameam et conclude aduersus eos qui persequuntur me. Dic aie mee: salus tua ego sum. Secundum remedium est profunda humiliatio. Unde ps. Custodiens paruulos dn̄s: humiliatus sum et liberauit me. Nota qualiter beatus Antonius vidit mūdum totaliter laqueis plenum. Cūq3 pre admiratione quereret: dicens. O quis euadere poterit laqueos istos? Audiuit vocem de celo dicentem sibi. Sola hūilitas. Quemadmodū ergo milites audientes sonū machinarum proijciunt se in terram vt sic euadant ictum: ita in proposito. Tertiū remedium est dn̄ice passionis meditatio. Unde August. in suo manuali. c. xxij. Cum inquit diabolus parat mihi insidias: fugio ad viscera mie dn̄i mei: et recedit a me. In huius etiam figurā legitur de Dauid. j. Regum xvij. q cū voluit preliari contra philisteū: per quem significatur diabolus: tunc assumpsit quinq3 lapides de torrente. Quinq3 lapides de torrente quinque sunt plage principales xp̄i: que sumpte sunt de torrēte doloris. Quibus mediantibus si deuote recolantur: poterimus preualere cōtra diabolum.

¶ Undecimo beatus Frāciscus fuit similis filio hominis in creaturarum condescensione. De xp̄o enim legitur Matt. viij. q iudei de eo dicebant. Quis est hic qz venti et mare obediunt ei. Ecce quō creature etiam insensibiles condescendebant sue voluntati et beneplacito. Similiter Mar. vj. legitur q ipse ambulauit super mare. Sic et creature multe ratione carentes condescendebant pie voluntati beati Frācisci. Et de hoc multa referuntur exempla in eius legenda. Primū est de quodā lepore laqueo capto et ad virum dei ducto: q̄ quadam pietate motus: in simplicitate sua q̄ plenus erat ait illi. Frater lepuscule veni ad me: quare permisisti te sic decipi? Lepusculus ergo dimissus ab eo qui ipm ceperat: mox securus accurrit ad virum dei: et in sinu eius more aialis domiti quieuit. Cumq3 venerabil pater sepe eum licentiasset vt abiret: semper tn̄ ad eum recurrebat: donec tandem ad vicinū nemus ipm a fratribus apportari fecit. Scd̄m exemplum est de quibusdā auibus que hirundines dicuntur. Cū em̄ semel predicaret in quodā loco: et hirundines q̄ multe ibi erāt: suo garritu impedirēt assidētes ne libere predicationē suā audire possent: ait illis. Sorores mee hirūdines iam tēpus est vt loqr: qz vos q̄dē satis vsq3 mō locute estis. Amodo et quousq3 sermonem cōpleuero: cessate oino loq. At ille veluti rōnis capaces

cōtinuo tacuerunt: nec ab ipso loco donec cōpleret̄ predicatio recesserūt aut se mouerūt. Tertiū exemplū est de quodā satis magno pisce viuo: illi et socijs suis oblato ad manducandum. Quem ille benigne suscipiens: ipm fratrē vocauit. Quē bñdicēs: in aquam remisit vt iret q̄ vellet. At vero piscis iuxta littus natabat quasi nolens relinquere presentiā patris Frācisci quousqz iterū ipsum licentiauit Ecce quomodo bestie syluestres aues indomite ⁊ pisces obediūt viro dei Frācisco. Sūt ⁊ alia de hoc exempla q̄ refert de eodem dñs Anto. florentinus in chronica sua: que pertranseo.

¶ Moraliter. Per dominium qđ habuit beatus Franciscus sup tria predicta gña creaturaꝝ: datur nobis intelligi ꝙ debemus dñari vitijs ⁊ ꝯcupiscentijs nr̄is vniuersis: dicente dño Geñ. j. Dñamini piscibus maris: ⁊ volatilibus celi: et vniuersis animantibus q̄ mouentur super terram. Ubi per pisces maris intelliguntur motus carnales: p volatilia celi motus supbie: p vniuersa animantia que mouentur super terram: motus auaritie. Sed proh dolor pauci sunt qui taliter dominantur cōcupiscentijs suis: quinimmo vt habet̄. j. Jo. ij. Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis aut oculoꝝ: aut superbia vite.

¶ Duodecimo beatus Frācisc⁹ fuit similis filio dei in ordinum institutiōe. Christus enim instituit quodammodo tres ordines in ecclia primitiua: vcꝫ aplorū/ euangelistaꝝ/ ⁊ discipuloꝝ: qui erant numero. lxxij. Sic ⁊ btūs Franciscus velut imitator xp̄i p̄cipuus instituit tres ordines. Primus fuit fratrū minoꝝ vacantiū contēplationi: necnon et actioni p̄dicatiōis. Scđs sororum q̄ sorores sctē clare hodie nuncupant̄. Tertius fratrū de pnia: de q̄ esse pñt vxorati ⁊ non vxorati: clerici ⁊ laici: viri ⁊ mulieres. Hic tñ status non est proprie ordo siue religio: maxime cū dicti fratres aut sorores non obligent̄ ad tria vota essentialia religioni proprie dicte. Habent tñ predicti quendā modū viuendi religiosum: q̄ tñ non est cōpleta religio obligans ad essentialia religionis: vt dictum est. Nā licite possunt ꝓpriū habere: ⁊ vxorati manere. Tenentur tñ obedire magistro suo: in his p̄cise q̄ pertinent ad regulā suā: que etiam est approbata ab aplica sede: vt dt dñs Antoni. Et licet aliqui vel alique viri aut mulieres sub tali tertio ordine viuāt in aliqua ꝯgregatiōe arctius q̄ꝫ cōtineat regula eoꝝ abrenūciantes ꝓprijs: nō tñ propter hoc mutant statū illum: vt possit dici cōpleta religio. Tales ꝑ frēs ⁊ sorores dicti đ pnia btī Frācisci: dñt deseruire vite actiue: vtpote manib⁹ laborantes. Sed ꝑfecto hodie hmōi fratres volūt in multis se pares facere alijs fratribus: qui proprie ⁊ soli dicuntur fratres minores Quinimmo non erubescūt dicere beatū Franciscū plus tenuisse modū eoꝝ viuendi q̄ꝫ alioꝝ fratrū: ⁊ hoc ꝓpter solitariā vitā quā sepe tenebat. Insup hodie volunt eligere domos claustrales in multis locis si illis ꝑmitteret̄ a diocesanis. Uolunt

etiã aliqui corp dare operã pre dicatiõi: absqꝫ priuilegio apostolico: quia cõstat ꝙ illa decretalis. Nimis praua: extra de excessib⁹ prelatorꝫ. Nec similiter illa clementina. dudũ. titulo de sepulturis. talia inquã iura minime intẽdũt loqui de pdictis fratribus. Uñ pꝑter abusus taliũ fratrũ de penitẽtia frequenter oriunt rixe ꝛ discordie inter fratres minores ꝛ eos: ita vt cõtendant de pari. Utinam ergo quisqꝫ esset sua sorte cõtentus. Moraliter. Sicut Christus instituit triplicem ordinem: silr ꝛ btũ ꝫ Frãciscus: ita etiã nũc in ecclesia xpi est triplex ordo deuotorũ catholicorꝫ. Primus dr cõtẽplatiuorꝫ: sub quo militant deuoti religiosi: similiter ꝛ nonnulli clerici ac laici. Scdus dr actiuorꝫ: sub quo militant veri religiosi actiue vite defuiẽtes vt milites Rhodienses ꝛ silẽs. Itẽ multi laici manib⁹ laborantes vt habeãt vnde tribuãt necessitatẽ patienti. Terti⁹ ordo dr vere penitẽtiũ: ꝛ q̃ ieiunijs ꝛ abstinẽtijs affligũt carnẽ suaꝫ. ¶ Tertio btũs Frãciscus fuit similis filio hominis in pphetica pnunciatione. De xpo eñ liquet multiplici testimonio sacre scripture quomodo fuerit pphetice pnunciatus: vt est illud Esa. vij. Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filiũ. Item illud Hiere. xxxi. Nouũ faciet dñs super terram: mulier circundabit virũ. Item illud Abacuch. ij. Apparebit in finẽ: et non mentietur. Si moram fecerit: expecta eum qꝛ veniens veniet: ꝛ non tardabit. Et sic de multis alijs pphetijs prout annotaui in aduentu nostro intitulato. de secretis secretorꝫ. Sic ꝛ beat⁹ Franciscus fuit prophetice prenunciatus: ꝛ hoc multipliciter. Primo quidẽ per quandã sybillã q̃ fuit tẽpore belli Troiani que loquens de aduentu seruorꝫ dei Dominici et Francisci: dicit sic. Surget stella mira: scilcꝫ Paulus. Stelle quoqꝫ due consurgent consimiles prime: scꝫ Dominicus et Franciscus similes aplo Paulo saltem quantum ad predicationis officiũ. Secundo vero per abbatẽ Joachim virum eximie sanctitatis: ꝛ spũ pphetico dotatum. Hic eñ in quodã suo libello ita loquit de duobus predictis viris sanctis dicẽs. Erũt duo viri: vnus hinc: alius inde: qui duos ordines inchoabunt. Un⁹ Italus de Thuscia. Alter Hispanus de allaroga oxonẽsis diocesis. Hic etiã Joachim fecit depingi beatũ Franciscuꝫ in ecclis beati Marci apd Uenetias: cum habitu grisco. ꝛ stigmatibus: sicut adhuc hodie cernit in pdicta ecclesia. idem etiã fecit de btõ dominico. Et nota ꝙ predict⁹ abbas precessit predictos duos sanctos per annos centum aut paulo plus. Tertio aũt per cyrillum abbatẽ montis carmeli. Nã cũ semel dictus abbas missam celebraret: fuerũt delate ad eũ due tabule scripte literis grecis: in q̃bus multa vẽtura cõtinebãtur de beato Frãcisco: prout refert dominus Robertus de licio in secũdo sermone de eodem sctõ. ¶ Moralr. Cũ videm⁹ iã impletas pphetias que de seraphico frãcisco fctẽ ꝛ pnũciate fuerãt ex hoc monemur sufficiẽter ad

credēdū et assentiēdū illis prophetijs q̄ p̄dicte sūt de fine scl'i de iudicio/ de remuneratiōe bonorū: et punitiōe malorū: et hm̄ōi quia vt dicit Ambro. li. de salom. c. j. oia q̄ i libris diuinis pphetarū ānūciatiōe gesta sunt: suis sūt tpibus reseruata. Nā vt dicit Cassiodorus: pphetia est diuina inspiratio rerū: futura immobili veritate denuncians:

¶ Decimoquarto beatus franciscus fuit similis filio hois in pia cōpassione. De compassiōe em̄ xp̄i super afflictos et egenos scribit Jo. vj. q̄ cū vidisset maximā multitudinē ppl'i venientis post se: dixit ad Philippum. Misereor sup turbā: quia ecce iā triduo sustinent me: nec habēt qd manducēt &c. Sic et beatus Frāciscus tanq̄ verus xp̄i imitator fuit valde pius et cōpassiuus sup paupes et egenos etiā priusq̄ statū seculi mutaret: ita vt d eo dicat btūs bonauētura Inerat iuuenis Frācisci p̄cordijs diuinit9 idita q̄dā ad pauperes liberalis miseratio q̄ secū ab infantia crescēs tāta cor ipsius benignitate repleuerat: vt iā euangelij nō surdus auditor pponeret omi se petēti tribuere. Cū autē semel negotiatiōis tumultib9 intētus pauperē quēdā pro amore dei petentē elecmosynā preter morē solitū vacuum repulisset: statim ad cor reuersus post ipm cucurrit. Cui cū eleemosynā impēdisset promisit dn̄o deo q̄ nunquā ex tunc dūmodo adesset possibilitas: petentibus pro amore dn̄i se negaret. Quod vsq̄ ad mortē indefessa pietate obseruans copiosa in deum dilectionis et gratie incrementa promeruit. Quid plura? Certe ex pietate militem quendam generosum sed pauperem se nudato vestiuit. Ceterū postq̄ seculū reliq̄t adeo cōpatiebat miserijs aliorū q̄ frequenter se transferebat ad leprosos: eratq̄ cum eis diligētissime seruiēs propter deū: ita vt eorū sepe lauaret pedes: ligaret vlcera: educeret putredinem: et saniē abstergeret. Denique ex miranda pietate osculabatur vlcerosas eorum plagas. Ecce quanta pietate et compassione ducebatur seruus christi Franciscus ad pauperes et ad horribiles egrotantes.

¶ Moral'r. Exemplo xp̄i et dilecti sui Frācisci debem9 cōpati necessitatibus aliorum: et in effectu iuxta nostram facultatem illi succurrere. Nam qui sic agunt: crucem domini in corde suo ferunt. Unde Greg. homil. xxxvij. expo nēs illud Luc. xiiij. Qui non baiulat crucem suam: et venit post me: nō pōt me9 esse discipul9: dicit sic. Crux a cruciatu dr. Duob9 aūt modis crucem dn̄i portamus: cū aut per abstinentiam carnē affligimus: aut per compassionem proximi: necessitatem illius nostram putamus. Qui em̄ dolorē exhibet in alia necessitate/ crucem portat in mente. Ista aūt compassio etiam ad effectum deducta maxime competit diuitibus huius seculi respectu pauperuz et egenorum: precipue autē prelatis q̄ abundant rebus huius seculi. preterea in decretis: dis. lxxxvj. ca. Fratrem. Item. c. nō satis. Et similit. vij. q. j. omnis. dicitur q̄ vacuū nomē episco-

pi tenet qui necessitatē patientibus non compatitur.

¶ Decimoquito btūs Frācisc⁹ fuit sil'is filio hois i scie infusio ne. Cōmunis em̄ doctria theologoꝝ est ꝙ xp̄s ab instanti sue ꝯceptiōis ꝑm ꝙ hō habuit; sciētiā infusam: iuxta illud apl'icū ꝟbū Col.ij. In christo sunt oēs thesauri sapiētie ꝛ scie absconditi. Sic ꝛ beat⁹ Frāciscus habuit scientiā magis per infusionē a deo: q̄ per humanū exercitiū. Ut em̄ patet ex predictis in principio sue cōuersionis iā adolescēs erat velut alter paulus. Unde aliqui assignant sue etatꝫ tūc vigesimū annū fuisse. Alij vero vigesimumquintum. Nec legit̄ in puerili aut iuuenili etate literis operam dedisse: quinimo adhuc iuuenis negotijs hui⁹ seculi implicatus fuit: vtpote publicus mercator existēs. Nec sil'r post ꝯuersionē reperit̄ l'ris vacasse: ꝛ tñ doct⁹ apparuit: tū in cōsilijs dandis: tū in q̄stionib⁹ soluēdis: tū in predicationib⁹ ad populū proponēdis: ita vt merito posset dici de seruo qđ olim dictū fuerat ꝺ dño Jo. vij. Quō hic l'ras scit cū nunq̄ didicerit eas? Quanuis ḡ vt dicit sanct⁹ Bonauentura/ hic sctūs nō habuerit sacrarū literaꝝ peritiā ꝑ humanā inuestigationē: eterne tñ lucis irradiat⁹ fulgorib⁹ scripturaꝝ ꝓfūda miro intellect⁹ acumine scrutabat̄. Nā semel interrogat⁹ Senis a q̄dā religioso doctore theologo de quibusdā difficillimis q̄stionib⁹: tāta claritate doctrine diuine sapiētie patefaciebat arcana: vt vir ille perit⁹ vehemēter stuperet: ꝛ cū admiratione referret alijs: dicens. Uere theologia sctī prīs Frācisci puritate atq̄ cōtēplatiōe tāq̄ alis i altū subuecta ē aq̄la volans. Nostra ꝟo sciētia vētre gradit̄ sup terrā. Et licet imperit⁹ esset sermone: scientia tñ plenus enodabat clare dubias q̄stiones: ꝛ abscōdita in lucē ꝓducebat. Ecce quantā habuit vir iste scientiam infusam.

¶ Moraliter. Hic docent̄ diuini verbi p̄dicatores recurrere ad deū quaten⁹ dignet̄ illuminare intellectū eoꝝ: ꝛ inflāmare affectū: vt possint recta ꝛ vtilia ꝓponere ppl'o ꝛ fructū multiplicē afferre. Nec tñ tales taliter se debēt dño cōmittere: q̄ nō minus faciat qđ in se est: se in studio sacrarū literarū exercētes. Alias eēnt presumptuosi ꝛ periculosi. De⁹ em̄ non semꝑ parat⁹ est facere miracula. Unde aliquādo audiui de quodā anglo q̄ dū deberet ꝓponere verbū clero latino sermone in die btē Catharine: nec preuidisset dicēda: tādē confidēs de diuino adiutorio ascēdit cathedrā primū orās ꝛ dicēs. O btā Catharina: sermonem ꝓpina tuo famulo. Quo dicto tacuit: expectans scientiā a deo. Cūq̄ aliquāto tp̄e sic stetisset: vnus de clericis assistētib⁹ alta voce insonuit: dicēs. Hora serotina detur disciplina isti fatuo. Hec ḡ fuit merces sue presumptionis.

¶ Decimosexto btūs frācisc⁹ fuit sil'is filio hois i secretoꝝ cognitiōe. De xp̄o em̄ scribit̄ Jo. ij. ꝙ ipse sciebat q̄d esset i hoie. Sic ꝛ btūs Frācisc⁹ q̄nq̄ cognoscebat mētes hoim: sicut sequens insinuat exēplū. Legitur em̄ de

eo q semel quidā miles inuitauit eū ad prandiū. Ad quem ingressus: cepit familiariter monere vt cito confiteref: et de domo sua disponeret. Qđ cum ille diligenter fecisset: posuerunt se ad mensam. Et illis incipientibus manducare: hospes subito spm̄ exhalauit: iuxͣ vbū viri dei. Ecce quō ipse cogscebat secreta ⁊ occulta. Silr de eo legitur q cum semel fatigatus eqtaret sup asellū: frater leonardus de assisio socius eius cepit dicere intra se aliqd hūanū passus. Nū de pari ludebant parentes huius ⁊ mei? Ecce ipse nūc equitat: ⁊ ego pedester asinum eius duco. Hec ĝ illo cogitante: ptinus vir dei de asino descendit ⁊ ait. Nō frater leonarde cōuenit vt ego eqtē: et tu venias pedes qꝛ nobilioꝛ ⁊ potentioꝛ me in seculo fuisti. Quo audito alter obstupuit: ⁊ ad pedes patris prouolutus humilr veniā petijt. Ecce quō ptz intētū duplici exemplo.

¶ Moralr. Hic docemur q si vir dei cognit cogitationes hominum: et hoc ex diuina reuelatione: multo magis hoc credendū est de oipotenti deo: de q in ps. Dn̄s scit cogitationes hoim Nec certe mirū: qm̄ scriptū est ad Heb.iiij. q oia nuda et aperta sunt oculis eius. ⁊ Eccl.xxiij. Omnia videt oculus eius. Et post pauca. Oculi domini multo plus lucidioꝛes sunt super solem: circūspicientes oēs vias hominū: ⁊ pfundum abyssi: ⁊ hoim corda intuentes in absconditas partes. Huius autē consideratio deberet merito nos retrahere a peccatis etiā occultis: et a malis cogitatiōib9. Si eñ metuimus ḡcā inhonesti agere in oculis hoim: quanto magis in oculis illius q oia videt? Uñ qdam poeta. Cum quid turpe facis: quod me spectante ruberes. Cur spectāte deo: nō magis ipse rubes? Et Boetius de consola.lib.v.prosa.vi. Magna vobis est (si dissimulare nō vultis) necessitas indita probitatis: cum omnia ante oculos agatis iudicis cuncta cernentis. Hec ille.

¶ Decimoseptimo beatus Francisc9 fuit silis filio h ois in subita apparitione. De Christo eñ legit q frequenter ⁊ subito apparuit discipulis suis: tā in vita q̄ post resurrectionē. De pmo patet Mar.vi. quando apparuit apostolis laborātib9 super mare. De scđo patet Jo.xx. quando apparuit aplis absente Thoma Deinde post dies octo iterꝫ apparuit eisdem presente Thoma Sic ⁊ btūs Frācīscus subito legit adhuc in hac mortali vita degens apparuisse quibusdā de fratribus suis: ita vt crederetur quodāmodo semp spiritu suis fratribus esse presens: quantuncunqꝫ corpe esset absēs. Unde refert de eo dn̄s Anto. Florentin9 in sua chronica q cum semel in quodā capitulo fratrū sui ordinis beatus Antonius de padua verbum salutis proponeret fratribus: quidem de illis faciem suam ad ostium domus conuertens vidit oculis corporeis qualiter beatus Franciscus in aere subleuatus: veluti manibus in cruce protensis apparuit bene dicens fratribus qui aderant. Mirum certe negotium q homo mortalis sic subito in aere visus fuerit eleuatus.

¶ Moraliter. Ex hac historia datur nobis intelligi q sancti dei amici iam cum eo in celo regnantes sunt presentes per iuge auxilium sibi deuotis famulis. In cuius rei testimonium leguntur plures illis visibiliter apparuisse: sicut pene infinite docent historie. Interdum etiam aliqui eorum hoc idem beneficium leguntur prestitisse dum adhuc viuerent inuocantibus eos. Et de hoc extat notissima historia de btō nicolao: de quo legitur q cum quidam naute periclitantes inuocassent eū adhuc viuentē: subito apparuit eis quidā dicens. Uocastis me: ecce assum ꝛ post hoc cessauit tēpestas ¶ Decimooctauo beatꝰ Franciscus fuit similis filio hois in stigmatū impressione. De Christo enim legitur Jo. xx. q cum apparuisset suis apostolis post resurrectionē suam: ostendit eis manus et latus: dicens. Uidete manus meas: et pedes meos: qz ego ipse sum. Deinde dixit Thome. Infer digitū tuum ꝛc. Sic ꝛ beatus Franciscus tanq̄ precipuus xp̄i imitator habuit veraciter et sensibiliter stigmata dn̄ice passionis in suo mortali corpore. Quod quidem priuilegium nulli inter natos mulierum legitur fuisse donatum. Quāuis enim Paulus dicat de seipso. ad Gal. vj. Ego stigmata dn̄i mei Jesu xp̄i in corpore meo porto: nullus tamen dicit q ipse habuerit corporaliter signa dn̄ice passionis in manibus/pedibus/et latere: sed eius stigmata fuerunt passiones et afflictiones multe quas passus est ab hominibus etiam plusq̄ aliȷ̄ apostoli. Et q debeat ita intelligi predictum verbum: patet ex simili modo loquendi ipsius in alio passu: scilicet ad Gal. ij. vbi ait. Confixus sum cruci. Nō quidem q ipse fuerit crucifixus in corpore: sed tantum in desiderio et tolerantia multarum tribulationum: quas appellat crucē: eo q cruciant. Unde alexius papa: prout recitatur. ij. q. j. nulli. dicit sic. Crux a cruciatu dicitur. Magnum cruciatum sustinet qui vim patitur. Dicitur etiam de aliquibus deuotis personis q senserunt intē dū maximum dolorem in manibus pedibus et latere: tanq̄ haberent ibi vulnera et stigmata Christi: sed tamen non ita impressa corporaliter seu visibiliter sicut factum est in corpore beati francisci. Et huiꝰ gn̄is fuit btā Catharina de senis: q̄ legitur rogasse dominum vt non appareret exterius eius stigmata. Quia tamen interiorem eius dolorem nō possumus commode exprimere nisi eā depingendo cum cicatricibus: ideo solet sic communiter depingi: sine tamen preiudicio priuilegȷ̄ diui Francisci. Quia ergo videbatur extincta memoria passionis xp̄i in cordibus humanis: voluit eā dominus excitare: et quodammodo renouare ꝑ manifestam impressionem cicatricū in corpore dilecti sui Francisci. Modus autem huius mysterȷ̄ talis fuit. Cum enim esset in monte auernie: et vehementer meditaretur dominicā passionem: ita vt transformaretur ꝑ ardentissimū amorem in xp̄m Jesum passum: apparuit illi christus in

modum seraphim.s. cū sex alis crucifixus : et impressit signa sue passionis in eius manibus pedib⁹ et latere:ex qua impressione ille sensit maximū dolorem in predictis ptib⁹ sui corporis. Facta aūt sunt hec biennio ante felicē ei⁹ exitū. Cuius rei testes fide digni multi fuerunt:q̄ predicta stigmata viderūt cū clauis affixis:in antedictis ptib⁹ corpis viri dei:⁊ hoc tā in ei⁹ vita q̄ꝫ post ei⁹ mortem gl'iosā. Et ne hoc apud quēq̄ꝫ vertat in dubiū:multi summi pontifices ita esse approbauerūt:prout refert dn̄s Robertus de licio i pulchro sermōe quem facit de eisdem cicatricibus.

¶ Moraliter. Non debet nobis esse difficile stigmata dn̄i portare in mēte p deuotā cōtēplationē:cū considerām⁹ virū dei Frācīscum ea cū dolore indicibili diu in corpore suo portasse. Ad qd faciēdum nos admonet btūs Aug. ad fratres i eremo: ser.xxvij. q̄ intitulatur ad leprosos. Eleuate(inquit) capita vestra : et corde aspicite vulnera saluatoris nr̄i i cruce pēdētis: penas moriētis:pretiū redimētis:cicatrices resurgētis. quid aliud videre poterimus nisi caput inclinatū ad parcendū:cor apertum ad diligēdū:brachia extēsa ad amplexādū:totū corpus expositū ad redimendum. Totus ḡ nobis figatur i corde: q̄ pro nobis tot⁹ fixus est i cruce. Hec ibi. Quātum aūt prosit portare stigmata dn̄i iesu i corde p deuotionē et cōpassionem seq̄ns declarat exēplū. Refert eñ Lodolphus in lib. q̄ dr Uita xp̄i:de quadam psona deuotissima ad xp̄i passionem:⁊ que vix poterat de illa cogitare absq̄ꝫ lachrymis : q semel illi apparuit xp̄s : dicens q q̄cūq̄ꝫ in memoriā et reuerentiā sue passionis lachrymas fuderit:vult illum suscipere tanq̄ꝫ si pro eo mortem passus fuisset.

¶ Decimonono btūs seraphicus Frācisc⁹ fuit silis filio hois in felici ɔsummatiōe. De felici eñ transitu xp̄i de hoc mundo ad patrem dr Joā.xix. q dicto Pater in manus tuas ⁊c. inclinato capite tradidit spiritum. Sic ⁊ btūs Frācisc⁹ cōsūmato vite sue cursu in laborib⁹ plurimis:feliciter obdormiuit i domino. Modus autē fuit talis. Nam anno a cōuersione sua vigesimo:cum esset multis infirmitatib⁹ et debilitatib⁹ molestatus : tulissetq̄ꝫ biennio sacra illa stigmata:req̄siuit se ad sanctā Mariā de portiuncula deferri. Quo cū fuisset pductus: ɔstrauit se nudū sup nudā terram i modū crucis: Eleuās autem oculos in celū/orauit dn̄m suū spm̄ illi hūiliter cōmēdans. Guardianus aūt loci. q̄ aderat et quē vir dei suū esse guardianum dicebat : cui etiā in oībus obediebat/dicēs: Pater hec tibi tāq̄ꝫ pauperi cōmendo: et tu illa suscipias sancte obediētie mādato. Quibus pactis : cepit hortari fratres ad diuinū amorem:et ad mutuā charitatem: Illisq̄ꝫ bn̄dicēs ⁊ valefaciēs/feliciter obdormiuit in dn̄o. Anno ab incarnatione dn̄i. M.ccxx.q̄rto nonas octobris. Erat aūt tūc dies sabbati:in signum q ipse transibat de labore temporali ad eternam requiem.

¶ Moraliter. Cum audimus loqui de felici ꝯsummatione sanctorum/debemus pro posse eos sequi in vita: vt possim⁹ eos sequi in felici migratione: quia vt dicit Aug. li. j. de ciui. dei. c. xj. Mala mors putāda nō est quā vita bona precessit. Sed profecto oēs generaliter optant bene mori: dicentes quilibet pro se ipso illud verbū Balaam Nume. xxiij. Moriat aīa mea morte iustorum: et fiant nouissima mea horum similia. Pauci autem bene viuere volunt: et ideo non mirum si multi male moriantur: et si plures damnentur ꝙ saluantur.

¶ Uigesimo beatus Frāciscus fuit similis filio hoīs in celesti ascensione. De ascensione enim xpī dr̄ Marci vltimo ꝙ postꝙ locutus est discipulis suis: assūptus est in celū: et sedet a dextris dei. Item Act. j. dr̄ ꝙ vidētibus discipulis eleuatus est: et nubes suscepit eū ab ocl'is eorum. Sic ⁊ btūs Frāciscus post vite pn̄tis glīosum triumphum celū: ascēdere meruit. Nam in hora mortis sue q̄dā frater vidit glīosam ei⁹ aīam carne solutam in effigie stelle grandis et radiātis: candida nubecula subuectam in celū cōscendere: que (vt pie creditur) assumpta est ad ordinē seraphinoꝝ: q̄ est supremus ordo iter nouē ordines angeloꝝ. Uñ dñs Anton. in chronica sua pte. iij. ti. xxiij. ca. j. in prin. vbi agit de hoc famosissimo sctō: assumit ad honorem illi⁹ illō ps. Ascēdit sup cherubim: et volauit sup pennas vētoꝝ. Quod exponēs ad propositum transitus viri dei: dicit ꝙ credendum est xpī apostolos: beatū Joan. bapti. sctōs patriarchas: ⁊ nōnullos pphetas: i ordine seraphim esse collocatos. Et idem inq̄t pie credendum est de patriarchis noui testamenti: q̄ scȝ fuerūt institutores ⁊ fundatores sacrarūȝ religionum: quales fuerūt Augustinus: Bñdictus: Dñicus: Frāciscus. Scd̄m hoc ergo dico ad propositū de beato Francisco: ꝙ ascendit p vite meritū et volauit sup cherubim: quia vsqȝ ad ordinem seraphim. Nō aūt dicitur ꝙ ascenderit super seraphim: qꝛ sup seraphim non sunt nisi Christus ⁊ dignissima ipsi⁹ mater Maria: de qua canit ecclesia ꝙ exaltata est super choros angeloꝝ ad celestia regna. Uolauit ergo beatus seraphicus Franciscus non inter cherubim/sed super cherubim: nec sup seraphim/ne faciamus eum equaleȝ magistro suo xpō aut virgini Marie. Quia ergo sup cherubim immediate sunt seraphim tanꝙ supremi: consequēs est dicere virū dei Franciscum ad dictū ordinem seraphinoꝝ fuisse assumptum: et inter eos collocatum. Sequitur. Uolauit super pennas vētorū: id est sup perfectiones animarum: que hic dicūtur vēti propter subtilitatem sue essentie. Super huiusmodi ergo pēnas ventoꝝ ascendit in celum beatus pater Frāciscus. Non quidem sic ꝙ volauerit super pennas oim vētoꝝ. i. super merita aut premia oim sctōꝝ: sȝ plurimorum. Nec quidem mirum: qꝛ ipse fuit patriarcha / nouum ordinem instituendo: propheta

futura multa p̄dicēdo: vt declaratū est. apl's verbū scti euāgelij p multa terrarū spatia disseminando: etiā vsq ad infideles et paganos. Demū fuit martyr sacra dñici corporis stigmata in corpore suo biennio deferendo. Scitote ḡ vos populi christiani docti et indocti: clerici et laici: scl'ares et regulares: viri ac mulieres: qm̄ dñs sanctum suum Franciscū multipliciter mirificauit: vt ptz ex precedentibus: in quibus fateor plus solito immoratum fuisse: sed dicēdorum copia: necnon sancti viri reuerētia: cui plurimum debeo: in causa extiterūt. Supest igitur vt suis meritis nosipsos commendemus: quatenus ad perēne gaudiū post ipsum pertransire valeamus. Qd nobis concedat qui etc.

¶ Sermo de beato Dionysio galliarum apostolo.

Mirabilis de⁹ in sāctis suis. psal. lxvij. Deus cum sit summe potēs. apparet mirabilis tripliciter. Prio quidez generalit in creaturis suis isensibilibus. Scdo ꝟo specialr in angelis et hominibus. Tertio autem specialissime in sanctis suis omnibus.

¶ Prio igitur de⁹ apparet mirabilis in creaturis isensibilibus: p̄cipue aūt in illis q̄bus dedit spālē et occultā ꝟtutē et potestatē: vt sūt planete i celo gēme in terra: mineralia i visceribus tre. Nōne valde admirabilis apparet de⁹ i lapide adamātino: de q̄ dt Aug. de ci. dei. li. xxj. c. iiij. ꝙ est adeo durus ꝙ nec ferro/ nec igne vinci pōt: q̄ tñ modico sanguie calido hirci frāgit. Sz vñ hoc? Certe nō nisi a dō: Itez nōne ipse dñs apparet admirabilis in alio lapide qui magnes dr? De q̄ refert idē August. vbi supra: se vidisse ferreū ānulum ab eo raptū et suspēsum. Et post q̄ ipressit ꝟtutē suā p̄dicto annulo: ille idem est alteri annulo admot⁹: eūq suspendit. Et sicut p̄m⁹ lapidi adherebat: ita scds prio coherebat. Cōsequent idē fctm̄ est de tertio ānulo respectu scdi: et sic de alijs: ita vt videret q̄si catena multorū annulorū nō alr sibi coherētiū nisi p solū cōtactū extrinsecū. Addit deniq idē Aug. vbi. s. ꝙ si iuxta magnetē apponatur adamas: tunc cessat attrahere ferrū: tāq cesset virt⁹ ei⁹. Quinimo si ferrum iā rapuerat: q̄ p̄mū illi appropiquat: ipsum remittit. Hec Augu. in p̄dicto lib. et passu. Multa alia mirabilia opat dñs i creaturis suis isensibilib⁹ q̄ ptrāseo.

¶ Scdo de⁹ apparet spālr mirabilis in creaturis rōnalib⁹ et itellectualib⁹: q̄les sunt angeli. Nōne mirabile ē ꝙ de⁹ fecerit hoiez ad imaginē et silitudinez suā: itē ꝙ formauerit p̄mū hoiē de limo terre et ispirauerit i faciē ei⁹ spiraclū vite: silr ꝙ formauerit Euā de costa ade? Itē ꝙ dederit hoi faciē sursū erectā vbi tñ cetera aīalia hnt faciē ꝟs⁹ terrā demissam: et sic de silibus. Vñ Boe. d' ꝯso. li. v. met. v. Unica gēs hoim celsum leuat alti⁹ cacumē. i. caput. Atq leuis recto stat corpore: despicitq terras etc. Nonne etiā mirabile est ꝙ de⁹ fecerit angelos in tanta

et pene infinita multitudine: ꝛ in tam decenti ordine: ita vt distinguantur per hierarchias: et hierarchie p ordines. Item ꝙ in eodē nūꝗ sunt duo angeli eiusdē perfectionis aut speciei et hmōi? Bene ergo de domino deo loquit Psalm. dicēs: Tu es deus q̄ facis mirabilia: supple circa hoies et angelos.

¶ Tertio deus apparet specialissime mirabilis ī sanctis suis et hoc multipliciter. Prio q̄dez eos a faucibus tartari iterdum retrahēdo: sicut patet de Magdalena: de q̄ canit ecclesia ꝙ ab ipsa fauce tartari redit ad vite lumina. Secūdo eos subitanee et insperate a peccatis iustificando: sicut patz de Paulo: cui⁹ conuersio fuit miraculosa. Psal. Hec mutatio dextere excelsi. Tertio eos inter aduersa probando: sicut patet de Job. j. ca. Quarto eos a penis et tormētis liberādo: sicut patet de tribus pueris in fornace ignis. Danielis. iij. Quinto eos in passionibus roborādo: sicut ptz de beato Laurentio. Item de btō Uincētio ꝛ multis alijs. Sexto eos in celū gloriose deducēdo: sicut factū est de beato Dionysio: vt postea dicetur. Bn̄ ergo in themate premissum est ꝙ mirabilis deus in sanctis suis.

¶ Pro quo notandum ꝙ deus apparuit mirabilis in sctō suo Dionysio multipliciter: vez.
Philosophando
Admirando
Disputando
Conuertendo
Instruendo
Prophetando
zelando
Obediendo
Proficiendo
Patiendo
Communicando
Migrando

¶ Primo igitur deus apparuit mirabilis in sancto suo Dionysio philosophando. Fecit enim eū valde magnū philosophū naturalē: ita vt inter omnes athenięses philosophos null⁹ Dionysio similis inueniretur. Propter ꝙ iter eos vocabat theosoph⁹: ꝛ hoc ꝑpter eminētē sapiētiā que erat in illo. Nam theosophus dicit a theos quod est de⁹: et sophus quod est sapiens quasi de⁹ sapiens. Deus inquā per participationem. Cognominabatur autem Areopagita a loco vn̄ oriund⁹ erat: q̄ areopagus dicebatur: vbi colebatur mars. Nam atheniēses cognominabant pagos suos a dijs q̄ in illis colebantur. Areopagus aūt dr ab ares quod est mars: ꝛ pagus pagi: quasi pagus siue vicus in quo erat templum martis: et in quo ipse mars colebatur pro deo.

¶ Moraliter. Sicut gentiles olī habebāt suos philosophos q̄ sapiētes dicebant: ita et christiani suos habent. Nam inter christianos illi veri philosophi cēsendi sunt q̄ student bene viuere: vt possint bene mori. Un̄ dn̄s Anto. in scda parte chronice sue. titu. x. ca. iiij. narrat ꝙ q̄dā philosophus dictus Euboli⁹ interrogauit beatum Basilium quenā esset definitio philosophie. Ad quē ille. Prima inquit definitio philosophie est meditatio mortis. Similr Sene-

ca epl'a. lxxij.refert de Socrate q totã philosophiã reuocauit ad mores. Insuper hanc dixit esse veram philosophiam siue sapiẽtiam: bona malaq distinguere. Hec ille.

¶ Secũdo deus apparuit mirabilis in sancto Dionysio admirãdo. Dicit em̃ phs .i. metaphisice: q ꝓpter admirari cepe rũt homines philosophari Quã admiratiuus autem fuerit iste philosophus Dionysius:ptz ex consideratione eclipsis q̃ contigit in xp̃i passione. Nam cũ hoc signũ vidissẽt philosophi Athenienses ceperũt valde admirari:eo potissimum q nõ poterant eaz resoluere i causam naturalẽ. Tũ p̃rio qr fuit vniuersalis. Cetere aũt particulares. Tum scd̃o qr contigit quasi in plenilunio. Cetere autez contingunt qñ luna subiacet soli. Tum tertio quia durauit tribus horis. Cetere aũt multo min⁹ durant vt satis constat. Hec igit̃ considerãtes dicti philosophi cõclu serunt dicẽtes aut q ordo nature peruertebatur:aut q elementa mentiebãtur: aut q de⁹ nature patiebatur. Sunt autez qui referunt Dionysiũ tunc dixisse. Hec nox quã nouam miramur:totius mũdi veram lucem aduenturam significat. Ex tunc ergo Athenienses illi deo araz construxerunt. ⁊ supra positus est titulus:ignoto deo. Sic eni faciebant singulis aris vt sic cognosceretur per titulum super positũ cui deo essent dedicate.

¶ Moraliter. Debemus merito hodie mirari eclipsim: lune .i.status ecclesiastici. Olim eni luna: id est ecclesia erat valde clara in suis filijs ⁊ suppositis: sicut patuit tẽpore apostolorũ. Item tempore sacrorum doctorum: quales fuerunt Hierony. Augusti. Ambro. Grego. Chrysostomus. ⁊ similes: qui per doctrinam suam et vite meritum illuminauerunt totã ecclesiaz. Sed postmodum luna eclipsata est: suumq lumẽ pro magna parte perdidit: quandoquidez eccl'ie prelati postpositis spiritualibus totum affectum suum applicuerunt circa terrena/caduca/ et transitoria: ita vt ferme omnes videantur querere que sua sunt: et non que Jesu Christi. Sunt etiam pleriq eorum absq literis:ita vt vix linguam latinã intelligant. Mentior si non fuerim premonitus a quodam mihi satis familiari cum vellem alloqui quendam magnũ episcopũ:vt abstinerem mihi a lingua latina:alias non intelligeret que erã apud eum propositurus. Ecce quomodo luna eclipsatur per ignorãtiam prelatorum modernorũ. Et qd̃ aggrauat culpã eorum:vbi deberẽt habere viros graues doctos ⁊ literatos apud se: vt notatur. ij. q. vij. cũ pastoris. Item duobus capitulis sequẽtibus. Similiter de consecra. distin. i. episcopus profecto habent: de multis loquor:viros dyscolos/ mũdanos/ignaros/non sapientes que dei sunt sed que mundi Sed de hoc hactenus.

¶ Tertio deus apparuit mirabilis in sctõ suo Dionysio disputãdo. Nota qũo Paulus disseminãs verbũ dĩ venit Athenas ⁊ igressus scholas philosophorũ cepit cum eis disputare de

multis magnis ⁊ altis materijs eos conuincens efficacissimis rationibꝰ. Pro quo notādū q̄ quidā erant inter eos qui dicebantur epicurei: asserētes btitudinē seu felicitatē cōsistere in delectationibꝰ venereorū: ac ciborū ⁊ potuū: siue vt breuius loquar: in sola corporis voluptate. Alij autē dicebant Stoici: qui habebāt ante domos suas depicta gesta sapiētum/et virorum fortiū historias. Et tales dicebāt felicitatē ꝯsistere in ꝟtute animi. Qđ verū est loquēdo de felicitate vite. Secꝰ aūt de felicitate prie q̄ consistit in aperta dei visione ⁊ fruitione: iuxta illud xp̄i verbū Jo. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te verū deū. Primi ergo philosophi qui epicurei dicebātur multū a ratione recta distabant ⁊ errabāt. Tū primo quia sic nō differret homo a brutis q̄ querunt delicias suas corporales. Nec certe haberet hō iumēto āpliꝰ pro omni labore suo quo laborat sub sole. Tū scđo qꝛ vera felicitas excludit oēm tristitiam. Non sic aūt facit voluptas corporis: quinimo vt dicit Boetiꝰ de cōso. li. iij. prosa. vij. Tristes esse voluptatū exitus quisquis reminisci libidinū suarum volet/itelliget. Deinde subdit id quod prius dictum est. Que si beatos explicare possunt: nihil cause est quin pecudes quoque beate esse dicantur: quarū oīs ad impledā corporalē lasciuiā festinat intentio. Hec ille. Predictos ğ philosophos facile cōuincere potuit doctor Paulus. Quibꝰ superatis ingressus est scholas Stoicorum: cū quibus longum certamen habuit: illis manifestissimis rationibꝰ ostendēs aliam esse vitā preter presentē: in qua reperit vera beatitudo: que nūq̄ deperditur postq̄ quis illam semel adeptus fuerit. Et ad hanc (inquit Paulꝰ) felicitatem eternā nullus peruenire potest nisi credat in magistrum meum Jesum xp̄m. Ipse eīn est qui aperit: ⁊ nemo claudit. Claudit: ⁊ nemo apit. Multa alia tunc predicauit ⁊ dixit Paulus dictis Stoicis ita vt non possent resistere sapientie ⁊ spiritui: scilicet sancto: q̄ loquebatur per os eius.

¶ Moraliter. Multi sunt qui se christianos dicunt: ⁊ non sunt: nisi forsan noīe et charactere baptismali: sed potius censendi sunt de secta predictorū philosophorū epicureorum. Hi sunt q̄ in hac vita non querunt nisi voluptates suas corporeas tā in cibis et potibus/q̄ in venereis et spurcitijs plurimis ⁊ abominabilibus. Unde merito appellari possunt epicurei: id est porci ⁊ brutales potius q̄ homines. P̄s. Homo cum in honore esset: quia ad imaginem ⁊ similitudinē dei factus: non intellexit. id est intelligere noluit. Et ideo comparatus est iumentis insipientibus: et similis factus est illis: supple querendo delicias suas carnales. Alij autem ponunt summā felicitatem consistere in diuitijs ⁊ rebus huius seculi: vt sunt auari et cupidi: de quibꝰ p̄s. Beatū dixerūt populum cui hec sunt: id est qui abundat diuitijs. sed huius cōtrarium dicit xp̄s Matthei. v. Beati inquit pauperes spiritu

q̄m ipsorum ꝛc. Alij ꝓo ponūt pfe=ctam felicitatē consistere i ho=noribus ꝛ hui⁹ seculi vanitati bus: vt sunt supbi ꝛ ambitiosi/ qui querunt ambulare in ma=gnis/ꝛ cuȝ magnis: et in mira=bilibus supra se.i.supra merita sua. Sed tales sunt valde ceci et fatui: maxie cū sepe videant magnos ꝛ eleuatos in honori=bus hui⁹ seculi turpiter deijci. Et de hoc habes historiam de Aman. Hester per totū. Unde ps. Uidi impium superexalta=tum et eleuatum sicut cedros libani. Transiui/ꝛ ecce nō erat ꝛc. Ecce quomodo sepe tales in sperate humiliant et deijciun=tur de honoribus suis.

¶ Quarto deus apparuit mi=rabilis in beato Dionysio/con=uertendo supple ipm ad fidem ministerio beati pauli. Nota quō finita disputatiōe inter phi losophos Athenieñses et Paulū egressus inde Paul⁹ venit in tē plum deorum. Et perlustratis al=taribus singulorum deorum: po=stremo peruenit ad quoddā al=tare dedicatū deo ignoto: vnde ꝛ i superscriptione illius hic ha bebatur: Deus ignotus. et for=te imago aliqua ibi insculpta erat sub qualicūq; forma. Cūq; Paulus interrogasset Diony=sium q̄d sibi vellet predictus ti tul⁹: ille cepit sibi narrare qua=liter tali tempore contigit ecli=psis insolita: ꝑpter quam cau=sam ipse cōcluserat deū nature tūc pati. Adiecit Paulus. Et il=le est quē ego predico vobis: sci licet Jesus christus. Et tūc ce=pit multum loqui de xpi incar=natiōe/vita/morte/ resurrectio ne/et in celū ascensione. In cu=ius rei testimoniū cecus a casu illac transiēs illuminatus est. Quo viso Dionysius cōuersus est ad fidem cū Damari vxore sua ꝛ tota familia/ q̄ oēs statim baptizati sunt. Mansit autē ibi Paul⁹ triēnio: quo l tpe instru=xit Dionysiū: quem epm Athe=narū preficiēs inde abijt. Ecce q̄ admirabilis fuit de⁹ in con=uersione sancti sui Dionysij.

¶ Moraliter. In lege nature ferme apud oēs erat ignotus de⁹: paucissimis exceptis: vt pō=te pt̄iarchis. vñ ps. Dixit insi=piēs in corde suo: non est deus. Tūc enim multitudo ppl'i cole bat multitudinem deorum: iste istū: et ille illū: sed tñ verū deū nō cognoscebāt errore ꝛ idolo=latria seducti. Postmodū in le=ge scripta habitātib⁹ in regiōe vmbre mortis lux orta est eis. Esa.ix. Nā tūc ppl's iudeorum ce=pit hr̄e notitiā vnius veri dei: iuxta illud ps. Notus in iudea deus: Maiores aūt eorum cogno=uerūt trinitatis mysteriū. De=mū in lege grē oēs veri catho=lici tā maiores q̄ minores cre=dūt ꝛ cōfitētur explicite deum esse trinū et vnū. Ecce quō suc=cessu tpis creuit fides: ꝛ simil'r quō de⁹ olim ignot⁹ factus est notus. Uñ ad ꝓpositū loquens Greg. sup Ezech. homi.xvi. di=cit sic: Sancti illi patres quos per sacrā scripturam ante legē fuisse cognoscimus: vnū quidē oīpotētē deū sanctamq; trini=tatē esse nouerunt: sed eandem trinitatem quam cognouerunt apte minime p̄dicauerūt. Da=ta aūt lege: rudis ille hebreorum populus mādata decalogi ser=uare conatus est: sed tamen de

cognitiōe sctē trinitatis erudi-tus nō est. Et quāuis hāc spirita-les pres perfecte cognouissent/ multitudo tñ synagoge nec in-uenire mysteriū trinitatis po-tuit: nec q̄rere sciuit. Superue-niēte aūt grā per testamentum nouum. oīs fidelis ppl's vnum deum trinitatem esse cognouit. Deīde post paucs infert dicēs Ptz ḡ q̄ per incremēta tēporū creuit sciētia spūalium patrū. Plus nāq3 Moyses q̄3 abrahā: Plus pphete q̄3 Moyses. Plus apli q̄3 pphete in oīpotētis dei scientia eruditi sunt. Ecce em̄ pphets Dauid q̄ dicit: Super senes intellexi. Item de aplis ait Xp̄s Luce. x. Multi reges et pphete voluerūt videre que vos videtis/ et non viderunt: ⁊ audire ⁊c. Greg. vbi supra.

¶ Quito de⁹ apparuit mirabi-lis in sancto suo Dionysio in-struendo. Fuit enim instructus a suo magro Paulo p triēnium quo cū eo stetit. Et tunc ea que ipe Paulus in tertiū celum ra-pt⁹ viderat: sibi reuelauit. Hoc autē aperte insinuant ea q̄ ip se Dionysi⁹ scpsit de hierarchiis/ ordinib⁹/ officiis/ et dispositio-nibus angelo⁊: que oīa ita cla-re scribere non potuisset nisi in ppria raptus fuisset/ aut ab eo q̄ raptus aliqñ fuerat didicis-set. Habuit ergo optimū magi-strū: sc3 Paulū: et ideo non mi-rum si fuit doctissimus. Unde ex quo fact⁹ fuit Atheniensium ep̄s: cepit sancte predicationi diligenter insistere: adeo q̄ to-tam ciuitatē vna cum maxima pte toti⁹ regionis illi⁹ ad fidē xp̄i adduxit. Unde dn̄s Anto. in p̄ma parte chroni. sue. tit. vj. ca. xxviij. in princi. in eius ma-gnam laudem dicit duo. Primū est q̄ ipse fuit precipuus inter omnes discipulos Pauli. Scd3 est q̄ ipse fuit primus inter om-nes ecclesie doctores qui post apostolos scripserunt.

¶ Moraliter. Hic datur nobis intelligi q̄3tum prosit dare no-uiter addiscentib⁹ bonum ⁊ do-ctum preceptorē. Nam qđ a iu-uentute capit testa/ inueterata sapit. vñ Eccli. iij. Filii tibi sūt: erudi illos: siue per te: siue per aliū idoneū. Nota qūo beatus Ludouicus quōdā Fraco⁊ rex faciebat filios suos erudiri in morib⁹ ⁊ literis per viros reli-giosos: et p̄sertim ordinum fra-trum predicato⁊ et mino⁊um. Et per oppositum multū obest p̄mordialis vitiosa instructio. Sicut refert dn̄s Antoninus in prima parte chronice sue. titu. iiij. c. ij. de Alexandro magno: q̄ adhuc iuuenis corruptus est a preceptore suo Leonide. De quo dicit Hieroñ. ad Alletam scribēs: q̄ postq̄3 factus est vir et rex potentissimus: nō tamen potuit carere illis vitiis quib⁹ adhuc paruulus infectus fue-rat per ipsum Leonidem. Pro-pter quod ipsemet Alexander postea tradidit eundem prece-ptorem suum Leonidem leoni-bus deuorandum.

¶ Sexto deus apparuit mira-bilis in sancto suo Dionysio p-phetādo. Magnum em̄ donum dei est prophetare. Sed adhuc multo maius est prophetam de his que super eum ventura sūt illuminare ⁊ instruere. Sic aūt fuit de beato Dionysio. Cōstat em̄ beatum Joannē euangeli-

stam maximum xpi amicum do no prophetie fuisse dotatū sicut ptz in Apoc. ꝛ tñ hūc btūs Dionysius quodammodo illumina uit. Hoc autē fuit quando prophetauit de reuocatione sua ab exilio de pathmos. Nam cum il lic tanꝗ exul missꝰ fuisset Joan. dionysius destinauit ad eū epistolam hec verba continentem. Gaude vere dilecte. Ex insula que est in pathmos dimitteris et ad terram Asie reuerteris: et facies ibi fructum ꝛc.

¶ Moraliter. Ex hac historia viri magni et docti instruuntur libenter audire consiliū aliorū etiam inferiorum aut minus peritorum. Potest enim eque bene loqui spiritussanctus per os inferioris sicut superioris: quia non alligauit suam potentiam aut virtutem ad hunc vel illum quinimmo vt habetur Joan. iij. Spiritus vbi vult spirat. Propheta enim et rex valde potens erat Dauid: ꝛ tamen valde humiliter audiuit verba increpatoria alterius prophete: scȝ Natham: increpantis eum de adulterio et homicidio ꝛ similiter sibi in spiritu prophetico annunciantis mortem filij ex Bersabee geniti. Istud aūt est contra multos prelatos ꝛ potentes qui non equanimiter ferunt si quis eis inferior quātuncūꝗ gratiose ꝛ prudenter eos reprehendat sed statim prorumpunt in verba contumeliosa ꝛ iniuriosa. Et ideo vbi cognoscuntur a suis inferioribus tales: tunc dimittendi sunt in suis fecibus.

¶ Septimo deus apparuit mirabilis in sancto suo Dionysio zelando. Tāto em̄ zelo ducebatur ad magistrum suū Paulum: et ad apostolorum principem Petrum: ꝙ cum audisset eos a Nerone in carceribus Rome detineri episcopum sibi substituit: ꝛ ad eos visitandos quāprimū potuit iter arripuit. Uerū cum applicuit Romā: comperit eos feliciter migrasse ad dominum. Unde valde doluit ꝙ eos in hac mortali vita adhuc inuenire nō potuit. Eum tamen benigne et charitatiue recepit papa Clemens qui ipsi Petro successerat: eo sic ordinante dum adhuc viueret.

¶ Moralr. Ex predictis datur nobis triplex documentum. Primum est ꝙ debemus singulari zelo duci ad eos quos verisimiliter credimus esse speciales dei amicos ꝛ seruos. Secundū documentum est ꝙ debemus rationabiliter flere ꝛ dolere super morte seruoꝝ dei: maxime cum estimamus ꝙ eorum vita potuisset adhuc esse vtilis ecclesie. Et propter hanc causam discipuli beati Martini flebant eius decessum dicentes. Cur nos pater deseris: aut cur nos desolatos relinquis? Inuadent enim gregem tuū lupi rapaces. Sed profecto pauci ita faciunt. propter quod dicit scriptura Esa. lvij. Justus perit: ꝛ nō est qui recogitet in corde suo. Et viri misericordie colliguntur: nec est qui intelligat. A facie malitie supp. habitantium in terra: collectus est iustus. Tertium documentū est ꝙ serui dei sunt charitatiue tractandi: et presertim ab episcopis ꝛ p̄latis: sicut Clemens tractauit Dionysiū. Opȝ inquit Aposto. episcopum esse

hospitalem. j. ad Tim. iij.

¶ Octauo deus apparuit mirabilis in sancto suo Dionysio obediendo. Cum enim aliquanto tempore ipse stetisset Rome: tandem beatus Clemens destinauit ipsum ad gallias: ibi seminaturum et plantaturum fidem xpi. At ille humiliter acceptauit talem obedientiam: nec petiuit remitti ad propria: siue ad suum priorem episcopatū athenienseium. Dedit autem illi Clemens certum et bonū numerum virorum electorum: qui possent cooperari illi in predicationis officio ad plantandam fidem per regnum francie et partes coadiacentes. De quorum numero fuit Taurinus: huius ciuitatis Ebroycen. apostolus et episcopus primus: vir certe totius sanctitatis, ministerio ipsius clementis sacro baptismate perfusus, et quem nonnulli asserunt eiusdē Dionysij filiolum. Alios autē discipulos suos misit Dionysius per diuersas partes regni Francie et nationum vicinarum.

¶ Moraliter. Exemplo viri dei Dionysij instruuntur quicꝫ fideles obedire prompte summo pontifici sicut oues pastori, Clerici et laici suo episcopo: atqꝫ religiosi suo prelato: ita vt prestent predictis obedientia in his que dei sunt: et que fidem et bonos mores concernunt. Nam vt dicit Augustinus ad fratres in eremo sermo. xxxiij. qui intitulatur de duobus generibus hoim mundū relinquentiū: dicit sic. Nihil maius est obedientia. Nihil peius inobedientia. Adā perijt: qꝛ inobediens fuit. Christus resurrexit: qꝛ patri obediuit Jonas inobediens a pisce absorptus est. Saul inobediens a demone correptus est. Hec ille.

¶ Nono deus apparuit mirabilis in sancto suo Dionysio proficiendo. Nam postqꝫ venit parisius que olim Lutetia a luto dicebatur: eo qꝫ pluuiali tempore lutosa videatur: ipse lutum spurcitie et idololatrie ab ea euellere studuit: populum eiusdem ciuitatis ad fidem conuertens: ecclesias erigens: et clericos diuersi ordinis in eis constituens. Fecit ergo sicut bonus princeps: q̄ conquisita bona ciuitate deponit priores officiarios: et rectores nouos instituit.

¶ Moraliter. Hic habent documentum verbi dei predicatores vt quamprimum veniūt ad aliquam ciuitatem aut locum studeant destruere synagogam satane ac omnem habitationem spiritus immundi: id est vitia et peccata. Quibus pro posse extirpatis debent inserere virtutes: et populum prius peccatis deditum, ad verum dei cultum allicere. Hec enim sunt summe ab omni predicatore obseruanda. presertim si querat fructum facere in populo. Da exemplum de hortulano qui primum euellit malas herbas et radices earum: deinde seminat et ordinat bona grana.

¶ Decimo deus apparuit mirabilis in sancto suo Dionysio patiendo. Nam sicut Christus in odium veritatis quam predicabat: multa perpessus est ab impijs iudeis: sicut sacri euangeliste frequenter insinuant: ita

et eius discipulus atq galliarū apostolus Dionysius multa sustinuit tormenta pro fide eiusdem xpi. Pro quo notandum q tunc temporis imperium Romanū regebat Domitianus atrocissimus christianorum persecutor. Hic enim satelles diaboli preceptū dederat officiarijs imperij vt vbicunq inuenirēt christianos: aut eos ad sacrificandū idolis compellerent: aut diuersis tormentis ipsos trucidarent. Audiens ergo dictus Domitianus beatum Dionysium Parisius fidē xpi predicantem: illic misit crudelem tyrannum nomine Fescennium: qui quum primum illic applicuit: certificatus per cultores idolorum illic Dionysium adesse / illum ad se accersiri fecit. Cuius constantiam in fide Christi post multas questiones comperiens: videns q non poterat ipsum blanditijs a suo proposito reuocare: penas varias et duras adhibere studuit. Primo enim instar Christi fecit eum cū duobus socijs suis: scilicet rustico et eleutherio flagellari / conspui / colaphizari / et derideri. Illi vero dicebant cum apostolo Paulo illud Actuū.xiiij. Non sunt condigne passiones huius temporis ad &c. Secundo more Romanorum apposuit eis graue pondus catenarū: qb9 cstrictos in carcerem fecit ipsos recludi.

¶ Tertio in crastinū de carcere eductos: supra cratem ferream & ignitam nudos fecit extendi. At illi dn̄o psallebant velut tres pueri in fornace regis Nabuchodonosor. Dan̄.iij.

¶ Quarto bestijs crudelissimis et multo ieiunio maceratis iussit sanctos dei martyres exponi. At illi velut alter Daniel illesi euaserunt. Quanuis em̄ cum magno impetu contra eos currerent: nihilominus viri dei facto crucis signo huiusmodi bestias ferocissimas / mansuetissimas reddiderunt. In quo quidē facto apparet quāta sit vtus crucis: vel potius q̄tum sit crucis signaculū. Hoc etiam signaculū terret ferocissimos demones. Quinto dict9 Fescēnius iussit clibanū vehemēter accendi deinde sctōs dei amicos illic iactari. Sed affuit angelus de celo qui ignem extinxit / sicq dicti sancti nihil ibi passi sunt. Sexto fecit eos crucibus affigi: eo q crucifixum predicarent. Sed cū diu ibi psallendo stetissent: tandem fecit eos inde deponi: et in carcerem recludi.

¶ Moraliter. Cū audimus sanctos dei martyres etiam vt in pluribus innocentissimam vitam ducentes / tot et tanta passos pro christi nomine: debem9 exemplo eo armari ad aggrediendum ardua propter dominum: et similiter ad equanimiter sustinendum aduersa. In cuius figuram legitur primi Machabeorum.vj. q cum Antiochus vellet preliari contra Judam Machabeum: et haberet in exercitu suo.xxxij. elephantos: fecit ostendi dictis elephantis sanguinem vue et mori: ad acuendos eos ad prelium. Applicatio est facilis.

¶ Undecimo de9 apparuit mirabilis in sctō suo Dionysio cōicando. Cū em̄ dictus prepositus Fescēni9 fecisset btm̄ Dionysiū

recludi in carcerē teterrimum vt dictū est: in loco qui nūc dicitur sanctus Dionysius de carcere. situs ad pedē magni pontis parisieñ. accessit ad eū xp̄s cōicās eum sacramento altaris et dicens ei. Accipe hoc chare me⁹: q2 mecū est maxima merces tua. Tradūt aūt alique historie q̄ btūs Dionysi⁹ in loco carceris celebrabat missā: & secreto populū fidelem cōicabat. Ad quem accedēs xp̄s sumpto de altari sacramēto ip̄m cōmunicauit. Sed siue sic: siue sic: cōstat q̄ Christus ostendit charo suo dionysio familiaritatē maximā: ip̄m se ipso cōmunicādo. In hoc ergo facto Christus fecit seruum suū Dionysiū quodāmodo parem apostolis suis quos i vltima cena ꝓpriis manibus communicauit.

¶ Moralit. Per hoc q̄ xp̄s cōmunicauit btūm Dionysiū morti propinquū: datur nobis itelligi q̄ omēs christifideles facti adulti cū sentiūt se morti propinquos: debēt petere humiliter sacramētum altaris: & ip̄m reuerenter suscipere de manu sacerdotis tanq̄ de manu xp̄i. Sic eñ precipitur extra de peñ. et re. ca. omnis vtriusq̄ sexus. §. Cū infirmitas corporalis. Propterea precipitur curatis & vniuersis curam animarū habentibus vt propter infirmos communicandos semper habeant eucharistiam paratam: vt patet de consc. dist. ij. presbyter.

¶ Duodecio deus apparuit mirabilis in sctō suo Dionysio migrando. Post predictā igit̄ incarcerationē: & sacrā cōmunionē: Fescēnius iterū iubet virum dei sibi presentari: & iterum nouis suppliciis affici: eo q̄ nollet idolū mercurii adorare: qđ colebat̄ extra vrbē Parrhisiensem ad pedem montis qui nunc dicit̄ mons martyrū. Vñ tandem ad p̄ceptū sepe dicti Fescennii in eodē loco capite trūcatus est vna cum discipulis suis Rustico et Eleutherio. Quo facto mortuum corpus diui Dionysii seipsum diuina virtute erexit: & assumpto capite suo inter brachia cūctis qui ad spectaculum venerant videntibus: angelo duce: & celesti lumine precedente: ambulare cepit per duo milia: vcz a loco qui modo mons martyrum dicitur: vsq̄ ad locū vbi nunc sua electione & dei prouidentia requiescit. Quanta autē tunc ab assistētibus & diuum Dionysiū vsq̄ ad locum sepulchri sequētib⁹ audita fuerit per aera melodia: non solū exprimi: sed nec excogitari potest. Propter qđ multi paganorum cōuersi sunt ad fidem catholicam. prestante domino nostro Jesu christo qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat. Amen.

¶ De beato Luca euangelista.

Salutat vos Lucas medicus charissim⁹. Col. iiii. Maxima est charitas sanctorum dei ad nos pauperes et miseros peccatores: ita vt dicat Apostol⁹. j. ad Corinthi. xvj. Salutant vos omnes fratres. Ac si diceret. Omnes electi qui fraterna charitate vos diligunt: salutant vos viatores: id est salutem vobis desiderant: vel salutem vestrā apud deū suis intercessionibus

procurant. Tum vt compleatur numerus electorum. Quo completo reddent electis stole singule.i.corpora sua glorificata. Tum vt augeatur gaudiū eorum: saltem accidentale. Nam quāto plures saluabuntur: tanto plus crescet gaudium predictū ipsorū beatorū. Unde propter predicta ipsi sancti nō cessant die ac nocte orare dn̄m pro nostra salute. Singularius autem beatus Lucas salutē procurat pariter et optat sibi deuotis famulis prout innuit Apost. in p̄missis verbis: dicēs. Salutat vos Lucas medicus charissim⁹. Magna certe est charitas huius sancti pariter ꝛ humilitas: in hoc scꝫ ꝙ dignatur nos salutare. Solent em̄ inferiores salutare superiores: sicut serui dominos: discipuli magistros: subditi p̄latos. At vero christi euāgelista Lucas q̄uis sit nobis superior: tum dignitate: qꝛ euāgelista xp̄i: tum statu: quia regnās in celo: tum vite merito: qꝛ plenus sp̄ūsancto: vt testatur Hieron in prologo super euangeliū eiusdē: nihilominus ex abūdanti charitate ꝛ humilitate sua nos humaniter salutat prout innuit Paulus in verbis que p themate premisimus qꝛ salutat vos Lucas m. cha.

¶ In p̄senti sermone tria principaliter videbuntur de beato Luca: videlicet

De eius officio
De vite merito
De excellēti p̄mio.

¶ Quantum igit̄ ad p̄mū notandum ꝙ de glorioso Christi euāgelista Luca pauca pro tanti viri excellētia inueniuntur ab historiographis scripto cōmendata. Unde satis admirari nequeo. Huius autem causam nescio. Non licet tamē mendacio augere ipsius laudes: coꝙ nostro mendacio non indiget. Quantum tamen possum perpēdere ex diuersis scriptis hic sāctissimus euangelista habuit in presenti triplex officiū siue exercitium laudabile. Fuit enim

Medicus peritissimus
Pictor excellentissimus
Notarius veracissimus.

¶ Primo igitur fuit medicus peritissimus. Sic em̄ euꝫ vocat Paulus: vt ptꝫ i themate: corinthῆs scribēs ꝛ dicens. Salutat vos Lucas medic⁹ charissim⁹. Sed q̄re addidit charissimus? Certe ad innuēdū ꝙ ipse lucas non erat de numero illorū medicorū qui nolunt mederi egritudines hoim nisi spe lucri: pro q̄o aūt ꝛ ex charitate vix aliq̄d volūt facere. Ecōtra aūt lucas plus subueniebat egrotis propter deū q̄ ꝓpter nummū. Propter q̄d apostolus vocat ipsum medicū charissimū. De eo etiaꝫ scribēs Hieron. in prologo sup euangeliū eiusdē: dicit sic. Lucas syrus natiōe. Antiochensis .i. de antiochia: arte medicus. Itē idē Hieron. in prologo sup actus apostoloꝝ de eodē scribens ait. Lucas natione syrus cuius laus in euangelio canit̄. Quasi dicat ꝙ ad eius magnaꝫ laudē facit ꝙ euāgeliū scripserit. Sequit̄. Apud Antiochiam medicine artis egregius. Et vt dicit idē Hiero. in fine eiusdem prologi. Hunc ita diuina subsecuta est gratia: vt non solū corporibus: sed etiā animab⁹ eius proficeret medicina. Hec ille.

Concludamus ergo q̄ beatus
Lucas ante conuersionez erat
medicus corporum. Post con=
uersionem vero factus est me=
dicus animarum.

¶ Moralit. Duplices sunt me=
dici: quidam corporum: alij ani
marū: vt sunt doctores ⁊ prela
ti. Et vtriq̄ sunt necessarij. Itē
honorādi. Itē salariandi iuxta
laborē suum. Hinc est q̄ prela=
tis dantur decime. Predicato=
ribus etiā debet populus vite
necessaria. Nihilominus sicut
medici corporuz sunt in triplici
differētia. Primi sunt q̄ nō ha=
bēt peritiā nec experiētiā suffi=
ciētem: ⁊ tales sunt valde peri=
culosi. Alij habent quidem pe=
ritiā artis sue: sed nō sufficien=
tem experientiā: quousq̄ mul=
tos egrotos occiderint: vt vul=
go dicit. Alij aūt habēt vtrūq̄
sed sunt nimis cari: nec volunt
gratis mederi quēq̄. Propter
quod tm̄ curant de diuitibus ⁊
potentibus: quos etiā interduz
faciūt diu languere vt plus ca=
piāt ab eis. Unde etiā gaudent
quādo audiunt viros magnos
egrotare. Ita etiā medici aia=
rū: quales sūt ecclīe p̄lati: suo
modo sunt in triplici differētia
ad instar prioꝝ. Primi sunt qui
nō habēt peritiā neq̄ experien=
tiam: id est non habent literas
neq̄ practicā in medendis aia=
bus subditorum suoꝝ. Et tales
proh dolor sūt multi in ecclesia
dei: sed non sine grauissimo pe=
riculo sue salutis: pariter ⁊ eo=
rū q̄ ipsos p̄ficit. Un̄ quāto aia
est plus q̄ corp⁹: tāto grauius
peccant inexpti medici anima=
rū supra inexptos medicos cor
porū. Talibus ergo cōsulendū
est: vt collata sibi beneficia col=
latori resignent: aut saltē vt se
idoneos xp̄i ministros reddāt.
Secundi sunt qui habēt quidē
literarū peritiam: sꝫ minimam
aut nullā experientiam: vt sunt
illi qui nolūt in ꝓpria predica=
re: aut q̄ sunt sui officij exercere
nolētes laborem ferre: queren=
tes lanam ouium suarū: ⁊ non
fructū. Et huius generis sunt
multi curati nolentes residere
cū ouibus suis. Similiter mul=
ti ep̄i: qui se reddunt difficiles
in ordinib⁹ conferendis: itē ec=
clesijs ⁊ altaribus cōsecrandis:
in suis diocesibus visitandis: ⁊
hmōi. Sed volūt habere suffra
ganeos: aut ad se quandolibet
aduocāt ep̄os titulares: quib⁹
cōmittūt predicta facienda: dū
modo nihil depereat de iurib⁹
eoꝝ. Hec enim est cōis practica
modernoꝝ episcoporum. Unde
quidam episcop⁹ titularis: vir
certe doctus: semel me audien=
te dicebat. Nos ep̄i portatiui ⁊
suffraganei damnamus nosip=
sos: pariter ⁊ eos quoꝝ sumus
suffraganei. Nosipsos quidē: q2
nō propter Iesum neq̄ propter
salutē populi procuramus pro
motionē nostram. Alios autem
quorū sumus suffraganei: quia
sumus in causa q̄ non exercent
que sunt officij sui. Utriq̄ ergo
videant ⁊ corde itelligant qua
lis poterit esse exitus eorum ab
hoc seculo: ⁊ quid respondere
poterunt in districto dei iudi=
cio. Contra quos facit clemen=
tina q̄ incipit: in plerisq̄ eccle=
sijs. rubrica. de electiōe ⁊ electi
potestate. Tertij autem medici
aiarū sunt illi qui habēt litera
rū peritiaz: pariter ⁊ experien=

tiam: sed vix semel in anno pre=
dicant: ⁊ tunc magis ad fastum
siue ad ostentationem q̄ ad dei
gloriā et animaꝝ salutem. Qui=
bus merito potest sigillatim dici
illud Luce. v. Medice: cura te=
ipm̄. Q; si sit q̄stio de sūmis me=
dicis aiaꝝ: q̄ merito possunt do
mini decani appellari: p q̄s vo=
lo dños epos designari: pariter
⁊ eoꝝ officiales/ promotores/ ⁊
similes: certe de multis talibus
audeo palā pnunciare q̄ more
medicoꝝ corporum potius vo=
lunt hr̄e infirmos q̄ sanos: atq̄
peramplius gaudent hr̄e sub=
ditos defectuosos q̄ virtuosos.
Et hoc ideo: qr sicut medici cor
poꝝ nullum salariū recipiunt a
sanis: sed tm̄ ab infirmis: sic mo
derni prelati siue eoꝝ officiarij
et practici de curia nihil cōmu=
niter recipiunt ab his q̄ irrepre
hensibiliter viuunt: saltē quo ad
hoies. Sed eoꝝ practica consi=
stit in presbyteris cōcubinarijs
⁊ in illis qui scandalose viuunt:
quos forte non vellent melius
viuere: qr sic minueretur eoruz
practica. Et sup his oibus eos
facio iudices. Cautos tamē esse
volo patres predicatores ne oc=
casione dictorum nostrorum po
nant in celum os suum: publice
statum ecclesie confundentes.
Quinimmo siqua reprehensibi=
lia in viris ecclesiasticis: et si=
gnanter prelatis viderint seu
audierint: seorsum eos admo=
nere studeant: conformiter ad
clementinā de priuilegijs. c. re=
ligiosi: vel oino taceant: atten=
dentes veritatē non nisi pro lo=
co ⁊ tēpore esse dicendam. Sed
de hoc hactenus.

¶ Scdo beatus Lucas fuit pi=
ctor excellentissimus. Forte em̄
hanc artem didicerat priusq̄
ad xp̄i fidē conuerteretur. Veri
simile est aūt q̄ xp̄i matrem vi=
derit in terris ambulantem: cu=
ius etiam effigiem ad viuū (vt
aiunt) depinxisse fertur: nedum
in tabula vna: verumetiam in
pluribus: sicut palam in plerisq̄
ecclesijs ostenditur. Unde re=
fert dominus Antoninus floren
tinus in chronica sua parte. ij.
tit. xij. ca. iij. §. ij. q̄ cum tp̄e bea=
ti Grego. pape atrocissima pe=
stis infecisset ciuitatem Roma=
nam: adeo vt per vicos iacerent
homines mortui: super hoc mi=
sertus dei famulus statuit pro
cessiones solenniter celebrari p
circuitum ciuitatis: ⁊ in eis le=
tanias decantari: atq̄ imaginē
beate virginis a sancto Luca
depictam deportari. Cum er=
go dicta imago deferretur tota
aeris infectio imagini cedebat
quasi eam fugeret: ita vt mira
serenitas et aeris puritas post
eius transitū remaneret. Tunc
etiam iuxta dictam imaginem
(vt fert) audite sunt voces an=
gelorum canentium et dicentiū
Regina celi letare alleluya: qr
quem meruisti portare all'a ⁊c.
Moxq̄ beatus Gregorius qui
processionem sequebatur: addi=
dit dicens. Ora pro nobis deū
alleluya. Tunc etiam vidit idē
Gregorius super castrum san=
cti angeli: qđ prius dicebatur
crescentij: angelum stantem: qui
gladiū euaginatū a cruore de=
tergens in vaginā reponebat.
Per qđ intellexit vir dei Grego.
q̄ deinceps pestis cessare debe=
ret. Quod et factū est. Hoc vbi
supra. Asserunt etiam dñi ca=

nonici insignis ecclesie Cameracen. alteram imaginem diue virginis ab eodē luca depictam inter thesauros eccl'ie sue se habere. Quam proprijs oculis cōspeximus. Est autē depicta in tabula plana: siue in paruo linteo vsq3 ad pectus: cum colore aliquantulum nigro. Formosa tamen et valde gratiosa apparet: ita vt cunctos aspicientes prouocet ad deuotionem.

¶ Moraliter. Debemus omnes esse pictores: non quidem parietum dealbatorum: sed animarum nostraꝝ. Nam ibi debemus depingere imaginem crucifixi per meditationem dominice passionis. Item imaginem beate virginis atq3 sanctorum ⁊ sanctarum dei: ad memoriam reducentes sanctam eorum vitam per quam meruerunt peruenire ad celestem gloriam. j. Machabeorum. iiij. Mementote quomodo olim salui facti sūt patres nostri. Uel dic ad litteram ꝙ debemus depingere siue per nos: siue per peritos artifices imagines sanctoꝝ ⁊ sanctarū dei in thalamis et oratorijs nostris: vt sic prouocemur ad deuotionem per aspectum talium. Quinimmo presentia talium imaginum terret demones vt non audeant illic appropinquare. Sicut refert beatus Cyrillus ad Augustiñ. scribens de imagine beati Hieronymi Uide historiam ad longum in fine epistolaꝝ beati Augustiñ.

¶ Tertio beat⁹ Lucas fuit notari⁹ veracissim⁹. Ipse em̄ egregie ⁊ solenniter gesta xp̄i annotauit: vt ptz in suo euāgelio sub xxiiij. capitulis. Magis tn̄ audita ꝙ visa refert: ꝑut ipsemet testatur in proemio super euangeliū suū ita dicens. Quoniam q̄dē multi conati sunt ordinare narrationes que in nobis cōplete sunt reꝝ: sicut tradiderūt nobis qui ab initio ipsi viderunt: ⁊ ministri fuerunt sermonis: sc3 Mattheus ⁊ Joānes: visum est et mihi assecuto oīa a principio diligenter ex ordine tibi scribere optime theophile: vt cognoscas eorum verboꝝ de q̄b⁹ eruditus es veritatem. Hec ibi. Sil'r veraciter annotauit gesta ap'lorum sub. xxviij. capitulis.

¶ Circa q̄d notandū ꝙ tria induxerunt beatū lucā ad scribendū suū euangeliū q̄ tangit Hiero. in ꝓlogo sup euangeliū eiusdē. Primū fuit spūssancti instigatio spālis. Sic enim de eo testatur in ipsius laudē ipse Hiero. vbi supra: ita dicens. Cū iam scripta essent euangelia: p Mattheū q̄ppe in iudea: ⁊ p Marcū in italia: sctō instigāte spū: lucas in achaie partib⁹ scripsit euāgeliū. Est autem achaia in grecia. Tunc ḡ ibi scripsit lucas suum euāgelium cum sequeretur magistrum suū Paulū, q̄ illic se cōtulerat p̄dicationis gr̄a. Et vt dicit beatus Augu. Uoluit xp̄s suoꝝ gestorum duos testes h̄re de visis. s. mattheū ⁊ Joan. Itē duos de auditis. s. marcū ⁊ Lucam. Neq3 ꝓpterea inualidū est marci et luce testimonium: quia audita ⁊ nō visa referūt: maxie cū illi a q̄bus audierunt, fuerint viri ꝓbatissimi: et q̄ diu cū xp̄o cōuersati sunt die ac nocte. Uerisimile. etiā est ꝙ btūs lucas de multis q̄ scripsit fuerit edoctus ab illa q̄ est doctrix disciplie dei

et electrix operũ illi⁹:scȝ a beata ꝟgie:de q̃ dr Lu.ij.ꝙ ipa cõseruabat oia conferẽs in corde suo:vt scȝ illa tp̃e suo scriptoribus et notarijs sancti euãgelij reseraret. Potissime autem vt pie credit:fuit istruct⁹ ip̃e Lucas ab eadẽ ꝟgie sup mysterio incarnationis ꝛ natiuitatis xp̃i: silr ꝛ pñtationis eius in tẽplo. Uñ de his mysterijs ipse plus et aperti⁹ ceteris euangelistis locut⁹ est. Silr pie credit ꝙ ip̃e idẽ fuerit edoctus a zacharia patre beati Joan.bap.siue forsan ab Elizabeth sup cõceptione ꝛ natiuitate eiusdem Joan. Uñ de hoc plus etiã ceteris locut⁹ est. Scdm qđ induxit beatum Lucã ad scribẽdũ:fuit vtilitas eccl'ie. Nã etsi Mattheus atq; Marcus vera scripsissent tñ aliqua de xp̃o omiserant/q̃ꝝ notitia est multũ vtilis et necessaria ad salutẽ:sicut ptȝ de cõceptione et natiuitate Christi vt prius dictũ est. Quatuor ergo euangeliste in descriptione factoꝝ xp̃i i multis cõueniunt: in nullo discõueniunt : ꝛ tamen singuli aliqua ꝓp̃a dicunt que alij omiserũt. Tertiũ qđ induxit beatũ Lucã ad scribẽdum: fuit hereticoꝝ falsitas. Nã aliqui pseudoeuangeliste. vt refert magister Nico. de lyra:sub noib⁹ aliquoꝝ discipuloꝝ xp̃i: vtpote Thome ꝛ Matthie:scripserũt nõnulla euangelia:inserentes hereses :vt sic sub noie discipuloꝝ xp̃i facilius seducerẽt simplices. Quoꝝ falsitas faciliter deprehenditur ex dictis quatuor euangelistaꝝ. Ptȝ ergo triplex motiuum qđ induxit euãgelistã xp̃i Lucã ad scribẽdum. Ptȝ etiã ꝙ ip̃e fuit notarius veracissim⁹. Qđ aũt euãgelium ei⁹ preferat in ordie euãgelistaꝝ euãgelio Joãnis:non ideo est qr sit dignior aut sanctior Joã.sed qr prius scripsit.

¶ Moralit. Exẽplo beati Luce instruuntur notarij apostolici siue alij:item greffarij:tabelliones ꝛ silẽs:vt sua instrumenta et per eos signata contineant omnimodam veritatẽ q̃tum in eis est. Cui⁹ ratio assignat. C. de fide instru.l.in exercẽdis litibus.vbi dr qđ testes ꝛ instrumenta eadẽ vim obtinẽt. Qđ si secus fecerint: grauissime peccant: et ad restitutionẽ tenẽtur de omi dãno qđ patit ps lesa.

¶ Quantũ ad scdm pncipale in quo videndum est de vite merito diui euãgeliste Luce:notandũ ꝙ sanctitas vite sue ex multis declaratur.

videlicet
- Ex puritate.
- Ex virginitate.
- Ex humilitate.
- Ex familiaritate.
- Ex magnanimitate.
- Ex diuturnitate.

¶ Primo igitur ostendit sanctitas vite beati Luce ex puritate. Sẽper eñ pure ꝛ innocenter vixit:ita vt dicat de eo beatus Hiero.in ꝓlogo sup euãgelium ipsius:item in ꝓlogo sup actus apl'oꝝ : ꝙ ip̃e sine crimie vixit: Carmen aũt ꝓprie pro peccato mortali capitur. Magna certe laus ꝛ vite ꝑfectio beati Luce fuit:q̃ cũ vixerit vltra octoginta ãnos i hac mortali vita vbi tot se offerũt occasiones male agẽdi:ip̃e tñ se protegente dei gr̃a nũq̃ mortaliter peccauit. A pctõ aũt veniali non est ne-

cesse eum excusare: sicut neque scitissimos prïarchas / aut etiā apl'os: etiā post receptionē spiritussancti. Merito ꝙ iste venerabilis euāgelista dict⁹ est Lucas a luce: ⁊ hoc ꝓpter vite puritatē vt dictuꝫ est: ita vt de eo merito possim⁹ dicere illud ps. Scd'm nomen tuum sic et laus tua. Ecce quō ip̄e rē conformauit nomini. Et qđ accrescit ei⁹ laudi ⁊ vite merito: ip̄e habuit vnā occasionē male agendi rōne officij sui. Solent em̄ in primis piti medici eē supbi ⁊ elati / siue p̄sūptuosi: de se magna estimantes: ⁊ ceteros sue artis spnentes ⁊ cōtēnētes: vt sic acq̄rant sibi nomen grande iuxta nomē magnoꝝ medicoꝝ q̄ sunt in terra. At ꝟo btūs Lucas ꝗ̄uis esset medic⁹ pitissim⁹: nūꝗ̄ despexit aliquē sue artis virū: aut de q̄cumq̄ detraxit: sꝫ vnūquemq̄ laudabat. Scd'o solent medici esse auari ⁊ cupidi / care vēdētes sciētiam suā: etiam interdū plus iusto: ita vt q̄nq̄ ditentur in immēsum. Si em̄ sunt piti / tūc multi confluūt ad eos ꝓ remedio ⁊ consilio habendo: tā diuites ꝗ̄ paupes: tam nobiles ꝗ̄ ignobiles: tā clerici ꝗ̄ religiosi et laici: ⁊ ab oīb⁹ capiūt quicq̄d illis offerṫ. At ꝟo btūs Lucas a diuitibus recipiebat moderatū salariū: a paupibus ꝟo ⁊ egenis nihil: quinimmo de ꝓprio emebat illis medicinas necessarias: et hoc ꝓpter deuꝫ. Tertio solent dn̄i medici sibi ip̄is inuidere: estimantes q̄cq̄d lucri accedit vicinis suis: quasi de bursa eoꝝ auferri. Un̄ ex tali inuidia pene infinita mala oriuntur inter eos: vt sunt ire: rixe: discordie ⁊ detractiones: monopolia: machinationes in malū: et hmōi. Nō sic autē egit btūs Lucas: q̄nimmo alios cōmendabat de scientia / de experiētia / de fidelitate ⁊ bonitate. Un̄ ex hoc alliciebat corda singuloꝝ ad se. Merito ꝙ pōt de eo dici illud Ecclesia. xxxj. Potuit transgredi / et nō est transgressus: et facere mala / et nō fecit.

¶ Moraliter. Ex predictis daṫ nobis duplex documētum. Primum est generale: vt scilꝫ pure et munde ꝗ̄tum patiṫ humana fragilitas viuamus. Sic em̄ ad regnū celeste et non aliter tandem perueniemus: iuxta illud Matth. v. Beati mundo corde: qm̄ ip̄i deū videbūt. Dicit etiā dn̄s per Psalm̄. loquens: Innocētes et recti adheserunt mihi. Scd'm documētum est speciale qđ tangit hoīes eiusdem artis seu vocationis: vt scꝫ mutuo se supportēt mutuam inter se habeant charitatem: de se mutuo bene loquantur: ita vt vn⁹ laudet opus alteri⁹ ꝗ̄tum cū equitate et veritate fieri pōt. Sed ꝑfecto valde pauci ita faciunt: sed vt in pluribꝰ mutuo se mordent: et qui peritiores sunt / efficiuntur supbi et elati: qꝛ vt dt Apo. j. ad Coꝛ. viij. Scīa inflat.

¶ Scd'o ostēditur sanctitas vite beati Luce ex virginitate. Nam vt dicit de eo Hierony. in duobus predictis ꝓlogis: ipse nunꝗ̄ vxorē habuit: neq̄ filios aut filias. Addit aūt Hierony. beatū Lucā filios aut filias nō habuisse: postꝗ̄ p̄miserat ip̄m nūꝗ̄ vxorē habuisse: ꝓpter concubinarios et quosq̄ fornicarios: q̄ interdum abūdāt mul-

titudie pluꝰ: etiã plusqꝫ multi vxorati: nec ide erubescunt: qn immo nõnulli coꝝ inde gloriã tur: sicut sequens declarat historia. Erat em̃ nr̃is tẽporibus qdã orator regius parisiꝰ publice legẽs: cui nomen Faustꝰ. Hic em̃ cũ semel inter legẽduꝫ videret auditores suos p magna pte dormitare: iussit venire corã se bastardũ suũ adhuc puulũ/ et ait: Uolo pbare Faustũ poetã laureatuꝫ esse hoiem pfectũ. Unũqdqꝫ tunc pfectum est cum põt sibi sile gñare: sed Faustus genuit sibi similẽ/ demonstrato predicto bastardo. Igit Faustus poeta laureatus ⁊ regiꝰ est homo pfectus. Quo dicto nullꝰ fuit q non excitaretur. Sed certe merito contra tã impudicũ virum poterat impro perari illud ps. Quid gloriaris in malitia qui potẽs ⁊c.

¶ Moraliter. Nos religiosi et clerici debemꝰ imitari xp̃i euãgelistã Lucã in sctã ṽginitate: ⁊ hoc p̃cipue qꝛ ipsa placet deo angelis ⁊ hoibꝰ. Priõ igit virginitas deo placet. In cuiꝰ rei signũ legit apoc. xiiij. q ṽgines sequuntur agnũ quocũqꝫ ierit. Dicitur ẽt Sap.vj. q incorruptio facit pximũ eẽ deo. Uñ in signũ q virginitas placet deo: elegit dei filius nasci de virgie. virgitatẽ ip̃e seruauit: ⁊ eãdem matrẽ ṽginẽ ṽgini discipło cõmẽdauit. Scdo virginitas placet angelis. nã vt ait Hieron. ij. pte eplaꝝ suarũ. epła. lv. exponẽs illud Lu.j. Missus ẽ ãgelꝰ ⁊c. Bñ ad mariã ṽginẽ angelꝰ mittit: qꝛ semper angelis est cognata virginitas. Tertio virginitas placet hoibus: presertim si fuerunt boni/ casti/ ⁊ honesti. In cuius rei signũ hoies volentes nubere: qrũt bonas ⁊ pudicas virgines: nec libẽter con trahũt scienter cum corruptis: vt notat Aug. de verbis domini: tractatu.xlviij. Et silr recitatur in decre.xxxij. q.vj. si dicturi. vbi sic ait. Quis est q non castam velit ducere vxorem? Et si accepturus est virginem: quis non intactam desideret? Hec ille.

¶ Tertio sctitas vite btĩ Luce ostendit ex humilitate. Huius em̃ hũilitas in hoc appet q cũ p̃mũ eẽt apłoꝝ discipulꝰ: tãdeꝫ factꝰ est qsi apłi Pauli fiꝰ: ita vt dicat de eo idẽ Paulꝰ: ij. ad Coꝝ.viij. q ordiatꝰ fuit ab ecclesiis comes peregrinationis sue. Insup eius hũilitas aliũde apparet: vcꝫ ex illo euangelio Lu.xxiiij. vbi agit de duobꝰ discipulis dñi eũtibꝰ in emaus in ipso die dñice resurrectionis: quoꝝ vnus ibi exprimit. s. cleophas. Alterius aũt nomẽ subticet: q credit fuisse ipse Lucas scdm postillatores. Ip̃e igr noluit nomen suũ exp̃mere ne videret ppriam gloriã querere. Ecce eius perfecta humilitas.

¶ Moraliter. Exemplo diui luce docemur hũilitatem non solum ad supiores: verum etiam ad equales fuare. Qꝫ si fuerit ad inferiores/ tunc pfectissima erit. Talis aũt fuit humilitas beati Gregorij pape: qui ex profunda hũilitate primus in litteris apostolicis seruũ seruoꝝ dei se nominauit. Talis etiam fuit hũilitas xp̃i: qui pedes discipulorum suorum in cena lauare voluit. Luc.xxij.

¶ Quarto sanctitas vite beati Luce ostēditur ex familiaritate magna quā habuit cū beata virgine: de qua quidem familiaritate ipsemet dat testimonium in suo euāgelio in pluribus passibus: in quibus valde expresse narrat secreta gesta ꝛ dicta ipsius beatissime dei matris que alij euāgeliste nō narrāt. Hoc patet de mutuis verbis inter eam ꝛ gabrielem dum ille ei dominicam incarnationem nūciaret. Similiter idem patet de mutuis verbis iter eā ꝛ Elizabeth cognatā suā quando ipsam visitauit. Itē de mutuis verbꝫ q̄ illa dixit Simeoni quando ipsa filium suum presentauit in templo. Item de his que ipsa dixit filio suo et filius ei quādo eum duodēnem inuenit in templo. Cum ergo ipse Lucas non esset presens duꝫ predicta agerentur: verisimile est ꝙ notitia talium et similiuꝫ ad eum peruenit ex relatione eiusdem virginis familiariter talia sibi referentis. Possumus ergo ex predictis cōcludere beatum Lucam secretarium fuisse duarum egregijssimarum personarum etiam maiorem ꝙ̄ vnꝙ̄ habuerit mundus iste: scꝫ xp̄i et matris sue.

¶ Moraliter. Sicut beat⁹ Lucas laudat̄ ex hoc ꝙ plura scripsit de beata virgine Maria ꝙ̄ ceteri euangeliste vt ostensum est: ita ꝛ illi predicatores q̄ eaꝫ extollūt: inducētes christifideles ad ei⁹ deuotum famulatū: item doctores q̄ ipsam in suis scriptis magnificare satagūt. sunt laudandi. Insuper tales premia consequentur in celis: ipsa teste Eccl'i. xxiiij. vbi ait. Qui elucidant me: vitā eternā habebūt. Exaltem⁹ ergo eam charissimi ꝙ̄tum possumus: qꝛ maior est omni laude.

¶ Quinto sanctitas vite beati Luce ostēditur ex magnanimitate: siue ex animi constantia que fuit in eo. Nulli dubiū eē quin multa et ardua fuerit frequēter perpessus in oibus illis peregrinationibus quas fecit cum aplo Paulo: hincinde discurrēdo: predicationis ꝛ visitationis christifideliū causa: put ipsemet diffuse describit i actibus apl'oꝝ. Nam etsi ipse Paulus multos habuerit discipulos: nullus tn̄ eoꝝ fuit tam assiduus comes ipsius sicut ipse Lucas: ita vt aliqn̄ solus cū eo remaneret: put ipsemet Paulus testatur. ij. ad Timo. iiij. dicens: Lucas est mecum solus. Ac si aperte diceret. Ceteris discipulis meis p̄ter eos quos certis ecclesijs prefeci: metu persecutionum ac tedio laborum diffugientib⁹: solus Lucas nullo terrore fractus: nullo labore superatus: infatigabiliter mecum perseuerat in tribulationibus et angustijs multis: vtpote i labore ꝛ erūna: in vigilijs multꝭ: in fame et siti: in ieiunijs multis: in frigore et nuditate: vt patet. ij. ad Coꝛ. xi. Uerisimile aūt credi potest ꝙ etiā ip̄e Lucas fuerit pticeps aliaꝝ tribulationum eiusdeꝫ Pauli magistri sui: de quibus meminit vbi supra ita dicēs: In laboribus plurimis: in carceribus abundantius: in plagis. i. verberibus: supra modū: in mortib⁹. i. in periculis mortis frequēter. A iu-

deis quinquies quadragenas supple alapas: vna min⁹ accepi. Ter virgis cesus sum: semel lapidat⁹ sum: ter naufragium feci: et sic de aliis. Ex his ergo oibus possum⁹ clare ppendere magnanimitatem et animi constātiam diui euāgeliste xpi Luce inter hui⁹ seculi aduersa.

¶ Moraliter. Exēplo beati Luce debemus equanimiter ferre aduersa queq. Tum vt purgemur a commissis delictis ꝛ culpis: sicut purgatur rubigo ferri per ignē: vt merito dicere possimus in exitu vite presentis ad dñm illud ps. Igne me examinasti: et non est inuenta in me iniquitas. Tum vt in bono conseruemur: siue vt de bono non gloriemur: exēplo Pauli dicentis. ij. ad Cor. xij. Ne magnitudo reuelationum extollat me: dat⁹ est mihi stimulus ꝛc. Tum vt glorificemur. Act. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei.

¶ Sexto sctitas vite beati Luce ostenditur ex diuturnitate. Ipe eni diu pseuerauit in predictis tribulationibus ꝛ i deuoto seruitio dñi: q: ānis. xxxvij. vel eo circa laborauit cū Paulo ad exaltationē fidei ꝛ dilatationez eccl'ie xpi. Quo in tpe vacabat ieiuniis: vigiliis: disciplinis ꝛ ceteris sctis corporalibus exercitiis. Unde i collecta q̄ de eo in eccl'ia legit'/dr q ipe crucis mortificationem iugiter in suo corpe p amore nois xpi portauit. Et nota q dicit crucis mortificationē. Naz crucis mortificatio nō est aliud q̄ duram ꝛ lōgā ducere penitentiaz: q̄lr fecit ipse lucas vt dictū est.

¶ Moraliter. Exēplo beati Luce docemur perseuerare in tribulationibus ꝛ aduersitatibus pariter ꝛ in vite austeritate vsq in finem vite: ꝛ hoc q̄tum patitur nostra fragilitas. Naz circa vite austeritatē aliter se debēt habere iuuenes ꝛ senes: aliter fortes ꝛ debiles: aliter sani ꝛ incolumes: aliter infirmi ꝛ lāguentes. neq enim vult deus vt carnē nostrā occidamus: sed vt ipsam discrete mortificem⁹. iuxta illud xpi vbū Matt. xvi. Qui vult venire post me: tollat crucem suā quotidie: ꝛ sequatur me. Hoc igitur male attendūt multi iuuenes fortes ꝛ potētes: qui delicate et opulenter volunt viuere. Et ideo non mirum si replentur multis tentationibus et illusionibus carnalibus.

¶ Quantum ad tertium principale in quo videndum est de excellenti premio beati Luce: sciendum est q preter premium essentiale qd consistit in dei visione: ipe hz aliud triplex premiū accidentale: qd vocari potest triplex aureola correspondēs triplici actui excellēti meritorio ipsi⁹. Ipe nēpe fuit virgo vt dictū est. Itē fuit doctor in euāgelio suo: et sil'r i actibus apostolor. Itē fuit quodāmodo martyr: in hoc scz q crucis mortificationem iugiter in suo corpore pter deum portauit. Multi enim martyres cito interierunt in tormentis: sz iste in illis pseuerauit annis. xxxvij. vt dictū est. Et iō nunc merito coronat' i celis triplici aureola vcz vginū: doctorū ꝛ martyrū. Quieuit aūt in bethania anno

sue etatis. lxxiiij. vel ſm alios lxxxiiij. Nam primum numerū ponit Hieron. in prologo super euāgeliū eiuſdē. Scōm ꝟo numerū ponit idem in ꝓlogo super act⁹ apl'oꝝ. Sz ne videat̄ Hiero. ſibiipſi cōtrarius: dic ꝙ talis diuersus nūerus ꝓcessit ex vitio scriptoꝝ. Hui⁹ igit̄ ꝓcib⁹ ille nobis largiat̄ gratiā in presenti: ⁊ gloriam in futuro qui in trinitate perfec. ⁊c.

¶ Sermo de apl'is Simone ⁊ Juda.

Ecce ꝙ bonū et ꝙ iucundum habitare fratres in vnū. ps. cxxxij. Regius ꝓpheta Dauid q̄si ꝓuidens in spū ꝓphetico hos duos sanctissimos xp̄i apl'os et fr̄es vterinos. Simonē ⁊ Judam: ꝓrupit in hec verba: Ecce ꝙ bonū. i. ꝙ vtile: ⁊ ꝙ iucūdū. i. delectabile: habitare fr̄es. s. Simonē ⁊ Judā: in vnū. Sed i quod vnū? Certe in vnū multiplex. Pro quo notandū ꝙ est multiplex vnitas. Prima dr̄ carnalis: de qua Gen. ij. Erūt duo i carne vna. Scd̄a dr̄ mētal': de q̄ Act. iiij. Multitudinis credētiū erat cor vnum et aīa vna. Tertia dr̄ moralis: de qua in ps. Deus q̄ inhabitare facit vni⁹ moris i domo. Quarta dr̄ socialis siue corporalis: de qua pōt intelligi ꝑdictū verbū Ecce ꝙ bonū ⁊c. Ad ꝓpositū ꝑdicti duo xp̄i apl'i hītauerunt in vnū ſm q̄tuor ꝑdictos modos vnitatis. Primo quidez i vnū carnal'r ſm ꝙ ꝓcesserunt ab vno ⁊ eodē patre carnali: q̄ dictus est alphe⁹. Itē ab vna et eadē mr̄e carnali: q̄ dicta est maria cleophe i. filia cleophe mariti beate anne. Scd̄o habitauerūt i vnū mētal'r p eandē fidē: ad Ephe. iiij. Un⁹ de⁹: vna fides: vnū baptisma. Tertio habitauerunt in vnū moral'r p morū ⁊ vite ꝯformitatē: qr̄ ambo ꝑi et synceri xp̄i apl'i. Quarto habitauerunt in vnū p corpalē ⁊ socialē ꝑsentiā. Simul ei (vt pie credit̄) a xp̄o vocati fuerūt: simul vixerunt. simul mundum peragrarunt: simul predicauerunt: simul miracula fecerunt: simul idololatriā gentiliū impugnauerunt: simul eadē die: vno i loco: eodē gn̄e mortꝪ: ⁊ ab eisdē ꝑsecutorib⁹ gloriose p fide xp̄i occubuerūt. Demū de eisdē sit eccl'ia solēne festū colit et celebrat ꝑmittēdo eādē vigiliam ⁊ idez ieiuniū. Et ideo de ipsis sit in ꝑsenti ⁊ vnico sermōe dicenduz est. Bn̄ ergo de ipsis in themate est premissum. Ecce ꝙ bonū ⁊ ꝙ iucūdū habitare fr̄es scz Simonē et Judā: in vnum.

¶ In ꝑsenti sermone intēdo cōparare hos duos fratres q̄ floruerūt in lege gr̄e/ duob⁹ alijs venerabilibus fratrib⁹ qui floruerūt i lege scripta: vcz Moysi ⁊ aaron: ostēdendo ꝙ oībus illis modis quibus Moyses et aaron habitauerunt in vnū: ita ⁊ isti. Est ergo notādū ꝙ predicti duo fratres Moyses ⁊ aarō habitauerunt in vnū:

Per carnalem propagationem
Per culpe commissionem
Per specialem vocationem
Per spiritualem dignitatem
Per signorum operationem
Per futurorum predictionem
Per magorum confutationem
Per angelicam collocutionem

Per felicem migrationem
Per aduersariorum vltionem.

¶ Prio igitur Moyses et Aaron habitauerũt i vnũ per carnalez propagationẽ: vtputa ex eisdez parẽtibus pgeniti. Erãt em fratres carnales. Sic et isti duo sancti dei apli fuerunt fratres: quorum pater dictus est Alpheus: mater vero Maria salome. i. filia salome qui fuit scds beate Anne maritus: et vt aiũt qdã: frater fuit Joseph viri Marie matris xpi. Nota si vis quõo beata Anna habuit tres viros successiue: scz Joachim: Cleopham et Salome: et de qlibet suscepit filiam. Un de Cleopha suscepit Mariam cleophe: q de viro suo Alpheo genuit Jacobũ minorem archiepm Hierosolymitanum. Joseph iustum: qui fuit de numero discipulorũ xpi. Item Simonem cognomento chananeum: a chana galilee: eo quod ibi educatus fuisset. Item Judam cognomento thadeum ad differẽtiã iude pditoris. Propter g predictaz ppinquitatem quã habuerũt predicti quatuor fres ad xpm ex pte matris: vocãtur fres eius in euãgelio: vt ptz. Mat. xiij. vbi legit q iudei dicebant de xpo. Nõne mater eius dr Maria: et fres eius Jacobus et Joseph et Simon et Judas apud nos sunt?

¶ Moraliter. Sicut predicti duo apli cõtraxerũt quandam specialẽ sctitatẽ: tũ ppter ppinquitatẽ ad cognatũ suum xpm: tum ppter genealogiã suaz: sic et illi q descẽdũt ex bonis et honestis parẽtibus: debẽt honeste cõuersari: alias maiori infamia digni sunt. Un cõiter filij et filie sequũtur mores genitorum suorũ et raro aliter accidit. Nam vt inquit Chryso. sup Mat. in ope re imperfecto: homil. xlvij. Testimonia de filijs: mores sũt parẽtum. Qd si pater fuerit bonus/ et mater mala: aut econuerso mater fuerit bona/ et pater malus interdũ filij patrẽ sequuntur/ interdum matrem. Tñ frequẽtius est vt filij patrem sequãtur: et filie matrẽ. Si autẽ ambo fuerint equales: aliqñ fit vt de bonis parẽtibus mali filij exeãt: et aliqñ de malis parentibus boni filij: sed raro. Deide dat exẽplum familiare/ dicens: Ecce enim regula humane nature est: vt ois homo nascatur duos oculos habẽs/ et quinos digitos. Nihilominus aliquãdo vt manifestentur opera dei: nascitur homo aut sex digitos habens/ aut oculos oino non habens. Sicut ergo extra regulã nature raro euenit vt deformis nascatur homo: sic et extra regulã nature raro procedit vt dissimilis nascatur filius parentibus suis. Hec Chryso. vbi. s. Et vt dictum est: filius cõiter solet esse similis patri/ et filia matri: vt dicit glos. super. l. que incipit: q sit nolit. §. qui mancipia. ff. de edilitio edicto. Hinc quidam poeta ait: Nam sequitur leuit filia matris iter. Et sequitur leuius patris iter filius.

¶ Secundo Moyses et Aaron habitauerunt in vnum per culpe ppetrationem. Uterqz enim aliquando mortaliter peccauit. De Moyse quidem patet per illud Psalmiste. Uexatus est Moyses propter eos: id est mẽte turbatus: ita vt hesitaret de

pmissione dñi q̄ ad eductionem aque de petra: qr exacerbauerūt spm ei⁹. Nam nimia iportunitate ppl'i sui census diffidēter dixit: Nūqd de petra hac poterim⁹ vobis aquā educere? Nume.xx. Propter q̄ ppl'i israelis malitiā / ipse nō plene credidit vbis dñi q̄b⁹ ei pariter ꝛ Aarō fratri suo p̄us dixerat: Loqmini ad petrā corā filijs israel: et illa dabit aq̄s. Un̄ pter talem hesitationē fuerūt in penā ambo exclusi ab ingressu terre pmissionis: prout statim illis denunciauit dñs. Item de culpa Aaron in particulari scribitur Exodi.xxxij. ꝙ ip̄e cōdescēdēs impie petitioni populi / fecit eis vitulū cōflatilem. Sup quo facto Moyses grauiter increpauit eū: vt ptꝫ ibidē. Patet ergo ꝙ vterqꝫ eoꝝ aliqn̄ mortaliter peccauit. Nihilominus ex magna dei gr̄a postmodū a peccato per penitētiā surrexerūt: ita vt nunc catalogo sctōꝝ ascribantur. Sic ꝛ predicti duo fr̄es Simon et Judas aliqn̄ mortaliter peccauerunt: saltem passiōe dñi: qn̄ scꝫ relicto xp̄o inter man⁹ capiētiū eū / fugerunt cū ceteris apl'is. Nec enim tm̄ tūc peccauerūt xp̄i apl'i qr reliquerunt corpore ꝛ loco magistrum suuꝫ: sed qr ip̄m reliquerūt spū et mēte: vtpote p infidelitatē elōgantes se ab eo. Non tn̄ legitur ꝙ hi duo apl'i al'as mortaliter peccauerint.

¶ Moraliter. Ex ruina et culpa hoꝝ apl'oꝝ datur nobis duplex instructio. Prima dr timoris: vt scꝫ timeam⁹ ruere i peccatum ex quo tam preclari viri apsi sunt. Felix (inquit poeta) quē faciūt aliena pericula cautum. Secūda instructio dr spei. Cū enī cō siceramus hmōi apostolos post talē ruinā ad maximam vite pfectionem peruenisse / necnō celum gl'iose cōscendisse: debem⁹ firmiter sperare de venia post cōmissam quātūcūqꝫ grauā culpā: dummodo redire velimus ad deū per veram penitētiam: qr nulla est culpa que veniam non habeat.

¶ Tertio. Moyses et Aarō habitauerūt in vnū per specialem vocationem. De vocatione enī Moysi aperte ꝛ diffuse legitur Exodi.iij. vbi dr ꝙ cū pasceret oues Jetro soceri sui / apparuit illi dñs i flāma ignis de medio rubi: q̄ dixit ei: Clamor filiorū israel venit ad me: vidiqꝫ afflictionē eoꝝ qua ab egyptijs opprimūtur. Sed veni mittam te ad Pharaonē vt educas filios israel pplm meum de egypto. De vocatione aūt Aaron legit in seq.ca. ꝙ dñs dixit ad Moysen se excusantem et dicentem ꝙ ipeditioris ꝛ tardioris lingue esset. Aaron inquit frater tuus eloquens est: ip̄e loquet pro te ad pplm: ꝛ erit os tuum. Ecce quō ābo fr̄es vocati sūt a dño. Sic ꝛ duo fr̄es euangelici Simon ꝛ Judas vocati sūt a xp̄o adhuc in terris ambulāte. Circa qō notandū ꝙ de vocatione sex apl'orum xp̄i: vcꝫ Andree / Petri / Philippi / Joannis / Jacobi / Matthei: fit expressa mentio in sacro euāgelio. De trib⁹ primis Joā.i. De duob⁹ sequētib⁹. Mat.iiij. De sexto.s. Mattheo fit mentio expressa Matthei.ix. vbi dr ꝙ vocauit ipsum de teloneo. De alijs aūt sex cer

tum tenemus q fuerunt a xpo vocati. Nihil tñ legit in particulari de eorum vocatione: vtpote quando: aut vbi: seu quõ. Non enim omnia scripserunt euangeliste.

¶ Moraliter. Duplex apostolorum vocatio.s. expressa: et tacita duplicem insinuat vocationẽ qua vocamur a dño. Pria est quodammodo expressa: et illa est qua vocamur per aduersitates huius seculi: modo per famem et rerum penuriam: modo per pestilentiam et variam egritudinem: modo p ingruẽtia bella: modo per terremotus et signa de celo: et sic de aliis. Unde in psalmo de domino dicitur. Famem vocauit super terram. Ac si aperte diceretur q per famem ꝯ temporalẽ tribulationem vocat nos dñs. Dicit etiam Greg. de hac vocatione loquẽs q mala que nos hic premunt: ad deũ ire compellunt. Sed profecto multi sunt obstinati pctõres qui tanq surdi nolunt audire vocẽ dñi vocãtis eos. Et ideo pie cõqueritur de talibus Prouer.j. dicens. Uocaui vos: supp. p aduersa: et renuistis: scz venire ad me: extendi manum meam: per longam expectationẽ de vobis. Uel extendi manum meam: vos tẽporaliter seu corporaliter flagellando: et non fuit qui aspiceret: emendando vitam suam. Despexistis oẽe consilium meũ .i. gratiosam et benignam vocationem qua dixi. Penitentiam agite: appropinquabit regnum celoꝝ. Matt.iiij. Et increpationes meas.i. duram vocationem que fit per flagella: neglexistis. Ecce vocatoꝝ obstinatio. Sed audiant dei cõminationem de qua subditur. Ego quoq in interitu vestro.i. in iusta dãnatione vestra ridebo .i. risibiles in die iudicij demonstrabo. Uel ridebo/ vobis afflictis non miserendo. Sequitur. Et subsannabo vos.i. subsannandos demonstrabo: iux illud psal. Qui habitat in celis: irridebit illos: et dominus subsannabit eos. Est aũt proprie subsannatio nariũ rugatio. Ecce quõ aliqui vocantur a deo quasi expressa vocatione. Alij aũt vocant a dño vocatione tacita et occulta seu interius in mente p inspirationẽ: de qua videbatur loqui ps. cum dicebat. Audiam qd loquat in me dñs deus. Sed silr ad hanc vocationẽ multi faciunt aurem surdam. Et de hoc conqueritur dominus Job. xix. dicens. Seruum meũ vocaui: et non rñdit mihi. Ore proprio deprecabar ipm.i. deprecari videbar: nec supp. intendit mihi.

¶ Quarto moyses et aaron habitauerũt in vnum per spũalem dignitatem: qr vtriq sacerdotes dñi fuerunt: iuxta illud ps. Moyses et aaron in sacerdotibus eius. De Aaron enim nullus dubitat quin fuerit sacerdos etiã summus: moyses autẽ sacerdos nõ fuit quantũ ad ordinẽ: sed bene quantũ ad officium. Tum quia offerebat vota populi domino: quanuis non sacrificium: qr hoc pertinebat ad Aaron. Tum qr orauit pro populo dominum. Tũ qr officio sacerdotali vsus est in consecratione aaron et filioꝝ ei⁹: vt patet Exod. xxviij. Ecce ergo spũalis dignitas Moysi et aaron: quia

ambo sacerdotes modo predicto. Sic et gloriosi xpi apli. Simon et Judas fuerunt sacerdotes a xpo instituti cum ceteris aplis in vltima cena: cum dixit omnibus. Hec quotienscunq feceritis: in mei memoriā facietis. Deinde facti sunt pontifices post resurrectionem: non quidem summi: qz inter apostolos tm̄ vnus fuit summus: scilz Petrus: q̄ tunc factus est summus quādo Christus dixit ei illa verba Jo. xx. Pasce oues meas: pasce agnos meos. Ceteri autem apostoli fuerunt tantum episcopi. Pro quo facit illud capituliū. Jn nouo testamento: distin. xxi. vbi introducunt verba Anacleti pape sic dicentis. Jn nouo testamento post xpm̄ dn̄m a petro sacerdotalis cepit ordo: qz ipsi primo pontificatus in ecclesia xpi datus est: dn̄o dicente ad eum. Tu es Petrus: et super hanc petrā edificabo ecclesiam meam. Hic ergo ligandi soluēdique potestatem primus accepit a domino: ceteri vero apostoli cum eodem pari consortio honorem τ potestatē acceperunt. Super quo dicit glo. q oēs apli fuerunt equales petro in ordine: ipse tamen fuit illis maior in administratione. Qz ergo apli oēs fuerit epi: ordinati tn̄ post spūssancti missionem / patet ex illis verbis psal. que ad litteram intelliguntur de ipsis apostolis. Constitues eos principes. i. episcopos: super omnem terram: ad quam supple mittent. Vn̄ beatus Simon primo fuit princeps siue ep̄us egypti: beatus vero thadeus siue Judas mesopotamie: quia illic primo directi sunt ad euangelizandum verbum dei. Deinde ambo simul venerunt in psidem: vt postea dicet. Hoc tamen pro certo tenendū est q ep̄atus duoꝝ epoꝝ Simonis τ iude nō tantum valebant quantū multi episcopatus galliarum.

¶ Moralr. Domini ep̄i debent instar horum duorū sanctissimorum episcoporum predicare verbum dei subditis suis. Itē dioceses suas visitare et circuire: insolentes clericos punire: vitia extirpare: cultum dei pro posse suo augere. Vn̄ cuilibet eoꝝ loquitur spūssanctus dicens illud Prouer. vj. Discurre / festina / suscita amicum tuū. Hoc enim sibi vult ipsum nomen ep̄s: qđ idem valet sicut supintendens. Unde in decret. viij. q. j. qui episcopatum: dr q ep̄s qui grece dr superintendens / debet illis superintendere quibus preficitur. Sed proh dolor: pauci episcopi hodie superintendunt gregi suo sed potius superintendunt lucris temporalibus et prouentibus suarū ecclesiarum. Alij superintendunt negocijs secularibus: sequendo curias principū. Alij superintendunt ludis τ vanitatibus seculi. Alij supintendunt venationi etiā clamose: et hmōi. Et breuiter mutatus est hodie color optimus q̄ ad multos ep̄os et ꝑlatos. Et quod deterius est: nolunt q̄ꝫtuncunq pa rū increpari. Nec volunt secum habere viros nisi qui illis applaudunt. Nolo tn̄ oēs in hanc inuoluere sententiam.

¶ Quinto Moyses τ aaron habitauerūt in vnū p signoꝝ operationem. Multa em̄ signa fecu

dñs in terra egypti per manus seruoꝝ suoꝝ Moysi et Aaron: iuxta illud Psal. Misit / supple deus: signa et prodigia in medio tui egypte: in pharaonem et in oēs seruos eius. De huiusmodi autē signis habes diffuse in Exodo ꝑ plura capitula. Horuz aūt primū fuit conuersio virge Aaron in serpentē. Scdm fuit conuersio aquarū egypti in sanguinem ad tactum predicte virge. Tertium fuit multitudo ranarū / cynificū / et muscarū grauissimarum / quas ꝓduxit terra ad tactum virge Aaron: et sic de multis alijs signis. Sic et dñs per manus horū venerabiliū apostoloꝝ fecit signa et prodigia multa. Quoꝝ primū fuit curatio Abagari regis edisse a lepra: et hoc ꝑ manū beati Iude. Pro quo breuiter notandum ꝙ vt legit in historia ecclesiastica: ꝑdictus Abagarus audiens ꝙ xp̄s curaret leprosos: illuminaret cecos: suscitaret mortuos ⁊ hmōi: misit ad eum gratiosam epistolā: rogans vt ad ip̄m venire dignaretur ⁊ curaret eū a lepra. Ad quem rescripsit xp̄s dicēs ꝙ non veniret ad eum in propria persona ꝓmittens post eius ascensionē in celum mittere ad eū vnū de discipulis suis. Quod et factū est. Nam beatus Thomas illic misit beatū thadeum siue iudam cū ep̄la salutoris. Cū ergo dictus thadeus ad regem Abagarum venisset: ⁊ se vnū de discipulis xp̄i esse dixisset: cōtinuo cum dicta schedula confricauit faciē regis: ⁊ statim plenam sanitatem recepit. Quo facto / sacro baptismate ꝯfusus est. Ecce vnum de signis que operatus est dñs per manum apostoli sui Jude. Aliud signum fuit ꝙ ingredientibus predictis duobus fratribus per fidem: idola que prius dabant hominibus ea colentib⁹ responsa: omnino muta facta sunt. Cumque vvaradach dux regis Babylonie hec ignoraret: et ab ipsis dijs suis responsa peteret super euentu futuri belli quod aggredi disponebat: videns ꝙ nihil illi responderet: adijt proximam ciuitatem / et consulens idolum illius: demon per os illius loquēs dixit ꝙ dij sui responsum dare non poterant propter duos Christi apostolos qui illic aduenerant. De alijs signis dicetur in sequentibus.

¶ Moraliter. Maximum signū diuinitatis Christi est ꝙ ꝑ simplices homines ipse traxit ad se maximos principes: reges: et imperatores. Unde Augustinus super Jo. tracta. vij. Dominus inquit noster xp̄s volens superborum frangere ceruices: non quesiuit per oratorē piscatorem: sed de piscatore lucratus est imperatorē. Dicit etiam apo. j. ad Corin. j. ꝙ infirma mūdi elegit de⁹: vt ꝯfundat fortia.

¶ Sexto Moyses et Aaron habitauerunt in vnum per futuroꝝ predicationem. Multa enī futura predixerūt predicti duo fratres regi pharaoni: item populo Hebreorum: sicut clare patet in Exod. Sic ⁊ isti duo Christi apostoli predixerunt vvaradach duci ꝙ die sequenti legati Judeorum ad eum venirent: se illius potestati subijcientes. Quod et factum est: ꝙuis magi dicerent oppositū. Qd̄ vidēs

vvaradach: obtulit aplis aurū & dona plurima. At illi hec oia velut stercora spreuerunt. Tandem ille eos duxit ad regē Babylonis: rem gestam referens: & dicens. Isti o rex sunt dū latētes in effigie hominum. Rex autem benigne eos recepit.

¶ Moralit. Si futura que predixerūt sancti dei apostoli euenerūt: quanto magis illa futura q̄ predixit xp̄s qui est veritas infallibilis: sunt expectanda cū omni certitudine ventura? Cuiusmodi sunt consummatio seculi: dies futuri iudicij: signa q̄ ip̄m precedent: & sic de alijs.

¶ Septimo Moyses & Aarō habitauerunt in vnū per magorū cōfutationē. Legitur em̄ Exo. viij. q̄ magi siue incantatores Pharaonis non potuerūt educere cynifes de puluere terre: prout fecerāt Moyses & Aarō. Propter qd̄ dixerunt dicti magi ad Pharaonē. Digit⁹ dei est hic. Exod. viij. Et est sensus. Uirtus diuina nūc aperte monstratur: virtus autem maligni spūs qua per incantationes nostras fecimus precedētia signa: nunc detegit: et nulla esse respectu diuine virtutis ostendit: eo q̄ non pōt nobis nunc opem ferre. Sic et gloriosi dei apostoli magos: id est supstitiosos homines confutauerūt. s. zaroem et Arphazath. Hi enim magi sanctos secuti fuerant vsq̄ ad regem Babylonie vt ipsos cōfunderent corā eo. Sed defecerunt scrutantes scrutinio: eo q̄ totū oppositū factū est: ipsi enim confusibiliter victi sunt: et apli de ipsis gloriose in noīe xp̄i triūphauerunt. Nam quos suis incātationibus magi mutos/cecos/& immobiles fecerant: ipsi in nomine domini facto super eos signo crucis oīno liberauerunt. Quo facto cum dicti magi serpentum multitudinē suis incantationibus aduenire fecissent: forte vt dei aplos deuorarēt: statim viri dei pallia sua quibus induebantur: de serpentibus impleuerūt: atq̄ in magos proiecerunt: dicentes. Insilite in nomine dn̄i in hos superstitiosos viros & doloribus eos affligite. Quod cum aliquanto tempore fecissent: iussu sanctorū apostolorū reliquerūt eos: resumentes totū venenum quod suis morsib⁹ in carnes eorū effuderant. Sicq̄ ad loca vnde venerant: velocissime redierūt. Cūq̄ rex iuberet magos occidi: apostoli pro eis intercesserunt: in hoc reddentes bonum pro malo. Econtra autem magi malū pro bono reddentes: postq̄ abierunt: pene totam babyloniam cōtra eos commouerunt. Patet ergo de magorum confutatione.

¶ Moraliter incantatiōes magorū/ tentationes mūdi carnis & diaboli designāt: q̄ nos multipl'r & ferme assidue infestant. Qd̄ si velimus de illis victoriā obtinere: & precauere ne nobis noceant: debemus signo crucis aut memoria dn̄ice passionis nos armare: q2 vt canit ecclesia: hoc contra signum nullum stat periculum. Dicamus ergo ad dominum cū sentimus nos a predictis magis agitari: Per signum crucis de inimicis nostris libera nos deus noster.

¶ Octauo moyses & aaron habitauerūt in vnū per angelicā

collocutionem. Cōmunis enim opinio doctorum est ꝙ ille᷒ qui loquebatur de celo ad Moysen ⁊ aaron: erat angelus bonus in ꝑsona dñi loquēs. Sic ⁊ i hora passiōis horū apl'orū apparuit illis angel᷒ dñi: hortans eos vt eligerent quod vellent᷒ se etiā offerens ad executionem boni et pij desiderij eorum.

¶ Moraliter. Per hoc dat nobis intelligi quāto affectu prosequūtur angeli dñi viros sanctos iustos et timoratos: ⁊ ideo debemus omni cū honore: ⁊ reuerētia ip̄os venerari ⁊ colere. Unde deuotus Ber. ser. xij. sup psalmū. Qui habitat. exponens illū versum. Angelis suis mandauit de te: vt ⁊c. dicit sic. Attēde o homo quantā hoc verbum debet tibi inferre reuerentiam: afferre deuotionē: conferre fiduciam. Reuerentiam quidem ꝓ ꝑsentia. Deuotionem pro beniuolentia. Fiduciam pro custodia. Caute ambula: vtpote cui assunt angeli: sicut eis mandatū est a dño: in oībus vijs tuis. In quouis ergo diuersorio: in quouis angulo: angelo tuo reuerētiā habe. Nec tu audeas illo presente. quod me vidente non auderes. Hec ille.

¶ Nono moyses ⁊ aaron habitauerūt in vnū per felicem migrationē. Uterqꝫ eñ mortu᷒ est in deserto in seruitio dñi: qꝛ in directione populi Israelitici: versus terrā promissionis. Sic ⁊ isti duo xp̄i apl'i post longos ⁊ diuturnos labores ꝓ nomine ipsi᷒ xp̄i passos tādē martyrio coronati felicit̄ in dño migrauerunt. Modus autē talis fuit. Nā postqꝫ rex babylonis ad eorū ꝑdicationē baptismū suscepisset: ⁊ sil'r de ppl'o suo vltra sexaginta milia in dño credidissent: tandē se cōtulerūt ad aliā ciuitatē dictā suamair: in qua erat maxima multitudo sacerdotū idolis immolantium: ad quā etiā se cōtulerunt duo magi predicti: scꝫ zaroes et arphazath: vt illis aduersarent᷒ egre ferētes ꝙ eos cōfutassent apud Babylonē. Ad instantiam ergo eoꝝ capiuntur sancti dei apl'i ⁊ ad tempū ducuntur vt idolis immolent. At illi ceperūt orare dñm vt ostēderet populo idololatranti fatuitatem suā. Quo facto statim exierunt de simulachris duo ethiopes nigri ⁊ nudi: cunctis stupentibus: qui ad preceptum apostolorum Christi cōfractis idolis cū diris vocibus abscesserūt. Quod videntes pōtifices irruerūt in apostolos: q̄s protinus trucidauerunt. Quo audito rex Babylonis corpora eorum transtulit apud Babyloniā: atqꝫ in honorem eorum ecclesiam mire magnitudinis fabricari fecit.

¶ Moraliter. Non sine causa dictū est ꝙ istos gloriosos dei amicos persecuti sunt idolorū pontifices: qꝛ reuera plerunque ecclesiastici sunt laicis deteriores: et in persecutione seruorū xp̄i primi. Hoc aūt maxime habet verū quando predicatores zelosi increpant eos etiā quantumcūqꝫ discrete de insolentijs suis ⁊ nephandis peccatis: de malis loquor: vt non scandalizentur boni. Unde ad propositum loquens deuotus Bern. in conuersione beati Pauli: ser. i. dicit sic. O dñe deus egressa

est iniquitas a senioribus iudicibus vicariis tuis q videntur regere populum tuum. Heu heu domine deus: ipsi sunt in persecutione tua primi qui videntur in ecclesia tua diligere primatum et tenere principatum. Hec ille.

¶ Decimo Moyses et Aaron habitauerunt in vnum per aduersariorum vltionem. Quanta enim vltio fuerit diuinitus facta de aduersariis predictorum fratrum Moysi et Aaron pariter et filiorum israel: patuit in subuersione pharaonis et totius maximi sui exercitus in mari rubro. Exod. xiiii. Sic in proposito. Nam in ipsa hora passionis apostolorum christi cum nimia esset temporis serenitas: tot et tanta fulgura extiterunt: vt templum idolorum triphario scinderetur. Insuper predicti duo magi qui causa necis eorum fuerant: ictu fulguris subito in carbones diuino iudicio versi sunt. Nulli autem dubium quod eorum misere anime ad inferna descenderunt perpetuo arsure. Nunc ergo illis reprobis pontificibus et cultoribus idolorum instant perpetua tormenta sanctis autem dei apostolis gloria eterna. Quam eorum precibus nobis largiatur ille qui in trinitate perfecta viuit et regnat. Amen.

¶ Sermo primus de omnibus sanctis.

Gloria hec est omnibus sanctis eius. Psalm. cxlix. Magna spes perueniendi ad celestem gloriam nobis prestatur ex hodierna festiuitate: si modo deuote et pura mente eam coluerimus. Certissimum enim est quod vbi sic fecerimus: omnes sancti et sancte dei orabunt pro nobis apud dominum. ipse autem cum sit benignissimus: et illi sint vnum cum eo: nihil poterit illis denegare. Si enim reges et imperatores huius seculi soleant preces alicuius magne multitudinis hominum exaudire: vt notatur C. de diuersis rescrip. l. vniuersa. quanto magis ille qui est rex regum, et dominus dominantium, exaudiet preces sanctorum suorum quas faciunt pro sibi deuotis famulis. In cuius figuram legitur. i. Regum. xiiii de rege Saul qui exaudiuit preces populi petentis liberationem filii sui Jonathe a morte. Hunc enim volebat pater mori eo quod gustasset modicum de fauo mellis ante solis occasum contra edictum suum: eo quod tunc prelium magnum imminebat filiis Israel contra aduersarios suos Philisteos. Propterea oramus hodie omnes sanctos dicentes. Adiuuent nos eorum merita quos propria impediunt scelera: excuset intercessio, accusat quos actio: Similiter in collecta huius diei oramus dominum: dicentes. Omnipotens sempiterne deus qui nos omnium sanctorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari: concede vt desideratam nobis tue propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Cum ergo impossibile sit preces multorum, et signanter beatorum cum deo regnantium non exaudiri: debemus multum confidere de auxilio et intercessione sanctorum omnium: si modo vt dictum est: deuote coluerimus hodiernam festiuitatem: de qua prius premisimus: Gloria hec est omnibus sanctis eius. ¶ In presenti sermone intendo procedere per questiones: ad quas respondebitur per singulas dictiones in themate contentas

tas:que sunt sex numero.

¶Prima igit questio est talis. Quid est in paradiso? Respondet in themate q gloria. Uñ in ps. Glia z diuitie in domo eius: z iustitia eius manet in seculum seculi. Nõ ergo solũ in domo domini est gloria: verumetiam diuitie et iustitia. Superbi ergo homines et humane glorie cupidi deberent merito humiliari: vt sic possent ad domum dñi q est in celis/peruenire: qz teste ps. ibi est glia. Gloria inquã nõ vana: sed firma: non transitoria: sed perpetua. Non mundana et terrestris: sed diuina z celestis. Similiter hoies cupidi z auari deberent merito sua propter deum pauperibus erogare vt sic possent in celis ditari: qa ibi sunt diuitie. Diuitie inquam nõ auri z argenti q caduce sunt sed celestium bonoꝝ qui perpetuo manẽt: abundãtia. Diuitie inquã non q̃s fures possint effodere z furari qz in domum dñi nullus fur ingreditur. Diuitie denique nõ corruptibiles: non defectibiles: nõ fallaces: non terrestres: nõ artificiales: sed diuitie incorruptibiles: indefectibiles: veraces: celestes: diuinales: non q replent horrea: sed humana corda dicente ps. Satiabor cũ apparuerit glia tua. Similiter pauperes habentes causas coram iudice: nec potentes obtinere finem pcessus sui: siue iustitiã: forte quia pars aduersa est ditior aut potentior: deberent habere patientiã: expectantes q deus faciat iudicium z iustitiã. Cuius etiam iustitia manet in seculũ seculi. Bene ergo ad questionem qua queritur quid est in celo? respondetur q ibi est gloria. In inferno enim nulla est gloria: sed ois tribulatio et miseria. In presenti vero seculo est gloria: sed imperfecta: qz hic risus dolori miscet: et extrema gaudij luctus occupat. In alia aũt vita est gloria pura: quia nihil est ibi qd possit eam diminuere. Non enim est ibi luctus neqz clamor: sed nec vllus dolor: quoniã priora trãsierunt. Sed non obstante hmõi glorie celestis puritate ac magnitudine: multo tamen plura parati sunt mundani homines facere pro gloria presentis seculi que nihil est respectu illius: q velint facere pro illa eterna Nam vt dicit Greg. lib. xix. moral. et recitat dist. xlvij. omnes. Omnes inquit huius seculi dilectores p tẽporali gloria vsqz ad mortẽ desudare appetunt: et pro spe ppetua nec parũ in labore qdem subsistunt. Hec ille.

¶Notandum tñ circa hanc gloriam celestem q non equaliter participatur ab oibus electis: sed sm magis z minus p varietate meritorum. In domo patris mei (inqt xpus) mansiones multe sunt. Joan. xiiij. id est diuersa premia meritoꝝ: vt dicit glo. inter. Quẽadmodũ g in domo principis dñ ordinata sunt differentie officioꝝ z statuũ: ita et in celo. Et hoc est qd loquit apo. i. ad Coꝛ. xv. dicens q alia est claritas solis: alia claritas lune: alia claritas stellaꝝ. Insup inqt: stella differt a stella in claritate. Ita in proposito alia est claritas: id est beatitudo Christi hominis qui per solem designatur: alia beate ṽginis q per

lunam significatur: et alia stellarum.i.aliorum sanctorū. Insuper iste stelle differunt ab inuicem in claritate.i.in participatione beatitudinis. Quāuis ergo in patria sit idem obiectum beatitudinis nullam diuersitatem in se habens: qđ est deus: tñ ex parte ipsorum beatorum est diuersitas in participando tale obiectum: et hoc secundum varietatem meritorum: vt dictū est. Vñ in figuram huius legitur Gene.xliij. ꝙ Joseph cum dominaretur toti regno Egypti: inuitauit fratres suos q̇ ad ipm venerant: ad prandiū. Fecit autem illis egregium banquetum: ordinans illos in mensa iuxta primogenituram suam. Quos tamen eodem cibo et potu refecit. Ad propositum per Joseph intelligitur xp̄s: cuius dominiū est tale ac tantum ꝙ data est illi potestas in celo et in terra: vt ipsemet testatur Matt.xxviij. Huius autem Joseph fratres sunt omnes electi: iuxta id quod scriptū est ad Heb.ij. Non confunditur fratres eos vocare. Preparauit autē iste Joseph egregium banquetū in domo sua celesti predictis fratribus: iuxta illud Luc.xxij. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum: vt edatis et bibatis sup mensam meā in regno meo. Nihilominus ibi sedebunt electi non quidem scđm dignitates quas habuerunt in p̄senti seculo: ita vt qui fuerunt imperatores et reges ac nobiles: sint ceteris superiores: aut q̇ fu. et ūt summi pontifices: ep̄i: aut abbates: sint alijs eminentiores quinimmo forsan fiet e diuerso: sic.s. ꝙ erunt primi nouissimi: et nouissimi primi. Nam vt dicit Hieronȳ.i.parte epistolarꝫ suarū ep̄la.v. Si diaconus fuerit sanctior suo ep̄o: non erit apud deum deterior quamuis gradu sit inferior. Non enim Stephanus qui prim⁹ martyrio coronatus est: minor est in regno celorum: quia diacon⁹: multis episcopis gradu superiorib⁹. Hec ille. Necesse ergo est dicere ꝙ electi in celo sedebunt et ordinabuntur scđm vite merita. Insuper pascentur eodem cibo et potu.i. visione et fruitione vnius simplicisq̧ diuine essentie: que satiabit singulos beatos: iuxͣ illđ psal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et per oppositū damnati non equaliter affligentur in igne illo inextinguibili: sed scđm magis et minus: scđm culparum varietatem. Practica.

¶ Secūda questio est hec. Que est principalis et essentialis gloria beatorum? Respondetur in themate ꝙ hec. Ubi nota ꝙ hoc demonstrat gloriā illā summam et ineffabilem que consistit in visione diuine essentie. Vñ Jo.xvij. Hec (inq̄t saluator ad deum patrē loquens) est vita eterna: vt cognoscant te solū deum verū: et quem misisti Jesum Christum. Dicit etiam Augustinus ꝙ visio diuine essentie est tota merces. Insuper Psal. ad propositum videtur loqui cum ait. Unam: supp. principalem beatitudinem: petij a dn̄o: hanc requiram.i. non tm̄ semel sed iterum atq̧ iterum ab eodem domino queram: vt scꝫ inhabitem in domo dn̄i: per apertam supple visionem sue essen-

tie. Non quidem tātum ad horam/aut annum/siue ad mille annos: sꝫ oīb⁹ dieb⁹ vite mee. Ergo/in perpetuum: quia dies hoīs ex parte anime sunt perpetui. Ex quo ergo gloria illa celestis quam habebunt beati de visione essentie diuine/est ꝑpetua: debemus multum laborare in presenti vt tandem possimus ad illam ꝑuenire: maxime cum dicat Augu. in libello de triplici habitaculo: ꝙ tanta est iucunditas lucis eterne: vt etiam si non liceret ampli⁹ manere in ea ꝙ̄ vnius diei mora: ꝓpter hoc solum innumerabiles anni huius vite pleni delicijs in circūfluentia bonoꝝ tēporalium merito cōtēnerentur: ſm illud Psal. Melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Insuper post pauca subdit ibidem/dicēs: Tanta est hui⁹ glorie letitia: ꝙ si illā viderēt illi q̄ sunt inclusi in carcere inferni: nullam penam: nullum dolorem: nullāq₃ tristitiam sentirēt. Huius etiam glorie presentia si in inferno cū sanctis habitatorib⁹ appareret: continuo infernus in amenum conuerteretur paradisum. Hec ibi. Insuper nihil debet nobis ad sufferendum esse impossibile dum modo possimus ad tātam gloriam ꝑuenire. vñ Chryso. super Matt. homilia. lv. Si inquit in ignē saliendum: si in enses atq₃ mucrones incumbendum: magno aīo cuncta perferamus: vt illam ineffabilem gloriam assequamur. Item Aug. in suo manuali. c. xv. Si quotidie inquit oporteret nos tormenta perferre: si ipsam gehennā longo tempore tolerare: vt christū in gloria sua videre possemus: ⁊ sanctis eius sociari: nōne dignum esset pati omne qđ triste est: vt tanti boni/tanteq₃ glīe ꝑticipes haberemur? Hec ille. Patet ꝙ̄ que ⁊ quanta sit essentialis gloria beatorum.

¶ Preter hanc autem principalem gloriā electoꝝ est alia gloria que a doctoribus appellatur accidentalis. Cuius ratio est quia tātum differt a principali glīa que in dei visione cōsistit/quātum differt accidens a substātia. Consistit autē huiusmodi gloria accidentalis in delectatione quam habēt beati de alijs a deo: siue de bono creato: vtpote de dotibus corpoꝝ glorificatorū. Item de visione et presentia alioꝝ electorum. Unde in figuram vtriusq₃ glorie tam essentialis ꝙ̄ accidentalis legitur. iij. Regum. x. ꝙ cū regina Saba venisset ad regē Salomonem: primo ⁊ principaliter delectata est in sapientia oris illi⁹: deinde in aspectu domus quā edificauerat: consequēter in harmonia toti⁹ curie sue: ita vt diceret ei. Uerus est sermo quē audiui in terra mea sup sermonib⁹ tuis: ⁊ sup sapiētia tua: et non credebam narrātibus mihi donec ipa venij: et vidi oculis meis et ꝓbaui ꝙ media pars mihi nūciata nō fuit. Maior certe est sapientia tua et opera tua: ꝙ̄ rumor quem audiui. Beati viri tui: et beati serui tui: q̄ stant coram te semper: et audiunt sapientiam tuam. Hec vbi. s. Ad propositum regia saba designat quēlibet electum. Salomon signifi-

eat christum. Regina ergo p̄dicta primo et principaliter delectata est in aspectu regis salomonis: deinde in dispositione domus illi⁹ et seruorum eius: q₂ beati primo et principaliter delectantur in visione summe maiestatis diuine: deinde secundo ꝛ minus principaliter in cōtēplatione alioꝝ a deo: vtpote in visione humanitatis christi que fuit instrumentum nostre salutis. Item in contēplatione beate ꝟginis / que fuit mediatrix nostre redemptionis. Item in aspectu sanctoꝝ apostoloꝝ̄ qui plantauerūt fidem catholicam patriarcharum qui prefigurauerunt dn̄icam incarnationem: prophetarum qui predixerunt christi aduētum: martyrū qui suo sanguine irrigauerunt sanctam ecclesiam: et huiusmodi. Similiter beatitudo ista accidentalis consistit in cōtēplatiōe hierarchiarum ꝛ ordinum sctōꝝ angeloꝝ. Et breuiter nihil ibi erit qd̄ non afferat materiam maximi gaudij. Insuper ibi reperiet̄ eminentissime quicquid in presenti delectationem afferre pōt. Propter quod debemus valde appetere illic peruenire. vn̄ Augusti. lib. de spiritu et anima. ca. lxiiij. dicit sic: O homo / ama vnum bonum i quo sunt omnia bona: ꝛ sufficit. Si te delectat pulchritudo: fulgebunt iusti sicut sol. Si te delectat salubris ꝛ lōga vita: ibi est eterna sanitas: q₂ iusti in perpetuum viuēt. Si te delectat satietas: satiabūtur electi cum apparuerit gloria dn̄i. Si te delectat ebrietas: iusti inebriabūtur ab vbertate domus domini. Si delectat te melodia: ibi chori angelorum cōcinunt sine fine deo. Si q̄libet mūdana voluptas te delectat: torrēte voluptatis sue potabit in futuro electos dn̄s. Si te delectant honores et diuitie: aiaduerte ꝙ de⁹ electos suos tanq̄ seruos fideles cōstituet supra multa: imo erunt heredes dei ꝛ coheredes iesu christi. Si te delectat securitas in bono adepto: scito ꝙ electi certi erūt ꝙ nunq̄ amittēt bonum qd̄ semel habebūt. Hec Augustinus vbi supra.

¶ Tertia q̄stio est talis. Utrū gl'ia celestis sit perpetua ꝛ eternalis? Respōdetur in themate ꝙ est: supple perpetua ꝛ eterna: iuxta illud xp̄i verbū Joā. xvj. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis: quia vt / dicit glos. interli. gaudium electorum erit christus: qui iam non moritur. Dicit etiam xp̄s Matthei. xxv. ꝙ completo finali iudicio iusti ibūt in vitam eternam. Dicunt etiaꝫ fideles ad dn̄m illud ps. Tu dn̄e seruabis nos: et custodies nos a generatiōe hac: scꝫ reproboꝝ: in eternum. vn̄ August. lib. xij. de ciui. dei. ca. xiiij. reprobat opinionem illoꝝ philosophoꝝ q̄ negabant eternitatem beatitudinis: dicentes animas tandem redituras ad sua corpora: et homies reuersuros ad pristinum mortalitatis statum: vtpote ꝙ idem Plato qui in vrbe Atheniensi discipulos docuit: post certa tp̄a redibit: et in eadem vrbe atq̄ in eadeꝫ schola sedens docebit eosdem discipulos. Et hanc reuolutionem temporum vocabant dicti philosophi reuolutionem

anni magni. Sed absit inquit August. vt ita credamus. Sicut enim Christus semel tantū resurrexit: et amplius non moritur: ita et homines post resurrectionē generalem vlterius non morientur: nec ad miserias huius vite reuertētur. Hec Augu. vbi supra. Patet ergo q gloria celestis est eterna et inuariabilis atq semper presens. Quod etiam innuit illud verbum est, in themate appositum. Et per oppositū pena damnatorum similiter erit perpetua et eterna: quia ibunt mali in supplicium eternum: vt habetur Mat. xxv. Hanc autem materiam diffuse tractat Aug. lib. xxj. de ciui. dei in pluribus capitulis. Unde cap. xvij. dicit sic. Quidam putant damnatos post certi temporis metas pro cuiusq peccati quantitate longioris siue breuioris eos inde liberādos. Qua in re misericordior profecto fuit origenes: qui et ipsum diabolum et angelos eius post grauiora pro meritis et diuturniora supplicia ex illis cruciatibus eruendos: atq sociandos sanctis angelis credidit. Sed illum et propter hoc et propter nōnulla alia: et maxime propter alternantes sine cessatione beatitudines et miserias: non immerito reprobauit ecclesia. Hec ibi. Bene ergo et veraciter loquitur ecclesia, dicens q in inferno nulla est redemptio. O quantum igitur debemus in hac breuissima vita momentaneū vitare peccatū: pro quo iusto dei iudicio in futuro eternum confertur supplicium.

¶ Quarta questio est talis. Quibus deputatur pñs solēnitas? Rñdetur in themate q oibus. Non aūt addit qbus oibus: an scz angelis aut hoibus sāctis: et hoc ad denotādū q est cōis vtrisq. Uñ in Psal. et recitatur in laudibus matutinarum huius diei. Hymnus oibus sctis eius: filijs isrł populo appropinquāti sibi. Et est sensus. Hymnus laudis cū cantico dcātet hodie oibus sāctis dei. Et quia scti sunt in duplici differentia: nā qdā sunt angeli: alij vero hoies: ideo subditur: Filijs israel. Ecce angeli q dicuntur filij israel. Filij qdem scz dei per adoptionem. Israel aūt. i. vidētes: quia cōtinue vidēt faciē patris celestis: vt habetur Matt. xviij. seqtur: Pplo appropiquāti sibi. Ecce cetus sctōrum hoim: q in presenti fuerunt ppłs apropiquās deo p fidē spē et charitatem. Nunc aūt in celo appropinquāt eidem deo per apertā visionem: et p perpetuam cū eo mansionem. Ecce qbus deputatur presens solēnitas: quia oibus sctis angelis et hoibus cum deo in celis iam regnantibus. Quemadmodum ergo hodie oēs sancti dei tam angeli q̄ hoies specialiter letantur propter festum qd vidēt a deuotis catholicis ob eorum honorē et reuerētiā exhiberi: ita et per oppositū dānati tā demones q̄ hoies inde tristātur: et ex inuidia quā habēt de felicitate beatorū: affliguntur iuxta illud ps. Peccator. i. quilibet dānatus: videbit. i. aliquo modo cognoscet presentem solēnitatē quā agimus: et irascetur. dētibus suis fremet et tabescet: et hoc ex vehemēti tristitia quā habet qlibet reprobus de gloria sanctorum dei.

¶ Quita questio est talis. Quibus hominibus est cōmunis hodierna sōlennitas? Respondetur in themate ꝙ sanctis. Non ergo est communis reprobis vt dictum est: neq; viatoribꝰ quātūcūq; iustis: q2 scriptū est Luce. x. Neminē per viam salutaueritis. Est ergo tantum communis omnibus sanctis.

¶ Sed ꝑ ampliori elucidatione huius materie atq; mysteriū presentis solennitatis, mouebūtur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium est de multitudie sanctoꝝ quorum hodie solēnia celebramus. Pro solutione huiꝰ dubij ponā tres veritates.

¶ Prima igitur veritas. Numerus electoꝝ dei est in se valde magnus. Patet per illud quod dr in epl'a presentis solēnitatis: ⁊ sumitur ex Apocalyp. vij. ca. vbi postq; Joan. dixit se vidisse certū numerū electoꝝ ex qualibet tribu: tādem cōcludit dicēs. Post hec vibi turbam magnam: quam dinumerare nemo poterat: ex omnibus gentibus et tribubus et populis ⁊c. Fertur etiam ꝙ Hieronym. dixerit numerum martyrum vsque ad tēpora sua adeo magnum esse vt si oporteret de omnibus festuz facere: ad minus quolibet die anni occurreret festū quinq; miliū: excepto tamen primo die Januarij: q̇ olim apud Romanos adhuc idolatras adeo solennis habebat̄ ꝙ neminem in illo die morti condēnabant. Contēplemur ergo quot milia martyrum a tempore Hierony. passi sunt. Itē quot sctōs habet eccl'ia preter martyres: vt pote confessores, virgines, viduas: ⁊ electos alios plurimos ⁊ tūc poterimus facile cognoscere numerum electoꝝ ⁊ sanctorū dei esse valde magnū: ita vt nō possit a nobis summari quantus sit. In cuius figurā dictum est abrahe a dn̄o Gene. xv. Suspice celum ⁊ numera stellas si potes. Sic inq̇t dn̄s erit semen tuum. Ad propositum per semē abrahe qui fuit electus a domino: itelligitur multitudo saluādoꝝ: que erit tanta vt ab hominibus numerari nō possit: sicut neq; stelle celi.

¶ Scda veritas. Numerus electoꝝ comparatus ad numerum reproborū, erit valde paruus. Patet hec veritas ex illis ꝟbis saluatoris Mat. xx. Multi sunt vocati: pauci vero electi. Item Luc. xiij. Cōtendite inquit xp̄s per angustam portam intrare. Itez Mat. vij. Arcta via est que ducit ad vitā: ⁊ pauci sunt qui inueniūt eam. Lata autez porta et spatiosa via est q̄ ducit ad perditionē: ⁊ multi sunt qui intrant per eam. Hoc autem possumus sic faciliter persuadere. In lege em̄ nature soli illi solnebantur qui in recognitionem summi dominij offerebant dn̄o munera et oblatiōes: sicut fecisse legitur abrahā Gen̄. xij. Isti tamen erant multo pauciores q̄ illi qui immolabant idolis. Similit̄ tēpore legis scripte soli iudei vocabātur populꝰ dn̄i. Ceteri autem qui gentiles dicebant̄: ⁊ qui idolis immolabant: erant multo plures. Deinde in lege grē soli christiani sunt de sorte domini. Cetere autez nationes sunt in duplo maiores nu

mero. Et adhuc inter xpianos sunt plures mali q̄ boni. Practica de quolibet statu.s.laicali clericali/regulari. Hinc distin. xl.multi dicuntur q multi sunt sacerdotes:pauci sunt sacerdotes. Multi in nomine:pauci in opere. Non mirum ergo si numerus saluandorum erit paruus respectu nūeri dānādorū.

¶ Tertia veritas. Solus deus nouit numerū electorum. Patet hec veritas per Gregorium in quadam collecta dicentem. Deus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus. Cur autem voluerit dominus hunc numerum nos latere: non est nostrum scire:nec de hoc questionē facere dicente scriptura Eccli.iij. Altiora te ne quesieris:et fortiora te ne scrutatus fueris:sed que p̄cepit tibi de9: illa cogita semp et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Nō est em̄ tibi necessarium ea que abscondita sunt:videre oculis tuis. Possumus tamē in generali scire numerū hominum saluandorum: si modo credam9 dictis sacrorum doctorum dicentium tot homines saluandos quot angeli boni remanserūt in celo. Hoc em̄ asserit Augustinus lib. xxij.de ciuitate dei.c.j. i fine:dicens q de9 de mortali progenie tantū ppl'm gratia sua colligit vt inde suppleat et instauret partem que lapsa est angelorum: vt sic illa dilecta et supna ciuitas non fraudetur numero suorum ciuium. Hec ille. Similiter Grego. Homil.xxxiiij. Hoc idem tenet:ita dicens. Ad supernā ciuitatē q̄ ex angelis et hominib9 cōstati tantū credimus humanum genus ascendere quātos illic contigit electos angelos remansisse:sicut scriptū est. Statuit terminos gentiū/ scd̄m numerum angelorum dei. Hec ille. Patet ergo ex p̄cedētibus allegationibus q tot homines saluabuntur:quot angeli boni remanserunt in celo. Sed cū nesciamus quot angeli remāserunt in celo:consequens etiā est vt ignoremus determinatū numerum hominum saluandorum. Faciamus ergo nos charissimi: per vite meritum dignos scribi numero electorum dei.

¶ Secundū dubium est. Utrum hec solēnitas celebret in celo. Rn̄det q sic. Et primo ab angelis. Un̄ i introitu misse hodierne cātam9 dicētes: De quorum: scz sctōrum solēnitate gaudēt angeli:et collaudāt filiū dei. Gaudēt em̄ illi angelici spūs q habēt hoies cōsortes gl'ie sue. Nō ergo inuidēt more hoim mundanorum cū vident hoies illis natura inferiores/in gl'ia pares: q̄nimmo valde gaudent se fuisse custodes hoim q̄ suis inspirationib9 et psuasionib9 sāctis obedientes puenerunt post eos in celū. Scd̄o hec solennitas celebrat in celo ab eisdē sanctis et electis dei hoib9: q̄ non cessant die ac nocte clamare et dicere cū sanctis dei angelis illd Apoca.iiij. Sctūs Sctūs Sanctus dn̄s de9 oipotēs: qui erat q̄ est:et q̄ venturus est. Dicunt ergo p̄dicti sancti: Sctū g dn̄s de9 ops: q̄ cum adhuc essemus in seculo/erat nos a pprijs reatibus absoluēs:a multis malis et culpis p̄seruans:et gr̄am suā

nobis misericorditer tribuens. Sctūs dn̄s deus oīpotens: qui est in presenti abundanter nos satians: supra cōdignum remunerās: liberaliter saluans. Sanctus dn̄s deus omp̄s: qui venturus est in gn̄ali resurrectione scd̄a stola nos vestiturꝰ: immortalitatē collaturus: ꝛ eternum gaudium daturus. Ecce qn̄o hec solennitas celebratur in celo a sanctis oībus: nō quidem solū spiritu ꝛ mente: verū etiā corporali voce: et hoc quātum ad eos qui iam resurrexerūt in corpore ꝛ aīa. Un̄ in p̄s. Exultationes dei in gutture eorum: scilꝫ electorum in corpore et anima cum deo regnantium. Absit eñ vt credamus corpora electorū ociosa / aut torpori dedita sicut in present i: sed q̄tum suppetit humana virtus / laudant electi iam resuscitati q̄uꝫ pauci dominum deum suū mente ꝛ corpore. Aliter tamen celebratur hec solennitas in celo q̄ in presenti. Tum quia cōtinue: in presenti autem tantū semel in anno. Tum qꝛ toto cordis affectu: in presenti autem aliquādo cum tedio. Tum quia cum omni puritate: in presenti autē a multis celebratur cum culpa et iniquitate.

¶ Tertiū dubiū est tale. Utruꝫ presens solennitas gn̄alis oībꝰ sanctis sit illis gratior ceteris paribus q̄ particulares eoꝝ festiuitates. Respondetur q̄ sic. Charitas eñ p̄m Augu. in regula de cōi vita clericoꝝ: cōia ꝑprijs anteponit. Cū ergo q̄libet sanctus habeat charitateꝫ bene ordinatā: iuxta illud Cāti. ij. Ordinauit in me charitatem: cōsequens est dicere q̄ sancti dei electi plus gaudent de hodierno festo si modo eque bene obseruet: q̄ de suis particularibus aut indiuidualibus festis. Et istud debet nos reddere hodie deuotiores. Et per oppositum grauius offendūtur sancti ab illis q̄ suis iniquitatibus polluūt presentem solēnitatem q̄ si pollucrent pticulares eoꝝ festiuitates. Est ergo districte pure ꝛ sācte obseruanda hodierna solennitas a quolibet christiano: sicut precipit extra] de ferijs. c. conquestus. Nam qui debito honore eā celebrāt: habebūt omnes sanctos etiaꝫ angelos apud deum assiduos intercessores. Qui aūt secus fecerint nullum auxiliū ab illis in tēpore tribulationis sue impetrabūt. Sꝫ de quolibet tali dicent dicti sancti illud psal. Non sit illi adiutor: Et vt inq̄t Bernar. ser. ij. in vigilia natiuitatis dn̄i. Putas ne placatos habebis in iudicio: quos tanto vis priuare gaudio.

¶ Sexta ꝛ vltima questio est talis. Utrum hodie faciamus festum tantum de sanctis ab ecclesia canonizatis: an gn̄aliter de omnibus electis? Respondetur q̄ de oībus electis qui iam regnant cum deo. Et hoc notatur cuꝫ subdit in themate: eius Nā etsi non liceat facere publicū ꝛ solenne festum de aliq̄ sancto in particulari priusq̄ publice canonizetur: ꝑpt periculum abusus qui posset contingere: etiam dato q̄ talis sanctus faceret miracula: vt cauet extra de reliquijs ꝛ veneratione sanctorum. c. audiuimus. Nihilo

minus in generali hoc bene licet. Hodie ergo generaliter facimus festum de omibus sanctis dñi.i.qui in conspectu ei⁹ sunt in celo. Unde i officio hodierno canit ecclesia/dicens: Benedicite dñm omnes electi eius:agite diem letitie:et confitemini ei. Est ergo questio hodie facere festum congratulationis de omnib⁹ paruulis q in lege scripta mortui sunt post adeptam circuncisionem:aut qui i.lege gratie mortui sunt post susceptum baptismum. Item de omnibus adultis qui in fide christi et nulli pene.ob no rūdecesserunt:etiā cuiuscūq; status aut cōditiōis siue sexus extiterint. In cuius figuram legit Hester.i.q Assuerus rex potentissimus fecit tertio anno īperij sui magnum cōuiuium parari cunctis principibus et pueris suis fortissimis: persarum et medorum inclytis: et perfectis puinciarum coram se:vt ostēderet diuitias glorie regni sui. Ad ppositum:Assuerus qui interpretatur beatitudo:significat xp̄m:qui cū patre et spūsancto est vera et essentialis beatitudo angeloꝝ et hominum. Jo.xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te solum veruz deum:et quē misisti Jesum christum. Hic autē rex est tantus ac talis q data est illi potestas in celo et in terra:vt habet Matt. xxviij. Hic ergo Assuerus tertio anno imperij sui id est tempore legis gratie preparauit egregium cōuiuium:id est eternam beatitudinem. Et notanter dicitur tertio anno:quia in primo anno.i.in lege nature/ aut in secundo.i.in lege scripta non dicitur preparasse dictus rex preadictum conuiuium: sed tantū in tertio.i.in lege gratie: quando primum patuit introitus in regnum celeste. Sed quibus preparauit tale cōuiuium siue banquetum? Certe omnib⁹ sufficienter:sed tamē solis amicis ei⁹.i.electis efficaciter. Luc. xiiij. Homo quidā.i. Christus: fecit cenam magnam: et vocauit multos. Non aūt dicitur q vocauerit oēs / saltem efficaciter:quia non oēs intrabunt aulam regiam: sed tantum electi et predestinati a deo. Ecce ergo de quib⁹ sanctis hodie facimus festū per vniuersam ecclesiam. Superest ergo vt commendemus nos precibus sanctoꝝ omnium:quoꝝ hodie solēnia celebramus:quatenus ad eoꝝ peruenire mereamur societatem. Prestante domino nostro Jesu Christo:qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat i secula seculorum. Amen.

¶ Sermo Secundus de omnibus sanctis.

Beati qui habitant in domo tua domine:in secula seculorum laudabunt te. Psal.lxxxiij. Regius propheta Dauid describens statum felicitatis eterne:in principio psalmi.lxxxiij.exclamat:dicens ad dominum: Quam dilecta tabernacula etc.

Dicit autē tabernacula/et non tabernaculum:quia etsi sit vna omnibus communis beatitudo que de⁹ est: inequaliter tamen pticipatur ab electis. Hoc autem voluit innuere Christus Joan.xiiij.cū ait:In domo pa

tris mei mansiones multe sunt. Itē Luc.xvi.loquens diuitib⁹ huius seculi: admonet eos dicēs. Facite vob; amicos de mā mona iniquitatis:vt cum defeceritis:recipiant vos in eterna tabernacula. Dicit ergo ps.q̄ dilecta tabernacula tua domine virtutum.i.angelorum illi⁹ ordinis qui virtutes appellant.
¶ Circa qd notandum q huiusmodi tabernacula celestia sunt diligenda propter multa. Primo quidem ppter loci conditionem: qr in altissimo loco sunt sita. Mansiones aūt in alto site sunt salubriores q̄ i valle propter aeris puritatem. Secundo ppter libertatem. In illis eni tabernaculis nullus est seruus: sed omnes sunt liberi. Et de istis duobus sil' loquitur Apls ad Gal.iiij.dicens: Illa q̄ sursum est hierl'm: libera est: q̄ est mater nr̄a. Tertio propter inhabitantium conditionē: qr nullus est ibi tristis:sed omnes sunt leti. ps. Sicut letantium oīm habitatio est in te. Quarto ppter desideriorum omniū impletionem. ps. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Item Augustinus li.ij. ɔfes. Fecisti nos dn̄e ad te:et īquietū est cor nostrū donec veniat ad te. Quinto ppter perpetuam. pacē que ibi regnat. Esa.ix. Pacis ei⁹ nō erit finis. Iosue xxi. Data est pax in omnes per circuitū nationes.i.quo ad oēs status habitantium in celo. Sexto ppter securitatē. Ioā.vi. Eum(inquit xp̄s)qui venerit ad me:non eijciam foras. Item Io.xvi. Gaudium vestrū nemo tollet a vobis. Septimo ppter continuam sanitatem. Apocal'.xxi. Mors vltra nō erit:neq; vllus dolor: qm̄ priora abierūt. Octauo pter oīm bonorū que desiderari rationabiliter possunt abūdantiam ps. Gloria ⁊ diuitie in domo eius. Nono ppter loci pulchritudinem. ps. Omīs gloria eius filie regis ab intus. Ac si aperte diceret qd illa celestis gloria est pulchra ab intus: vt filia regis cū est decēter ornata:immo īfinities est pulchrior. Si eni celū stellatū videat nobis pulchrū: qd tn̄ est solum velut coopertura celi empyrei: necesse est credere q in celo empyreo est multo maior pulchritudo. Da exēplū de aliqua domo q̄ esset cooperta auro aut argēto: quam q̄ videret: statim iudicaret intus maximas diuitias esse recōditas. Decimo propter dei visionem. Nam vt habetur Esa.xxxiij. Electi regem in decore suo videbūt. Patent ergo dicte rationes ppter quas tabernacula illa celestia sunt diligēda. Et ideo bene dictū est a ppheta Dauid: Quā dilecta tabernacula tua dn̄e virtutum.
¶ Sequitur. Cōcupiscit ⁊ deficit ꝛc. Ista sunt verba deuoti catholici: qui attendens multiplicem rationem propter quā tabernacula celestia sunt diligenda: aspirat toto corde ad introitum illorū / dicens illud Can.i. Trahe me post te. Et hoc est qd hic ait: Cōcupiscit anima mea: supple introitū dictorū tabernaculorum celestiū. Et qr non pōt statim hr̄e qd concupiscit: ideo deficit .i. amore languet concupiscendo et desiderando vt transeat de hoc mūdo in atria

dñi.i.vt ingrediatur celestia tabernacula. Talr aũt cõcupiscebat Dauid cum dicebat. Sicut ceruꝰ desiderat ad fontes aquarũ ita desiderat anima mea ad te deus. Itẽ Paulus cũ dicebat Cupio dissolui et esse cum xp̃o. Silr senex ille Simeon cum dicebat. Nunc dimittis dñe seruum tuũ:scd̃m verbum tuum in pace. Luc.ij. Uel dic ꝙ atria tabernaculorum dñi sunt cordis cõtritio:oris cõfessio:opis satisfactio: per que tria patet introitus ad dicta tabernacula. Ut ergo deuotus catholicus possit ad hmõi tabernacula tandem ꝑuenire: aĩa eius in pñti concupiscit:ꝛ in concupiscendo deficit in atria dñi.i.ad cordis contritionẽ:oris cõfessionem:ꝛ operis satisfactionem. Profecto hec est optima concupiscentia: et ab omni paupere peccatore si cupit saluari/amplexanda.

¶Sequitur. Cor meum et caro mea exultauerunt in deũ viuũ: id est exultabunt. Nam completa gñali oĩum resurrectione cor et caro cuiuslibet electi.i. aĩa et corpus que pro pñti viuunt in discordia: eo ꝙ vt dicit aposto. ad Gala.v. Caro cõcupiscit aduersus spm̃:ꝛ spiritus aduersus carnem. (Hec enim sibi inuicem aduersantur) predicta inquam duo tunc erũt in maxima cõcordia adeo ꝙ vbi volet esse spũs ibi erit ꝛ corpus. Et tunc exultabunt suo modo in deũ viuũ. Anima quidẽ per apertã dei visionem. Caro vero per gloriosam incorruptibilitatem.

¶Sequitur. Etenim passer inuenit sibi domum: et turtur ꝛc. Ac si aperte diceret deuotus catholicus. Non mirum si anima mea concupiscit ardenti desiderio in atria dñi: et vt possit tandem intrare tabernacula celestia:quia passer.i.xp̃s/de quo in p̃s. Factus sum sicut passer solitarius in tecto: supple crucis. Iste inquã passer in sua ascensione inuenit sibi domũ in locis non manu factam.i. non huius creationis: sed ampliorem ꝛ perfectiorem. Quã quidẽ domũ vult omnibus esse cõmunem:qꝛ vult omnes hoĩes saluos fieri. Insuper turtur.i. virgo Maria de qua Cañ.ij. Uox turturis audita est in terra nostra: inuenit nidum vbi reponat pullos suos. Iste nidus est celum: quod inuenit virgo maria in sua gloriosa assumptione: cuius meritis illic reponuntur sui deuoti famuli. Studeamus ergo charissimi huic castissime turturi deuote famulari: vt in nido celi tandem possimus suis meritis collocari.

¶Sequitur. Altaria tua dñe virtutum:rex meꝰ ꝛ deus meus. Ista altaria sunt merita xp̄i: q̃ est dñs virtutum.i.illius ordinis angeloꝝ qui virtutes dicuntur: vt dictum est. Et qui silr est rex noster ꝛ deus noster. R. ex quidẽ noster: in pñti nos regendo: et deus noster: nos in futuro beatificando. Sup predicta igitur altaria.i. xp̄i merita ponuntur oẽs p̃ces nr̃e vt exaudiãt a deo patre. In cuius rei signum quotiens collecte eccłie ordinantur ad deum patrẽ: tandem in fine subditur. Per dñm nostrum ꝛc.

¶Sequit. Beati qui habitant in domo ꝛc. Iste versus multum facit ad ꝑpositum presentis so=

lemnitatis. Pro quo notandum q olim fuerunt multe hereses prout meminit beatus Hieron. et recitatur in decre.xxiiij.q.iij. quidam autem heretici: preter eas etiã que extunc pullularũt in xpi ecclesia. Inter quas vna fuit q humana corpora nunq̃ beatificabuntur in celo: sed semper manebunt in terra de qua assumpta sunt. Secus autem de animabus: que cũ sint spirituales substantie: de facili possunt in celum ascendere: dummodo bene vixerint cum corpore. Sed iste error repellitur per illam dictionẽ beati. Si enim sole aie beatificarentur: non dixisset ps. beati: sed beate. Alia heresis fuit negantiũ paradisum: et dicentiũ aias post separationem a corpore habitare in locis in q̃bus degunt eax corpa: ibiq3 letari aut tristari: iuxta vite meritum. Et vsq3 in hodiernũ diẽ videtur ista heresis perseuerare: potissime in illis qui timent de nocte adire loca in quibus degunt corpa defunctox inhumata: ne illis appareat spiritus eorundem defunctorum. Sed ista heresis repellitur per id qđ de electis subditur: qui habitãt in domo tua dñe.i. in celo. Alia heresis fuit negantium eternitatem beatitudinis: vt patuit in deductione tertie questionis precedentis sermonis. Sed ista heresis refellitur per id quod sequitur: in secula seculox.i. in ppetuũ. Alia heresis fuit eorum qui dixerunt felicitatẽ cõsistere in voluptatibus corporeis: vtpote in venereis: et silr in cibis et potibus: cuiusmodi fuerunt epicurei: vt dictum est in sermone de beato Dionysio. Sed silr ista heresis eliditur per id qđ subditur: laudabunt te. Ac si aperte diceret ps. q vera et perfecta beatitudo cõsistit in dei visione fruitione: et laudatione. Nã illi spũs beati siue angelici siue humani non cessant die ac nocte laudem dicere dño. Hoc idem etiam agent vocibus corporeis hoies beati post generalem resurrectionẽ: iux illđ psal. Exultationes dei in gutture eorum. Bene ẽ et catholice dictũ est in themate. Beati q̃ habitãt in domo tua dñe: in secula seculorum laudabunt te.

¶ In presenti sermone conformiter ad euangelium pñtis celebritatis intendo loqui de octo beatitudinibus. Pro quo notandum q sicut intratur in palatium siue aulã regiam per portas ad hoc pparatas: ita etiã intrant hoies in palatium celeste siue in domum domini per octo portas que in dicto euangelio notant: et que his nominibus appellantur: vez

Paupertatis
Mansuetudinis
Lamentationis
Iustitie
Misericordie
Munditie
Pacis
Persecutionis.

¶ Prima igitur porta per quam intratur in domũ dñi: dr paupertatis. De qua dicit xps in euangelio hodierno. Beati pauperes spũ: qm ipsorum est regnum celorum. Ecce quomodo per portam paupertatis intratur in regnum celeste. Et per hanc portam illic intrant cõiter pauperes

religiosi mendicantes/regulari ter viuentes. Similr pauperes agricole:in sudore vult⁹ sui panem suum comedentes. Item illi qui pre inopia ostiatim coguntur mendicare. Hi eñ et similes qui suam paupertatem patienter ferunt: dummodo in aliis recte se habeant: per portam paupertatis indubie regnum celorum intrabunt. Et per oppositum diuites auari:et qui in bonis.i. in deliciis huius seculi ducunt dies suos per portam diuitiarum intrabunt infernum post diuitem epulonem.

¶ Circa hoc tñ videnda sunt q̈tuor dubia cũ suis solutionibus

¶ Primũ igitur dubiũ est tale. Utrũ aliquis possit esse beatus in p̃nti vita. Pro solutione notandũ ꝙ triplex est beatitudo: vcȝ abusiua:pfecta: ⁊ impfecta.

¶ Prima igit̃ beatitudo consistit in deliciis ⁊ voluptatib⁹ huius seculi: item in gl'ia:fama:et fastu p̃ntis vite: item in diuitiis et mundana prosperitate. Loquendo ergo de predicta beatitudine:bene stat ꝙ aliquis possit esse btũs in hoc seculo:vcȝ in estimatione hominũ:iuxta illud psalm̃. Beatũ dixerunt populũ cui hec sunt siue insunt. Sed qd demõstrat ly hec? Certe demonstrat illa q̃ paulo an̄ dicta verba in eodẽ p̃s. p̃mittunt̃ de illis q̃ p̃sperãtur in hac vita: cũ dicit̃. Quoꝝ filii sicut nouelle plantationes in iuuentute sua. Filie eorũ ꝯposite:circũornate vt similitudo tẽpli. Ac si aperte diceret p̃s. ꝙ apud hoies mũdanos illi reputantur felices ⁊ beati q̃ habent pulchrã et elegantem prolẽ. Silr ⁊ illi qui abundant diuitiis huius seculi. Ideo subdit. Promptuaria eoꝝ plena eructantia ex hoc in illud.i.pre abũdantia. Sicut solet cõiter dici de aliquo magno diuite. Talis habet tot bona ꝙ nescit vbi reponere illa. Itẽ illi reputant̃ beati quoꝝ oues:boues: ⁊ silia bruta domestica p̃sperant̃. Un̄ subditur. Oues eoꝝ fetose abundantes ⁊c. Silr et illi q̃ habent pulchra palatia: castra:domos politas ⁊ hmõi. ideo subdit̃. Non est ruina macerie ⁊c. Hoies g̃ mũdani ⁊ fatui q̃ magnificiunt p̃dicta bona:btm̃ dicunt ppl'um cui hec sunt. Quam fatuitatem apte reprobat Boetius de ꝯsol. lib.ii. p̃sa.iiii. sic inquiens. Quis est tam composite felicitatis vt nõ aliqua ex parte cũ status sui qualitate rixetur? Hoc aũt per pulchre ⁊ prolixe deducit ostendens semp cũ humana felicitate aliquem esse defectum.

¶ Scd'a btitudo vocat̃ pfecta et cõsummata q̃ solũ hr̃ in p̃ria celesti. de q̃ loquẽs idẽ Boetius de cõso.lib.iii. p̃sa.ii. dt ꝙ btitudo est stat⁹ oim bonoꝝ cõgregatione pfect⁹. De hac etiã loquit̃ thema preassumptuȝ cũ ait. Bti q̃ hitãt ⁊c. Hanc aũt btitudinẽ credere ⁊ spare debemus. Quã tñ antiq̃ phi minime cognouerunt. Un̄ Lactã.lib.diuinaꝝ institutionũ scribit ꝙ multi phi ad hoc laborauerunt vt eã cognoscerent:nec tñ ipsam cognouerunt. Silr Aug.lib.xix.de ci. dei ca.i. refert de Marco Uarrone ꝙ in libro suo de phia narrat ⁊ discurrit ducẽtas octogintaocto sectas seu falsas opiniones de ipsa btitudine q̃s antiq̃ phi suo ingenio adinuenerunt.

¶Tertia beatitudo vocat imperfecta: sed tñ vera. De qua recte potest intelligi illud ps̄. Beatus cuius deus Jacob adiutor eius: spes eius in domino deo ipsius qui fecit ꝛc. Et hec beatitudo potest haberi in p̄senti vita. Nā quicunqȝ habet gratiam et charitatē: est btūs btitudine vie. Et talis habet maius bonū in conscientia q̄ sint ꝛ valeant oēs thesauri ꝛ diuitie oīm regū ꝛ principū huius mundi. Consistit aūt huiusmodi beatitudo p̄cipaliter in puritate mentꝫ: ꝛ in dilectiōe dei ꝛ p̄ximi: iuxta illud ps̄. Beati immaculati in via. Ecce primū. Qui ambulant in lege domini Ecce secūdum. Lex eñ domini est in dilectione dei ꝛ proximi. Illi ergo ambulant in lege dñi: qui p̄ficiunt in dilectione dei ꝛ proximi euntes de virtute minori ad virtutē maiorem ꝛ perfectiorem. Et sic patet ad primum dubium.

¶Secundum dubium est tale. Utrum oēs pauperes sint beati beatitudine vie: de qua immediate prius dictum est. Respondetur ꝙ non.

¶Pro quo notandum ꝙ triplex est paupertas: scilicet ficta: necessaria: voluntaria.

¶Prima est hypocritarū et eorū qui interdū petunt eleemosynam ab his qui sunt se pauperiores. vt sunt multi trutanni: quorum aliqui fingunt se egrotare: fricantes interdum membra sua aliquibus herbis vt appareant deformia: ꝛ vt sic perāplius prouocent christifideles sibi benefacere. Alij fingunt se peregrinos Romanos: aut hierosolymitanos: siue michaelistas et hmōi. Alij fingunt se inter manus turcorum deuenisse ꝛ multa ab eis passos fuisse. Et sic de infinitis alijs fictionibus quibus id hominū genus vti solet: vt subtili ingenio extorqueant eleemosynas xp̄ifidelium. Et tales sunt fures et latrones: in hoc maxime ꝙ defraudant veros pauperes xp̄i: subripientes eorum benedictionem. Solent etiā tales gallandi ꝛ coquini multa iniqua agere. Et ideo iudices ꝛ p̄positi ciuitatum deberent circa tales habere oculum: maxime cū lex imperialis que incipit/ congruit. ff. de officio presidis: dicat ꝙ princeps prouincie debet purgare p̄uinciam malis hominibus.

¶Secunda paupertas est necessaria. Et hac pauptate multi laborāt: etiam plerunqȝ inuite ꝛ coacte. Uellent enim libenter plus abundare: vt sunt multi rustici ꝛ similes qui quodam modo conquerunt de deo: eo ꝙ nō dedit illis diuitias sicut multis alijs etiā male viuentibus. Sed tamen tales deberent facere de necessitate virtutem: et cōsolari in pauptate sua p̄pter tria. Primo animaduertentes ꝙ Christus elegit pauperes piscatores in apostolos: ꝛ hoc pro magna parte. Et hoc est quod scribit Jaco. ij. Nonne deꝰ elegit pauperes in hoc mundo: diuites in fide: ꝛ heredes regni? Secundo contemplantes ꝙ dei filius cum esset diues: propter nos egenꝰ factus est: vt illiꝰ inopia diuites essemus: vt habet ij. ad Corin. viij. Tertio aspirātes ad celeste regnū vbi omnes in immensum ditantur. Ad ta-

lis aũt regni introitum multuz valet pauptas patiente r tolerata: quia vt dicit. Ber. de aduen. dñi. ser. iiij. Magna penna est pauptas: qua cito volat ad regnũ celorũ. Da exẽplũ de viatore q̃ facilius incedit cuz tunica curta ꝙ̄ longa. In cuius figurã legitur. iiij. Reguz. ij. ꝙ Helias reliquit pallium suum quando voluit in celum ascendere.

¶ Tertia paupertas est voluntaria. Et hanc amplexãtur veri religiosi: qui respuentes temporalia tanꝙ̄ stercora: amplexati sunt toto corde volũtariã paupertatem quam non relinquũt ante vite terminũ. Prodest autem talibus huiusmodi paupertas voluntaria ad tria. Primo quidem quia reddit eos agiles ad sequẽdum Christum. Unde et apostoli qui hanc elegerant dicebant ad ipsum Christum illud Matthei. xix. Domine ecce nos reliquimus omnia ꝛ secuti sumus te. Secundo vero qꝛ facit eos graciles ad intrandum paradisum. Da exemplũ de homine nudo qui transit per paruum foramen, ꝑ per quod vestitus minime subintrare posset. Econtra autem de diuite auaro scriptum est Matth. xix. Facilius est camelum per foramẽ acus transire: ꝙ̄ diuitẽ regnuz celorum intrare. Tertio autem quia reddit tales pauperes diuites ad emendum huiusmodi regnum celoꝝ: quod emit̃ magis pauptate ꝙ̄ terrenis diuitijs: dicente Christo vbi supra. Om̃is qui reliquerit domũ aut agrũ propter nomen meũ: centuplũ accipiet: ꝛ vitã et̃nã possidebit. Hanc tñ paupertatem voluntariã siue regularẽ male obseruant pleriꝗ religiosi: vt sunt illi de quibus loquit̃ Ber. ser. iiij. de aduentu dñi: dicens Sunt qui pauperes esse volunt eo tñ pacto vt nihil eis desit: et sic diligũt paupertatem: vt nullam inopiam pati velint. Hec ille. Patet ergo ꝙ illi soli pauperes sunt beati beatitudine vie qui paupertatem diligunt: ꝛ eã patiẽter ferũt. Et talis fuit beatus Dominicus qui venditis libris ꝛ oĩbus q̃ habebat: oĩa distribuit in vsus pauperũ tp̃e famis. Talis etiã fuit beat⁹ franciscus qui paupertatẽ interduz vocabat dominã suam.

¶ Sed aliqui in contrarium obijciunt de traiano qui ad preces beati Greg. fuit ab inferno liberatus. Rndet ad hoc quadrupliciter. Primo quidem quod ipse traianus non erat damnat9 per finalem dei sententiam: neque secundum finalem ipsius dei ordinationem et preordinationem: sed tamen secundum presentem iustitiam: et sub conditione. Preuiderat enim simul deus ab eterno et Gregorij orationem quam facturus erat pro dicto traiano: et ipsi9 traiani a penis liberationem. Motiuum autem Greg. ad orandum pro ipso traiano iam mortuo per annos trecentos: fuit eo quod legit historiam narrantem qualiter ipse traianus imperator quamuis paganus: pietate tamen motus super muliere vidua petente ab eo iudicium et iustitiam fieri de illo qui filium suum iniuste occiderat: de equo super quem iam ascenderat vt ad bellum proficisceretur: descendit: et examinata causa: atque veritate cognita condigna satisfactione consolat9 est dictam viduam. Secundo rndetur quod liberatio traiani a penis inferni ad preces diui Greg. fuit ex speciali dei gratia et priuilegio. Modo vt habetur extra de concessione prebendarum. cap. constitutus. Priuilegium personale ad ius commune trahi non debet. Et ideo non sequitur quod de9 debeat ceteris damnatis facere talem miam qualem fecit traiano. Dicit etiam extra de presumptionib9. c. mandata. quod priuilegium personale non excedit personam. Et similiter idem habetur. vij. q. j. petisti. Modo liberatio traiani ab inferno fuit priuilegium personale: ideo etc. Tertio respondetur secundum aliquos quod ipse traianus fuit miraculose resuscitatus: et postmodum baptizatus. Consequenter autem quod egerit mirabilem penitentiam in desertis egypti per annos plurimos. Primum autem dictum videtur approbare beat9 Tho. iiij. sen. di. xlv. in sol. ad quoddam argumentum: vbi dicit sic. Potest probabiliter estimari quod precibus beati Grego. fuerit traian9 vite restitutus

atqꝫ sibi sit gratiam consecutus per quam habuit remissionem peccatorum: et per consequens immunitatem a pena. Quarto respondetur ſm aliquos: prout recitat idem beatus Thomas vbi supra: q᷑ anima traiani non fuit simpliciter absoluta a reatu pene eterne: sed eius pena fuit suspensa ad tempus: scilicet vsqꝫ ad diem iudicij. Et sic patet quid sit dicendum ad dictā instantiam de traiano.

¶ Secundum receptaculum inferni siue locorum profundorū est limbus sanctorum patrum et matrum sanctarum legis nature ⁊ scripte. Constat enim ex fide q᷑ ante dn̄i passionem nullus quantūcunqꝫ iustus aut pfectus post mortem ascendebat in celum: quia primus qui inter homines illic ingressus est fuit xp̄s. Sed p̄dicti sancti patres descendebant ad limbum q̄ dicebat limbus patrū. Nec erat locus ille tenebrosus sicut locus reproborum: sed habebat claritatē quandā: vt dicit glos. super illō verbū Lu. xvj. Factū est vt moreret mendic⁹ ⁊ portaret ab angelis in sinum abrahe. Hmōi ergo limbus est hodie totaliter vacuus. Nec aliqua aia illic descendit ex quo xp̄us illic descendens sanctos patres inde eduxit. Hoc est ergo illud receptaculum de quo Zacha. ix. Emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Unde q̄lꝫ eorum in tali eductione merito potuit dicere illud Psal. Expectans expectaui dominum: et intendit mihi: et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miserie: ⁊ de luto fecis: ⁊ statuit supra petram. i. Christū: pedes meos: id est affectiones: et direxit gressus meos: supple versus celum.

¶ Tertium receptaculum inferni est limbus paruulorum qui in lege veteri mortui sunt absqꝫ circuncisione: aut in lege nature absqꝫ parentum fide: siue etiā in lege gratie absque baptismo. Omnes enim tales ad eundem limbum descendunt: nec aliq̄n inde liberabuntur: sed sine fine ibi manebunt. Nec tristantur inde: scientes q᷑ nunq̄ habuerunt ius ad regnum celorum quod primum acquirebatur in veteri lege quando paruulus circuncidebatur. In lege autem gratie acquiritur primū in baptismo. Solet autem ad hoc dari similitudo de rustico qui non tristatur si non sit rex. Item de simplici presbytero qui non tristatur si non sit episcopus aut papa. Fatue ergo ⁊ false loquuntur illi qui dicunt q᷑ tales paruuli querunt vindictam a domino de matribus suis: ⁊ signāter de illis que per culpam suam et insolentiam fuerunt in causa quod tales abortiui nati sunt. Hmōi ergo paruuli imperpetuum manebunt in predicto limbo cum beatitudine naturali ⁊ gaudio mirabili: citra tamē gaudium celeste.

¶ Quartum receptaculum inferni dr̄ purgatorium: vbi anime detinentur ad tempus: ⁊ affligunt scd̄m magis ⁊ minus pro varietate culparum quas in presenti commiserunt. Possunt tamen predicte anime suum purgatorium alibi facere: prout decreuerit diuina voluntas. Unde

Augusti.lib.de spiritu et anima ad propositum loquens dicit sic: Quedam anime in abditis receptaculis usque ad ultimam resurrectionem continentur: sicut unaqueque digna est requie vel miseria. Quedam autem in eisdem locis in quibus culpam commiserunt: puniuntur. Patet ergo quod thema preassumptum loquitur de profundis purgatorii cum ait. De profundis etc.

¶ Quinta questio movetur propter illud sequens verbum: Clamavi. et est talis. Quare anime existentes in purgatorio clamare dicuntur? Respondetur quod propter causas que communiter faciunt aliquem clamare. Ubi notandum quod aliqui clamant communiter propter tria. Primo quidem propter dolorem quem patiuntur: sicut patet de aliquibus egrotantibus. Secundo vero propter nocumentum quod presens intuetur: sicut patet de igne comburente domum propriam. Tertio autem propter carentiam boni circa quod afficiuntur: sicut patet de parvulis desiderantibus panem. Propter autem ista tria ille pauperes anime in purgatorio detente clamant et eiulant quotidie.

¶ Primo quidem propter indicibilem dolorem quem patiuntur. psal. Dolores inferni circumdederunt me. Ista sunt verba anime existentis in purgatorio que ita loquitur eo quod ignes purgatorii et inferni sunt eiusdem speciei. Sequitur. Tribulationem et dolorem inveni: et nomen domini invocavi: dicens supple. O domine libera animam meam: misericors dominus et iustus: et deus noster miseretur.i. misereatur mei. Unde propter vehementem dolorem quem patiuntur dicte anime recurrunt ad parentes et amicos pie lamentando et dicendo illud Job.xix. Miseremini mei miseremini mei: saltem vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Sed proh dolor: ut inquit Augu. ad fratres in Eremo. ser.xliiii. qui intitulatur de pietate: Clamant quotidie qui iacent in tormentis/clamant: et pauci sunt qui respondeant. Ululant: et non est qui consoletur eos O quam grandis crudelitas fratres mei. O quam grandis inhumanitas. Clamant ad nos quotidie: qui dum vixerunt multa mala pro nobis sustinere voluerunt: nec eis subvenire curamus. O vere magna inhumanitas. Ecce enim infirmus iacet et clamat: et a medicis consolatur. Clamat porcus: et omnes cum eo clamare non cessant. Cadit asinus: et omnes eum sublevare festinant. Clamat autem in tormentis fidelis: et non est qui respondeat. Ecce vestra inhumanitas fratres. Hec ille.

¶ Secundo dicte anime clamant propter ignis presentiam: a quo mirabiliter cruciantur: ita ut dicat Augu. lib. de vera et falsa penitentia.c.xviii. et similiter recitatur in decretis dis.xxv. qui in aliud. Item de penitentia distin.vii.c.nullus. Item.iiii.sen. dist.xx. quod ille ignis etsi non sit eternus: miro tamen modo est gravis. Excedit enim omnem penam quam unquam passus est homo in hac vita/ aut pati potest. Nunquam enim in carne inventa est tanta pena: licet mirabilia passi sint martyres tormenta: et iniqui nequiter quanta sepe susti-

nuerunt supplicia. Deinde seq̃tur gratiosa admonitio cũ subditur. Studeat ꝙ quisq; sic delicta corrigere: vt post mortem non oporteat eum penam tolerare. Hec ibi. Interrogo ergo nunc quẽlibet christianum quãtũcunq; durum ⁊ inhumanum ad parẽtes: si nõ cito vellet succurrere patri aut matri fratri aut sorori. amico vel benefactori: si videret eum itra flammas iacentem aut ꝓiectũ? Quanto magis autem debemus subuenire dictis animabus ĩtra ignẽ purgatorĳ ĩncõparabiliter grauiorem igne presentis seculi detentis? Sed forsan dicet aliquis. O si scirem animaꝫ patris mei vel matris: siue cuiuscũq; consanguinei mei illic detineri: profecto nũq; cessarẽ ab operibus pietatis quousq; inde liberaretur. Sed quia de hoc nihil scio: ideo remissior efficior ad orandum pro defunctis: et ad benefaciendum pro illorum liberatione. Sed audiat talis non meam/sed diui. Augu. sententiã: lib. de cura pro mortuis agenda sic inquiẽtẽ. Quia non discernimus quibus defunctis prosint suffragia nostra: oportet ea ꝓ omnibus regeneratis facere: vt nullus eoꝝ pretermittatur ad quos hec bñficia possint et debeant peruenire. Melius eñi supererũt ista eis quibus nec obsunt nec prosunt: q̃ꝫ eis deerunt quib⁹ prosunt. Hec ille. Ex q̃ pꝫ ꝙ nũq̃ꝫ deneganda sunt defunctis pietatis bñficia.

¶ Tertio dicte anime clamant ꝓpter carentiam boni circa qđ afficiũtur. Qđ q̃dẽ bonũ nõ est aliud q̃ꝫ visio diuine essentie/ et assecutio vite eterne. Unde Psalm. in persona cuiuslibet in purgatorio existẽtis loquit/dicens: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat aĩa mea ad te de⁹. Sitiuit anima mea ad deũ fontẽ viuuꝫ qñ veniã et apparebo ante faciem dei mei. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte dum dicit ⁊c. Et nota ꝙ per illa verba: Sitiuit aĩa mea ad deũ fõtem viuũ: insinuatur ardẽtissimũ desiderium qđ habet quilibet in purgatorio existens ad deũ vidẽdũ. Cui⁹ visio que est tota merces/ satiat ⁊ refrigerat hmõi desiderium. Nõ immerito ergo anime in purgatorio detente clamant non solum ꝓpter penã sensus quam experiũtur: veꝝ etiã ꝓpter carẽtiam boni infiniti et beatifici ad qđ vidẽdum ⁊ possidẽdũ afficiuntur. Et hec est principalis earũ pena: que a doctorib⁹ vocatur pena dãni. vñ Aug. in enchiridio. ca. cxj. O q̃ꝫta inquit pena est priuari ciuitate ⁊ regno dei: carere tam magna multitudine dulcedinis dei quam abscõdit timẽtib⁹ se. Hec enim pena tam grandis est: vt nulla possint ei tormẽta q̃ nouim⁹ comparari. Item Chryso. homi. xlvĳ. Multi inquit hominũ gehẽnã tantũ formidãt: ego aũt illius glorie priuationẽ multo grauiorẽ gehennã esse dico. Et post pauca. Licet inq̃t innũeras q̃s ponat gehennas: nil tale dicet quale illa felici excidere gloria. Hec ille. Et q̃uis istud tãgat dãnatos qui sunt perpetuo priuati visione dei: nihilominus potest etiam intelligi de existẽtib⁹ in

purgatorio: q̄b⁹ grauissimū est retardari quantūcunq parum a celesti gl'is. Da exēplū de filio regis cui ad tp̄s claudit̄ aula regia ne introeat ad p̄rem. Merito ḡ propter tria predicta clamant et eiulant aie in penis purgatorij detente.

¶ Sexta ꝛ vltima q̄stio est: ad quē dirigit̄ clamor aie existentis in ꝓfundis purgatorij. R̄n̄det in themate q̄ ad te. Sed ad quem te? Certe ad te

Pater sancte.
Dei electe.
Sacerdos venerande.
Fili charissime.
Executor infidelissime.
Popule christiane.

¶ Primo igit̄ q̄libꝫ i purgatorio exn̄s loquit̄ ad dn̄m/ di. De ꝓfūdis clamaui ad te p̄r sct̄e. Qꝫ si q̄reret dn̄s ab eo cur clamat: ꝛ q̄d ab eo petit: vtiq illi r̄ndere posset illō p̄s. Educ de carcere aīam meā. i. de purgatorio qd̄ est q̄si carcer dei inquo detinēt̄ rei ꝛ captiui illi⁹. Circa qd̄ notādū q̄ de⁹ hꝫ duplicē carcerē in alio sc'lo. Primus est criminosorum: in quo recludūt̄ dānati ꝓpter crimia enormia q̄ in p̄n̄ti cōmiserūt: a quo nūq liberabūt̄: iuxta illō Mat. v. Aduersarius mittet te in carcerē. Amē dico tibi: nō exibis inde. Scd̄s carcer dei est ille in q̄ recludūt̄ hoies propter debita. i. ꝓpt̄ penā debitā ꝓ pctis: ꝛ non solutam in p̄n̄ti: sed illa soluta īde cōtinuo liberāt̄. Et iste carcer ꝓp̄e vocat̄ purgatoriū: de q̄ pōt intelligi illud Esa. xxiiij. Claudēt̄ i carcere: ꝛ post multos dies visitabūt̄. Et iste carcer fuit ꝑfigurat⁹ ꝑ illū carcerē in quo fuit positus magr̄ pistrinarum pharaōis: vt legit̄ Gene. xl. De quo subdit̄ ibi q̄ post tres dies recordat⁹ est pharao ministerij illius: ꝛ restituit eum in gradū pristinū. Per qd̄ designat̄ q̄ postq aliq̄ aia aliquanto tp̄e stetit in purgatorio: tandē inde liberat̄. Recordat̄ eñ rex pharao. i. deus omp̄s ministerij illius. i. bonorū operū q̄ fecit in p̄n̄ti: ꝛ restituit eā in gradum p̄stinū. i. reddit ipsam capacem ad percipiēdum eternuꝫ premiū ꝓ precedentibus meritis. Bn̄ ergo i purgatorio exn̄s orat dn̄m dicens. Educ de carcere animā meam. Sed quare hoc? Certe vt ꝯfiteatur scꝫ confessione laudis eterne nomini tuo. i. ad honoreꝫ nominis tui. Ne q̄so hoc differas facere: qꝛ me expectāt iusti. i. electi q̄ expectant ꝛ desiderant numerum saluandorum: donec retribuas mihi: sup. eternū gaudium cum eis. De isto auteꝫ clamore habemus figurā Jone. ij. vbi legitur q̄ Jonas in ventre ceti absorptus: a mari clamauit ad dn̄m pro sua liberatione: ꝛ tandē liberatus est. Ad ꝓpositū Jonas in ventre ceti clamans ad dn̄m ꝓ sua liberatione/ est aīa in purgatorio exn̄s: q̄ clamat ad dn̄m vt liberet eā de oīb⁹ angustijs suis. Vn̄ quotq̄t aie ibi sunt vident̄ se mutuo hortari dicētes illō. j. Macha. iiij. Nūc clamemus in celū: ꝛ miserebit̄ nostri de⁹ nr̄. Sed q̄d clamādo dicūt ad dn̄ꝫ? Certe dicūt: Pater de celis de⁹ miserere nobꝭ. Fili redēptor mūdi de⁹ miserere nobis. Spūssancte de⁹ miserere nobis. Sancta trinitas ꝛc.

¶ Secundo quilibet in purgatorio existēs implorans suffragia omniū electorū: tam angelorū ꝙ hoim: loquitur ad quēlibet / dicēs. De profundis: supple penarū purgatorij: clamaui ad te: o sācte ꝛ electe dei: rogans vt apud ipsum impetres mihi refrigeriū: quia crucior in hac flāma. Et de isto clamore ꝛ petitione figuram habemus Geñ. xl. vbi legitur ꝙ Joseph i carcere detentus rogauit prepositum pincernarum domus pharaonis: dicens. Memento mei cum bene tibi fuerit: et facies mecum misericordiam: vt suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere. Ad propositum Joseph in carcere pharaonis detent⁹ recte designat quālibet animā in purgatorio qđ est quasi carcer dei: existētem. Proposit⁹ pincernarū est quilibet beatus: ad quē porrigit ꝓces quelibet talis aia: rogās vt faciat cū ea hāc misericordiā: vt scz / suggerat pharaoni. i. omni potēti deo: vt educat eā de ꝓdicto carcere: a quo nullo pacto potest liberari nisi ex specialissima dei misericordia. ps. Apud dñm misericordia: ꝛ copiosa apud eum redēptio. Ista redemptio in ꝓposito referť ad liberationē dictarū aiaꝝ a penis purgatorij. Clamant itaqꝫ sepe dicte aie ad singulos sanctos ꝛ sanctas dei: rogantes vt ꝓ ipsis orēt dñm / dicētes: Sancta Maria ora ꝓ nobis. Sācte michael ora ꝓ nobis. Sācte petre ora ꝓ nobis: et sic de alijs.

¶ Tertio existēs i purgatorio de profundis clamat ad quēlibet deuotū ecclesiasticū virum / dicēs: O sacerdos venerande / ecce ego pie clamo ad te: vt pro me offeras ad dñm sctām oblationē altaris: que est potissimuꝫ remediū ad liberandum aiam meā: qꝛ vt habeť de cōse. dist. ij. nihil. In sacrificijs nihil maius esse potest ꝙ corpus ꝛ sanguis christi. Nec vlla oblatio acceptior potest esse: sed oēs hec precellit. Item. xiij. q. ij. tempus dicit Aug. ꝙ aie defunctorū releuantur cū pro illis sacrificium mediatoris offerť. Idem etiam dicit vbi supra ca. iiij. modis.

¶ Sed profecto dicte aie pñt rōnabiliter conqueri de tribus generibus ecclesiasticorum.

¶ Primo quidē de illis quib⁹ pie intēdētes legauerūt in vltimis suis volūtatib⁹ aliq̄ bona tp̄alia vt ꝓ illis facerēt specialia suffragia ad dñm: qui tñ de toto nihil faciunt: aut si faciūt / non tñ totū: sꝫ vt vulgo dr faciunt trāsire duas missas sub eodem ꝓ oia. Item alij faciunt transire duos obit⁹ sub vno fidelium: sicut videre est in multis ecclesijs cathedralib⁹ ꝛ collegiatis / que abūdāt talib⁹ obitibus: ꝛ nihilominus in dies recipiunt nouos. Nota de illo sacerdote qui post mortem apparuit cuidam amico suo clerico: dicens ꝙ propter trinos ꝛ quaternos ꝓductus erat ad infernos. Cūqꝫ a socio reprehenderetur de incongruitate / ait illi: Nescis qꝛ scriptum est Eccles. ix. ꝙ nec ratio: nec sapientia: nec scientia sunt apud inferos.

¶ Secūdo conqueruntur dicte anime de illis ecclesiasticis qui ꝗbuis totū officiū dicant: vt pote oēs missas et cetera suffra-

gia: nō tñ decenter: quia forsan in mortali pctō: vt patz de aliquib⁹ impudice viuentibus. Qz eñi scriptum est Joā. ix. q̄ deus pctōres non audit: ideo orationes talium minus valēt apud deū q̄ si religiose ꝛ pure viuerent: quinimmo vt dicit Grego. et recitatur in de cre. iij. q. vij. in grauib⁹. Cum is q̄ displicet ad intercedēdū mittitur / irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur. Sup quo dicit glo. q̄ hic est argumentum orationes malorū his p quib⁹ orant / nocere plusq̄ prodesse. Et idem dr. j. q. j. fertur.

¶ Tertio conqueruntur dicte aīe de illis ecclesiasticis q̄ assumunt onus dicēdi certū nūeruz missarū: vtpote vnū trigenariū aut annuale p ipīs defunctis: sz qz forsan tales hñt alias missas dicēdas: aut qz nolunt esse vt galli villanoꝝ qui omni nocte cātant: ideo faciunt dici tales missas in toto vel in parte p quosdam simplices sacerdotes vite talis qualis: quibus p mercede dant vile pretiū: forte medietatem / aut minus pretij qd ipsi recipiunt pro huiusmodi missis. Et preter hoc tales pauperes capellani consumunt vnā partem modici salarij sui cum dictis curatis aut vicarijs: vt sic permaneant in bona gratia eorum. Hec enim est practica multorum modernorum ecclesiasticorum.

¶ Quarto principaliter existēs in purgatorio alloquens suum filium aut heredem qui negligit benefacere pro remedio illius / dicit. De pfundis clamaui ad te o fili aut filia heres ꝛ aut cōsanguinee vt saltē mihi miserearis: qui de bonis per me acquisitis cum labore plurimo abundāter ditaris. Job. xix. Miseremini mei miseremini mei: saltē vos amici mei: qz manus dñi tetigit me. Deinde ꝯquerit defūct⁹ de predictis q̄ negligūt p eo orare et benefacere dicēs: Quare persequimini me sicut de⁹. i. p seq̄ ꝛ durissime in purgatorio flagellari pmittitꝭ: q̄ carnib⁹ meis. i. bonis vobis derelictꝭ saturamini? Audite q̄d Aplus dicat. j. ad Tim. v. Si q̄s inqt suorum ꝛ maxime domesticorū curam non habet: fidem negauit: et est infideli deterior. Tu ergo fili aut heres curam mei habe: qz crucior in hac flāma. Attēde q̄ grauis est ignis quē patior. De quo etiā gloriosus ille dei athleta Sebastianus dicebat q̄ tā ardens est vt ignis presentis seculi non sit nisi quedā pictura respectu illius. Merito ergo dicere possū illd Threno. j. O vos omnes qui trāsitis p viā: attēdite ꝛ videte si est dolor similis sicut dolor me⁹. Sed proh dolor: non obstantib⁹ his omnibus hodie paucissimi filij aut heredes defunctorum inueniuntur qui faciant debitū suū pro ipsis defunctis: quinimmo bona per ipsos defunctos cum labore plurimo acquisita: ꝛ forte cum nimio desiderio: propter qd detinenꝭ in purgatorio: dilapidant ꝛ prodige expendunt in vanitatibus huius seculi: et in mulieribus atq̄ fructib⁹ vētris. Alij autem mouēt ꝛ suscitant varios pcessus pro occupādis bonis ipsorum defunctorū. In quorum quidem processum

prosecutione multa substantia inaniter consumitur: nec interi ipsa testamenta complentur.

¶ Quinto i purgatorio existẽs alloquitur suum executorez negligentem: dicens. De profundis clamaui ad te o executor infidelissime. Ego enim plus de te cõfidens ꝙ de proprijs filijs. aut propinquis: te elegi executorẽ mee vltime volũtatis: sed inique egisti in testamento meo quia aut ipsum non cito impleuisti: aut si cito/ forsitan nõ plene: aut si plene: nõ tñ ea intentione ⁊ forma qua statueram. Da exẽplum de illis qui legauerant decem modios vini: et totidem frumenti distribuentes in vsus pauperum. At vero executores dãt de peiori. Idem dic de illis qui statuerãt certũ numerum pauperum vestiẽdorum de nouo in die exequiaruz suarum. Sed executores pleni auaritia eligũt duodecim paruulos: vt minus consumant de panno: et preter hoc illos vestiunt de grosso ⁊ vili panno: credentes per hũc modum satisfacere intentioni defunctorum. Sed profecto mentita est iniquitas sibi. Audiãt ergo tales ⁊ corde intelligant quod dicit Grego. ⁊ recitatur. xiij. q. ij. vbi sic ait. Ultima voluntas defuncti modis omnibus obseruari debet. Qui autez secus faciunt: excõmunicationem incurrunt: vt notatur vbi supra. cap. clerici. Itẽ extra de testamẽtis. c. tua nobis. item. c. Joannes. dicit ꝙ executores testamentoruz sunt compellendi exequi voluntatez testatoris: Item lib. vj. de testamentis ⁊ vltimis voluntatibus cap. religionis: vbi ꝙ vltima volũtas testatoris nec impediri: nec nimium differri debet.

¶ Sexto ⁊ vltimo qlz in purgatorio existẽs alloquitur generaliter populuz christianum dicens. De profundis clamaui ad te o popule xp̃iane. Qui enim iuxta me erant vita comite. s. pximi ⁊ amici: de longe steterunt post mortem meam: ita vt apud eos perierit mẽoria mea cum sonitu. Propter quod cogor implorare suffragia generalia: ex quo non possum habere pticularia Hinc est ꝙ in missis q̃ soluuntur p defunctis: solet addi oratio cõmunis q̃ incipit Fideliũ deus oim ⁊c. Silr quilibet sacerdos post secũdum memento misse solet subdere: Ipsis dñe: quos sup. in particulari tibi cõmẽdo: ⁊ oibus in xp̃o quiescenti b9: locũ refrigerij lucis et pacis vt indulgeas deprecamur. Multi ergo i purgatorio existẽtes merito possunt cõqueri cũ illo languido de quo legit. Jo. v. ꝙ xxxviij. annis steterat infirm9 iuxta piscinam/ expectans aque motũ: dicẽtes ad dñm quilibet pro se. Dñe hominẽ nõ habeo: qui supple me iuuet in pticulari. Sed quemadmodũ xp̃s illi languido potius ꝙ alijs qui auxiliatores habebãt subuenit: ita etiã et nos debemus subuenire per cõmunia suffragia illis aĩabus q̃ in purgatorio degẽtes neminẽ habẽt in pñti auxiliatorẽ. Queadmodũ ꝙ diuites huius seculi inter dũ faciũt eleemosynas pticulares: aliqñ autẽ cões ⁊ gñales ita in pposito faciẽdum est pro defunctis. Pie ergo orãt p de-

functis q̄ post illos q̄bus specialiter obligātur: intendūt orare pro illis q̄ neminem habent in ꝑticulari auxiliatorem. Si em̄ lex diuina precipiat auxilium ferendum asino ꝓximi q̄ in via cecidit: vt ptz Deuter.xxij. q̄to magis in proposito debem⁹ auxilium ferre ꝓximis nr̄is q̄ ceciderunt in foueam purgatorij: et q̄ neminem habēt in speciali eos releuantem. Qđ vbi feceri mus: nulli dubiū quin specialiter sint memores nostri postq̄ celum cōscēderint. Da exēpluz de filijs nobilium: q̄ postq̄ veniūt ad possidēdū hereditatem patris: tūc recognoscunt eos q̄ ip̄os iuuerūt i necessitate sua: aut q̄ aliqua donaria illis fecerūt cū adhuc sub tutela parentum erāt cōstituti. ita in proposito. Hinc est ꝙ in cōi prouerbio dicit̄: Qui ꝓ alio orat: pro seipso laborat. Patz ḡ ad quos de ꝓfundis purgatorij clamāt pauperes aīe ibi detēte. Debemus itaq̄ illis q̄tocy⁹ succurrere. Qđ vbi fecerimus: et ille cū deo fuerint: indubie orabūt altissimum ꝓ nobis: sicque earum precib⁹ dabitur nobis gr̄a in p̄nti/ꝛ gl̄ia in futuro. Quam nobis concedat ille qui ꝛc.

¶ Sermo de. b. Martino.

Benedictionē omnium gentium dedit ei dominus. Ecclesiastici. xliiij. Quamuis omnes sancti cōfessores sint a nobis honorandi: p̄cipue tamē beati Martini et Nicolai ab vniuersali ecclesia festa obseruari solent: quamuis non contineantur in illa decretali. Conquestus. rub. de ferijs. Sed in hoc vniuersalis ꝛ antiqua eccl'ie cōsuetudo hz vim precepti: et est seruāda: sicut ꝛ q̄libet alia consuetudo bona: vt notat̄ i decretis dis. xj. ꝯsuetudinis. Item. x. q. j. decernimus. Insuper inter duo p̄dicta festa videt̄ festum beati Martini magis p̄cipuū: i hoc scz ꝙ hz octauas: nō autē sic de festo beati Nicolai. Est ḡ gl'iosus iste pōtifex honorādus iuxta multiplicē nōis sui interpretationē. Pro quo notandum ꝙ Martinus interpretatur q̄si

Martem tenens.
Martyr vnus.
Irritans.
Prouocans.

¶ Primo igit̄ Martinus etymologisat̄ quasi martem tenens. i. bellū. Hoc aūt optime cōuenit xp̄i cōfessori Martino. Ipse em̄ tenuit bellū in cāpo p̄ntis scl'i cōtra tres magnos milites q̄s confutauit: atq̄ de illis gl'iose triumphauit. Hi sunt demon: mundus: caro. Primo demon pugnabat cōtra eū ꝑ sup̄biam i dicēs: Tu es de magno ꝛ nobili genere: atq̄ multū estimatus in ppl'o: etiā v̄sq̄ ad imperatorem Julianū/q̄ te fecit militem suū: et ideo decet te ambulare in magnis: q: magnos magna decet. At ꝓo dei famul⁹ triumphauit de dicto hoste ꝑ ꝑfectaz humilitatē: q̄ tāta in eo fuit vt plerū q̄ calciamenta famuli sui extraheret atq̄ postmodū ipsa detergeret. Scđo mundus pugnabat ꝯ dei seruū Martinum ꝑ auaritiā: tū i statu militie: vt bona pauperū more ceterorū militū raperet: tū i statu pōtificali vt diuitias d ꝓuētib⁹ sui archiep̄at⁹ turoneā. cōgregaret: siue

etiam vt de illis vasa argentea et aurea ad seruiendum mense ipsius more alioꝝ epōꝛuꝫ fabꝛicari faceret. Sed de tali hoste triumphauit ꝑ liberalitateꝫ etiam in vtroqꝫ statu. Nam in statu militari de stipendijs suis nihil ꝑter victum et vestituꝫ reseruans/ de crastino nō cogitabat. In statu vero pontificali constitutus: nō faciebat exactiones sup ꝑ clerū suum ꝛ ppl'm moꝛe multoꝝ epōꝝ: quinimmo thesauros eccl'ie sue. i. ꝓuēt⁹ optio iure debitos: dispgebat ꝛ dabat paupib⁹. Tertio caro pugnabat ꝯtra eū per luxuriaꝫ et presertim cū adhuc esset miles: dicebatqꝫ ei. Tu es iuuenis ꝛ foꝛmosus nec matrimonio iūctus. Non est ergo magnum tibi peccatū nec periculū si moꝛe alioꝛum militum accipias interdum delicias tuas cum pulchꝛis filiab⁹. At vo ille de carne domestico hoste triumphauit ꝑ illibatā ṽginitatē. Moꝛaliter: vt scribitur Job. vij. Militia est vita hois super terram. Et ideo instar sancti huius debemus militare cōtra tres predictos hostes: ꝛ de illis cuꝫ dei adiutoꝛio triūphare si cupim⁹ cū illo coꝛonari in celis: quia vt habet. ij. ad Timō. ij. Non coꝛonabitur nisi qui legitime certauerit.

¶ Secundo martinus etymologisatur quasi martyꝛ vnus. Hec aūt etymologisatio valde bene ꝯgruit btō martino. Ipse eñ fuit martyꝛ quo ad deum: iuxta id qđ de eo canit ecclesia dicens. O sctissima aia quā etsi gladi⁹ ꝑsecutoꝛis non abstulit: martyꝛij tamē palmā non amisit. Circa quod notandum ꝙ martyꝛium est triplex. Primum consistit in opere et voluntate. Et tale martyꝛiū est perfectum ꝛ completum: quale fuit martyrium Laurentij / Uincētij / Sebastiani ꝛ hmōi. Secundū consistit in solo opere: quale fuit martyꝛium sanctoꝛum innocentum. Tertium aūt cōsistit in sola volūtate: et in animi prepatione. De quo loquēs Cyp̄anus: ꝓut recitatur de pe. dis. j. Nūquid Caim. dicit ꝙ i seruis xp̄i si affectus martyꝛij ad effectum non deducatur: nihilominusvoluntas coꝛonatur. Sic ꝛ nos debemus esse martyꝛes ꝑ tolerantiam aduersoꝝ: qꝛ vt dicit Greg. homil. xxxv. Sine ferro martyꝛes esse possum⁹: si patientiā in animo veraciter custodimus.

¶ Tertio martinus interp̄tatur irritās. Hec autem interp̄tatio valde bene cōgruit seruo xp̄i Martino. Ip̄e eñ irritauit diabolum in triplici statu: veꝫ in vita / in moꝛte / post moꝛtem. Primo q̄dē in vita. Nā cum iret de fr̄acia vltra alpes ad visitādos parentes quos adhuc gentilitas detinebat: appuit ei diabolus dicens ad eum. O martine: in omnib⁹ tibi aduersaboꝛ. Ad quē vir dei. Dominus mihi adiutoꝛ non timebo quid faciat mihi homo. Secūdo vero in moꝛtis articulo. Nam cuꝫ tunc diabolus apparuisset ei in hoꝛribili figura: dixit ad eū. Quid hic astas o cruenta bestia? Nihil i me ꝛc. Tertio aūt p⁹ moꝛtem. Nā cū diabolus vellet impedire ascensum eius in celuꝫ/ ait illi. Uelis nolis: sinus Abꝛa

he me suscipiet. Ecce qualiter beatus Martinus irritauit diabolum in triplici statu. Propter quod dictus est martinus.i. irritans. Sic et nos debem⁹ irritare oia tentamēta diaboli per virilē et animosam resistentiā: vna cū dei adiutorio: qr vt dicit Greg. Debilis est hostis qui non vincit nisi volentem.

¶ Quarto Martinus interpretatur puocans. Hec etiā interpretatio optime conuenit beato Martino. Ipse enim puocauit in sua puersione ad fidē tria. Primo quidē dei miam erga se et hoc quidē cito: qr anno etatis sue decimo. Scdo vero angelorum letitiam: qr inde gauisi sunt: iuxta illud Luce.xv. Gaudium est angelis dei super vno peccatore pniam agente. Tertio aūt prouocauit irām et indignationem parentum suorum contra se: in hoc scz q in predicta etate inuitis parentibus ad eccl'iam confugit: seq cathecuminum fieri postulauit. Sic et nos hui⁹ viri dei exemplo debemus puocare ad nos dei miam et grām p bonā vitā: et hoc incipiendo bona hora.i. in iuuētute qr vt hr. Threno.iij. Bonū erit viro cū portauerit iugum dñi ab adolescentia sua. Sed proh dolor: multi puocant irā et iustitiā dñi cōtra se: etiā ab adolescētia sua: vt sunt multi iuuenes q se dedicant multis insolētijs et dissolutionib⁹ puersis et pessimis: a qb⁹ postmodum vix aut nunq̄ abstinere pssūt: qr vt hr Puer.xxij. Adolescēs ambulās iux viā suā: etiā cū senuerit, nō recedet ab ea. Nota de Alexandro magno de quo refert dñs Anto. prima parte chronice sue tit.iiij.c.ij. allegās Hiero. ad letā: dicens q postq̄ factus est vir et rex potentissimus: non tñ potuit carere illis vitijs quibus adhuc paruulus infectus fuerat per leonidē pceptorem suū. Propter qd ipm leonidē tradidit leonib⁹ deuorandū. Non sic charissimi: nō sic agam⁹: sed instar diui Martini miam et grām dei erga nos prouocare studeamus. Et sic patet de etymologia et interpretatione huius nois Martinus. Patet etiam q̄ bene oia congruunt beato Martino.

¶ In pñti sermone intēdo ostendere qualiter beatus Martinus iuxta thema preassumptum habuit bñdictionē omniū gentiū. Et qr longum nimis esset de singul3 hoc ostēdere: ideo arctabo me ad aliquos viros preclaros legis

Nature
Scripte
Gratie.

¶ Primo igitur quo ad legem nature beatus Martin⁹ habuit bñdictionem quatuor illustriū pñarchaꝝ qs valde commēdat sacra scriptura. Hi sunt

Abel
Noe
Abraham
Joseph.

¶ Primo igitur quo ad legem nature btūs Martinus habuit bñdictionem illius sanctissimi pñarche Abel: quo ad celicam ostensionem. De Abel em legit Gen.iiij. q respexit dñs ad ipm et ad mūera ei⁹. Nā vt dt glos. ord. dñs fecit venire ignē de celo dū Abel offerret illi de melioribus ouib⁹ quas habebat: qui

quidem ignis devorauit sacrificium ipsius. Sic et de beato Martino legitur quod dum sacramenta offerret .i. dum missam celebraret: et sacram hostiā sursum more solito eleuaret: globus igneus apparuit super caput eius. Ob eam rem compar apl'is dr: eo.s. quod tale gratie divine et charitatis signum super eū apparuit sicut super apl'os in die pentecostes.

¶ Moraliter. Nos ecclesiastici quotiens accedimus ad diuina celebranda: debemus esse taliter dispositi intus in conscia vt merito ad nos respiciat dñs: ipsum sacrificium qđ offerimus acceptando ad salutem nostrā et eorum pro quorum pia intentione ipsum offerimus. Hinc est quod sacerdos in missa eleuans calicem: orat dominū dicens. Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem quam tibi offero in memoriam passionis domini nři Jesu xpi: et presta vt in conspectu tuo placens ascēdat: et meā et omnium fidelium salutē operetur eternā. Per Christum dominum etc.

¶ Secundo beatus Martinus quo ad predictam legem nature habuit benedictionem illius memoratissimi patriarche Noe quo ad vite perfectionem. De ipso em̄ noe legitur Geñ.vj. quod fuit vir iustus atque perfectus in generationibus suis .i. inter oēs hoies qui suo tempore viuebāt. Insuper cum deo ambulauit: et genuit tres filios: Sem/ Chā/ et Japhet. Ex quibus verbis ptz quod recte in omnibus se habuit ipse Noe. Primo quidem quo ad proximū: quia iustus. Justitia enim est ad alterū. Vñ Augustinus libro.xix. de trinitate cap̄.xxj. dicit quod iustitia est virtus que sua cuique tribuit. Secundo vero quo ad seipsum: quia perfectus: scilicet per omnis mali carentiam. Tertio autem quo ad deum: quia cum deo ambulauit: vestigia eius sequens: vt dicit glossa interlinea. Sic et beatus Martinus recte se habuit quo ad tria predicta. Primo quidem quo ad proximum. Unde de eo legitur quod cum adhuc esset miles: immunis tamen erat ab illis vitijs quibus illud hominum genus implicari solet. Non inferebat ergo molestias rusticis more aliorum militum cū ad eos hospitandi gratia declinabat: sed de stipendijs proprijs viuebat. Ecce eius iustitia ad alterū. Qz si tunc taliter iustus fuit: credendus est multo iustior fuisse postq̄ ad pontificalem peruenit dignitatem. Secundo recte se habuit ad seipsum: et hoc in triplici statu. Primo quidem in statu laicali. Nā tunc tāto ardore charitatis incendebatur ad egentes: quod nihil de stipēdijs suis reseruās preter quotidianum victum/ de crastino non cogitabat: sed totum residuum dabat pauperibus. Merito ergo dicere poterat cū apostolo illud .j. Tim̄.vj. habentes alimenta et quibus tegamur: his contenti sumus. Secundo recte se habuit ad seipsum in statu monachali. Nam in tali statu seruauit plene et integre tria vota q̄ sunt essentialia cuilibet religioni. Primo quidem plene seruauit votum obedientie. Qđ patet per hoc quod cū

beatus Hilarius pictauensis episcopus sibi preciperet ut ordinem ecclesiasticũ reciperet: humiliter illi obediens suscepit ordinẽ exorciste. Secundo seruauit votum paupertatis adeo stricte: ꝙ interdum radices herbarũ cũ fratribus suis comedebat. Tertio seruauit votum castitatis vt postea dicetur. Tertio recte se habuit ad seipm in statu pontificali. Nã factus episcopus Turonen̄. idem constantissime perseuerabat qui prius fuerat. Eadem in corde humilitas: eadem in vestitu vilitas. Atq3 ita implebat episcopi dignitatem vt propositum monachi non desereret. Tertio recte se habuit quo ad deum. Nam cũ eo ambulauit sequendo vestigia eius quantum potuit: et mandata eius integre custodiendo. Ecce nostri Noe vite perfectio. Sed quid est ꝙ Noe genuit tres filios? Certe per hoc designat multitudo virorum ac mulierum quos xp̃o genuit verbo doctrine ⁊ exemplo bone vite ipse pater Martinus.

¶ Moraliter Exemplo duorum precedentium sanctorum virorum: videlicet Noe et Martini debemus quantũ cum deo possumus recte nos habere ad deũ ad proximos nostros: ⁊ ad nosmetipsos. Sic enim nos hortatur apl'us ad Tit. ij. dicens. Sobrie quo ad nos: iuste quo ad proximum: et pie quo ad deum viuamus in hoc seculo: expectãtes beatam spem: et aduentum glorie magni dei et saluatoris nostri Jesu Christi.

¶ Tertio beatus Martinus habuit benedictionem illius excellentissimi patriarche Abrahe quo ad carnalem originem. pater eñ Abrahe dictus est thare: vt patet Gene. xj. Et quãnis textus non dicat eum fuisse idolatrã: hoc tamen dicunt postillatores. Adorabat eñ ignem instar chaldeoꝝ in quorum terra morabatur. Hoc etiam dicit expresse Chrysostomus super Mat. in opere imperfecto. hom. iiij. exponens illud verbum Joannis. viij. Semen Abrahe sumus. Quid inquit nocuit Abrahe ꝙ patrem habuit Tharã luteorum deorum cultorem? Sic et parentes beati Martini gentiles erant: ipse tamen matrem ad fidem Christi conuertit: patre in errore perseuerante.

¶ Moraliter. Ex predictis datur nobis triplex instructio. Prima est ꝙ illud commune prouerbium. Patrem sequitur sua proles: non est vniuersaliter verum sed quandoq3 fallit: sicut pater in proposito. Unde multi sancti martyres/ confessores/ ⁊ virgines/ habuerunt parentes infideles: et qui exosos habuerunt filios suos atque filias propter susceptã Christi fidem: sicut de multis legitur in passionarijs sanctorum. Hinc est ꝙ Augusti. de verbis dñi: sermo. v. dicit ꝙ possumus esse ex bonis parẽtibus mali: ⁊ ex malis boni. Secunda instructio est ꝙ q̃uis debeamus laborare ꝑ salute aliorum: iuxta illud Ecclesiastici decimoseptimo. Unicuiq3 mandauit deus de proximo suo: specialius tamen atq3 singularius tenemur ad hoc respectu parentum et amicorum nostrorum: q2 vt habet. j. ad Ti. v. Si quis

suorũ ⁊ maxime domesticorum curã nõ habuerit : fidem negauit:et est infideli deterior. Et ꝙ uis hoc verbuꝫ proprie debeat intelligi de subuẽtione quo ad vite necessaria:nihilominꝰ potest etiam intelligi de subuentione spirituali concernente salutem parentum et amicorum nostrorũ carnalium. Tertia instructio siue documẽtum est ꝙ mulieres facilius alliciũtur ad fidem ⁊ morum emendationem ꝙ viri. Unde videmꝰ sepe grauissimas peccatrices compungi ad verba predicatorum. Uiros autẽ sceleratos raro ⁊ tarde videmus inde emendari. Et huius ratio in parte est/ eo ꝙ viri presumunt et confidunt in proprio sensu. Non sic autẽ mulieres. Unde ⁊ ille sunt communiter deuotiores viris.

¶ Quarto beatus martinus habuit benedictionem illiꝰ pudicissimi Joseph quo ad castitatis amorẽ. Ipse eñ Joseph intantũ dilexit castitatẽ ꝙ pelegit infamari ⁊ in carcerẽ teterrimũ multo tempore recludi: ꝙ castitatẽ violare: carnaliter cõmiscendo cũ illa impudica mulierũ vxore putipharis: vt legiẗ Geñ. xxxix. Sic ⁊ beatus Martinus valde castus fuit : vtpote qui virginitatem illibatam vsqꝫ ad vite terminum seruauit. In cuius rei signum de eo legitur ꝙ post obitum suum vultus eius luce clarior relucebat. Nulla etiã macula fuscabat quodcunque illius membrum. Insup in artubꝰ pudendis septennis quodãmodo pueri gratia videbaẗ. Propter quod Seuerus eius discipulus de eo loquẽs ait. Quis istum vnꝗ̃ cilicio tectum : quis cineribus crederet inuolutũ:ita vitro purior:lacte cãdidior:iam in quadam future resurrectionis gloria et natura demutate carnis ostensus est. Et quia angelis cognata est ṽginitas: ideo celi ciues in eius transitu obuiã venerunt. Multi etiam tunc audierunt voces psallentiũ in celo. Ecce multiplex testimonium castitatis viri dei Martini.

¶ Moraliter. Omnipotens deus euidenti signo in obitu predicti sancti palã ostendit quãtum illi placeat ṽginalis castitas debite seruata. Uñ de virginibus diciẗ Apoca. xiiij. ꝙ sequuntur agnũ quocunqꝫ ierit. Precipue autem ad hoc obligantur viri religiosi et ecclesiastici. Nam vtriqꝫ vouent perpetuam castitatem. Religiosi quidẽ explicite clerici vero implicite: saltem quantũ ad ecclesiam occidentalem. Discant ergo vtriqꝫ exemplo beati martini seruare castitatem. Propter hoc eñ ipse vocatur gemma sacerdotum.

¶ Secundo principaliter btũs martinus habuit benedictionẽ sanctoꝝ prophetarũ quo ad legem scriptam. Precipue autem eorum quos singulariter commendat scriptura. Hi sunt.

Moyses
Helias
Heliseus
Tobias

¶ Primo igitur habuit benedictionẽ Moysi qui fuit eximiꝰ ꝓphetaꝝ: ⁊ hoc quoad sctãꝫ hũilitatẽ. De moyse eñ i legiẗ Exo. iij. ⁊. iiij. ca. ꝙ mł̃tipliciẗ se excusauit ex hũilitate cũ dñs vellet eũ ꝯstituere sup ppł̃ꝫ suũ israel.

Sic ꝛ beatus Martinus nō nisi inuite tractus est ad pontificale dignitatem. Nam cū mortuo antistite Turonice ciuitatis: multitudo acclamaret Martinū episcopatu esse dignissimuz: a monasterio suo erui nullo modo poterat: sed se multipliciter excusabat. Quod videns quidā de ciuibus ciuitatis: vxoris sue languore simulato: ad illius genua prouolutꝰ: vt egrederetur obtinuit. Sicque ad ciuitatem pie ducitur: ꝛ in cathedrali sede sublimatur.

¶ Moraliter. Hic habent documentuz viri ecclesiastici non se ingredi ad ecclesiastica beneficia seu dignitates: quinimmo debent quodāmodo inuite trahi ꝛ cū dolore ꝛ lachrymis: maxime cōsiderantes ꝙ maxima sarcina humeris eorū tunc imponit. Propter qꝺ Paulus dicebat Heb. v. ꝙ nullꝰ debet sibi assumere honorem nisi qui vocatur a deo tanꝗ aaron. Unde Augustinꝰ ad fratres i eremo: ser. xxxix. qui intitulatur de vita solitaria. Quanto inquit pre alijs in honore maior dignitas tāto in reddēda ratione maior difficultas: qꝛ prelati quot graduum culmen ascendūt: tot rationum vinculis alligati erunt. Quis enim tot vinculis alligat quot sacerdos? bos vel asinus? Latro vel leo captus? Hec ille. Consideratio ergo predictoꝝ merito deberet retrahere vnūquēꝗ ecclesiasticuz ab ambitu et ambitione ecclesiasticarū dignitatū. Propterea sancti viri etiā literatissimi olim abscondebāt se ꝛ longe fugiebāt ne ad ecclesiasticas ꝓmouerentur dignitates. Unū Augustinus summus ecclesie doctor de seipso loquens: de vita ꝛ moribus clericoꝝ lib. j. ait. Adeo timebā episcopatū: vt quoniā ceperat esse iā alicuius momenti inter seruos dei fama mea: in quo loco sciebā non esse episcopum: non illo accederē. Cauebam autem hoc ꝛ agebam quantum poteram vt in loco saluarer humili ꝛ non in alto periclitarer. Sed dño seruus contradicere nō debet: cui placuit mihi dicere Ascende superius. Hec ille.

¶ Secundo btūs Martinꝰ habuit bñdictionez Helie quo ad zeli feruorem. Helias enim zelo zelatus est pro domo dñi ꝛ honore ipsius. Un̄ interfecit prophetas baal siue idolatras: vt legit. iij. Reg. xviij. Sic ꝛ beatꝰ Martinus fuit valde zelosus in augmentatione et dilatatione honoris diuini: similiter ꝛ in destructiōe cultus idolatrie. Unde de eo legitur ꝙ ꝓpe monasterium suū qꝺ non longe distabat a ciuitate Turonensi: erat quidā locus quem falsa hominum opinio sacrauerat: velut consepultis ibi martyribꝰ. Ad quem die quodam dei seruus cum paucis monachis adueniens: orauit dominum vt quis esset: vel cuius meriti sepultus: ostēderet. Tunc conuersus ad leuam: vidit ꝓpe assistere vmbram. Cui imperauit vt diceret quis esset: ꝛ cuiꝰ meriti. Nomen ergo edidit: ꝛ crimē confitetur asserēs se latronē fuisse ob scelera sua ꝑcussum: sed vulgi errore celebratū ꝛ veneratū pro martyre: cum tamen nihil commune haberet cum martyribus

sed potius eternis suppliciis es set deputat⁹. Quo audito beatus Martinus, iussit locum penitus destrui: atq; per hūc modum populum a superstitionis errore absoluit.

¶ Moraliter. Ex precedēti historia reprehendit abusus non nullorum questuariorū qui interdū deferūt per cāpos quosdam reliquias: quas dicūt esse ossa taliū vel talium sanctorū: vt sic extorqueant pecunias a xp̄ifidelib⁹. Sed circa hoc multiplex abusus committi solet: vt aliquādo debita inquisitiōe facta compertum sit huiusmodi ossa esse non hominum: sed brutorum. Nota de illo questuario qui deferebat fenū: dicens ip̄m esse de illo sup quod requieuit christus in sua natiuitate. Propterea iure cautū est extra de reliquiis et veneratione sanctorum. c. cū ex eo. ne antique reliquie extra capsam vllatenus ostendātur: nec venales exponātur. Item q̄ inuentas de nouo nemo publice venerari presumat: nisi prius auctoritate Romani pontificis fuerint approbate. Deinde subditur ibi q̄ prelati non permittant eos qui ad ipsorū ecclias causa venerationis accedūt: variis figmētis aut falsis documētis decipi: sicut in plerisq; locis occasione questus fieri solet. Hec ibi.

¶ Tertio beatus Martin⁹ habuit benedictionē Helisei quo ad vite solitudinē. De Heliseo em̄ legitur. iiii. Regū. iiii. q̄ habitabat in monte carmeli cum seruo vnico qui dicebat Giezi. Sic et beatus Martinus erat valde solitari⁹. Unde de eo legitur q̄ postq̄ factus est ep̄us Turoneñ. nec posset ferre inquietudinem frequētantium ecclesiam: extra ciuitatem monasteriū sibi statuit: qui locus tam secretus et remotus erat vt eremi solitudinem non desideraret. Una aūt tm̄ arcta admodū via adiri poterat: ibiq; ex lignis cōtextam cellulā habebat. Multiq; ex monachis suis in eundē modū saxo superiecti mōtis cauato: receptacula sibi fecerant. Nec mirū si factus monachus tam solitarie vixit: maxime cū de eo legatur q̄ cū adhuc esset cathecuminus: haberetq; etatis tantū duodecim annos: eremum concupiuit: satisfecissetq; votis si non carnis infirmitas obstitisset. Factus quoq; miles sepe sequestrabat se a consortio et tumultu commilitonum suorū vt liberius deo seruiret.

¶ Moraliter. Per hoc instruuntur monachi et omnes religiosi diligere solitudinem: et vitare mūdi strepitū: atq; mundanorū cōsortium et frequentiā. Unde et beatus ille Hierony. qui fuit religionis speculū et exemplar: de seipso loquens tertia parte epistolarum suarū ep̄la. xxxix. ad rusticum monachū scribens ait. Mihi oppidū carcer: et solitudo paradisus est. Quid desideramus vrbium frequentiam qui de singularitate censemur? Hec ille. Propterea solet dari exemplū de pisce qui nutritur in aquis qui inde extract⁹ statim moritur. Dicit etiā augustin⁹ libro de singularitate clericorū: q̄ minus voluptatibus stimulatur qui nō est vbi adest frequentia voluptatum: et mi-

rus auaritie molestias patitur: qui diuitias non videt. Hec ille. Insuper solitariam vitã amantes: et gaudium mundanum fugientes: habent consolationes interiores multo meliores. Similiter tales habent opera pura. Item tales habent occasionem plus merendi propter contemplationes assiduas q̃ in seculo degentes. Et de istis tribus simul loquitur scriptura Esaie.xxxv. dicens. Exultabit solitudo. Ecce primum. Et florebit quasi lilium. Ecce secundum. Germinans germinabit: id est in germine sanctorum operum abundabit. Ecce tertiũ. Sed proh dolor multi sunt religiosi (religiosi inquam non re: sed tantum nomine) qui solo corpore manent in claustro: mente autem vagantur p vniuersum ferme mundum: quibus etiam displicet q sunt per petuo ligati vinculo professionis. Alij autem habita opportunitate et libertate / mente et corpore hincinde vagantur: vt sunt multi abbates et priores. Alij vero currunt post curias principum et magnatum: vt efficiantur eorum capellani aut confessores et vt tandem promoueantur ad ecclesiasticas dignitates: vt sunt multi religiosi mendicantes: mendicitatis nomen pariter et opus abhorrentes: onera quoque religionis subterfugere volentes. Hos autem illuminare dignetur dominus: et reducere ad ouile ouium.

¶ Quarto beatus Martinus habuit benedictionem Thobie quo ad operum pietatis exhibitionem. De isto enim Thobia legitur eiusdem primo capitulo. q tp̃e captiuitatis Babylonice cũ videret multos de fratribus suis iudeis multã penuriam pati: oia que hr̃e poterat / quotidie illis impartiebat. Precipue autem ibi laudatur de eo q nudis vestimenta prebebat. Sic & beatus Martinus valde pius fuit ad pauperes: et signanter ad eos qui pre inopia nuditatem patiebantur. Et de hoc duplex extat testimonium. Primum est de illo paupere nudo quem vidit in porta Ambianensi in intensissima hyeme eleemosynam a transeuntibus militibus imperatoris Juliani apostate petentem. Cum ergo a nullo eorum eleemosynam accepisset: Martinus qui posterior veniebat: hunc sibi seruatũ intelligens: arrepto ense chlamydem suam que tantum sibi superest / diuisit: et partem pauperi tribuẽs: reliqua rursus induitur. Sequenti igitur nocte vidit xp̃um vestitum illa parte chlamydis sue quam pauperi tribuerat: audiuitq; eum ad circumstantes angelos dicentem. Martinus adhuc cathecuminus hac veste me contexit. Secundum testimonium pietatis serui dei ad paupes: fuit de quodam alio paupere quasi totaliter nudo. Hic enim cum venisset ad virum dei preparantem se ad celebrandum diuina: & importune vestimentum ab eo peteret: ille vestem suam ei dedit: ita vt ipse nudus maneret preter chlamydem qua operiebatur. Post hec archidiaconus suus attulit ad eum tunicellam

pauperrimam manicis carentem. Cumq3 vir sanct⁹ illa indutus vestes sacras superinduxisset: ꝛ sic ad altare ꝓcessisset: in eleuatione sacre hostie manice albe sue descenderūt versus cubitos brachiorum suorum: sicq3 brachia eius nuda apparuerūt. Sed mox globus igneus apparuit sup caput eius: visiq3 sunt angeli sancti preciosis gemmis eius brachia ornantes. Sicq3 cōpleuit diuina mysteria. Ecce eius pietas ad pauperes xp̄i.

¶ Moraliter. Ex predictis instruuntur diuites huius seculi subuenire necessitatibus pauperū: ꝛ potissime in duobus articulis. Primus est tribuere illis vite necessaria si egeant. Secundus est vestire eos si nudi appareant. Sic eīm illis precipitur Esa. lviij. cum dicitur vnicuiq3 eorum. Frange esurienti panem tuum. Ecce primum. Cum videris nudum: operi eum. Ecce scd̄m. Uñ de tali pietatis opere regratiabitur illis christ⁹ in die iudicij dicens. Esuriui: et dedistis mihi manducare. Nudus: ꝛ cooperuistis me. Et sic patet de secundo principali.

¶ Tertio principal'r b tūs Martinus habuit benedictionē maximorum virorum qui fuerunt in lege gratie: et precipue hoꝝ quatuor: scz

Christi
Pauli
Petri
Joannis.

¶ Primo igit̄ habuit bñdictionem xp̄i. Et hoc quo ad multa.

¶ Prio q̄dē q̄ ad hūilitatis imitationē. De xp̄o eīm legit̄ Jo. vj. ꝙ cū iudei vellent eū facere regē: ipse hoc renuit: ꝛ fugit in mōtē. Itē de eo dicit apo. ad Philip. ij. ꝙ humiliauit semetipsum factus obediens patri. Ipse etiā de seipso loquens Matt. xj. ait. Discite a me q꞉ mitis sū ꝛ hūilis corde. Sic ꝛ beat⁹ Martin⁹ valde humilis fuit: ꝛ hoc in triplici statu. Prio q̄dē in statu laicali. Nam cū esset nobilis atq3 miles impatoris iuliani: vno tm̄ seruo ꝯtētus erat: cui etiā mutuo fuiebat: vt dictū est supra. Insuper faciebat eum secum ad mensam sedere, et simul cū eo de eadem esca ꝛ de eodem potu sumere. Secūdo vero in statu monachali. Nā tunc vilibus et pilosis vestimentis vsus est. Item in hoc apparuit eius humilitas ꝙ cum beatus Hilarius pictaueñ. ep̄s vellet eum facere diaconum: ipse omnino restitit. Acceptauit tm̄ officium exorciste: in quo locus iniurie videbatur. Tertio autem in statu pontificali valde humilis fuit. Nam postꝙ̄ factus est ep̄us turoneñ. eadem in corde humilitas atque eadem in vestitu vilitas apparebat in eo. Ecce qualiter imitatus est xp̄m in sancta ꝛ ꝓfunda humilitate.

¶ Moraliter. Hic datur triplex documentū secundum hominū triplicem statum. Primo enim hic instruuntur nobiles nō contēnere seruos suos: attendētes ꝙ dn̄s ꝛ seru⁹ sunt siles i ingressu: in ꝓgressu: in egressu. Primo q̄dē in ingressu: q꞉ vtrorūq3 ingressus in hunc mundū est vilis Sap. vij. Nemo ex regib⁹ aliud habuit natiuitatis initium: ꝙ̄ sup. habeat paup. Scd̄o ꝟo in ꝓgressu: q꞉ vtrorumq3 vita subi-

cet multis miseriis. Job.xiiii. Homo natus de muliere: breui viuens tpe: replet multis miseriis. Tertio aut in egressu: qz statutu est oibus hoibus semel mori: vt habetur ad Heb.ix. Nam vt habetur Sap.vii. Unus est introitus oibus ad vita: et similis exitus. Unde ambitione illorum qui volunt soli ad mensa sedere: et suos suosmense assistere: deridens Sene. ad Luciliu epla.xlvi. dicit sic. Rideo illos qui turpe existimant cum seruo suo cenare: qz supbissima cosuetudo cenanti dno stantiu seruorum turbam circundedit. Scdo ex predictis instruuntur religiosi no affectare vestibus placere hominibus: sz moribus vt dicit Augu. in regula de coi vita clericoru. Tertio instruuntur illi religiosi qui ad prelatum assumuntur: no mutare habitu sue pfessionis: maxime autem cu ipse habitus siue religio sit plerumqz in causa quod ad dignitates ecclesiasticas tales assumantur sicut maxime patet de religionibus mendicantium. Cuius tamen cotrariu nonnulli agunt. Unde noui quenda monachum qui breui tpe intermedio currente factus est archiepiscopus et cardinalis. Postqz autem creatus est cardinalis: depositis indumentis monachalibus et nigris ptioso atqz sumptuoso scarleto indui voluit. Que tn intra bienium mors sibi amara de medio abstulit. Et hoc forsan in penam sue elationis.

¶ Queritur primo circa predicta. Utrum sit pctm̄ dicere hodie aut cras alla loco laus tibi dñe. Respōdetur ad hoc ꝙ aliquis potest hodie dicere alla ex multis causis. Primo quidē ex contemptu cerimonie ⁊ statuti ecclesie: qđ raro contingit. Qui tñ sic faceret: mortaliter peccaret: eo ꝙ omnis contēptus de se est mortalis. Scđo vero ex q̄dā assuefactione ⁊ habituatione: ⁊ tunc non videtur ex se pctm̄ / ēt veniale: eo ꝙ habituatio naturaliter inclinat: maxime si preueniat iudicium rōnis. Tertio sūt ex distractione ⁊ mētis euagatione: maxīe aūt ꝓpter occupationē circa exteriora. Et tūc censetur esse veniale peccatum. Nihilominꝰ talis distractio potest esse talis ac tanta ꝙ omnino tollet fructum ⁊ suauitatem orationis. In quo casu videtur esse mortalis: potissime in viris ecclīasticis circa horas canonicas quas tenentur reuerenter ⁊ deuote psallere: vt notatur in clemen. de cele. miſ. c. graui.

¶ Queritur secundo cur in predicto cātico Laus tibi dñe rex eterne glorie: non apponit̄ aliquod verbū. Responsio: ad denotādum ꝙ omni tp̄e debemus laudem dicere dño: prout dicebat ps̄. de scip̄o loquēs. Benedicam inquit dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Omne enim verbum aut est preteriti tēporis: aut p̄sentis: siue futuri. Si ergo fuisset vbi supra appositū verbum preteriti temporis: posset aliq̄bus videri illis sufficere ad salutem laudem prius dixisse domino: ⁊ ꝙ amodo non tenerentur laudare ipsū. Si vero fuisset appositū verbum futuri temporis: possent mlti estimare ꝙ sufficeret laudare ipsum dñm in celo: ⁊ in presenti ducere dies bonos. Si aūt fuisset appositū verbum presentis temporis possent similiter aliqui dicere illis sufficere ad salutem laudē dicere domino hoc sancto tempore quod currit ab hac die vsq̨ ad diem sanctum pasche.

¶ Queritur tertio iuxta illud Laus tibi dñe. quis sit ille dominus cui debemus dicere laudē: an. s. deus pater / aut filius / aut spūssanctus. Respondetur ꝙ ly dominus tenet̄ in p̄dicto cantico essentialiter: scz pro tota trinitate: ſm ꝙ expressius alibi canit ecclesia: dicēs. Laus et perennis gloria deo p̄ri et filio sancto simul paracleto in sempiterna secula. Dicamus ergo cum beato Augu. in lib. suarū meditationū. c. xxxij. Laus tibi pater qui creasti nos. Laus tibi dñe fili qui redemisti nos. Laus tibi dñe spūssancte q̄ sanctificasti nos: tū in baptismo: tū in penitentia pctā remittendo. Laus tibi summe et indiuidue trinitati: cuius opera inseparabilia sunt: cuiꝰ imperiū sine fine permanet. Patet ergo quis sit ille dñs cui laudē canere debemus: dicentes. Laus tibi domine rex eterne glorie.

¶ In presenti sermone duo p̄n-

cipaliter videbuntur que sunt
Septuagesime institutio.
Hodierni euãgelij expositio.

¶ Quãtum ad primum notan-
dum q vt habet. C. de legib9. l.
leges. lex nõ debet imponi ver-
bis/ sz reb9. Oportet ergo q sit
aliqua ratio ꝓpter quam pre-
sens dominica nuncupetur do-
minica in septuagesima. Huius
autẽ ratio non est eo q ab hac
dñica vsq ad diem pasche sint
septuaginta dies: qr sunt pau-
ciores: vt constat. Nam ab hac
dñica vsq ad diem sanctũ pa-
sche non sunt nisi. lxiij. dies.
Item si illud haberet verum:
sequeret q hebdomada in se-
ptuagesima haberet decem di-
es: et silr hebdomada in sexa-
gesima decem: et pariter heb-
domada in quinquagesima de-
cem: qd constat manifeste esse
falsum. Est ergo notandum q
triplex ẽ septuagesima. Prima
vocatur annorũ: de qua in ps.
Dies annoꝝ nostroꝝ in ipis se-
ptuaginta anni. Secunda heb-
domadarum: de qua Dañ. ix.
Septuagita hebdomades ab-
breuiate sunt super populum
tuuz: et super vrbem tuam san-
ctam: vt consummetur preuari
catio: et finem accipiat peccatũ.
Tertia est dierũ: de qua est que
stio in presenti.

¶ Pro quo iterum notandum
q triplex est ratio institutionis
hmõi septuagesime dierum:

videlicet Literalis. Moralis. Allegoricalis.

¶ Prima igitur ratio est litera-
lis. Ad cuius euidẽtiam notan
dum q in primitiua eccl'ia chri
stiani erant multo deuotiores
q̃ nunc. Nam tũc multi eorum
ieiunabãt omibus sextis ferijs
vt notatur de cõse. distin. iij. Si
militer multi ieiunabant omni-
bus diebus sabbatinis: vt pa-
tet distin. xij. illa. Sed quia gra
ue erat multis ieiunare per to-
tum annum predictis duobus
diebus se immediate sequenti-
bus: ideo ecclesia dispensauit
super ieiunio diei sabbati: et
voluit papa Melchiades q in
recompensationem dicti ieiu-
nij adderetur vna hebdomada
ieiunij ante quadragesimam /
que vocaretur septuagesima.
Et tunc christiani inchoabant
ieiunium suum: quod continua-
bant vsq ad sabbatum post pas
cha: videlicet ante dominicam
de Quasi modo: vt sic haberent
nũerũ suũ: vcz septuagita dies
ieiunij. Silr olim ꝓpter reue-
rentiam ascẽsionis xpi que fa-
cta ẽ feria. v. oẽs christiani fa-
ciebant festum illa die sicut in
die dñica. Insuper multi ieiu-
nabant predicta die: sicut ex-
presse patet de conse. distin. iij.
ieiunium. Sed quia ecclesia
postmodum instituit multa fe-
sta: ideo ne ppl'us christianus
nimium grauaret multitudine
festorũ/ abolitũ fuit predictum
festũ ferie quinte. Nihilomin9
in recõpensationem illius / sta-
tuit p̃dictus papa Melchiades
vt adderetur vna hebdomada
ante quadragesimã / que dice-
retur sexagesima: i qua oẽs ie-
iunarẽt. Et tũc ieiunabãt chri-
stiani vsq ad feriã quintã post
pascha: vt sic cõpleretur nume-
rus sexaginta dierum. Et nota
q institutio sexagesime et ieiu-
nij illius precessit institutionem

septuagesime atq3 ieiunij illius quis vtraq3 istitutio fuerit facta ab eod papa: vez Melchiade. Itē olim postq3 scz cessauit ieiuniū sexagesime et septuagesime: ieiunabāt religiosi et omnes viri ecclesiastici p duos illos dies qui precedūt diem cinerū: ita vt inchoarent suū ieiunium quadragesimale feria scda post dominicam in quinquagesima: sicut adhuc faciūt fratres predicatores ex forma suarum cōstitutionum: et forte nonnulli alij religiosi. Ideo ad perpetuam rei memoriam dicta dominica retinuit nomē quinquagesime: eo scilicet q ab illa die vsq3 ad diē pasche sunt quinquaginta dies. Et quis hmōi antiqua statuta non obligent hodie xpianos ad peccatum si transgrediātur: voluit tn̄ ecclesia ad perpetuā rei memoriam retinere pdicta nomina. Bene g et rationabiliter dictuz est ab īperatore Justiniano vbi supra q leges non debēt imponi verbis: sed rebus tantum.

¶ Scda ratio predicte institutionis septuagesime est moralis. Legit eni. iiij. Regū. xxiiij. q rex Nabuchodonosor venit in iudeā in fortitudine magna et cepit Sedechiā regem iuda: quē captiuuz duxit babylonem cū pceribꝰ regni / et hoc propter peccata illoz. Durauit aūt pdicta captiuitas annis septuaginta. Quo durante tēpore predicti captiui de israel multa mala et grauia passi sunt. Sed tandem sub cyro qui interpretatur xps: liberati sunt atq3 in terraz suam libere redire permissi sūt vt legitur li. ij. Esdre. Et p hoc moraliter pfigurabat et significabat q nos xpiani debemus nosmetipsos redigere in captiuitatem pnie et ieiunij: incipiendo ab hoc die septuagesime et sic pseuerando vsq3 ad pascha vt sic perficiamus septuagesimam pnie pro pctis q p totum annū cōmisimus. Qui vero ieiunare nolunt aut nō possunt: saltem abstineant a multis crapulis / comessatiōibus / ebrietatibꝰ et insolentijs multis quibꝰ proh dolor solent mūdani se his diebus damnabiliter implicare. Nam istis diebus plus solito diabolꝰ occupat homines mundanos circa predicta: sciēs q instat tempus quadragesime in quo non poterit eos sic illudere. Et ideo in hoc est similis homini equū ad certū tēpus et breue habenti: quē multum laborare cogit. ita in proposito. Et hoc est qd beatus Joan. Apoc. xij. ad populum christianum loquens ait. Descēdit ad vos diabolus habens iram magnam: sciens q modicum tempus habet Si ergo charissimi reclusi erimus nos sub captiuitate penitentie i his diebꝰ sanctissimis sic pseuerantes vsq3 ad pascha: profecto cyrus. i. xps. liberabit nos in die scto pasche ab omni peccato et seruitute illius.

¶ Tertia rō īstitutiōis septuagesime est allegoricalis. Tempus enim ipsius septuagesime significat septem etates huius mundi. Et ideo sicut septuagesima incipit a luctu / et terminatur ad gaudium: scilicet in die pasche quando resumitur alleluia in ecclesia: ita septem etates mūdi sunt plene tristitia

⁊ tribulatiōe. Sed tandē huius modi tristitia quo ad electos terminatur ad gaudium: iuxta illud xp̄i promissū Jo. xvij. Tristitia vestra vertetur in gaudiū. Item Matt. v. Beati qui lugent quoniā ipsi consolabūtur. Unde ad propositum facit illud psal. Super flumina babylonis. in q̄ fit mentio qualiter iusti et electi deflent pctā et miserias presentis vite: aspirantes superuenturam gloriam que reuelabitur in eis. Babylon ergo que interpretatur cōfusio, recte designat p̄ntē mūdū: in q̄ est oīmoda ↄfusio: adeo q̄ id q̄d deberet esse sursum: est deorsum: et econuerso. Hoc autem patet in bonis ⁊ doctis clericis qui subdūtur in ecclesia. Pueri autē ⁊ ignari preficiunt ad prelaturā. Hui⁹ vero babylonis flumina sunt septem pctā mortalia: que cooperiunt ferme totā terram: iuxta illud Osee. iiij. Maledictū ⁊ mendaciū ⁊ furtum ⁊ homicidiū ⁊ adulterium inundauerunt super terrā. Uel dic q̄ huiusmodi flumina sunt hec quatuor: videlz amor diuitiaꝝ: in quo quidem flumine balneāt se auari. Amor deliciaꝝ: in quo se balneāt luxuriosi. Amor dignitatū et officiorum: in quo se balneant multi superbi et ambitiosi. Amor scientiarum mundanarū ⁊ secularium: in quo se balneant multi ecclesiastici ⁊ clerici. Dicunt ergo iusti ⁊ electi, Super flumina babylōis. i. in meditatiōe pctōꝝ que fluūt in babylone. i. abūdāt in isto mundo. illic sedimus contemplādo huiusmodi vanitates ⁊ fleuimus: supple predicta peccata q̄ dietim in babylone hui⁹ mūdi cōmittūtur. Et hoc dū recordaremur tui Sion. i. ecclesie triūphantis. In qua videt deus in speculo sine medio. Sequit. In salicibus in medio eius. Ubi notandū q̄ salices que sunt arbores steriles: significāt mūdanos hoies et peccatores q̄ sunt sine fructu bonoꝝ operum. Et tales salices sunt in medio huius babylonis: sed cur hoc? Profecto q̄ illic scz in babylon e siue vanitate huius seculi interrogauerunt nos: tenentes ⁊ deridētes: illi scz qui captiuos duxerunt nos: scz mali quoꝝ exemplis et verbis captiuantur boni in peccatū: verba cantionū: q̄si dicentes. Nūquid estis bñ stulti tantū flere? Quid eñ hoc vobis proderit? Quid timetis dānari. Non enim fecit nos de⁹ vt damnaret nos. Quare ergo non recreamini? Quare non gaudetis sicut ⁊ alij? Hec pfecto sunt verba cantionū de quibus mali et mundani interrogant bonos ⁊ contēplatiuos: vt sic eos captiuos secū ducant in infernū. Sequitur. Et qui adduxerunt nos id est mali qui verbo ⁊ malo exemplo adduxerunt nos (inquiunt boni) ad gaudia mundana: vel vt alia litera habet. Et qui abduxerunt nos: scilz mali qui quantū in eis fuit abduxerunt nos a deo ⁊ a cōsortio iustoꝝ: dixerūt supple: hymnū cantare nobis de cāticis Sion. i. de cāticis q̄ cantant in ecclesia: sicut solēt facere illi ruphani q̄ canticum ecclesie applicāt ad cantilenas sclares. Sed talibus mundanis hoibus rñdent iusti ⁊ electi dei: dicentes. Quō cātābimus canticū dñi in terra aliena? Ac si a-

perte dicerent. Nō est in mundo gaudendū: sed potius lugendū tum qz hic sum⁹ quasi i exilio cō stituti: tū qz in valle miserie habitamus: tū qz inter hostes nostros continue conuersamur. Patet ergo quid significat septuagesime tp̄us allegoricē expositum. Et per pn̄s patet de triplici ratione institutionis septuagesime.

¶ Quantum ad scd̄m principale huius sermonis intrandum est in expositionē euangelij hodierni. Pro quo premittendum φ sicut notat in decretis .xxiiij. q.iij. quidā antē heretici: multe sunt spēs ⁊ differentie hereticorum ⁊ heresum. Unde ibi notantur octoginta differentie heresum q̄ extrahunt ex dictis Isidori. Sed de multis paucas species afferemus in presenti s̄mone: quas confutabimus ⁊ reprobabimus ex cōtentis in ipso hodierno euangelio.

¶ Primus igitur error fuit eorū q̄ posuerunt plures deos: de quibus refert Lactant. libro diuinarum institutionum: similit Augustinus in tribus primis libris de ciuitate dei: in quibus diffuse et profunde reprobat errores Romanoꝝ colentium plures deos ⁊ deas: vtpote Iouem/ Iunonem/ Apollinem/ Neptunū/ Dianā/ Mineruā/ Uenerem ⁊ hm̄oi. Istos aūt idolatras sequuntur plerīqꝫ xp̄iani: qui nomine ⁊ non re sunt xp̄iani. Nam mendacium est se xp̄ianum dicere: ⁊ opera xp̄i non facere: vt notat .xxij. q. v. cauete. Quilibz em̄ pro deo suo habet illud qd̄ principaliter colit et amat. Ex quo ptz φ auarus q̄ plus amat nummum q̄ȝ deum: est idolatra. In cui⁹ veritatis testimoniū apost. dt Ephe. v. φ auaritia est idoloꝝ seruitus. Similr gulosus est idolatra: eo φ habet ventrem pro deo: vt habetur Philipp. iij. Et sic de alijs generibus pctōꝝ.

¶ Sed iste error reprobatur in principio euangelij hodierni cū dr. Sile est regnum celoꝝ homini pr̄ifamilias. Q̄ si essent plures dij: nequaq̄ȝ dixisset xp̄s regnū celoꝝ simile esse patrifamilias: sed patribusfamilias. Silr iste error reprobat p illū textū Deut. vi. Audi Israel: dn̄s deus tuus vn⁹ de⁹ est. Preterea qualr dn̄s de⁹ merito appellat patfamilias: eo. s. φ habet triplicē familiā. Prima regnat ⁊ sedet cū eo in celis. Scd̄a ambulat in terris. Tertia recludit in purgatorio vbi purgatur tanq̄ȝ aurū in fornace. Peccatores aūt ⁊ similiter damnati non sunt de familia dei: sed diaboli.

¶ Scd̄us error fuit Aristotelis qui posuit mundū fuisse ab eterno: et silr carere fine: sed semper duraturū. Saltē dixit hoc esse p̄blema neutrū. Huic etiā errorē videntur adhuc tenere multi xp̄iani: vt sunt illi nobiles ⁊ potentes qui edificant sibi magna ⁊ insignia palatia/ et politas domos: etiā ab ex̄ deauratas. Ibi etiā plerūqꝫ habent vasa aurea ⁊ argentea absqꝫ nūero. Solent insuper ꝯiungere agrū agro: et in immensum adaugere possessiōes suas: cēsus ⁊ tributa: tāq̄ȝ nō esset alia vita preter istā in q̄ etiā deberent ꝑpetuo ꝑmanere.

¶ Sed iste error reprobat a xp̄o in euangelio hodierno cū de patrefamilias dr φ exijt mane cō=

ducere operarios in vineā suā. Per quod designatur noua et ex tēpore mundi hui⁹ pductio. Consequēter dicit xp̄s. Cū sero factum esset: dicit paterfamilias procuratori suo. Uoca operarios ꝛc. Per quod designatur finis huius mundi: ꝛ ita ex nulla parte est eternus. Similiter dictus error reprobatur quantum ad primā partē per illud Gene. i. In principio deus creauit celum ꝛ terram. Quantū vero ad secundam partem reprobatur per illud Luc. xxi. Celum ꝛ terra transibunt. Item. i. Joan. ij. Transit mundus ꝛc.

¶ Tertius error fuit epicuri et alioꝝ antiquorum phorum qui negabant ista inferiora regi per diuinā puidentiā: sed oia attribuebant casui ꝛ fortune. In quorum persona loquitur Job. xxij. dicēs. Circa cardines celi habitat: sup. deus: ꝛ nostra nō cōsiderat. Uñ etiā quidam dicebat. Sepe mihi dubiā traxit sententia mentē. Curarent terras superine: an nullus inesset Actor: et incerto fluerent mortalia casu. Hunc etiam errorem videnꝫ tenere multi mali xpiani cupidi et auari: potissime principes tyranni qui dicunt ꝛ allegant illud psalm̄. Celum celi domino: terram aūt dedit filijs hoim vt scꝫ qui poterit capere, capiat.

¶ Sed iste error reprobatur a xp̄o in p̄senti euāgelio cū refert de patrefamilias (p quē vt dictū est intelligiꝫ de⁹) ꝙ ab initio mūdi vsqꝫ ad finē ipsius non cessat sollicite mittere operarios in vineā suam. Per qd̄ designatur ꝙ habet prouidentiam de istis inferiorib⁹. Uñ Sapieñ: viij. de prouidentia dei scribitur ꝙ attingit a fine vsqꝫ ad finem fortiter: et disponit omnia suauiter.

¶ Quart⁹ error fuit manichei dicētis hec inferiora nō a deo: sꝫ a diabolo fuisse pducta. Ponebat eñ duo principia reꝝ, vnum quidē bonū: qd̄ est deus: qui dat aiam. Aliud vero malum: quod est diabolus: q̄ dat corpus. Motiuū autē eiusdē Manichei ad sic dogmatizandum erat: qꝛ videbat creaturas inferiores et corporeas esse occasiones multoꝝ pctōrum: iuxta illud Sap. xiiij. Creature dei in odiū facte sunt. Hunc silr errorē videntur adhuc hodie multi xpiani tenere et defendere: quales sunt ebrij q̄ inculpant vinū: ꝛ non seipsos: dicentes ꝙ vinū fecit homicidiū: vinū ppetrauit adulteriū: vinū fecit eos iurare: nomen dn̄i blasphemare: et silia. Alij aūt attribuunt pctā sua inclinationi sue ꝛ complexioni corporali: cum tñ tā vinū ꝙ̄ corpus humanum sint creature dei: vt constat. Ois aūt creatura dei in se bona est: vt dicit apostolus. i. ad Timoth. iiij.

¶ Sed iste error reprobaꝫ in p̄senti euangelio: p hoc ꝙ paterfamilias p quē vt. s. dictū est intelligiꝫ deus: dixit oparijs. Ite in vineā meam. Uinea enim est creatura dei: et similiter vinum qd̄ producit. Et ꝙ̄uis xp̄us hic non loquatur de vinea terrena: sed de spirituali et mystica que est ecclesia siue congregatio fidelium: nihilominus adhuc huiusmodi vinea habet aliq̄d corporeum: ſm ꝙ in quolibet iusto sunt corpus ꝛ anima.

¶Quint⁹ error fuit begardorum: qui recitatur in clemen. de hereticis.ca. ad nostrā. Isti enim begardi dicebant q̄ aliquis purus homo potest ad tantū perfectionis gradū peruenire q̄ erit omnino impeccabilis & q̄ vlterius non poterit ꝓficere in gratia aut vite merito. Insuper dicebant q̄ homo assecutus talem perfectionis gradum non tenetur vlterius ieiunare: neq̄ orare dominum. Hūc etiā errorem videntur sequi multi vtriusq̄ sexus homines: quales sunt illi qui dicunt q̄ satis ieiunauerant i'iuuētute: satis orauerunt dominum: satis dederunt pauperibus: satis peregrinati sunt: & huiusmodi: cum tamē Dauid post multa egregia opera ab eo gesta diceret. Dixi nunc cepi.

¶Sed iste error reprobatur in euangelio hodierno per hoc q̄ paterfamilias: id est dominus deus mittit operarios in vineā suam hora vndecima. Per horam autem vndecimam intelligitur seniuz hominis. In quo quantumcūq̄ prius laborauerit: adhuc tamen abundantius laborare debet: ſm tñ facultatem suam. Non enī promisit dominus regnum celorū incipientibus benefacere: sed perseuerantibus in bono opere: dicens Matthei decimo. Qui perseuerauerit vsq̄ in finem: hic saluus erit. Nam vt dicit Gregorius in mora. et recitatur de pe. distin. iij. incassum. Incassum bonum opus agitur si ante vite terminum deseratur: quia frustra velociter currit: q̄ priusq̄ ad metas venit/deficit. Hec ibi.

¶Sextus error fuit sabellij qui non ponebat in diuinis nisi tantum vnam personam: que ſm eum scd̄m diuersos effectus nūc dicitur pater: nunc filius: nunc spiritussanctus. Quem quidem errorem adhuc nunc vident sequi multi Christiani qui male sentiunt de trinitate. Sunt enim aliqui qui reputant impossibile q̄ cum vnitate diuine essentie possit stare trinitas personarum: sicut nec in humanis.

¶Sed iste error reprobatur in presenti euangelio per illud verbum. Cum sero factum eēt: dixit dominus vinee procuratori suo: id est de⁹ pater filio suo ſm glo. interli. Nec solū tūc reprobauit ipse dominus predictum errorem: verūetiam longe ante: vtpote in productione primi hois qn̄ dixit Gen̄. j. Faciamus hominē ad imaginē & similitudinem nostram. Declara.

¶Septim⁹ error fuit saduceorum qui negabāt generalē resurrectionē. De quibus legitur Matthei. xxij. q̄ accesserunt ad Jesum saducei qui dicunt non esse resurrectionem mortuorū. Hunc autem errorem imitant plerіq̄ christiani qui ita cōtristantur de morte parentum aut amicoꝝ suorum q̄ non videntur credere q̄ sint eos visuri in alio seculo siue in futura resurrectione: cum tamē dicat apostolo. j. ad Thessa. iiij. Nolumus vos ignorare de dormientibus vt nō contristemini sicut & ceteri qui spem nō habēt. Si enim credim⁹ q̄ Jesus mortuus est & resurrexit. &c.

¶Sed iste error reprobatur in presenti euangelio per hoc q̄

cũ sero factum esset: dominus vinee dixit procuratori suo. Uoca operarios: et redde illis mercedem. Per quod datur intelligi q in fine mundi dicet dominus archãgelo suo forte Michaeli. Uoca hoies qui in mundo laborauerũt: vt reddatur illis merces: et dic eis. Surgite mortui venite ad iudicium. Et hoc est qđ ait apost. ij. ad Corin. v. dicens. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal domini nostri Jesu Christi: vt recipiat vnusquisq prout gessit in corpore siue bonum siue malum. Tũc enim domin⁹ vinee reddet vnicuiq secundum opera sua: vt dicitur in psalmo.

¶ Octauus error fuit Apellis de quo narratur in historia ecclesiastica q dicebat vnũquenq in sua lege posse saluari: vtpote Judeos obseruando legẽ veterem tãtum. Item machometistas obseruando legẽ machometi: z huiusmodi. Hũc autem errorẽ videntur adhuc hodie tenere multi christiani: vt sunt illi qui dicũt. Quare damnabũtur illi homines qui nunq audierunt loqui de Christo / neq de lege Christianorũ? Uideret em̃ dare et iniuste agere cũ talib⁹ deus si eos dãnaret.

¶ Sed iste error reprobatur in presenti euangelio: per hoc scilicet q domin⁹ vinee nulli iussit mercedem reddi: cu3 scilicet sero factũ esset: nisi tantum his qui in vinea sua laborauerant. Ubi per vineam domini intelligitur ecclesia militans: extra quã sunt oẽs infideles. Tales ergo non recipient mercedẽ in celo / sed eternũ supplicium in inferno. Quod si aliqui fuerunt inter eos qui nihil omnino audierit de fide Christi: tales dãnabuntur etsi non pro infidelitate sua: tamen pro aliis peccatis que commiserunt: z que absq fide remitti non possunt: vt dicit beatus Thomas. iij. ij. q. x. articulo. j.

¶ Nonus error fuit iudeorum q̃ credebãt se solos dignos vita eťna: eo q ipsi soli habebant legem dei: et eos solos olim vocabat dñs populũ suum pecuriarem. Unde de illis recte intelligi potest parabola que proponitur in euãgelio hodierno: scilicet de illis qui murmurabant aduersus patrẽfamilias eo scilicet q gẽtiles qui in vltima etate mũdi vocati fuerant ad fidẽ: pares illis fecisset qui portauerãt põdus diei, et estus id est grauia legis onera etiam multo tempore. Hunc similiter errorem vident sequi illi Christiani cuiuscunque conditionis aut status existant: qui se solos reputant perfectos: etiam contẽnendo ceteros: dicentes more pharisei. Non sumus sicut ceteri hominum. Luce. xviij.

¶ Sed hunc errorem reprobat presens euangeliũ: per hoc scilicet q paterfamilias: id est de⁹ respondet populo Judaico: dicens. Amice nõ facio tibi iniuriam. Nõne ex denario diurno cõuenisti mecum? Tolle quod tuum est: et vade. Uolo z huic nouissimo: scilicet populo gentili dare: sicut et tibi. An oculus tuus nequã est: scilicet per inuidiam: quia ego bonus sum? videlicet omnibus largiendo misericordiam et gratiam. Si-

militer hunc errorem repellit Petrus Actuū decimo: dicens. In veritate comperi quia non est acceptor personarum deus sed in omni gente q̄ timet deuz ꝛ operatur iustitiam: acceptus est illi.

¶ Decimꝰ error fuit Origenis qui asseruit oēs damnatos tam hoīes q̄ꝫ demones quandoqꝫ a penis inferni liberādos: ꝛ beatis associandos: prout de eo refert Augustinꝰ lib. xxi. de ci. c. xvij. Hunc autem errorem insequuntur multi qui se christianos dicunt: ꝛ non sunt saltē re. Hi enim sunt qui dicunt solum infideles perpetuo dānandos: dicēte p̄s. Effunde iram tuam: tu supple deus: in gentes que te non cognouerunt: ꝛ in regna q̄ nomen tuū non inuocauerunt. Quasi diceret ipse p̄s. iram dei non esse saltem perpetuo effundendā in Christianos qui deū cognouerunt per fidem: et qui nomē domini inuocauerūt: illi laudem dicendo: ꝛ ad ipsum in suis necessitatibus recurrēdo. Confirmant autem suum errorem ex dictis xp̄i Joā. vj. dicētis de sacramento altaris. Hic est panis viuꝰ q̄ de celo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet ineternū. Hoc tamen intelligitur de manducatione spirituali.

¶ Sed hūc errorem aperte reprobat xp̄s in presenti euangelio ita concludens. Multi sunt vocati: supple ad fidē: vt exponit glo. interli. vel etiā ad gloriam eternā: saltē sufficienter. pauci vero electi: scꝫ ad regnuꝫ vt dicit eadē glo. Da exemplū de futura electione ep̄i: ad quā vocātur omnes canonici: vnus tñ solus eligitur. Unde ad propositū dicit Augu. in libro intitulato de vero cultu: vnū terribile verbū. Arbitror inq̄t tres partes mundi fore damnandas eo ꝙ in omnes regnat infidelitas. De quarta aūt parte quid dicā: nisi qd. j. Joan. v. scribit. Totus mundus in maligno positus est? Unde legitur in vita beati Ber. ꝙ post morteꝫ suam apparuit cuidam religioso: scilicet. xiij. die. Quem cum alter interrogasset si ita difficile esset saluari: rn̄dit ꝙ sic. In cuius rei signū inquit in ipso die obitus mei. xliij. milia hominū mortui sunt: qui omnes descenderunt in infernum: me dēpto cum vno sancto eremita: ꝛ quodam seculari: qui tamen descendit in purgatoriū. Certe istud exemplum merito deberet nos terrere: maxime cum in multis offendamus omnes: nec est qui agat penitentiam super peccato suo: dicēs: Quid feci? Hieremie octauo. Studeamus ergo charissimi errata corrigere per condignam penitentiam: et in vinea domini diligēter laborare si cupimus eternam mercedem finaliter percipere. Quam nobis concedat ille paterfamilias qui in trinitate perfecta viuit ꝛ regnat deus in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo in die sancto Pasche.

Surrexit: non est hic: Marci vltimo.

¶ Resurrectio triplex in sacra scriptura inuenitur: scilicet

Spiritualis
Generalis
Singularis.

¶ Prima igitur resurrectio dicitur spiritualis. De qua Proverbiorum vigesimo quarto. Septies in die cadit iustus: et resurgit. Anima enim per mortale peccatum efficitur mortua: iuxta illud Ezechie. decimo octavo. Anima que peccaverit ipsa morietur. Sed ab ista morte dammabili anima resurgit quotiens vita gratie restituta de peccato consurgit. Resurgo enim componitur ex re et surgo. Surgo autem componitur ex sursum et rego: quod proprie significat erigor. Resurgere ergo idem est quod iterum surgere. Unde resurrectio spiritualis non est aliud quam iterum a peccato in quo quis ceciderat ad gratiam et virtutem cum dei adiutorio erectio. Que quidem spiritualis resurrectio vocatur in sacra scriptura prima: iuxta illud Apocal. vigesimo. Hec est resurrectio prima. Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima. Bene autem dicitur hec resurrectio prima: quia nullus potest resurgere ad gloriam anime tantum: que est quasi resurrectio quedam: neque similiter ad gloriam corporis (que est altera resurrectio et finalis) nisi primum resurrexit de morte culpe ad vitam gratie. Ecce quare resurrectio spiritualis dicitur prima. Utinam simus omnes hodie sic resuscitati. Audite igitur charissimi quid nobis dicat hodie apostolus ad Col. tertio. Si inquit consurrexistis cum christo: que sursum sunt querite: ubi Christus est in dextra dei sedens: que sursum sunt sapite: non que super terram.

¶ Secunda resurrectio dicitur generalis. De qua Apostolus j. ad Corinthios. xv. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. Super quo dicit glossa interlin. quod tam boni quam mali resurgunt: sed non omnes immutabuntur in immortalitatem: sed soli sancti: ut dicit glossa ordinaria. De qua quidem immutatione potest recte intelligi illud psalmiste Hec mutatio dextre excelsi. Merito autem talis immutatio dicitur dextre excelsi: quia scilicet sola virtute divina resurgent sancti/tam ad vitam naturalem quam ad gloriam perennem. Mali autem eadem virtute resurgent ad vitam naturalem tantum. Quod si dicatur in contrarium quod non resurgunt impii in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum ut dicit Psalmista: respondetur quod impii non resurgent in iudicio ut iudicent: sicut supple iusti resurgent: secundum quod Christus promisit apostolis suis: dicens. Sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Matth. decimonono. Resurgent tamen dicti impii ut iudicentur. Quemadmodum ergo lapis adamantinus sive magnes trahit ad se ferrum sursum. ita Christus qui est petra supra quam ecclesia est fundata: et qui iam regnat gloriose in celis: in finali omnium resurrectione attrahet ad se omnes electos in corpore et anima. O utinam simus de numero illorum.

¶ Tertia resurrectio dicit singularis: et hec est resurrectio xpi de q hodie celebram⁹ ingentem solēnitatē: sepe repetēdo in officio ecclesiastico illud Psal. Hec dies quam fecit dñs: exultemus et letemur in ea. Ueritas aūt huius resurrectionis probat quintupliciter: scz
Authoritate
Ratione
Figura
Similitudine
Exemplo.
¶ Prio qdem authoritate multiplici sm q de hmōi resurrectione dant fidele testimonium creature triplices: vcz superiores/inferiores/medie.
¶ Prio qdem creature supiores vt sunt angeli sancti. Vñ Mar. vlti. hr q cum mulieres. s. maria magdalene: et maria iacobi: et maria salome venissent ad monumentū: viderūt iuuenē coopertū stola candida: q dixit eis. Jesum queritis nazarenum crucifixū: surrexit: nō est hic. Idem hr Matt. vlt. Luce aūt vlti. legit q apparuerunt in sepulchro dñico eisdē mulieribus duo angeli in veste fulgenti hoc idē testificantes. Silr legit Jo. xx. de Maria magdalena q cum venisset ad sepulchrum dñicū: vidit duos angelos in albis sedentes: vnū ad caput: et vnum ad pedes: vbi positum fuerat corpus iesu. Nec duo vltimi euāgeliste facientes mentionē de duobus angelis aduersantur aliis duob⁹ pmis facientib⁹ tm mētionē de vno. Sz qd illi tacuerunt: alij suppleuerunt et expresserunt. Et sic patet qualiter creature superiores testificant xpz resurrexisse. Quaꝝ testimoniū caret omni suspitione falsitatis et mendacij: qz cū ipsi sancti dei angeli sint beati: mentiri non possunt: sicut nec peccare.
¶ Secundo creature inferiores dant fidele testimoniū de veritate dñice resurrectionis. per creaturas aūt inferiores intelligo mortuos illos de qb⁹ Mathei. xxvij. legitur q xpo passo monumenta apta sunt: et multa corpa sanctoꝝ qui dormierant: surrexerunt: et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctā ciuitatē: scz hierlm: et apparuerūt multis: et hoc ad declarationē et testificationem dñice resurrectionis. inter ceteros aūt apparuerunt anne et caiphe: vt dicit nichodemus in euangelio suo. Quid autē de talibus factum sit postea: dicit glo. ord. q credendi sunt cum dño ascendente in celum simul in corpore et anima ascendisse. Ubi aūt steterint illo tēpore intermedio inter dñi resurrectionē et ascensionē: non est certum. Potuerunt tamen stare inter amplissima loca maris: vel etiā in padiso terrestri. Inter illos autem qui cum christo surrexerūt: legit in euangelio nazareorum de duobus q mortui fuerant ante quadraginta annos: q venerunt in templum et scripserunt quomodo in descensu christi in limbum illi qui illic erant exultauerant: demones autem inde contristati fuerant.
¶ Tertio creature medie. i. in hoc seculo quod mediat inter celū et infernum habitantes: dederunt fidele testimoniū de ve-

ritate dñice resurrectionis. Et iterũ huiusmodi creature fuerũt multiplices & vtpote mulieres: apl'i: discipuli: custodes.

¶ Primo igitur mulieres sancte dederũt fidele testimonium de huiusmodi resurrectione: sicut patz de magdalena de qua legitur Joan.xx. q cum vidisset dominum in specie hortulani: venit ad discipulos annunciãs: quia vidi dominũ: et hec dixit mihi: scilicet vade ad fratres meos: & dic eis. Ascẽdo ad patrẽ meũ et patrem vestrum: deum meum / & deum vestrum. Item legitur Mat.xxviij. q cũ sancte ille mulieres: vcz maria magdalene: maria iacobi: & salome reuerterent de sepulchro vbi apparuerat illis angel9 dicens dominum surrexisse: subito apparuit illis ipe domin9 dicẽs: Auete. At ille accesserunt: & tenuerunt pedes eius: et adorauerunt eum.

¶ Secundo apostoli dederunt testimonium de huiusmodi resurrectione. primo quidem Petrus de quo dicitur Luc.xxiiij. q surrexit domin9 vere: et apparuit simoni. Secundo illi septem, q piscabãtur in mari galilee: quib9 se manifestauit ipse xp̃s: vt patet Joan.xxj. Tertio decem illi apostoli qui dixerũt thome. Uidimus dñm. Joã.xx. Quarto ipe idẽ thomas d hoc dedit aptũ testimoniũ qñ qdez palpato latere xp̃i dixit. Dñs meus: et de9 meus vbi supra.

¶ Tertio discipuli q scz erant de numero septuagintaduorũ: dederũt silr fidele testimonium: sicut patet de illis duobus: vcz Cleopha & Luca vt pie credit: qb9 euntibus in Emaus ipa die dñice resurrectiõis apparuit ipse xp̃s in spẽ peregrini: quẽ cognouerunt in fractiõe panis: vt patet Luce.xxiiij. Fuit & ali9 xp̃i discipulus: sed occultus pp̃ter metũ iudeorũ: dictus ioseph de arimathia: qui silr dedit testimonium de veritate dicte resurrectionis. De eo enĩ legit in euangelio Nicodemi q cum pontifices iudeorũ audissent eum honorifice sepelisse christi corpus in monumento nouo quod sibi ipsi apparauerat: iusserunt eum in odiũ xp̃i capi & in carcerẽ recludi: vt post pascha occideretur. Sed in ipsa nocte dñice resurrectiõis circa diluculũ / eidẽ appuit xp̃s / dicẽs. Qz occasione sepulture mee chare meus hic detineris: ideo veni liberare te. Exi g carcerem: et liber abeas Sicq factuz est. Principes autem iudeorum trãsacto sabbato miserũt ad locum carceris: vt ad eos adduceret. Sz minime ibi inuentus est. Cunq fieret altercatio super hoc: atq custos carceris falso inculparetur: subito affuit quidam homo veniens de arimathia asserens dictũ Joseph obuiũ habuisse: & propriam ciuitatẽ repetiuisse.

¶ Quarto custodes sepulchri dñici dederunt fidele testimoniũ de xp̃i resurrectione. Nã vt legitur Mat.xxviij. ip̃o xp̃o resuscitato quidaz de custodibus venerũt in ciuitatem Hierusalem: et nunciauerunt principibus sacerdotum qualiter circa auroram illius diei terremot9 magnus fact9 fuerat in sepulchro dominico: qualiter etiam angel9 domini descenderat de

celo: qui accedens reuoluerat lapidem: sedẽs super eum. Cuius quidem angeli aspect9 erat sicut fulgur: vestimenta autem eius alba sicut nix. Ex quibus omnib9 dicti custodes dixerũt se pre timore valde perterritos fuisse: ita vt remansissent quasi mortui. His ergo auditis dicti principes sacerdotũ cõgregati cum senioribus.i.iudicib9 populi: consilio accepto pecuniã copiosam dederunt dictis militib9/dicentes. Dicite quia discipuli eius nocte venerũt: et furati sunt corpus magistri sui vobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a preside: scilicet pilato: nos suadebimus ei: ne scilicet ex hoc quicꝗ patiamini mali: ⁊ securos vos faciemus: scȝ totũ onus sup nos assumentes. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Super quo dicit glo. ordina. ꝙ sicut auaritia decepit discipulũ Iudã vt traderet magistruȝ suum iudeis: sic etiam ipsos custodes sepulchri dominici decepit. Tandem subditur in euangelio ipsi9 matthei ꝙ diuulgatum est verbum istud apud iudeos vsqȝ in hodiernum diem. scȝ ꝙ discipuli furati sunt christi corpus. Sed hunc pestiferuȝ errorem repellit Augusti. Homil.xxxvj. dicẽs. O vanitas vẽdẽs vanitatẽ: vanitatẽ inquam audituriȝ vanis ⁊ credituris. iu deitestioniũ martyꝝ nolũt audire vt viuãt: ⁊ testimoniũ dormientium audiunt vt pereant. Si enim custodes dormiebant: vnde scire potuerunt ꝙs dominicum corpus tulerit de sepulchro? O pessimi milites: aut vigilabatis: et tunc custodire debuistis. aut dormiebatis: ⁊ tunc quid sit factum: nescitis. Impletũ est ergo in vobis ⁊ de vobis qđ spiritussanctus per psalmistam multum ante predixerat. Cogitauerunt consilium quod non potuerunt stabilire. Hec ille. Patet ergo multiplex testimonium per quod probatꝰ veritas dñice resurrectionis. Et sic patet de primo.

¶ Secundo principaliter veritas dicte resurrectionis probatur ratione multiplici: ⁊ signanter triplici quam tangit beatus Thomas. iij. parte questio. liij. articu. j. videlicet

Ad diuine iustitie commendationem.

Ad nostre fidei corroborationem.

Ad nostre spei subleuationem.

¶ Primam igitur rationẽ format diuina iustitia: ita dicens. Ad commendationem diuine iustitie pertinet illos exaltare qui se propter deum humiliant iuxta illud. j. pet. v. Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempore visitatiõis. Sed christus propter obedientiam ad deum patrem humiliauit se vsqȝ ad mortẽ crucis: vt habetꝰ ad Phil. ij. Iustuȝ est ergo et rationabile vt exaltetur vsqȝ ad gloriosam resurrectionem. Hanc autem rationem tangit psalmista: in persona christi dicens ad deum patrem. Tu cognouisti sessionem meam: id est passionis mee humiliationem: ⁊ resurrectionem meam: debes supple cognoscere: ipsam approbando: et opere complendo.

Secundam rationem ad idem format fides ita dicens. Fides quam debent christifideles habere de christo: est ꝙ est verus deus: et homo perfectus. Sed ad hoc ꝙ sit homo perfectus: necesse est ꝙ eius anima vniat corpori informatiue. igit. Confirmatur hec ratio ex verbis Apostoli. j. ad Corinth. xv. dicentis. Si Christus non resurrexit: inanis est predicatio nostra: inanis est et fides nostra. Confirmatur iterū ex illis verbis Psalmiste in persona christi dicentis ad deum patrem. Que vtilitas in sanguine meo: id est in effusiōe sanguinis mei dum descendo in corruptionē? id est si corpus meū more aliorum corrumpatur: et incineretur? Quasi diceret: nulli vtilitas esset. Nunquid confitebitur tibi puluis? id est nunquid corpus meum si permittas ipsum in puluerem reuerti per corruptionē: dabit tibi occasionaliter confessionem laudis? Aut annunciabit veritatem tuam? scilicet predicando. Quasi dicat ꝙ non. In cuius rei signum apostoli tacebant quādiu corpus ipsius christi fuit in sepulchro: Sed post eius resurrectionem ceperunt predicare vbiqȝ. Da exemplū de auibus que silent de nocte: que tamē cantant de die. Et quia deꝰ pater exaudiuit filium suū Christū/ipsum a mortuis resuscitando: idō psalmista in persona eiusdem christi subdit dicens. Audiuit dominus: id est exaudiuit me pater: et misertus est mei: corpus meum a mortuis per omnipotentiam suam resuscitando. Ideo subditur. Dominus supple pater/ factus est adiutor meus. Consequenter ipse Christus secundum ꝙ homo conuertit se ad deum patrem/ gratias illi referens de tam gloriosa et magnifica resurrectione sua dicens: O pater/conuertisti planctum meum in gaudium mihi. Et nota ꝙ Christus hic loquitur in persona membrorum suorum. Ac si diceret. O pater/tu conuertisti planctum quo me lugebant apostoli mei: similiter mater mea et alie mulieres atque omnes credentes: in gaudium: secundum ꝙ illis promiseram ante mortem meam/ dicens: Uos contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Joannis. xvj. Sequitur: Conscidisti saccum meum: id est reparasti integraliter corpus meum quod fuerat scissum in passione et circundedisti me letitia: tā ex parte anime quo ad portionem inferiorem/ ita vt amodo non tristetur: ꝗ ex parte corporis; illi conferendo immortalitatem/claritatē/ agilitatem/ subtilitatem. Ecce quomodo Christus circundatus est letitia in resurrectione sua. Et sic patet de secunda ratione.

¶ Tertiam rationē dominice resurrectionis format spes: ita dicens. Cuncti fideles tenētur firmiter sperare se finaliter in corpore et anima resurrecturos. Sed hec spes maxime corroboratur ⁊ confirmatur p xp̄i resurrectionem. Nam per hoc ꝙ vident fideles xp̄m resurgere: qui est caput eorum: ipi firmiter sperāt i se resurrecturos.

Propter quod Paulus loquens contra saduceos qui negabant futuram resurrectionem: dicebat. Si xp̄s predicat̄ q̄ resurrexit a mortuis: quō quidam dicunt in vobis q̄m resurrectio mortuorum nō ē? j. Cor. xv. Sic etiam Job. xix. dicebat. Scio. s. p certitudinem fidei: q̄ redemptor meus. i. xp̄s: viuit a mortuis resurgens ⁊ ideo in nouissimo die de terra surrecturus sum. Reposita est hec spes mea in sinu meo. Ecce quō triplici ratione p̄batur veritas resurrectionis dn̄i nostri Jesu xp̄i.

¶ Tertio principaliter dicta veritas probat̄ triplici figura.

¶ Prima igit̄ figura sumit̄ ex illo cap̄lo Gene. xxxix. et deinceps vbi legimus q̄ post venditionē Joseph: post captiuationē ⁊ cōpedes eius: post patris ploratū: qn̄. s. vidit tunicā ei⁹ cruētatā: factus est domin⁹ ⁊ dispensator totius domus regis pharaonis. Ad quē fratres sui accedētes vt cibos emerent: ip̄m non cognouerunt: ip̄e vero cognoscebat illos. Tandem antē comedit ⁊ bibit cum illis in eadem mēsa: ⁊ tunc seipsum manifestauit illis. Ad propositum per Joseph qui interpretatur augmētum: intelligit̄ Christus de q̄ recte potest intelligi illud psal. Auxit populum suum vehementer. i. electos: q̄s auget in p̄senti in bonis gratie: et in futuro in bonis glorie. Idem psal. Gratiam et gloriam dabit dn̄s. Hic ergo noster Joseph post venditionem a discipulo: post lacerationem ⁊ cruentationem corporis sui ab impijs militibus Pilati: tandem resurrexit a mortuis vltra nō moriturus: accepitq̄ potestatem a deo patre in celo ⁊ in terra. Tādem aūt factus est dispensator tam diuine gratie in p̄senti: q̄ȝ glorie in futuro. Hūc ergo postq̄ȝ resurrexit a mortuis: nō cognoscebant fratres sui ap̄li. Tandem tamē cum illis māducans et bibens seipsum illis manifestauit: vt habetur Luce. xxiiij. Similiter actuū. x. dicebat Petrus apostolus de christi resurrectione. Hunc suscitauit deus tertia die: et dedit eum manifestum fieri non omni populo: sed testib⁹ preordinatis a deo: supple patre: nobis qui manducauimus. ⁊ bibimus cū illo postq̄ȝ resurrexit a mortuis. Patet ergo q̄ȝ bene predicta figura facit ad propositum.

¶ Secūda figura dn̄ice resurrectionis sumitur ex illo textu Numeri. xvij. vbi legitur q̄ cū fuissent tredecim virge in vnū apposite per manum Moysi coram domino in tabernaculum testimonij sequenti die regressus ipse Moyses inuenit virgā aaron que erat tertiadecima: germinasse/ floruisse: et fructū amygdalorum attulisse: alijs virgis remanētibus siccis. Ad propositū tredecim virge sunt christus cum duodecim apostolis suis. Qui omnes positi sunt coram domino per vite meritum. Sed q̄d est q̄ sola virga aaron germinauit ⁊ floruit: alijs duodecim virgis remanētibus siccis nisi q̄ sol⁹ Christus reuixit tertio die post mortē suam: vbi corpora apostolorum remanent sicca. i. absq̄ vita vsq̄ ad finalē oim̄ resurrectionem. De beato

tamē Jo. dubitatur vtrum iam surrexerit. Nulla ergo floruit virga de predictis: saltē quantū pōt trahi ex sacra scriptura: nisi que fuit Aaron: quem elegit dominus sibi in sacerdotez. per quem significatur Christus. In cuius persona loquitur ps. dicens. Refloruit caro mea Et nota ꝙ dicit refloruit: id est iterum floruit. Floruerat enim caro Christi ante passionem in sua gloriosa transfiguratione: quando scilicet resplenduit facies eius sicut sol: ⁊ vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Matthei. xvij. Sed dicta floritio parum durauit: quia mox Christi corpus rediit in pristinam formam. Secus autem de ista secunda floritione / q̄ perfecta ⁊ perpetua est: qꝛ vt habet ad Rom. vj. Christus resurgēs ex mortuis iā non morit: mors illi vltra non dominabitur. Ecce quare christus post suam resurrectionem recte dicere potuit. Refloruit caro mea. Fructū autē attulit in sua ascensione: quando quidē ascendens in altū / captiuā duxit captiuitatem: vt dicit apost. ad Ephe. iiij.

¶ Tertia figura dicte resurrectionis Christi sumitur ex illo textu Gen̄. viij. vbi legitur ꝙ cū Noe emisisset columbam extra arcam: tandem illic rediit cum ramo oliue virentis in ore suo. Ubi ad propositum per arcam intelligitur Christi corpus / qđ fuit arca in qua recondita fuit filij dei diuinitas per vnionem hypostaticam. Illic etiam habitauit columba mūdissima ⁊ albissima: id est Christi anima tota pulchra ⁊ in qua macula nō fuit. Tūc ergo ab hac arca dominici corporis exiuit columba predicta quādo christus in cruce inclinato capite tradidit spiritū: vt tradūt euāgeliste: Sed ad dictā arcam columba rediit quando anima christi reunita fuit suo corpori in die resurrectionis. Tunc etiam habuit ramum oliue virentis in ore suo quādoquidē salutauit apostolos suos ꝟbis pacificis illis apparēs ⁊ dicēs. Pax vobis. Sūt ⁊ alie figure de predicta christi resurrectione: quas annotaui in expositione epistolarum quadragesimalium ⁊ paschalium: vez feria tertia pasche.

¶ Quarto ꝓncipaliter veritas dnice resurrectionis probatur. per similitudinem triplicem.

¶ Prima est de arbore: que secundum naturalem ⁊ vsitatum cursum primo germinat ꝓducendo botros suos: scđo floret: tertio fructum affert: quarto maturescit: quinto fructus ei⁹ maturi colligūtur: sexto depositis folijs videt arescere / tāq̄ ignis transisset ꝑ mediū ipsius: septimo redeūte verno tēpore iterū incipit germinare: reflorere: et fructum afferre. Ad ꝓpositū arbor est xp̄s: de qua Mat. vij. Arbor bona fructus bonos facit. Que quidez arbor primo fuit plātata in terra pinguissima vteri virginalis. Consequēter germinauit in sua natiuitate. Floruit in sua vita: tū in predicatiōe: tū in miraculoꝝ operatione: tū in religiosa conuersatione. Fructum attulit in sua passiōe: fructum inquā cētuplū hūane redēptionis. Cepit maturescere in morte. Fruct⁹ illi⁹

C.C

collecti sunt peccatorum remissio: gratie collatio: celi apertio: inferni spoliatio. Deinde aruit depositis folijs viriditatis sue q̄ȯ quieuit in sepulchro. Tandē aūt in sua resurrectione cepit iterum germinare et reflorere etiā meli⁹ ꝛ perfectius q̄ꝫ prius atq̧ fructū afferre in sua iocunda ascēsiōe: vt prius dictū est.

¶ Secūda similitudo dominice resurrectionis est de aue que Phenix appellatur: de q̄ refert Isido. li. xij. ethymo. ꝙ habitat in desertis Arabie: lōgo viuēs tp̄e: vtpote circiter annis quingētis. Tandē cū se sentit senescere ꝛ morti appropiquare facit sibi thecā de thure et myrrha cū aliq̄b⁹ ꝯgulis. Deīde ad solis radiū desup volitās plausu alarū suarum facit sibi volūtariū incēdiū: in qȯ intrans cōburit. Quo facto de hūore carnis sue exurgit vermis: q̄ paulatim adolescit: ꝛ tādē i speciē prioris auis reparatur. Ad ꝓpositū phenix est xps q̄ fuit vnic⁹ qꝛ nunq̄ꝫ habuit sibi similem in gratia ꝛ virtute. Io. j. Vidimus eum plenū grē et ꝟitatis. Iste igit phenix cremat⁹ est in ara crucis duplici igne. s. doloris ꝛ charitatis. Sed tandē reuixit in sua resurrectione pulchrior q̄ꝫ prius:

¶ Tertia similitudo eiusdē resurrectionis est de Panthera: q̄ postq̧ triduo dormierit in cauerna sua: rursus excitatur. Et tunc tantū odorē emittit de ore suo: ꝙ alia animalia ad se trahit. Sic postq̄ꝫ xp̄s triduo dormiuit in sepulchro: tādē ad vocē dei p̄ris ad eum clamantis ꝛ dicētis illud psal. Exurge glīa mea: exurge psalteriū et cithera: excitatus est a somno mortis: respondens deo patri ꝛ dicēs illud quod sequitur. Exurgam diluculo. Et tunc suo odore traxit ad se de libo animas sanctorum patrum: quas tandē secum duxit in altū: scilicet in sua ascēsione. Et sic patet de triplici similitudine gloriose atq̧ ineffabilis resurrectionis dominice.

¶ Quinto principaliter probatur veritas dicte resurrectionis mirifice vnico exēplo: Legitur enim de quodam monacho habitāte in monasterio sancti laurētij extra muros vrbis romane ꝙ cum semel ipsa die resurrectionis Christi in cōtēplatione positus hesitaret intra se plurimum quonā pacto ipse xp̄us exire potuisset ꝺ sepulchro clauso: subito conspexit coram se suum singulum non ruptum: nec proprio vinculo solutum. Tandē aūt facta est vox de celo ad eum: dicens ꝙ tanta facilitate exiuit ip̄e xp̄s ꝺ sepulchro clauso: sicut zona sua non soluta a circūferentia corporis sui. Patet ergo ꝙ nullo modo dubitandum est de ꝟitate: resurrectionis dn̄i nostri Iesu xp̄i: q̄ tot et tantis testimonijs est probata. Ipsam igitur indubitata fide credamus: vt sic post ipsum christum ad regnum celeste peruenire valeamus: ipso prestante q̄ cum patre et spiritu sancto viuit et regnat per infinita seculorum secula. Amen.

¶ Sermo in festo Ascensionis domini.

Tempus est vt reuertar ad eum qui me misit. Thobie duodecimo. Ista verba ad literam sunt verba angeli Raphaelis ad Thobiam seniorem. Hic enim angelus tria pcipua beneficia contulerat tribus personis. Primum beneficium contulit Thobie iuniori in hoc scz q se exhibuit comitem itineris sui cum ex precepto patris iuit in Rages ciuitatem medorũ vt repeteret a gabelo pecuniam a patre suo illi mutuatam. Nam tunc sanum eũ duxit Raphael atq reduxit eũ cum pdicta pecunia. Item preseruauit eum ne deuoraretur a pisce grandi cum lauaret pedes suos i quodam fluuio magno. Ceterũ preseruauit eum a demone asmodeo ne extingueret eum sicut fecerat priores maritos Sarre. Secundum beneficium contulit raphael thobie seniori in illuminatione oculorum suoruz. Tertium beneficium contulit Sarre vxori pdicti Thobie iunioris: in hoc scz q ipsam preseruauit a potestate dicti demonis Asmodei. Post igitur predicta collata beneficia tribus predictis personis: tandem seipsuz manifestãs dictus angelus ait illis. Tempus est vt reuertar ad eum qui me misit: scilicet ad deum. Ecce quomodo ad literã dicta verba intelliguntur.

¶ Mystice autem possunt esse vba Christi ad apostolos suos in die ascensionis sue. Ipse enĩ prius cõtulerat generi humano peramplius et perfectius tria predicta beneficia que olim cõtulerat angelus Raphael tribus predictis personis. Primo nempe nascendo de virgine fecit se comitem itineris nostrĩ ad celum. Nam propter hanc causam incarnari voluit et nasci/et in hoc mundo conuersari: dicens hominibus habitantibus in terra illud Joannis. viij. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me: non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite: scilicet gratie in presenti: et glorie in futuro. Et in hoc fuit quodammodo similis elephanti: de quo refert Plinius in naturali historia: libro octauo capitulo quarto: quod intitulatur de clementia elephantum: vbi dicit q si elephas a casu obuiauerit homini erranti in solitudine: tunc clementer et placide illum ad rectam viam reducit. Quod si inter ambulandum fere homini occurrentes illi nocere volunt: tunc ipse elephas toto conatu eum protegit atque defendit. Sic et christus in suo aduentu: tum verbo sancte doctrine: tum exemplo innocentie vite reduxit homines errantes ad viam salutis: etiam ipsas protegens a feris infernalibus et peccatis quantum in se fuit. Hic est ergo bonus comes quem sequi et non persequi debuerunt iudei. Secundo christus in suo primo aduentu contulit humano generi aliud beneficium: quia ipsum quantum in se fuit illuminauit. In cuius etiam rei signum ipse illuminauit corporaliter hominem cecum a natiuitate. Joann. v. Hinc etiam Joã. j. dr q ipse idem xp̃s illu-

¶ Tertium quod expressit xp̄s vbi supra/est vtilitas ex parte illoꝝ quibus dat̄ predictū donū: qꝛ sanctus. Non eñ solum sp̄ūs sanctus in se sanctus est:verum etiā illos sanctos reddit ad q̄s venit per grām:vt dictum est supra. Sap̄.vij. In animas sanctas se transfert. Ite in hoc apparet huius doni vtilitas: quia vbi recipientes ipsum erāt prius filij diaboli : mox efficiuntur filij dei: iuxta illud ad Rom̄.viij. Quicunq̄ spiritu dei agunt̄ hi filij dei sunt. Consideret autem homo quantꝰ honor sibi tribuit̄ per hoc q̄ per istud donum filius dei efficitur. Si eñ hoīes mundani pro magno honore et gloria habent q̄ sunt filij nobiliū ꝛ generosorum parentum: quanto magis debent iusti gaudere de aduentu spiritussancti mediante quo efficiuntur filij dei? Preterea aliam vtilitatem affert sp̄ūssanctus illis ad quos venit per gratiam ꝛ charitatem quia scilcꝫ facit q̄ opera eorum efficiantur meritoria vite eterne. Quicunq̄ ergo recipit spiritum sanctum : merito pōt dicere illud Psalmiste. Quid retribuam dn̄o : supple spirituisan=

cto pro omnibus que retribuit mihi: id est pro omnibus vtilitatibus quas ad me veniens secum attulit? Profecto nullus potest condigne recompensare tot et tantas vtilitates.

¶ Tertio spūssanctus appellatur fons: non qualiscunqȝ: sed viuus. Sunt enim aliq fontes stantes: sicut patet in aqua puteoꝝ. Alij vero currentes de loco in locum: et hi proprie dicunt fontes viui. Merito ergo spūssanctus fons viuus appellatur: qꝛ cō tinue procedit a patre ꝛ filio per modum spirationis. Iste etiam fons hodie cepit fluere de celo in corda aplorꝝ. Unde merito figuratur per illum fontem qui pre sui magnitudine fluuius appellatur: de quo legit Gen. ij. q fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum. Ad propositū fluuius est spūssanctus: qui fluit siue procedit eternaliter a patre et filio. Hodie autem processit visibiliter de celo: et fluxit in specie linguarum ignitarum vsqȝ ad aplos: et hoc totum ad irrigandum nedum corda eorum: verum ꝛ paradisum: id est vniuersam ecclesiam militantē: et hoc concurrente predicatione ipsorum apostolorum quos prius irrigauerat. Nonne ḡ iste fluuius bene irrigauit vniuersum mundum per aplos: quandoquidem post receptionem eiusdem spiritussancti illi profecti predicauerunt vbiqȝ dño cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. vt dr Marci vlti. Item in psalmo. In omnem terram exiuit sonus eoꝝ: ꝛ in fines orbis terre verba eorum.

¶ Notandū est aūt circa hoc q gratia spūssancti merito dicitur fons: et hoc pp̄ter tres proprietates aque fontalis. Est nempe hmōi aqua propitia ad tria: vcꝫ ad mundandum sordes: ad producendum pisces: ad satiandum sitientes. Sic et gratia spūssancti primo mundat sordes peccatorum. Sic enim pmisit dñs oibus vere penitentibus: dicens illud Ezechie. xxxvi. Effundam super vos aquam mundam: et mundabimini ab oibus inquinamentis vestris. Rogemus ḡ hodie humiliter ipsum spiritum sanctum dicentes. Laua quod est sordidum ꝛ exterge sordes mentium. Secundo dicta gratia est valde propitia ad producendum pisces bonorum operū. Nam absqȝ ea opera de genere bonoꝝ non valent ad premiū eternum promerendū: cum qua valent. Tertio dicta gratia satiat cor humanū ab amore terrestri et omnium vitiorum. Insup aqua fontalis habet aliam proprietatem que est quarta: qꝛ scꝫ salit sursum in suo exitu. ita et aqua gratie facit tandem salire animam in vitam eternā: prout innuit xp̄s Joan. iiij.

¶ Quarto spūssanctus vocatur ignis. Unde Deuteron. iiij. Dñs deus tuus ignis consumens est. Consumens inquam non naturam: sed culpam. De isto etiam igne sic canit ecclesia in hac sancta hebdomada. Aduenit ignis diuinus non comburens sed illuminans: non consumens sed lucens: et inuenit corda discipulorum receptacula munda: et tribuit eis charismatum dona. Inuenit eos ꝯcordes cha

ritate: et illustrauit eos inundās diuinitas deitatis. Merito ergo iste ignis fuit prefiguratus. Exod.iij. vbi legitur q dñs apparuit Moysi in flāma ignis de medio rubi: et videbat q rubus arderet et nō combureretur. Applicatio est facilis.

¶ Notandum est autem q conuenienter spiritussanctus apparuit super apostolos in specie ignis/ et hoc propter proprietates illi9. Habet enim ipse ignis proprietatem siue virtutem
Conseruatiuam
Copulatiuam
Illuminatiuam
Immutatiuam
Renouatiuam
Eleuatiuam
Calefactiuam
Consumptiuam.

¶ Primo igitur ignis materialis habet virtutē conseruatiuā. Nam calor naturalis cōseruat corpus viuum in esse: adeo q eo deficiente pariter deficit corpus et vita ipsius. Sic presentia spiritussancti conseruat hominem in bono virtutis et gratie: faciendo ipsum perseuerare in predicto bono defendendo et iā eundem a tentationibus hostis antiqui. Unde Michee.ij. dicitur. Nunquid abbreuiatus est spiritus domini vt saluare non possit?

¶ Secundo ignis habet virtutem copulatiuam. Copulat enī diuersas materias in vnū: adeo q de duabus laminis ferreis facit vnā laminam. Sic spūssanctus sua occulta virtute copulat diuersas sectas in vnitatem fidei: sm q canit ecclesia de eo: dicens. Qui per diuersitatē linguarum multarum gentes in vnitatem fidei congregasti. Itē diuersa corda copulat in vnitatem amoris: iux illud ad Ephe.iiij. Solliciti seruare vnitatem spūs in vinculo pacis.

¶ Tertio ignis habet virtutem illuminatiuam: sicut patet de candela que nocturno tempore accenditur vt illuminet assistentes. Sic spiritussanctus illuminat interiorem hominem de agendis/ credendis/ appetendis/ fugiendis. Unde Joan.xiiij. Christus ad propositum loquitur dicens. Spiritus veritatis quem mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia: supp. ad salutem vobis necessaria vt illa sciatis: et suggeret vobis omnia vt illa velitis: que cunque dixero vobis. Item eiusdem Joannis.xvi. Ipse docebit vos omnem veritatem: scilicet ad salutem necessariam: vt dicit glossa interlinea. Non est ergo sensus q spiritussanctus illuminauerit apostolos de omnibus veritatibus simpliciter: sed tantum de illis que erant eis necessaria tam p se q̄ pro fidelium instructione: et ad regimen ecclesie. Et ad hūc sensum dz intelligi illa ppositio.j. Jo.ij. Unctio docet vos de oīb9 scz q̄ sunt tenenda: et q̄ facienda et que vitanda: et q̄ appetenda.

¶ Quarto ignis habet virtutē immutatiuam. Nā per suum calorem mutat quandoque vnam speciē in aliā. De cinere enī mediante igne fit vitrum: et de terra ferrū. Sic spūssanct9 immutat corda illoꝝ ad quos venit: ita vt de peccatoribus iustos et sanctos homines faciat. Et

de hoc historiã habem⁹ de paulo q̃ in sua cõuersione ex persecutore factus est vas electiõis/ et de lupo ouis. Silr per eãdem virtutem spiritussancti Dauid/ Petrus/ Mattheus / zacheus/ Magdalena et siles subito sunt in aliud mutati. De quorũ quolibet recte potest intelligi illud .j. Reg. x. Insiliet in te spũs dñi et mutaberis in virũ alterũ. De hac etiam mutatione recte põt intelligi illud psalmi. Hec mutatio dextere excelsi.i. spũssancti: qui de dextera dei patris.i. de equalitate eius emanat.

¶ Quinto ignis habet virtutẽ renouatiuam. Nã eo mediante vas aureum qđ contraxit rubiginẽ: renouatur. Similiter tota terra singulis annis renouatur mediante calore solis. Sic spiritussanct⁹ renouat mẽtes illorum ad quos venit/ per gratiã: iuxta illud psal. Emitte spiritum tuũ: et creabunt: et renouabis faciem terre.i. humane conscientie que prius erat terrena per affectuz terrenorum. Et ad hanc renouationem nos admonet apo. Ephe. iiij. dicẽs. Renouamini spiritu mentis vestre. Uel sic legi potest. Emitte spiritum tuũ.i. grãm spiritussancti et creabunt: supple hoies in esse gratie: q̃ prius erant annihilati spiritualiter per peccatum / qđ annihilat gratiã et virtutes. Quo facto renouabis faciem terre.i. decorẽ humane cõscientie que prius fuerat deturpata per mortalem culpã. Ecce quomodo ignis iste diuinus habet virtutem renouatiuam.

¶ Sexto ignis habet virtutem eleuatiuam. Sicut enim de natura sua fertur sursum/ sic etiaz facit alia illic ascendere: sicut patet de machinis. Idem similiter patet de scintilla que quandiu fuerit ignita / continue fert sursum. Sic etiã spiritussanctus facit mentem quam inhabitat ascendere sursum in presenti per contemplationem celestium et tandem per gloriã: ita vt merito dicere possit illud Ezechie. xj. Eleuauit me spiritus: et introduxit ad portam orientalem. De hoc etiam figurã habemus iiij. Reg. ij. de Helia qui in curru igneo translatus est paradisum terrestrem. Applicatio est facilis.

¶ Septimo ignis habet virtutẽ calefactiuam. Non enim solum calefacit materiã sibi ꝓximam et quam comburit: verũ etiã ab eo distantẽ: sicut ptz de distantibus ad ignem copiosum. Sic etiam spiritussanctus non solum calefacit hominẽ ad diligendũ parentes et amicos: verũetiam ad diligẽdum extraneos et inimicos. Hoc autez facit per charitatẽ quã infundit: que quanto fuerit feruentior: tanto ardentius facit diligere inimicos.

¶ Octauo ignis habet virtutez consumptiuam. Consumit eniz combustibilia que illi apponuntur: etiã vsq3 ad lapides et ferrum. Sic etiam spiritussanctus per charitatem quam operatur in homine / consumit vniuersa delicta mortalia et venialia si fuerit feruens. Da exemplum de gutta aque/ que proiecta in fornacem ignis mox consumit. Consumit denique iste ignis reliquias peccatorũ: pariter et penã temporalem: ipsam in par-

te diminuendo: vel etiam totaliter auferēdo: presertim si charitas fuerit intensa. Patet ergo ꝙ merito spūssanctus nominatur ignis in presenti hymno.

¶ Quinto spiritussanctus in eodem hymno vocatur charitas non quidem sic ꝙ pater non sit charitas: aut similiter filius: qꝛ tota trinitas est charitas: iuxta illud. j. Joannis. iiij. Deus charitas est: ⁊ qui manet in charitate/in deo manet: et de⁹ in eo. Ubi aduertendum ꝙ in predictis ꝟbis charitas equiuoce sumitur. Nam cum dicitur: Deus charitas est: capiꝭ ibi charitas pro charitate increata. Cū vero subdiꝭ. Et q̇ manet in charitate: capiꝭ ibi charitas pro charitate creata: quia formaliter quis dicitur deo charus. Et hoc est contra magistrū senten. qui distin. xvij. primi. visus est negare charitatem creatā. Quannis ergo charitas essentialiter dicatur in diuinis. i. tam de patre ꝙ̄ de filio ac spiritusancto: nihilominus appropriatiue dicitur specialiter de spiritusancto. Tum primo in signum ꝙ procedit a patre et filio. Est em̄ amor ⁊ nexus vtriusq;. Tum secundo in signū ꝙ ex abundanti charitate daꝭ a patre ⁊ filio: et dat seipsum nobis. Unde et superius donum dei altissimi dictus est. Hec omnia confirmantur per illud Apost. ad Romanos quito. Charitas inquit dei diffusa est in cordibus nostris: sicut supple liquor pretiosus in vasis: per spiritūsanctū: q̇ supple charitatē infundit: qui datus est nobis: non solum quidē in suo dono: sed etiam in seipso: inquantum scilicet per charitatē habetur in nobis nouo modo. Uel dic ꝙ ideo spūssanctus dr̄ charitas ab effectu: qꝛ scꝫ facit illos ad quos venit ꝑ gratiā: diligere deū ⁊ proximū. Unde Gregorius homil. xxiij. In terra datur spiritus vt diligatur proximus. Et celo datur idem spiritus vt diligatur de⁹. Hec ille.

¶ Sexto spiritussanctus in eodem hymno vocatur spiritalis vnctio. Ubi aduertēdum ꝙ q̄uis spiritale et spirituale idem esse videantur: tamen differunt Nam spirituale dicitur tam in bonam ꝙ̄ in malam partem. Spiritale vero tantum in bonā partem sumitur: scꝫ pro illis bonis que pertinent ad salutem. Et qꝛ etiam vnctio potest sumi in vtranq; partem scꝫ bonam ⁊ malam: ideo spiritussanctus hic non tantum appellatur vnctio: sed spiritalis vnctio. i. sancta et diuina. De qua etiam dicitur. i. Joannis. ij. Unctio docet vos: supple apostolos: de omnibus s. de omnibus inquā modo prius exposito. Conuenienter autem ipse spiritussanct⁹ vocatur spiritalis vnctio: quia sicut vnctio materialis medeꝭ: diffunditur: et est suauis: ita etiaꝫ ipse spūs sanctus medetur animas contra morbum peccati. Per ipsum enim fit peccatorum remissio. Item diffunditur quotiens gratia infunditur in corde humano. Item est suauis in se: et homines prius rigidos/ duros/ et asperos per peccatū/ suaues et benignos facit: eos leniendo ꝑ gratiam suam. Unde Sapien. xij. O ꝙ̄ bonus et suauis es dn̄e

spiritus tuus in omnibus. Bonus inquam: qui a bona sua libenter cōmunicat. Suauis autem: quia penitentibus veniam dulciter prestat. Unde ps. Dulcis ꝛ rect⁹ dn̄s: propter hoc legē dabit delinquentibus ī via. De isto etiā spiritu loquēs de⁹ pater Eccli. xxiiij. ait. Spiritus meus super mel dulcis.

¶ Notādum est autē circa hanc spiritalem vnctionem ꝙ sicut medicus peritus vtitur quandoqꝫ vnguentis mortificatiuis: qn̄qꝫ vnguentis mitigatiuis: quandoqꝫ vnguentis reparatiuis: inter que mordificatiua solent rodere malos cruores: mitigatiua solēt lenire graues dolores: reparatiua solent replere deperditos humores: ꝛ replere plagas profundiores: sic etiam spiritualis medicus spiritussanctus triplici vnguento solet suos ad quos venit inungere ꝛ linire. Primo quidem vnguento mordificatiuo dolorose tribulationis: qđ quidē vnguētum rodit superfluos ꝛ nociuos humores culparum ꝛ iniquitatum. Da exemplū de myrrha et aloe que sunt species amarissime ex quibus fiunt vnguenta quibus carnes superflue consumuntur. Hoc enim vnguento inunctus est rex sedechias, qui posteaꝙ superbiuit de victoria quā dedit ei de⁹ de sennacherib: egrotauit vsqꝫ ad mortē. Quod sentiens conuertit faciem suam ad parietē: ꝛ fleuit amare. iiij. Regum. xx. Ecce quātum illi profuit vnguentum mortificatiuū dolorose tribulationis. Secundo spiritussanct⁹ solet illos ad quos venit, inungere vnguēto mitigatiuo mūdane cōsolationis: ne succumbāt in angustijs ꝛ laboribus quibus frequenter premunt. Da exemplū de quadriga cuius rote quandoqꝫ ab auriga inungūtur: ne totū frangatur sub onere. Unde psalmista. Unxit te deus tuus oleo letitie. Tertio idem spiritussanctus solet p̄dictos inūgere vnguento reparatiuo spūalis inspirationis. Nā sicut medicus postꝙ vsus fuit vnguento corrosiuo ꝛ linitiuo, vtitur vnguēto consolatiuo siue consolidatiuo: ꝛ carnis deperdite reparatiuo: atqꝫ cicatricis ꝛ vulneris repletiuo: ita etiam spiritussanctus postꝙ mentē vitijs vulneratam, per correctiones ꝛ spirituales ꝯsolatiōes sanitati reddidit: solet postea vnguentum grē adhibere: ꝛ virtutes deperditas reparare: atqꝫ cicatricem anime: id est vacuitatem virtutum, ad plenitudinem restaurare. Et tūc videtur dicere anime vulnerate illud quod olim dictum fuit Ruth. iij. Lauare ꝛ inungere: ꝛ induere cultiorib⁹ vestimētis tuis. Lauare inquā per penitentiam ꝛ emendationē: vngere p deuotionē et gratiam: induere per virtutum cumulationē ꝛ abundantiam. Patet ergo de triplici differentia vnguentoꝝ quibus vtitur summus ille medicus spūssanctus qui in presenti hymno appellatur spiritalis vnctio. Et sic patet de sex nominibus spūssancti que in dicto hymno exprimuntur. Et per consequens patet de secundo principali.

¶ Tertio principaliter in p̄senti hymno fit mētio de donorum

spūssancti insinuatione cum subditur. Tu septiformis munere dextre dei tu digitus: tu rite promisso ꝛc. In hoc etiam versu inseritur septimum nomen eiusdem spūssancti: qꝛ vocaṫ digit⁹ dextere dei. Sed hoc nomen pertransiens venio ad materiā principalem que in dicto versu exprimitur. Et hec est septem donorum eiusdē spūssancti insinuatio: que tanguntur ibi. Tu septiformis munere. Quibus q̄dem donis ditauit guttura apostolorum: vt possent enarrare varijs linguis magnalia dei.

¶ Que aūt sint hmōi septē dona spūssancti: aperte insinuatur Esa.xj. vbi sic dicitur. Requiescet super eū: scꝫ xp̄m vel quemlibet iustum: spiritus dn̄i: spiritus sapientie et intellectus: spiritus consilij ꝛ fortitudinis: spiritus scientie ꝛ pietatis: ꝛ replebit eum spiritus timoris domini. Circa quod notandū ꝙ quilibet iustus habet spūm sapientie in diligendo: spm̄ intellectus in cognoscendo: spm̄ ꝯsilij in docendo: spūm fortitudinis in sustinendo: spm̄ scientie in conuersando: spūm pietatis in ꝯpatiendo: spūm timoris in reuerendo. Hec autē dona data sunt apl̄is hodierna die cū spūsancto: qui nūq̄ datur absque donis suis. Unde de hoc Psal. loquens ait. Ascendisti in altū: tu supp. xp̄e in ascensione tua. cepisti captiuitatē. hoc refertur ad sanctos illos p̄res qui captiui tenebanṫ in limbo: quos ipse Christus ad inferna descendens inde liberauit: ꝛ secum in sua ascensione in celum duxit. Sequiṫ. Accepisti: tu supp. Christe dona: scꝫ a tota trinitate in hominibus.i. ad dandum apostolis in die pētecostes cum ad eos misisti cum patre spiritum sanctum. De huiusmodi autē donis nolo in presenti plura dicere ꝓpter vitandam prolixitatem. Poterit tamen lector recurrere ad summas de hoc loquentes diffuse vt est summa de virtutibus. Uideat etiam beatum Tho. in secunda secunde.

¶ Quarto principaliter in presenti hymno fit mentio de multiplici petitione quam debemus facere spirituisancto. cū subditur. Accende lumen sensibus ꝛc. vsq̄ ibi. credamus omni tempore. In quibus versibus ꝯtinentur septem petitiones. Prima petitio ibi. Accende lumen sensibus: supple interioribus. Sed quale lumen debemus petere a spiritusancto? Certe lumen vere fidei: ne in p̄nti erremus. Item lumen sapientie/ scientie/ intellectus/ et consilij. Practica singula. Scd̄a petitio ibi. Infunde amorē cordibus. Sed qualē amorem? Certe amorem dei super omnia: et proximi sub deo. Tertia petitio ibi. Infirma nostri corporis virtute firmans ꝑpeti: id est longa et perpetua. Hic ergo oramus spiritumsanctum vt dignetur nos preseruare nunc ꝛ semper a malis passionibus que sunt in appetitu sensitiuo: que hic vocantur infirma corporis: eo ꝙ procedunt ex corruptione nature in nobis. Quarta petitio ibi. Hostem: id est demonem: repellas longius: ne scilicet nobis noceat ad malum pertrahendo seu alliciendo. Item ne nos retrahat siue

impediat a bono perficiendo. Quinta petitio ibi. Pacemq; do nes protinus. Pacem inquam interiorē: exteriorē: supiorem. Rationabiliter autem petimus pacem a spiritusancto: quia solus deus potest illam dare: sm q ozat ecclesia in quadam collecta dicens. Da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem: vt tempora sint tua protectiōe tranqlla. Sexta petitio ibi. Ductore sic te preuio vitemus omne noxium. In quibus verbis petimus ab ipso spiritusancto preseruationē ab omni culpa et offensa tam mortali q̄ veniali. Septima et vltia petitio ibi. Per te sciamus da patrē: noscamus atq; filium rc. In quibus verbis petimus a spiritusancto vt nobis inspiret rectam fidem summe Trinitatis: vt eam tenere valeamus. Insuper vt firmiter credamus ipsum spiritumsanctum pcedere a patre et filio: contra errorem grecorum dicentium ipsum procedere a patre per filium. Patet q de septemplici petitione quaz faciunt fideles spūisancto.

¶ Quinto principaliter in presenti hymno fit mentio de finali conclusione eiusdem hymni angelici: cū subditur. Sit laus patri cum filio: sancto simul paracleto. Et nota q non dr sint laudes patri cum filio rc. sed sit laus: in singulari: quia quanuis pater et filius et spiritussanctus sint tres persone realiter distincte: tamen propter essentie vnitatē illis debetur laus vna. Dicamus ergo cum beato Augustino in libro suarum meditationum. c. xxxij. Laus tibi pater q̄ nos creasti. Laus tibi fili qui nos redemisti. Laus tibi spūs sancte qui nos sanctificasti: tum in baptismo: tum in lauacro penitentie pctā remittendo. Laus tibi summe et indiuidue trinitati: cuius opera sunt inseparabilia: cuius imperiū sine fine pmanet. Et qz greci dicūt ipsum spmsanctum non procedere a filio: vt dictum est: ideo ad confutandum expressius dictum errorem finaliter ecclesia ozat: dicens. Nobisq; mittat filius charisma sancti spiritus. i. donū gratie spūssancti. Amen. i. fiat vt petitur. Et sic patz totalis deductio predicti hymni angelici et supra modum deuotissimi. Cuius initium incipit a spū sancto cum dicitur. Ueni creator spiritus. Et similiter finis terminatur ad eundem spiritumsanctū vt patet cum ecclesia ozat dicens. Nobisq; mittat filius charisma sancti spūs. Qui cum patre et eodem filio nobis donet gratiam in presenti: et gloriam in futuro. Amen.

¶ Sermo secundus In die Pentecostes.

Accipite spiritum sanctum. Joannis. xx. A Lex imperialis que est vnica: et habetur C. de suffragio: dicit q omne promissum est de iure debitum. Que quidem lex est conformis legi diuine de qua habetur Deuterono. xxiij. que sic dicit. Facies quod promisisti. Sic est autem q Christus adhuc in terris corporaliter degens promiserat discipulis suis se ad illos missurum spmsanctum: dicens, Joannis. xiiij. Para=

cletus spiritussanctus quē mittet pater: i nomie meo: ille vos docebit omnia ꝛc. Item expssi⁹ eiusdem Joan. xv. loquut⁹ eis fuerat dicēs. Si nō abiero: paracletus non veniet ad vos: si autem adiero: mittā eum ad vos. Insuper vt legitur Actu. j. ipse post resurrectionem suam pcepit suis discipulis ab hierosolymis ne discederent: sed expectarēt pmissionē patris: quam audistis inquit per os meum. Que autem fuerit talis promissio: aperte declaratur cum subditur. Quia Joannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritusancto non multo post hos dies. Iustū ergo ꝛ rōnabile erat vt ipse christus promissionem suam impleret quo ad missionem spiritussancti. Quod fecit quando post resurrectionem suam apostolis suis absente Thoma apparens locutus est dicēs. Accipite spiritumsanctum. Que, quidē verba etsi nō verbo: tamē opere et facto repetiuit hodierna die qñ super eosdem apostolos ipsum spiritum sanctum in specie linguarum ignearum misit. Tunc ergo visus est eis dicere. Accipite spiritumsanctum. Ecce qūo promissum impleuit.

¶ Circa quod notādum ꝙ idez xp̄s pōt recte dicere sequētib⁹ generibus personarum ꝛ hoim Accipite spm̄sctm̄, vos supple
Baptismum suscipientes
Confirmationem recipientes
Uere penitentes
Munde viuentes
Syncere diligentes
In bonis perseuerantes
Uerbum audientes
Deuote orantes
Caste viuentes
Terrena contemnentes.

¶ Primo igitur accipiunt spm̄sanctū baptismū suscipientes. In cui⁹ rei signū legit̄ Luc. iij. ꝙ iesu baptizato ꝛ orāte, aptū est celū: et descendit spūsctūs corpali specie sicut columba in ip̄m. Uerisilr̄e est aūt ꝙ illa colūba fuerit alba ꝛ mundissima: et hoc ad denotādūz illā mirabilē mūditiā et puritatem q̄ cōfert oib⁹ rite baptizatis. Nam hoc sctissimū sacr̄m pre ceteris sacr̄is hz hāc pꝛogatiuā ꝙ delet oēm culpā quam inuenit, et oēm penā i foro dei debitā: vt ptz de cons. di. iiij. p baptismū. item: c. puulo. vbi introducunt̄ v̄ba bti Augu. in enchiri. c. xlij. ita dicētꝫ: A puulo recēter nato vsq ad decrepitū senē sicut null⁹ phibend⁹ est a baptismo: ita null⁹ est q̄ non pctō moriat̄ in baptismo: sꝫ puuli tm̄ originali: maiores aūt etiā his oib⁹ moriūtur pctis q̄cūqꝫ male viuēdo addiderūt ad illō qđ nascendo traxerunt. Hec ille. Qui ḡ sic purgati gr̄a baptismali decedūt, mox euolāt ad celos: iuxta illō Apoca. j. Sine macula sūt āte thronū dei. Sꝫ proh dolor oēs ferme puuli baptizati cū pueniūt ad annos discretionis, efficiunt̄ discoli, insolētes, ꝯprauti: dicētes saltē facto spūi sctō: recede a nobis. Quo fit vt q̄ pus in ꝯsci a hēbat spm̄sctm̄: postmodū illic collocent multitudinē demoniorū: qꝛ quilibet pctōr tot hꝫ in ꝯscia demonia, quot ibi habet peccata.

¶ Scdo accipiunt spm̄sanctum sacr̄m confirmationis rite reci-

pientes. Unde in primitiua ecclesia qui confirmabantur / recipiebant frequenter cum signo visibili ipsum spiritum sanctum: vt per hoc daretur intelligi quod illi interius et inuisibiliter recipiebant eundem spiritum sanctum: quia regula generalis est apud theologos quod quicumque recipiunt spiritum sanctum visibiliter et exterius: etiam eundem recipiunt inuisibiliter et interius. Quod autem in primitiua ecclesia quandoque daretur visibiliter spiritussanctus his qui confirmabantur: patet Act. viij. vbi legitur quod cum Petrus et Joannes venissent samariam / imponebant manus super credentes: et continuo accipiebant spiritum sanctum. Quod exponit glo. interli. de sacramento confirmationis: et de visibili missione eiusdem spiritussancti. Similiter Act. xix. legitur de Paulo quod cum posuisset manus super quosdam: dando super illis sacramentum confirmationis: venit spiritussanctus super eos. Rationabiliter autem datur spiritussanctus recipientibus confirmationis sacramentum: vt scilicet per ipsum confirmentur et corroborentur in pugna fidei contra mundum et demones: ita scilicet vt sint parati pro ea decertare vsque ad immanissima tormenta: etiam vsque ad mortem inclusiue: vbi scilicet ipsa fides impugnaretur. Hec autem fortitudo et mentis constantia pariter et corporis non potest haberi absque speciali presentia spiritussancti: qui infirma nostri corporis virtute firmat perpeti: vt dictum est in precedenti sermone.

¶ Sed forsan dicet aliquis. Uidemus multos confirmatos valde debiles et inconstantes in predicta spirituali pugna. non ergo videtur ipse spiritussanctus dari cum sacramento confirmationis ad corroborandum hominem mente et corpore ad predictam pugnam. Respondetur ad hoc quod talis debilitatio interdum talibus accidit ex duobus. Primo quidem quia forsan irreuerenter susceperunt ipsum sacramentum: quia etsi prius confirmarentur / fuerint confessi: non tamen forte taliter qualiter decebat. Modo difficile est vt bono peragantur fine que malo inchoata sunt principio: vt habetur. j. q. j. principatus. Secundo vero aliquando accidit predicta debilitatio confirmatis: in penam culpe precedentis que vulnerat eos spiritualiter. Et ideo sicut videmus hominem fortissimum et robustissimum effici debilem si vulneretur in corpore letaliter: ita etiam in proposito. In cuius figuram legitur Judic. xvi. de Sansone fortissimo: quod per delectationem carnalem et suiipsius negligentiam / ad debilitatem et captiuitatem est productus. Item legitur vbi. s. xiij. cepit spiritus domini esse cum eo: qui tamen postmodum propter peccata sua recessit ab eo. Judic. xvi.

¶ Tertio accipiunt spiritumsanctum vere penitentes. In cuius rei signum legitur Ezech. xxxvi. quod postquam dominus premisit dicens: Mundamini ab omnibus inquinamentis vestris. mox subiungens ait: Et ponam spiritum meum in medio vestri. Et de hoc historiam habemus de Magdalena: a qua cum eiecisset Christus septem demonia: vt legitur Marci vlti. item Luce vij. tandem repleta est spiritusancto: non tantum ad bene viuendum / verum etiam ad predicandum. Nam postea conuertit per suam predicationem ciuitatem Marsiliensem cum adiacenti prouincia. Quicumque ergo post gratiam baptismalem spiritumsanctum amiserit mortaliter

peccãdo: restat vt ipm q̃rat ve=
rã priam pagẽdo. Sic em̃ ipm̃
inuenit Dauid: q̃ post adulteriũ
et homicidiũ/corde contrito et
hũiliato clamabat ad deum pa
trẽ p impetratione eiusdẽ spũsscti
dicẽs: Cor mundum crea in me
de9: ꝛ spm̃ rectũ innoua in visce
rib9 meis. Notãter aũt petebat
spm̃ rectũ innouari in suis visce
rib9: q2 prius i eo hitauerat spũs
curuus. i. diabol9 qui ipm̃ cur=
uauerat vsq ad peccatũ. Noie
aũt spũs recti spũsctũs intelli=
git q̃ erigit hoiem ad superna
p amorẽ: ꝛ tãdẽ p gloriam. De
quo etiã subdit idẽ Dauid di=
cens ad eundem deum patrem
Ne piicias me a facie tua. s. per
eterna reprobationem propter
pctã mea: ꝛ spm̃ sanctum tuũ ne
auferas a me: supple finalr. In=
super redde mihi letitiam salu=
taris tui. i. filij tui per quẽ decre
uisti saluare mũdũ p carnis as=
sũptionẽ. Sed cur hoc petebat
Dauid? Rñsio. Fuerat ei sibi a
dño pmissum ꝙ de eo descen=
deret dei filius: vtpote qñ sibi di=
xerat. De fructu vẽtris tui po=
nã sup sedẽ tuã. Ex q̃ q̃dẽ pro=
missiõe valde letat9 fuerat tan
q̃ de summo bono toti humane
nature venturo. Et quia time=
bat ne in penam adulterij sui
tm̃ bonũ impediret: ideo ora=
bat deum patrẽ dicens. Redde
mihi letitiã salutaris tui. Insu
per ne vlterius peccem siue per
adulterium: siue per proditio=
nẽ: aut homicidium: vt iam fe=
ci aduersus vriam seruum meũ
fidelẽ: siue per quodcũq aliud
peccati genus: spũ principali
cõfirma me. i. grã spũssancti qui
sol9 est spũs pricipalis. Nã etsi
angel9 sit spũs: nõ tñ principa=
lis: sed solus spũsctũs. Practi=
ca quõ qlz verus penitens dz
instar dauid dicere ad dñm pre
dicta vba. Cor mũdũ crea. ꝛc.
Patet ḡ qualr veri penitentes
accipiunt spiritum sanctum.

¶ Quarto accipiunt spm̃ sctm̃
munde viuẽtes. Nam vt scribit
Sap. vij. In aias sctãs se trans=
fert. In cui9 figurã legit Matt.
xvij. ꝙ i trãsfiguratiõe dñi ap=
paruit spũsctũs i spẽ nubꝫ luci
de: in signũ ꝙ illi q̃ sunt lucidi
ꝛ clari p vite mũditiã: sũt apti
ad recipiendum spm̃ spm̃sctm̃.
E contrario ãt illi q̃ sũt obscuri
ꝛ tenebrosi p clpã: nõ recipiunt
dictũ spm̃sctm̃: sed potius spm̃
malignum. Quid ẽt sibi vult ꝙ
idem spũssanctus descendit su=
per eundẽ xpm dum baptizare=
tur: in specie colũbe: vt ht Luc
iij. nisi ꝙ ad illos descendit per
grãz/ q̃ sũt instar colũbe puri/ ꝛ
felle pcti qd est amarissimum
carentes? Esto ḡ talis si cupis
esse hospes ipsi9 spiritussancti.

¶ Quinto accipiunt spm̃sctm̃
syncere diligẽtes. Syncere aũt
diligũt q̃ deũ diligũt super oĩa
ꝛ amicos, bm deũ: inimicos vo
ppt deũ. Itẽ syncere diligunt
qui non solum verbo diligunt:
sed facto ꝛ opere: loco ꝛ tpore
Et hunc diligendi modum do=
cebat beatus Jo. in sua prima
canonica. c. iij. dicẽs. Filioli mei
nõ diligamus vbo neq lingua:
supp. tm̃: sed opere et veritate.
Hec em̃ est syncera charitas:
de qua ad Roma. v. Charitas
dei diffusa est in cordibus nr̃is
per spm̃sanctum qui datus est
nobis. Insup ꝙ idẽ spũssanctus
veniat ad syncere diligẽtes: ptz

Actuum.ij. vbi legitur q apli erant in vnũ cõgregati quãdo ipsum receperunt. Et sicut erãt corpore simul congregati: ita etiã spiritu ⁊ mente per mutuã charitatẽ. Unde de eisdem legitur Actuũ.iiij. q erat illis cor vnũ et aĩa vna in deo. Econtra aũt elõgat se a discordibus ⁊ litigiosis atq; brigosis hoĩbus: ad quos accedit spũs malign⁹. Et de hoc historiam habemus j.Reg.xvj. de Saul: a quo recessit spũs dñi: et exagitauit eum spũs nequam: eo scilz q iniuste persequeret David virũ iustũ sanctum ⁊ innocentem.

¶ Sexto accipiunt spiritũ sanctum in bonis perseuerãtes. In cuius rei signum venit ad discipulos pseuerantes vnanimiter in oratione: vt habetur Act.iiij. Cũq; ad tales pseuerãtes in bonis operib⁹ venerit spũssãctus: tãdem in mortis articulo deducit eos ad societatem oĩm electoꝝ: iuxta illd ps. Spũs tuus bonus deducet me in terram rectam. Econtra autẽ illi q perseuerant in malis: accipiũt spiritum malignum: q tandem eos perducit ad eternum supplicium. Et de hoc habemus historiam nominatissimã de comite Matisconensi in frãcia. Hic enim plures ecclesias ⁊ monassteria spoliauerat: et signanter illud insigne monasteriũ Cluniacense. ita vt vix fratres haberẽt vite necessaria. Cũq; pluries fuisset monitus desistere a tanta malitia/ nec cessare vellet: tandem die quodã eo celebrante solẽne cõuiuium suis baronibus ⁊ amicis: et cum ipsis ad mensam sedẽte: venit ad ianuã palatij sui qdã eques terribilis sedens sup equum terribilem: tenẽs dextera sua equũ cõsimilem: dicens ianitori vt cito vocaret ad se dictũ comitem omni excusatiõe semota. Quod cum ianitor fecisset: nec comes venire vellet: indignum iudicans tã nobilẽ societatẽ relinquere: alter qui diabolus erat/ fracta ianua ad medium aule venit: ⁊ dictum comitem cũctis videntibus de mẽsa rapuit per aera clamãtem ⁊ dicentem: succurrite ciues succurrite. Cũq; diabolus per aera dictũ comitem hincinde traxisset/ tandem ipsum precipitauit in quandam rupem: ibiq; a suis corpus illi⁹ totaliter confractum inuentum est: animam autem eius secum diabolus ad infernum deduxit. Pro presenti autem in loco dicti palatij est conuentus ordinis fratrum predicatorũ. Patet ergo qualis fuit finis et exitus predicti miserabilis comitis qui diu in malis perseuerauerat. Timeant ergo omnes in pctis habituati ⁊ perseuerantes/ ne consimilis vltio descendat super eos.

¶ Septimo accipiunt spiritum sanctum verbũ dei deuote audiẽtes. In cuius rei signum legitur Act.x. q adhuc loquente Petro. i. predicãte. cecidit spiritussanctus super oẽs qui audiebant verbum. Ecce qtum prodest frequẽtare predicationes/ et verbum dei de ore predicatoris deuote et diligẽter audire. Ecõtra aũt contẽptus diuini vbi expellit spiritum sanctũ ab hoĩe. In cuius rei testimonium legitur de Saul. j. Re.x.

ꝙ insiliit super eum spũs dñi / ꝛ prophetauit. Sed postq̃ spreuit verbum dñi de ore Samuelis eum increpantis: eo ꝙ non obediuisset voci domini: recessit ab eo spiritus dñi / et exagitabat eum spũs nequam.j. Regũ:xvj. Legitur etiam de Simone mago: qui semper resistebat predicationi petri et Pauli: ꝙ tandem demones eleuantes eum sursum et quod volare videretur: ipsum subito dimiserunt cadere interram: qui confractus emisit infelicem spiritum.

¶ Octauo accipiunt spiritum sanctum deuote orantes: iuxta illud Psalm. Os meum aperui: supple deuote orando dnm: et attraxi spiritum. Legit etiam Actu.iiij. ꝙ cum apl'i orassent: cõmotus est locus in quo erant cõgregati: ꝛ repleti sunt omnes spiritusancto. Maximum igitur et efficacissimum medium ad impetrandum spiritum sanctum est deuota oratio. Propt quod in ecclesiis collegiatis et claustralibus per totam hebdomadam presentem deuote decãtatur hymnus: Ueni creator spiritus: vt sic orantes valeant dictum spiritum sanctum impetrare. Ualde etiã cõgruum est vt etiã laici tunc ad ecclesiam confugiãt: vt ꝛ ipsi intra se orãtes sint pticipes gratie et aduentus eiusdem spiritussancti. Qui aũt illic tunc confluũt: nec corde sꝫ ore tm̃ orant: nouerint se minime recipere dictum spiritũ sanctum. Da exẽplũ de aliquo viro graui ꝛ honesto: qui si inuitaret ab aliquo ad conuiuium / et sciret ꝙ talis inuitatio non fieret bono corde / sꝫ tm̃ lingua et simulatione: nequaq̃ acqesceret: sed taliter inuitanti diceret ꝙ ipsum derideret. Sic est aũt ꝙ spũssctũs scrutatur corda / et scit cogitationes et affectiones hoim. Et ideo cũ inuitatur per orationem que fit ore et nõ corde: hꝫ hoc in derisum: dicẽs illud Esa.xxix. Ppl's hic labijs me honorat: cor aũt ꝛc. Deuote ergo ꝛ pleno corde est inuitãdꝰ a nobꝫ orãtibꝰ si cupimus eũ venire ad nos ꝑ grãm.

¶ Nono accipiũt spiritum sctm̃ caste viuentes. In cuius rei testimonium legitur de virgine maria Luc.j. ꝙ cum respondisset angelo nũcianti sibi aduentum filij dei. Qũo fiet istudꝫ: qm̃ virũ non cognosco? mox dixit illi angelus. Spũssanctus superueniet in te. Ex quo manifeste apparet qꝫ spũssanctus descendit et venit per gratiã ad caste viuentes. Unde etiam apo.j. ad Cor.vj. ad ipsos caste viuẽtes loquẽs ait. An nescitis quoniaꝫ mẽbra vestra tẽplum sunt spiritussancti: qui in vobis est? Item ij. ad Cor.vj. ꝑdictis loquitur idẽ apl's dicẽs. Uos estis tẽplũ dei viui. Ecce quantus honor ꝛ quãtũ vite meritum prestatur caste viuentibus. Econtra aũt idẽ spũssctũs adhorret et fugit presentiam lubricorũ et carnalium hominuꝫ. In cuius figurã legitur Gen. viij. ꝙ colũba per quam designat spũssctũs: postq̃ fuit emissa de arca Noe: illic reuersa est statim: eo ꝙ inuenit terram adhuc lutosam. Applicatio est facilis.

¶ Decimo accipiunt spm̃ sanctum terrena cõtẽnentes: et celestia appetentes. Hoc aũt vo-

luit xp̄s insinuare discipulꝰ suis cū ait illis Jo.xvj. Si non abiero:paracletꝰ nō veniet ad vos. Ac si aperte illis diceret ꝙ sua presentia corpalis impediebat eos a receptiōe eiusdē paracleti. A fortiori ergo amor terrenoꝝ/ab hoc impedit. Sequitur Si aūt abiero:mittā eū ad vos qr supp.abeūdo traham corda vestra ad meip̄m et ad celestia ita vt illa sola appetatis. Ecce quō celestia appetētes sunt capaces receptionis spūssancti.
Econtra aūt auari ⁊ cupidi qui solū terrena q̄rūt: nō recipiunt spm̄ sanctum:sꝫ spm̄ malignum: qui mammona dr̄:et qui preest diuitiis. Ecce igr̄ audistis charissimi qui accipiunt spiritūsanctū/⁊ qui non. Taliter ꝙ viuamus vt vnicuiq̄ nostrum merito possit dicere xp̄us quod olim dixit suis aplīs.s. Accipe spiritum sanctum. Quod nobis prestare dignetur ipse qui cum p̄re ⁊ eodē spūsctō viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Sermo in die sanctissime Trinitatis.

Gloria patri ⁊ filio et spiritui sancto. Hec verba habentur in officio ecclesiastico: in quo sepe repetūtur ⁊ signanter in fine psalmorum:iuxta ordinationem. Damasi pape.
¶ Queri posset quare istud nomen gloria est heteroclitum in defectu numeri. Habet enim tātum singularē numeruꝫ. Rn̄sio. ad denotādū ꝙ est vnica summa gloria que debet cōmuniter equaliter et semper toti trinitati:iuxta id qđ canit ecc̄lia in officio hodierno. Glia p̄ri/genite q̄ proli/et tibi cōpar vtriusq̄ semper spiritꝰ alme deus vnus omni tēpore seculi. Glia inquaꝫ patri qui nos fecit: et filio qui nos refecit:et spirituisancto q̄ nos sanctificauit:et per gratiaꝫ suam visitauit. Ut aūt dt̄ Augusti.super Jo.tractatu centesimo.filr̄ libro.lxxxiij. questionum.q.xxxj. Glia est frequens de aliquo fama cū laude. Quotiens ergo dicimꝰ in ecclesiastico officio: gloria patri ⁊c.totiens magnificamus deum trinitatem cum laude.
¶ Queri etiā posset quare non apponitur aliquod verbū cum dicit̄. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spirituisancto: sicut ⁊c. Responsio:ad denotandū ꝙ tota trinitas est semper a nobis glorificāda ⁊ laudanda. Nā si apponeretur aliquod verbū predictis verbis:aut illđ eēt preteriti tēporis:aut presentis: siue futuri. Qꝫ si esset preteriti tēporis: tūc videri posset aliquibus minus deuotis sufficere ad salutē laudasse deū. Si vero adderet̄ verbū p̄sentis temporis:similiter possent estimare tm̄ sufficere laudare deū in presenti et de presenti. Qꝫ si adderet̄ verbum futuri temporis: possent etiam opinari illis sufficere ad salutē ꝙ intendāt laudari ip̄m deū in futuro:⁊ ꝙ pro presenti possent licite abstinere a dei laudibus. Nullū ergo verbum additur: ad denotādum ꝙ omni tp̄e gloriā bn̄dicte trinitati canere debemus. Bn̄ ꝙ dictū est in

themate. Gloria patri et filio et spiritui sancto etc.

¶ Circa materiam istam sanctissime trinitatis notāde sunt quatuor veritates.

¶ Prima veritas. Necesse est deū esse ab eterno. Probatur hec veritas sic. Nam si deus aliquando non fuit: et postmodum fuit: ergo deduct⁹ est de non esse ad esse ab aliquo. Non autem a seipso: quia quod nō est, nō potest aliquid agere. Si autē deductus est ab aliquo alio: ergo illō est prius eo. Ponere ergo q̄ de⁹ non fuerit ab eterno: est ponere aliquā causam efficiētem ipsius: et per consequens deus non esset prima omnium rerum causa: quod est cōtra omnes recte sapientes tam theologos q̄ phos. Oportet igitur necessario concedere q̄ deus sit: ab eterno a seipso/et sine principio: q̄r omne quod fit de novo, oportet ipsum resolvere usq̄ ad primā causam que ab alio causari non potest. De hoc vide si vis beatum Thomam prima parte questione.ij. arti.iij. per totum: vbi adducit quinq̄ rationes probantes deū esse ab eterno.

¶ Secunda veritas. Non potuerunt esse plures dij ab eterno. Probat̄ hec veritas. Si em̄ ponerentur plures dij fuisse ab eterno: aut illi fuissent pares, aut impares. Si pares, tunc neuter esset deus: quia de⁹ non habet parem, cū sit maximus: exponendo ly maximus affirmative: id est omni alio maior. Si impares: tūc vnus esset maior/et alius minor: et tunc ille qui esset minor, non esset deus cum deus sit maximus.

¶ Tertia veritas. Necesse est credere q̄ ab eterno fuit in divinis trinitas personarum cum vnitate essentie. Probatur hec veritas iam enim probatum est q̄ deus fuit ab eterno: et non nisi vt habens naturam intellectualem. Omnis autē talis natura habet memoriam, intellectum, et voluntatem. Unde etiam si homo fuisset ab eterno/habuisset ab eterno tria predicta. Scd̄m autem tria predicta accipim⁹ trinitatem in divinis: videlicet p memoriam, fecunditatem patris: qui etiam dicitur memoria fecunda. per intellectum accipimus filium: qui est verbum patris. per voluntatem accipimus spiritum sanctum: qui est amor et nexus vtriusq̄. Et quemadmodum in nobis tria predicta radicantur in eadem essentia anime: q̄uis inter se realiter differant: ita etiam predicte tres persone divine conveniunt realiter in eadem essentia et deitate: q̄uis inter se realiter distinguantur: scz suis relationibus. Ecce q̄re necesse est ponere in divinis trinitatem p̄sonarum cum vnitate essentie.

¶ Quarta veritas. Inter om̄es materias sive pertinentes ad fidem, sive ad bonos mores, vel alias: caute loquendum est de mysterio sanctissime trinitatis. Probatur hec veritas ex dictis Augu. qui ad fratres in eremo: sermo.xv. qui intitulatur de fide trinitatis: exponendo illud ps. Nolite multiplicare loqui sublimia: dicit sic. Que sunt illa sublimia de quibus non licet multum loqui: nisi de

dei omnipotentia: de vnigeniti eius coeternitate: de spirit⁹ sancti magnificentia. Hec enim apprehendere non valemus: ideo hec omnia discutere non curemus. Deinde ibidē dicit. Ubicūq̧ querit de vnitate trinitatis: magna adhibenda est cautela: q² nec periculosius alicubi erratur: neq̧ laboriosius aliquid queritur: nec fructuosius aliquid inuenitur. Deinde contra curiosos homies ibidē subdit dicens. Ueniat contra volentes scire vltra q̄ꝫ necesse est sanctus ille Salomon: ꝛ reprehendendo dicat. Altiora te ne quesieris: et fortiora te ne scruteris. Surgat etiam Paul⁹ columna fidelium et lumen orbis terre: et sua voce cōfundat oēs philosophātes nomen xp̄i portantes et sapere pluſq̄ꝫ oportet sapere volentes. Deinde ostendit q̄d expediat nobꝫ scire / precipue simplicibus: ꝛ de quibus interrogare: cum ait. Non dico fratres q̄ omnino non queratis: sed q̄stiones in diuinis vos q̄ grossi estis multiplicare non debetis. Querite ergo tm̄ quomodo dei p̄cepta seruare possitis: quō tentationes diaboli superare possitis: quomodo patientiam quā xp̄s docuit / amplecti possitis. Hec Augustinus vbi supra. Patet ergo q̄ caute et sobrie loquendum est de mysterio sanctissime trinitatis. De quo premittitur in thémate cū dicitur: Gloria patri et filio: et spiritui. ꝛc.

¶ In presenti sermone intendo persuadere in diuinis trinitatē personarum cum vnitate essentie: ꝛ hoc quinq̧ modis:

vcꝫ
- Auctoritate.
- Ratione.
- Figura.
- Similitudine.
- Exemplo.

¶ Primo igitur probatur trinitas personarū in diuinis cum essentie vnitate multiplici auctoritate: videlicet.

auctoritate
- Diuina
- Angelica
- Prophetica.

¶ Primo nempe de⁹ per seipsuꝫ dat testimoniū de hoc tam ineffabili mysterio. Unde Gen. i. ait. Faciam⁹ hominē ad imaginem et similitudinem nostram. Ad imaginē quidem quantum ad naturalia. Ad similitudinē vero quātum ad gratuita. Est ergo homo ad imaginem dei ex parte anime: ad similitudinem autem ex parte v̄tutum: vt pote q² bonus: q² sapiens: quia iustus: Et hmōi. Esse ḡ ad imaginem dei non pōt deperdere homo: sed bene pōt deperdere esse ad similitudinem: vcꝫ peccando. Uñ de peccatorib⁹ loquens psalm̄. ait. Mutauerūt gloriam suam: que est esse ad similitudinem dei modo prius exposito: in similitudinē vituli comedentis fenū. Qđ ideo dictū est q² peccatū reddit hoiem quasi brutalem: prout perpulchre deducit Boeti⁹ de consola. li. iiij. prosa. iij. Sed ad ꝓpositum redeuntes: in predictis v̄bis: Faciamus hoiem ꝛc. notatur trinitatis mysterium cum vnitate essentie. Nam p̄sonarum pluralitas exprimit: cum dr: Faciamus. item cū subdit: nostram. Illa enī sunt v̄ba pr̄is ad filiuꝫ et sp̄m sanctum / quoꝝ opera ad

extra sunt indiuisa. Uel sm alios sunt verba totius trinitatis. Q; aut sint verba dei ad angelos: vt aliqui dicere voluerunt: istud est adsurdum et hereticu. Tum primo qr homo no est ad imaginem r silitudinem angelorum factus. Tu scdo qr non est eadem imago dei et angelorum vt satis constat. Tu tertio quia in predictis vbis est questio de creatione hois: salte ex pte aie. Modo angelus non pot creare sm coem opinionem theologoru. Restat ergo predicta verba esse totius trinitatis: vel saltem pris ad filium r spumsctm: vt dictum est. Et ita exponit predictu textu petrus comestor in historia schola. in prin. Per hoc aut q addit ad imaginem r similitudinem et non ad imagines et similitudines: denotat in diuinis essentie vnitas. Ecce quo probatur authoritate diuina trinitatis mysterium.

¶ Insuper ex quo dei filius est incarnatus: peramplius r clarius patuit diuina authoritate et testimonio predictum mysterium. Ecce em vt legitur Lu. iij. In baptismo xpi apertu est celu: r descendit spus sanctus corporali spe sicut columba in ipsu: r vox de celo facta est: scz pris dicentis. Tu es filius me9 dilect9 in te coplacuit mihi. Eade etia vba repetita sunt in transfiguratione ipsius xpi. Matt. xvij. Ite ide xpus Jo. xv. de hoc mysterio loquitur dicens. Cu venerit paracletus que ego mitta vobis a pre spum veritatis q a pre pcedit: ille testimonium phibebit de me. Preterea idem xpus post sua resurrectionem ad apostolos suos loquens ait Mat. vlti. Euntes docete oes gentes: baptizantes eos in noie pris r filij et spussancti. Ecce diuinu testimonium quo ad legem gre de trinitatis mysterio. Cum ergo de9 sit vitas summa: q nec fallere nec falli pot: restat vt absq dubietate credamus tm mysterium: dicetes illud quod ho die canit ecclesia in hymno. O lux bta trinitas: par splendor: vna deitas: que extas rerum oim sine fine principium.

¶ Scdo probat ide mysterium authoritate angelica. Nam vt legit Esa. vj. Ipsi sancti dei angeli non cessant die ac nocte clamare in celo et dicere Sanctus, sctus, sctus dns de9 exercituu. Per hoc ergo q ter dicut sctus: denotat psonar diuinar trinitas. Per hoc vero q subdunt: dns de9 exercituu: expmitur essentie vnitas. Un ex predicto textu trahit illud qd canit ecclesia in missa dices. Sanct9, sctus, sctus dns deus sabaoth. rc. Et est sensus. Sanct9 pr: sanctus filius, sanctus spussanctus. Sacta q trinitas: r sancta essentie vnitas: qr dns deus exercituu. Cu itaq charissimi angeli beati metiri nequeat: restat eorr testimoniu qd dant de sanctissima trinitate et essentie vnitate: esse verissimum r tutissimum

¶ Tertio pbatur idem mysteriu authoritate pphetica. Prio quidem ps. de hoc mysterio loques ait. Bndicat nos: sup. hoies: bndictione gre in pnti: et glie in futuro: dicens. gloss. interli. pater: deus noster: eade glo. filius qui est quoda peculiari mo noster: qr se nascens dedit sociu: conne

scens in edulium: se moriens in pretium: se regnans dat in premium. Sequit. Benedicat nos deus: interlinea. spūssanctus. Ecce trinitatis expssio. Qd aūt subditur. Et metuant eum oēs fines terre: exprimitur essentie vnitas. Merito autem timere habent omnes fines terre dominum: tum quia in preceptis districtus: tum qr in penis rigidus: tū qr in iudicio rectus. Secūdo ꝓo Salomon de dicto mysterio loquens ꝓuerbio. xxx. ait. Tria sunt mihi difficilia: et quartum penitus ignoro. Ac si aperte diceret. Est mihi difficile intelligere qualr pater et filius et spūssanctus solis relationibus distinguantur. Item ꝙ filius sit coeternus patri. Similit ꝙ spiritussanctus equaliter procedat a patre et filio. Sed quartum est mihi difficilius ad intelligendum: ꝙ.s. vnitas essentie possit stare cum predicta personarum trinitate. Tertio autē Hieremias ad idem propositū loquens. c. j. ait. A. a. a. dñe de9. Per hoc ḡ ꝙ dicit ter. a. denotauit personarū trinitatem. Sed ꝑ hoc ꝙ subdidit domie deus: expressit essentie vnitatē. Sed qd sibi vult quod adiecit Hierem. dicens. Ecce nescio loqui: quia puer ego sum? Certe per hoc designat ꝙ ois intellectus creatus est hebes respectu tanti mysterij. Uñ in psa. Digne loqui de personis vim transcendit rationis: Excedit ingenia. Ecce ꝗ̄ multiplici autoritate probat trinitatis mysterium.

¶ Scdo principaliter probatur idem mysterium triplici ratione

¶ Prima igit est talis. Bonū est cōicatiuū suipsius. Hec em est natura boni. Ergo quanto aliqd est melius: tanto plus seipm cōicat: ḡ summū bonum dz summe seipm cōicare. Sz de9 est sūmū vt ab oibus ɔcedit. Non pōt aūt summe se cōicare ad ex: cuz nulla creatura possit produci q sit infinita. Restat ḡ vt ad intra summe seipm cōicet. Hoc aūt fit cū pater generat filiū: et vterqȝ spirat spūmsanctum. Igitur.

¶ Scda rō est talis. Unum qdqȝ tunc perfectū est cū pōt sibi sile gñare. Sz de9 est summe perfectus: vt ab oib9 cōcedit. Cū ḡ nō possit sibi silr generare ad extra qr neqȝ etiā talis modus generandi sibi cōpetit: restat ḡ ꝙ ad intra generat filium sibi coequalem et consubstantialē. Et sic ad minus necesse habemus ponere duas personas in diuinis: scz patrem et filiū. Insup cū pater et filius infinite seinuicē ament: sequit ꝙ ꝓducūt spūmsanctum qui est amor amborum.

¶ Tertia ratio est talis. Scdm oēs recte sentientes deus pater est ops: igitur potuit in eternitate sua gñare filiū sibi cōsubstantialē. Ex quo ḡ potuit: aut hoc voluit: aut noluit. Si primum: ḡ de facto ipsum genuit. Si scdm: ḡ inuidus fuit. Et silis rō potest formari de pr̄e et filio respectu productionis spūssancti. He tn̄ rōnes non sunt demonstratiue: sed tm̄ persuasiue et multum apparentes. Et sic patet de secunda principali probatione predicti mysterij.

¶ Tertio principalr ꝓbat mysterium sanctissime et indiuidue trinitatis triplici figura.

¶ Prima igitur figura est de ar-

ca Noe: in qua saluatus est cum tribus filijs suis et vxoribus suis tpe diluuij: vt patet Gen.vij. vbi p arcam in qua erant tria.s. longitudo, latitudo, et altitudo: vt describit Gen.vj. intelligitur fides eccl'ie q̃ cōfitet trinitatē per sonaꝝ diuinaꝝ. Et quicunqꝫ est intra hanc arcam nūero et merito: saluabit a diluuio eterne dānationis: per qḋ pdent quicunqꝫ fuerint inuenti ex. Uñ extra de summa trini.c.firmit. postqꝫ diffuse discussum ibi est summe trinitatis mysteriū: tandē subdit. Una est oim fideliū vniuersalis eccl'ia: extra quā null⁹ oino saluatur. Simil'r postqꝫ Athanasius in suo symbolo qḋ incipit: Quicunqꝫ vult saluus esse. diffuse locut⁹ est de predicto trinitatis mysterio: tandē infert dicēs. Hec est fides catholica: quam nisi quisqꝫ fideliter firmiterque crediderit: saluus esse non poterit.

¶ Scḋa figura est de tribus puteis quos fodit Jacob in geraris: vt legit Gen.xxvj. Tres putei recte figurant trinitatis mysteriū: qꝛ sicut pute⁹ altus est.i. profundus: ita vt vix aspectus hois possit penetrare profunditatem illius: sic etiam hoc mysterium adeo profundum est et obscurum hūano intellectui: ꝙ apo.ad Ro.xj. exclamat dicens. O altitudo diuitiaꝝ sapientie et scientie dei: q̃ꝫ incōprehensibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie ei⁹. Si eñ Aristodemus phus acutissimus multis annis insudauit inuestigare naturam apis: nec finaliter plene potuit vt refert Augustinus ad fratres in eremo. sermo.xv.q̃ intitulat de fide trinitatis. Quō ergo (inquit idem Augustinus) nos trinitatem capere valemus? Nullus ergo intellectus creat⁹ etiā angelicus siue anime Christi potest dictos puteos penetrare. Nec certe de hoc est multum inuestigandum: sed sufficit simplici fide ita credere, ita tenere. Si enim olim de origine deorum qui apud grecos colebant non erat disputandū: et hoc sub pena capitis: prout refert Augustinus de ciuita.dei lib.xviij. cap.v. quanto minus disputādū est de sanctissima trinitate que est abyssus multa? Hoc eñ vetant iura ciuilia.C. de summa trinitate.l.nemo. Licet tamen de ea disputare causa addiscendi: vt fit cōmuniter in scholis: vt dicit glo. ibidem.

¶ Tertia figura est de scala quā in sōnis vidit Jacob super terram: cuius summitas celos tangebat: et angelos ascendentes et descendentes per eā: et dominū innixum scale. Gen.xxviij. Ad propositum: scala que plures gradus habet: recte designat diuinam essentiā siue deitatem: q̃ q̃uis sit vna et simplicissima: secū tñ patit pluralitatem graduū.i. personaꝝ: scꝫ patris et filij et spūssancti: quarum quelibet est deus. Et hoc insinuat per hoc ꝙ ipse patriarcha Jacob vidit dñm innixū scale: qꝛ pater est de⁹: fili⁹ est deus: spūs sanctus est deus. Et tamen non tres dij: sed vnus est deus. Sed quid sibi vult ꝙ dicta scala habebat pedē sup terram cuius cacumē celos tangebat? Certe p hoc desigbat ꝙ mysteriū sancte et indiuidue trinitatꝭ qḋ credit

et in enigmate cognoscit a nobis viatoribus: clare et nude videtur a comprehensoribus: quamuis ipsum non comprehendant pre sui magnitudine et ineffabilitate. Unde in prosa omnium sanctorum de ipsis sic dicitur. Mirantur nec deficiunt in illum quem prospiciunt: fruuntur nec fastidiunt: quo frui magis sitiunt Quid etiam sibi vult quod Jacob vidit angelos ascendentes et descendentes per scalam nisi quod dictum mysterium nobis innotescit per diuinas illuminationes: etiam interdum per angelicas reuelationes? Nam vt dicit Augu. ad fratres in eremo: ser. xlvi. qui intitulatur de angelis et hospitalitate: Angeli sancti sunt per quos mente illuminamur: et per quos in fide solidamur. Hec ille.

¶ Quarto principaliter mysterium sanctissime trinitatis probatur triplici similitudine.

¶ Prima igitur similitudo est illa quam ponit August. in libro de cognitione vere vite: vbi persuadet mysterium eiusdem trinitatis per vestigium creaturarum et presertim per lucem: dicens quod sicut ex luce procedit splendor: ex luce autem et splendore procedit calor: que tamen tria sunt vnum in substantia: ita inquit ex patre qui est vera lux/procedit filius: qui est splendor substantie eius: et ex vtroque procedit spiritussanctus qui est calor. i. amor amborum: secundum quod de eo dicitur Deutero. iiij. Deus noster ignis consumens est. Et tamen hi tres sunt vnum in essentia. Hec ille. Item idem Augu. de verbis domini. ser. lviij. persuadens coeternitatem patris et filij in diuinis: dat talem similitudinem. Sicut inquit splendor solis ex eius substantia nascitur: nec tamen ipse sol est prior suo splendore: ita et filius nascitur de substantia patris: nec tamen pater prior est eo. Si ergo in creaturis aliquid inuenitur quod nascitur: nec tamen posterius est eo a quo nascitur: cur hoc heretice a creatore fieri posse negas? Item idem Augu. sup Jo. tractatu. xx. querit. Quomodo aliquis eternus eternum equalem genuit. Et respondet: dicens. Certe quomodo flamma temporalis generat lucem temporalem. Coeua est autem flamma generans luci quam generat: nec precedit tempore flamma generans lucem generatam. Sed ex quo incipit flamma: ex illo incipit lux. Da mihi flammam sine luce: et do tibi patrem sine filio. Hec ille.

¶ Secunda similitudo est de tribus luminaribus in vna domo. Nam in tali casu videmus experimentaliter vnum esse lumen in domo: non obstante trinitate luminarium siue candelarum inter se distinctarum. Applicatio est facilis.

¶ Tertia similitudo est illa quam ponit Ansel. in epistola de incarnatione verbi. ca. ix. scilicet de fonte: riuulo et stagno. Nam quamuis in singulis horum sit aqua: illa tamen que est in riuulo: non est alia ab ea que est in fonte: quamuis procedat a fonte. Insuper illa aqua que est in stagno: non est alia ab illa que est in fonte et riuulo: quamuis sit ab vtroque: scilicet tam fonte quam riuulo. Postquam autem ipsa aqua est in stagno: tunc ibi est status: nec vltra fluit. Unde stagnum a stando dicitur. Ap-

plicatio est facilis.

¶ Quinto principaliter sepe dictum mysterium altissime trinitatis probatur triplici exemplo. Primū igitur exemplum est de quodam christiano qui pre inopia accessit ad quendā magnum infidelem querens ab eo remedium quo fugare posset suā inopiam. At ille duxit eum ad quendam locum solitarium in quo statim apparuit demonum multititudo. Princeps igitur eorū quesiuit a dicto xp̄iano si vellet esse seruus eius. Q; si sic: tunc ditaret eum abundātissime. Quod ille audiens verbum exhorruit dicēs se esse seruum sanctissime trinitatis. Quo dicto: mox illa demonum multitudo copiosa disparuit.

¶ Secūdū exemplu; est de beato Haymone cantuariensi presule. Huic enim semel apparuit visibiliter diabol⁹ quasi volēs ei nocere. Cunq; vir dei vellet se signo crucis contra eum munire: mox diabolus tenuit manum eius dexteram. Quod vir sanctus videns tentauit cū manu sinistra hoc idem facere. S; similiter dictam manum prohibuit diabolus sicut priorē. Tūc ait homo dei. Et ego inquit cor de me signo in nomine patris: ⁊ filij: ⁊ spiritussancti. Quo dicto diabolus eum dimisit, ⁊ totus confusus disparuit.

¶ Tertium exemplum est illud qd̄ legitur in historia scholastica de tribus solibus qui apparuerunt in celo circa christi natiuitatem: ⁊ demum paulatim ad se appropinquantes in vnu; solem redacti sunt. Per quod significabatur ꝙ ex tunc expressior et generalior vnius et trini dei notitia toti imminebat orbi. Huic quasi simile refert sigilbertus: dicens ꝙ cum quidam galliarum episcopus missam celebraret: vidit tres guttas clarissimas equalis magnitudinis d̄ celo super altare emissas: que postmodum paulatim ad se inuicem appropinquantes vnam guttam pulcherrimā effecerūt: Quod quidem signum representabat in diuinis personarū trinitatem in vna essentia. Postmodum autem cum dicta gemma in quadam cruce ad illius ornatum esset apposita. alie gēme que ibi prius erant: illius excellentiam non ferentes subito inde ceciderunt. Predicta autem gemma videbatur malis hominibus obscura et terribilis. Iustis vero clara ⁊ amabilis. Insuper ad tactum illius multi infirmi a varijs languoribus curabantur. Non desunt pleraq; alia exempla attestātia predictum mysterium sanctissime trinitatis: que breuitati; gratia missa facio. Superest igitur vt nos tante trinitati commendemus: quatenus possimus in presenti firma et indubitata fide hoc tenere: ⁊ tandem in futuro clare videre. Quod nobis prestare dignetur ille idem qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat. Amen.

¶ Sermo primus in festo corporis Christi.

Qui manducauerit ex hoc pane: viuet ineternum. Joannis. vj. Legimus Exod. xvj. ꝙ cum dominus misisset manna de ce=

lo filijs israel in deserto habitā-
tibus: illi pre admiratione di-
xerunt: Manhu? id est quid est
hoc: Quibus respōdens Moy-
ses ait: Hic est panis quem de-
dit vobis dominus ad vescen-
dum. Iste autem panis secun-
dum doctores theologos prefi-
gurabat panē sacramentalē: q̄
nō est aliud q̄ pretiosum corp9
Christi. De quo dicit idē Chri-
stus in hodierno euangelio ꝙ
qui mādu cauerit ex hoc pane:
viuet ineternum: scilicet vita
glorie.

¶ Pro quo notandum ꝙ iste
panis sacramentalis longe dif-
fert etiam multipliciter a pa-
ne materiali.

¶ Primo differt quantum ad
originē. Panis enim materia-
lis orit de terra: iuxta illō psal
miste. Educas panem de terra.
Panis vero sacramentalis ori-
tur de celo: iuxta christi testi-
moniū Joānis. vj. dicentis. Hic
est panis qui de celo descēdit.
Quod ideo dictum est: quia ca-
ro christi in hoc sacramēto cō-
tēta virtute spiritussancti fuit
formata. Vel ideo dicit iste pa-
nis de celo descendisse: quia q̄
prius erat panis angelorū: fa-
ctus est panis hominum: iuxta
illud psalmiste. Panem angelo-
rum manducauit homo. Item
Sapien. xvj. Angelorum esca
nutriuisti populum tuum: ⁊ pa-
ratum panem de celo prestiti-
sti illis sine labore: omne dele-
ctamentum in se habentem: et
omnis saporis suauitatem.

¶ Secundo differt quantū ad
virtutē. Panis enim materia-
lis habet quidem virtutē con-
seruandi vitam naturalem ad
tempus: ⁊ vsq ad certū perio-
dum: sed non pro semper. Vn-
de xps Jo. xj. loquēs iudeis aie-
bat. Non sicut manducauerunt
patres vestri manna in deserto
⁊ mortui sūt. Panis vero sacra-
mentalis habet virtutē conser-
uandi vitam gratie ineternum.
Unde sequitur vbi supra. Qui
manducat hunc panem: viuet
ineternū: scilicet vita gratie in
p̄senti: ⁊ glorie i futuro. Qd aūt
non semp conseruet predictam
vitam gratie: non ab eo est: sed
ab indigne ipsum manducanti-
bus: aut ad peccata relabenti-
bus. Et ideo pditio eorū ex ip-
sis est: vt habetur Osee. xiij.

¶ Tertio differt quantū ad su-
mentē. Panis enim materialis
potest dari paruulis ⁊ magnis
sanis ⁊ infirmis: mane ⁊ vespe-
re. Secus autem de isto pane
sacramentali. Primo enim non
datur in ecclesia latina nisi il-
lis qui iam ad annos discretio-
nis peruenerunt. i. qui sunt do-
li capaces: vt notatur extra de
pe. ⁊ re. ca. omnis vtriusq sex9.
Unde dictum est augustino a
dn̄o. Cibus sum grandiū. id est
discretionē ⁊ deuotionē haben-
tium. Unde btūs Tho. iiij. sen.
dist. ix. i fine dicit ꝙ hoc sacra-
mentum non debet dari nisi il-
lis qui deuotionem iam habēt
ad ipsum sacramentū: aut sal-
tem in quib9 appareat actua-
lis deuotio: ⁊ qui similiter iam
peruenerūt ad ānos discretio-
nis. Unde inquit si ista duo ap-
pareāt in pueris decez aut vn-
decim annorū: tunc possunt li-
cite communicare. Secundo
istud sacramentum non debet
dari ifirmis: id est pecca torib9

signanter notorijs: sed tm̄ sanis spūaliter: aut saltem qui presumuntur penitere de peccatis: quia qui manducat et bibit indigne hoc sanctissimum sacramentum: iudicium sibi manducat et bibit: vt hr̄.j.ad Cor.xj.

¶ Tertio istud sacramentū non dz sumi regulariter nisi a ieiunis: et hoc propter reuerentiam eius. Sic eñ precipitur de conse. distin.ij. liqdo. Et sir.r.xxvj.q.vj.si quis de corpe. Itē per plura capl'a ibidē sequētia. Ubi aūt subest periculum mortis: tunc a nō ieiunis sed pransis sumi potest: vt dicitur ibidem. Ecce qualiter differt iste panis a pane materiali ex parte sumentis.

¶ Quarto differt quantum ad conuersionem. Panis enim materialis pro parte cōuertitur in substantiam aliti. Econtra aūt iste panis conuertit quodammodo sumentem in ipsum cibū: sine in eum quē sumit: ita vt ipm quodāmodo deificet. Unde dictum est Augustino a dño. Nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tue: sed tu mutaberis in me: scz per amorem et dilectionem. Hoc tamē intelligitur tantum de digne sumente ipsum sacramentū. Ad hoc ergo ppositū facit dictum beati Dionysij dicentis q amor transformat amantem in amatum.

¶ Quinto differt quantum ad augmentationem. Panis enim materialis moderate sumptus auget corpus vsq ad debitam quantitatem. Seū iste panis auget interiorem hominem absq prefixa quantitate: quinimmo quanto frequentius deuote sumitur siue a iuuene siue a sene: tanto plus auget ipsum interiorem hominem in omni gratia virtute et merito vite. Et ideo debet frequenter sumi. Sed profecto pauci istud attendunt. Sunt enim communiter homines auidi circa sumptionem cibi corporis: pigri autem et tardi circa sumptionem huius sacramenti. Nota qūo in primitiua ecclesia christifideles quotidie communicabant: vt patet Actu.ij. vbi dr q credentes erant perseuerantes in communicatione fractionis panis. Qd exponunt doctores de sumptione sacramenti altaris. Deide dimissa tali consuetudine deuentum est ad singulas dominicas. In cuius etiam rei signū singulis dominicis diebus benedicitur panis: qui postea porrigitur populo. Consequenter deuentum est ad tria festa precipua anni que sunt: natale, pascha, pentecoste: vt patet de consecrat. distinct.ij. etsi non frequentius. Postremo Innocentius tertius statuit ad minus semel in anno. scz in paschate esse confitendum et communicandum: vt patz ex de peñ. et re. c. oīs vtriusq sexus. Deus aūt nouit q irreuerenter inuite et indeuote tunc multi accedunt. Sed de hoc hactenus.

¶ Sexto differt quantum ad calefactionem. Panis enim materialis calefacit corpus: sicut et quilibet cibus. Unde homines post cibi sumptionem sunt calidiores q prius. Iste autē panis calefacit spiritū et animā in dei amorem et dilectionē. Hinc est q digne communicantes inueniunt se deuotiores: et in dei amore ardentiores q ante.

Nec mirũ: qꝛ sumpserunt illũ q̃ est ignis per essentiã. i. charitas De q̃ Deut. iiij. Itẽ ad Heb. xij. Deꝰ nr̃ ignis cõsumens est. Qui ergo post sumptionem tanti sacramenti non experiuntur se deuotiores: habent sufficiens argumentum ꝙ etsi sumpserint ipsum sacr̃m: nõ tamen rem sacramenti. Hoc igitur diligenter attendant multi ecclesiastici qui ferme omĩ die celebrant: nec tamen meliores aut in dei amore ardentiores efficiuntur. Et huiꝰ gñis precipue sunt multi pauperes capellani quos magis cupiditas mercedis temporalis prouocat ad celebrandum q̃ȝ deuotio. Dicunt enim se non habere aliud lucrum preter illḋ quod eis accedit per missam. Quo fit vt oporteat eos singulis diebꝰ celebrare: aut mori fame. Non ergo propter iesum celebrant: sed propter nummum. Et ideo non Jesus: sed nummꝰ erit premium et merces eorum. ¶ Septimo differt quantum ad letitiam. Panis enim materialis frequenter contristat comedentem: vtpote grauando stomachum: presertim si abundanter et absq̃ alio cibo sumatur. Iste vero panis deuote sumptꝰ letificat interiorem hominem: iuxta illud Eccl̃i. ix. Comede in letitia panem tuũ. i. xp̃i corpus et bibe cũ gaudio: supple spũali: vinũ tuũ. i. sanguinem ipsius. Hinc etiam in Psal. lxvij. Justi. i. deuoti catholici epulentur: sup. in mensa altaris: ꝛ exultẽt in cõspectu dei: ꝛ delectentur in letitia. Solent em̃ hoies mundani exultare qñ vident ferculoꝝ delicatoꝝ abundantiã: ꝛ delectari in letitia cum illa deglutiunt et deuorant vna cũ p̃ciosis ꝛ exq̃sitis poculis. Quanto magis debent iusti exultare in dño cũ accedunt ad mensam altaris: et delectari in letitia interius in cõsciẽtia quotiẽs sumũt panem hunc sacramentalẽ omẽ delectamentum in se habentẽ? Uñ nonnulli interdum inuenerunt tantam suauitatem in hoc pane sacramentali vt solo eo refecti abstinuerint ꝑ plures dies ab omĩ cibo corporali: sicut expresse legitur de beata Catharina senensi ordinis soroꝝ beati Dñici. ¶ Octauo differt quantum ad fortificationem. Panis enim materialis non semꝑ fortificat corpus: sicut patet in sene. Sed iste panis cõtinue fortificat interiorem hoiem: dummodo debite sumat̃. Unde in psal. Panis: supp. sacramentalis cor hominis confirmet: scȝ contra omnia tentamenta carnis/ mundi/ diaboli/ ita vt non notabiliter insurgant aut vt saltem non preualeant. Item iste panis confirmat cor hominis contra omnem tribulationem et angustiam: ita vt leтanter eam sustineat. Unde de beato Dionysio legitur ꝙ postq̃ȝ pauit eũ xp̃s in carcere existentem: dans ei venerabile sacr̃m corporis sui: inde fortior factus gaudenter ibat ad locum decollationis. Silr̃ legitur de beato Laurentio ꝙ postq̃ȝ fuit dñico corpore refectus: et eius sanguine inebriatus/ tormenta carnificum: quanuis crudelissima non sensit: sed derisit: atq̃ȝ fortissime oia supauit. Uñ ꝙ̃ in figurã huius legit̃ de btõ Paulo Act. ix. ꝙ cũ accepisset cibũ: ꝯfortatꝰ est

et silr corroboratus: ita vt cōti nuo ingressus in synagogas iudeorū p̄dicaret illis constanter iesum: affirmās q2 hic est xp̄s. De tali etiā corroboratiōe alia figura legit̄ d helia.iij. Re.xix. cui ait āgel9 dei. Surge comede: grādis enim tibi restat via. Qui cuz surrexisset/comedit et bibit: z ābulauit in fortitudine cibi illi9.xl. diebus et.xl.noctibus vsq3 ad montem dei Oreb. Applicatio est facilis. Nota tamen q nō absq3 causa dixit angelus helie primum surge: dein de comede: quia reuera anteq̄ quis licite sumat hoc sanctissimū sacramentum/debet primū surgere a lecto peccati/ip̄m totaliter deserendo. Hoc etiā voluit innuere psal.cū ait. Surgite vos supp.peccatores: postq̄ sederitis scil3 i fecibus peccatorum vestrorum: qui manducatis panē doloris.i.sacramentū altaris: qd cū dolore de peccatis sumi debet. In cuius figurā legit̄ Exo.xij. q p̄ceptū erat a dn̄o vt comederet agnum paschalē: q̄ p̄figurabat corp9 xp̄i: cū lactucis agrestibus. Applicatio est facilis. Patet g̃ ex antedictis q istud sacramētum corroborat hominē spiritualiter. Et hoc etiā orat sacerdos i missa quotiens legit illā collectā: Purificent nos zc. vbi sequitur de hoc sacramento. Sit fortitudo fragilium: sit contra mundi pericula firmamentum. Qui g̃ post huius sacramēti sumptionem non experiuntur se promptiores ad resistendū aduersis et tentamentis: habent in se p̄babilē piecturā q indigne sumpserūt ip̄m sctissimum sacr̄m.

¶ Nono differt q̄tū ad decorē. Quamuis em̄ panis materialis moderate sumpt9 prestet faciei decorē: sicut z quilibet alius cibus: hoc tamen non semp operatur: sicut pat3 in homine egrotante aut senio cōfecto. sed iste panis quantum in se est p̄stat semp decorem anime tam senis q̄ iuuenis hominis. Unde et beata illa virgo agnes dixit filio prepositi qui eā cupiebat corrūpere: Ipsi sum desponsata cui angeli seruiūt: cui9 pulchritudinem sol et luna mirantur: cuius corpus corpori meo sociatum est: z sanguis eius ornauit genas meas. Sic enim locuta ē: eo q pulchritudo mulieris dicitur precipue cōsistere in genis illius. Tamen gene beate agnetis nō sunt corporaliter intelligende: sed spiritualiter: scil3 pro facie anime. Iste igitur cib9 sacramētalis in centuplo facit aīam pulchriorem q̄ faciat cibus corporalis ip̄m corpus: quia facit eam similem filio dei: qui est sponsus speciosus forma pre filiis hominum. Insup qui est cādor lucis eterne: et speculum sine macula: vt habetur. Sap̄.vij. Hūc igit̄ panem tam decorum z purum debemus reponere in conscientia pura et munda: vt eam suo aduētu magis ac magis decoret ornet et perficiat. In cui9 figuram legit̄ Mat.xxvij. q ioseph ab arimathia accepit corp9 iesu: et inuoluit illud in syndone munda: et posuit illd in monumento nouo quod exciderat in petra. Applicatio est facilis.

¶ Decimo differt q̄tū ad alleuiationē. Panis em̄ et similr

quilibet alius cibus moderate sumptus alleuiat comedentem ꝙuis multis simplicib⁹ videatur oppositum. Hec tamen alleuiatio parua est. Non enim facit hoies volare per aera. At ꝟo iste panis deuote sumptus intantum alleuiat hoiem interiorem ꝙ deponit graue pondus peccatoꝝ oblitorum: ita vt sit ablutio scelerum que prius memorie non occurrebāt cum accessurus ad diuina conscientiam suam discutiebat. Item intantum alleuiat ꝙ facit hominē appetere celestia / et tandem peruenire eum facit ad mōtem illum qui est super verticem montium: hoc est in ipsuz celum. Unde ad propositum videt facere illud Esa. xxxv. Ipse dñs veniet: ⁊ saluabit nos: scz in sacramēto altaris. Tunc saliet sicut ceru⁹ claudus. i. peccator: scz de vitijs ad virtutes / et de mūdo ad celum: vt exponit glo. interlin. Hunc itaqꝫ saltum nobis prestare dignet qui i trinitate perfecta vi. ⁊c.

¶ Sermo secundus in festo corporis xp̄i.

A Domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris. ps. cxvij. Multa mirabilia olim fecisse legit dñs: inter que preciouz est sacramenti altaris institutio: in q diuina ꝟtute cōuertitur panis in xp̄i verum corpus / et vinum in sanguinem. Mirabile fuit ꝙ in principio mūdi deus creauit ex nihilo celū / solem / lunam et stellas: item ignem / aerem / terram / mare ⁊ oīa q in eis sunt. Silr ꝙ formauerit primū hominem de limo terre: et ꝙ inspirauerit in faciem ei⁹ spiraculū vite. Item ꝙ formauerit de costa Ade primam mulierem. Similiter ꝙ conuerterit vxorem Loth in statuam salis. Item ꝙ eo iubēte ad tactum ꝟgo Moysi super quādam aquam / omnes aque totius Egypti cōuerse fuerint in sanguinem. Item ꝙ dicta virga conuersa sit in colubrum: et ꝙ iterum redierit in pristinam formam. Item ꝙ ad tactum dicte virge mirabilia signa facta fuerint in terra egypti. Similiter ꝙ mare rubrum diuisum fuerit: steteritqꝫ aqua illius hinc ⁊ hinc admodū duorum murorum / prebēs iter populo hebreorum: et ꝙ postea se clauserit submergēs totū exercitum Pharaonis. Item ꝙ dominus quadraginta annis pauerit filios Israel pane de celo misso. Item ꝙ in deserto eduxerit aquam de petra / et abierint in sicco flumina. Item ꝙ in datione legis mons synai fumigauerit: et super eum dominus cum igne apparuerit: audireturqꝫ terribilis sonit⁹ buccine. Hec enim mirabilia et pene infinita alia olim fecit dominus: sicut patet intuenti sacram scripturam. Attamen nullum dictorum mirabiliū fuit silr illi insigni mirabili quod egit dñs noster Jesus Christus in vltima cena: qn̄ scilz conuertit panem in corpus suum / et vinū in sanguinem. De quo loquens regi⁹ propheta ait: Memoriam fecit: supple dñs: mirabilium suoruz: misericors et miserator dominus escam ⁊c. Ac si aperte di-

ceret psal. preuidēdo in spiritu prophetico huius sacramenti a christo institutionē. Misericors et miserator dñs supple christus memoriam fecit mirabiliū suorum: id est instituendo hoc sanctissimum sacramentū, ad memoriam reduxit mirabilia sua que olim fecerat tanq̄ figurativa ipsius sacramenti: inter q̄ quidem mirabilia potissimum fuit manna de celo descendēs. Figuratum autem ad memoriam reducit figurā. Quid autem fecerit ipse christus: aperte insinuatur cum subditur. Escā dedit timentibus se. Escam inquam non corporalem: sed spiritualem: id est corpus et sanguinē suum: vt dicit glossa interli. Et nota q̄ dicit timentibus se: quia istam escam nō debent accipere peccatores: sed tantū timētes dominum timore filiali et reuerentiali. Huius itaq̄ sacramenti institutionem præuidens regius propheta ait. A domino factum est istud. i. sacramentum: et per consequens est firmiter credēdum: et deuote adorandum: et est mirabile in oculis nostris: q2 hoc sacramentum excedit oculos oīs intellectus hūani: vtpote q̄ sub parua hostia tot9 xp̄s cōtineatur. Itē q̄ ad diuisionem hostie nō diuidatur xp̄i corpus. Item q̄ sumptus non consumatur: et sic de multis aliis mirabilib9 q̄ circa hoc sacramentum reperiuntur.

¶ Notandum est autem q̄ veritas huius tam ineffabilis sacramenti probari potest quinq̄ modis: videlicet

Auctoritate.
Ratione.
Figura.
Similitudine.
Exemplo.

¶ Primo igitur veritas huius sacramēti p̄batur auctoritate

Diuina. ¶ Primo igit̄
Apostolica. auctoritate di
Ecclesiastica. uina: et hoc iterum dupliciter: ƀm q̄ de9 locutus est in sacra scriptura tā veteris q̄ noui testamenti.

¶ Primo itaq̄ veritas huius p̄tiosissimi sacramēti p̄batur auctoritate veteris testamenti: et hoc iterum multipliciter.

¶ Primo quidem per illud psal. Panem celi dedit eis: panem angelorum manducauit homo Que quidē verba q̄uis ad literam intelligātur de manna q̄ pluit dñs filiis israel in deserto: mystice tamē possunt intelligi de pane sacramentali: de quo p̄phetice loquēs Dauid dixit: Panem celi dedit eis. i. dabit pp̄lo christiano. Item confirmatur ex ƀbis xp̄i: q̄ de hoc sacramēto loquēs ait: Hic est panis qui de celo descendit. Joan. vj. Qualiter aūt hoc intelligi debeat, dictū est superi9. Sequit̄. Panem angelor̄ manducauit homo. i. manducabit. Ubi nota q̄ hoc sacramentū vocatur panis angelorū: ad insinuandum q̄ accedentes ad ipsum debent esse sic angeli p̄ mentis puritatem. Sed proh dolor nonnulli eorū sunt quasi parui demones p̄ vite immunditiā. Et ideo tales sumūt ipsum sacramētū ad iudicium et dānationem: prout testatur Apl's. j. ad Cor. xi.

¶ Scd'o idem probatur per illd̄ Eccl's. ix. Comede i letitia panē tuū. et bibe cū gaudio vinū

tuum. Ubi per panem intelligitur xpi corpus: et per vinū sanguis eiusdem. Utrunqȝ autē est nr̄m quantum ad vsum: qz offertur nobis in mensa altaris. Horū autē vtrūqȝ dȝ sumi a nobis cū spūali leticia et gaudio. Tuz primo propter testimoniū bone conscientie quam debet habere sumens ipsum sacramentum. Hmōi tamen testimonium non requiritur p eu idētiā: qz sic nō pōt haberi in pn̄ti: neqȝ p reuelationem: qz illa nō est in ptāte nostra: sed tm̄ requirit per probabilē siue moralē coniecturā. Tum secundo propter reuerentiam tanti sacramenti. Si enim hoies mundani gaudent sumēdo exquisita cibaria et pocula: vt prius dictum est: quanto magis debēt timorate conscientie spūal'r gaudere sumendo hunc panem sacramentalē? Tū tertio propter vtilitatē inde consequentē: qz veniunt omnia bona pariter cū illa sacramentali et spūali manducatione corporis et sanguinis christi.

¶ Tertio idem probat p illud prouerb. ix. Uenite supple p fidem: comedite: spiritualiter et sacramentaliter: panez meum: id est corpus meū: inquit xp̄s: et bibite vinū: id est sanguinez: saltem per cōcomitantiam: etsi non semper sacramētaliter: sic vt patet de laicis communicantibus tātū sub vna specie. Sacerdotes autem debent sacramentaliter vinū: id est sanguinem sumere. Sequitur qd miscui vobis. Hoc autem additur qz vino ante cōsecrationez debet admisceri aqua: et hoc ex pcepto ecclesie: vt patet de consecra. distin. ij. cum omne crimen. Et hoc pp̄ter duo. Primo quidem in signū q de latere christi fluxit sanguis et aqua in cruce. Secundo vero propter mysticā significationem: quia predicta mixtio significat coniunctionez Christi cum ecclesia siue populo fidei.

¶ Circa autem predictas duas auctoritates Salomonis possunt rationabilit̄ moueri tres q̄stiones.

¶ Prima igitur questio versat̄ circa illud verbum comedite: circa qd q̄ritur q̄liter debemus cōedere hūc panē sacramentalem? Respondet̄ q in aliquo eo modo sicut sumimus panē materialē. Modus autē sumendi panem materialē talis est. Primo eñ ipsum non debet sumere homo nisi experiat̄ se habere appetitū: et presertim si sit sanus. Alias grauaret stomachū suū, et impediretur digestio. Scdo comperto q habet appetitum apertum: debet lauare manus suas. Alias reputaretur inciuilis, q̄ ad mensam non lotis manib9 accederet. Tertio ad acuēdum appetitum debet homo sumere aliquod allectiuum cū pane: sicut paruulis solet dari butyrū, vel aliquid simile cum pane. Spiritualiter ista debemus obseruare quotiēs ad mensam altaris accedimus. Primo eniz debemus discutere nosmetip̄os et videre si deuotionem habeamus ad ip̄m sacramentū: q̄ nos sacerdotes ad illud conficiendum et sumendū principaliter attrahat. Qȝ si sic: tunc secure accedamus. Qȝ si nummus siue solidus nos principaliter

alliciat: caueamus ne accedamus: ne simus participes coinquinationis proditoris Jude: qui auaritia ductus dixit Judeis. Quid vultis mihi dare: et ego eũ vobis tradã? Matth. xxvj. Secundo comperto q̃ deuotio principaliter nos allicit ad ipm sacramentũ sumendũ: tunc debemus lauare cõscientiam per sacramentalem confessionẽ: et presertim vbi patimur remorsum conscientie de mortali. In cuius figurã legit Gen. xviij. q̃ abraham primo lauit pedes trium iuuenum: id est angelorum in forma virorũ: deinde fecit eos sedere ad mẽsam. Applicatio est facilis. Hanc etiam lotionẽ pcepit esse faciẽdã apo. j. ad Cor. v. dicens. Expurgate vetus fermentum: id est priora peccata corrupta in sacramentali cõfessione: vt sitis noua conspersio id est puri et mundi ad modum noue farine. Item Esa. j. Lauamini: mũdi estote. Tertio duobus prioribus habitis debem9 considerare immẽsam Christi charitatẽ: qui dignatur venire ad nos: et reficere nos non carnibus vitulorũ: neq3 sanguine hircorum: sicut olim in lege: sed proprio corpore et sanguie. Qd certe maximũ et indicibile beneficiũ est. Preterea debemus mente contemplari q̃ ille quem volumus sumere: ille idẽ est qui pro nobis saluãdis et redimendis voluit in cruce corpus suũ suspendi: et sanguinẽ suum fundere dicentes illud psal. Quid retribuam dño pro oibus que retribuit mihi? Qd vbi fecerimus: idubie ad deuotionẽ excitabimur. Alias essem9 adamã te duriores: qui sanguine calido hirci frangitur. Patet ergo qualiter comedere debemus sã ctissimum altaris sacramentũ.

¶ Secũda questio versatur circa illud. Panem. circa qd querit. Quare xps potius voluit hoc sacramentũ cõfici ex pane q̃ ex alio cibo: maxie cum eque bene potuisset ordinare dictum sacramẽtũ conficiendum ex quocunq3 alio cibo aut materia sicut ex pane? Respõdetur ad hoc q̃ hoc fecit propter tria.

¶ Primo quidem quia panis est magis in vsu apud homines et ipsum magis naturaliter appetunt hoies. Sunt aũt nonnulli alij cibi de quib9 nullaten9 gustare vellẽt aliqui: tã viri q̃ mulieres. Ut ergo null9 abhorreret hoc venerabile sacramẽtũ: voluit christus ipsum instituere sub panis specie.

¶ Scdo vo ad denotãdum dignitatem atq3 excellẽtiã huius sacramenti pre ceteris ecclesie sacramẽtis. Nam q̃tum panis precellit oẽm aliam escã: tm̃ et plus infinities hoc sacramentũ pcellit cetera sacramẽta: maxime cum in eo cõtineatur diuinitas et humanitas xpi realiter et essentialiter. In ceteris autẽ sacris nõ est xps nisi sicut causa in effectu: i. virtualiter. Hinc Alexãder papa prout recitatur de conse. dist. ij. nihil: dicit sic. Nihil in sacrificijs maius esse potest q̃ corpus et sanguis xpi: nec vlla oblatio hac potior est: sz oẽs hec precellit: q̃ pura conscientia dño offerenda est et pura mẽte sumẽda: atq3 ab oibus veneranda. Et sicut potior est ceteris: ita poti9 excoli et vene-

rari debet. Hec ille. Sup quo dicit glo. q nullū sacr̄m est dignius isto q̄ tum in seipso est.

¶ Pro quo notādum vt habet in predicta glo. q vnū sacr̄m eē dignius alio pōt q̄tuor modis intelligi. Primo modo rōne efficacie: et sic baptismus est dignior: vt pz de pe. dist. vlt. nullꝰ. vbi dr q nec purgatorium sentiunt q̄ in fine vite baptizātur. Scdo modo rōne significationis: ꝛ sic sacr̄m m̄rimonii quod sigt cōiunctionē xp̄i ꝛ eccl'ie: est dignIꝰ: vt notatur extra de bigamis. c. debitum. Item. xxvi. di. acutiꝰ. Tertio modo rōne conferētis: ꝛ sic sacr̄m confirmationis qđ a solo ep̄o datur: est dignIꝰ: vt ptz de cōse. di. v. manus vbi sic dr. Manus q̄q3 impositionis sacr̄m magna veneratione tenēdū est, quod ab aliis perfici non pōt nisi a summis sacerdotibꝰ. Nec tp̄e apl'oꝝ ab aliis q̄ ab ip̄is apl'is legitur aut scit esse peractum. Nec ab aliis q̄ q̄ eoꝝ tenēt locum, vnq̄ perfici potest, aut fieri debet. Q3 si aliter presumptum fuerit: irritum habeat ꝛ vacuum. Quarto modo rōne sanctitatis: ꝛ sic sacramētū eucharistie est dignIꝰ ceteris: vt habet. i. q. i. muiti. Ad primū ergo ꝓpositum redeūtes dicimꝰ ideo xp̄m instituisse sacramentū altaris sub specie panis ad denotandū dignitatem huius sacramenti supra cetera sacramenta.

¶ Tertio hoc idem fecit rōne cōparatiōis. ip̄e em̄ aliq̄n comparauit se grano frumēti: vt patet. Joā. xii. vbi ait: Nisi granū frumēti cadēs in terrā mortuū fuerit ipsum solū manet. Si aūt mortuum fuerit: multū fructū affert. Ubi vult innuere xp̄s q mors sua erat necessaria ad humani gn̄is redēptionē. Et quia ex grano frumenti cōficitur panis optimus: ideo ipse xp̄s potius voluit instituere hoc sacramentum ex pane triticeo q̄ ex q̄cunq3 alia ma'ia. Sil'r potius voluit esse conficiēdum ex vino q̄ ex q̄cūq3 alio liquore: ad demōstrādum dignitatē huius sacramenti: eo scil3 q vinū est liq̄r optimꝰ inter oēs: et per ꝯn̄s decuit dignissimum sacr̄m ex illo institui potius q̄ ex q̄cūq3 alio liquore. Et sic ptz diffuse ad secundam questionem.

¶ Tertia questio versatur circa illud pronomen tuum: circa quod queritur. Quare sapiens dixit de sacramēto altar̄. Comede in letitia panē tuum: et bibe in gaudio vinū tuū. R̄nsio. Ad denotandu3 q tam corpus xp̄i q̄ sanguis ipsius vtrūq3 nostrum est tripliciter. Primo in pretiū nostre redēptionis. Secundo in cibū et potum nostre refectionis. Tertio in premium nostre retributionis. In p̄miu3 inquā accidentale: q2 premiu3 essentiale beatorum consistit in visione diuine essentie ꝛ totius trinitatis. Joā. xvii. Hec est vita eterna vt cognoscāt te solū deum verum: ꝛ quē misisti Jesum christū. Patet ergo qualiter corpꝰ xp̄i est nostrum, et similiter sanguis ipsius. Nam se nascens dedit sociū: cōuescens in edulium: se moriens in pretiū: se regnans dat in premium. Ptz ergo ex precedētibꝰ qualiter probatur veritas huius dignissimi sacramenti auctoritas

te diuina: et hoc quo ad vetus testamentum.

¶ Superest aūt hoc idē ꝓbare eadē auctoritate diuina: et hoc quo ad nouum testamentū. De hoc ꝙ loquens xp̄s Joā.vj. ait: panis verus est qui de celo descendit: et dat vitam mundo. Deinde subdit dicens: Ego sum panis vite: qui venit ad me non esuriet: et qui credit in me non sitiet ineternum. Item post paucа. Hic ē panis de celo descendens: vt siquis ex ip̄o manducauerit non moriatur. Ego sum panis viuus q̄ de celo descendi. Siquis mādūcauerit ex hoc pane / viuet ineternum. Et panis quem ego dabo / caro mea est pro mundi vita. Cūq̄ȝ de hoc litigarent iudei / dicentes: Quō pōt hic nobis carnē suam dare ad manducandum? Respondit eis dicens: Amen amen dico vobis: nisi mādūcaueritis carnem filij hoīs: et biberitis eius sanguinē: non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnē: et bibit meū sanguinem: habet vitā eternam: et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Uide etiam que ibi sequuntur: q̄ oīa euidentissime ꝓbant veritatem huius sacramenti. Silr̄ Matth.xxvj. narrat̄ quō cenantibus illis: scȝ xp̄o et discipulis suis: accepit Jesus panē / et benedixit ac fregit: deditq̄ȝ discipulis suis / et ait: Accipite et comedite / hoc est corpus meum. Silr̄ accipiens calicem / gr̄as egit: et dedit illis dicens: Bibite ex hoc oēs: hic est enim sanguis me⁹ noui testamēti: q̄ pro multis effūdet̄ in remissionem pctōrum. Idem etiam refertur Marci.xiiij. et Luce.xxij. Ecce ꝙ euidēter loquit̄ sacrū euangeliū de veritate et institutione hui⁹ sanctissimi sacramenti.

¶ Scd̄o veritas sepe dicti sacramenti ꝓbatur auctoritate apl̄ica. Loquat̄ ergo Paulus ꝓ ceteris apl̄is: et audiamus quid de hoc sentiat et referat. Ego enim (inquit) accepi a dn̄o: qđ et tradidi vobis: q̄m dn̄s Jesus in qua nocte tradebatur / accepit panē: et gr̄as agens fregit / et dixit: Accipite et manducate. Hoc est corpus meum quod pro vobis tradet̄. Silr̄ et calicē postq̄ȝ cenauit / dicens: Hic calix nouū testamentū est in meo sanguine. Hec.j.ad Cor.xj.

¶ Tertio eadē veritas ꝓbatur auctoritate eccl̄iastica: vt patȝ de conse.di.ij. ego berēgarius. vbi dr̄ ꝙ diuina virt⁹ sub tegumēto corporaliū rerū secretius operat̄ effectum veri corporis et sanguis xp̄i. Itē eadē di.ca. nihil. dr̄ ꝙ eucharistia propter corpis et sanguis xp̄i existētiā excellentior est oib⁹ oblationibus et sacramētis. Item vbi.ṡ. c. cum omne. dr̄ ꝙ ex pane et vino aqua mixto conficit̄ eucharistie sacramentū. Silr̄ eadem dist.c. qz corpus. item. c. panis est. dr̄ ꝙ prolata verboꝝ forma fit diuina virtute transsubstantiatio visibiliū creaturarum in corpus et sanguinem xp̄i. Sunt et alia capitula multa in eadeȝ distin. que probant veritatem eiusdem sacramēti. Et sic patet veritas hui⁹ sacramēti ꝓbata auctoritate triplici: scilȝ diuina / apl̄ica et ecclesiastica.

¶ Scd̄o principalr̄ ꝓbat̄ veritas p̄dicti sacramēti tali rōne:

Illud est certum et verū quod asserunt viri sancti et docti: et in cui⁹ testimonium frequenter facta sunt miracula. Sed sic est ꝙ preter sacros euangelistas de quoꝝ etiā testimonio minus licet dubitare: sacri doctores ecclesie clamant/affirmāt ꝛ dicunt sub specie panis post cōsecrationem veraciter contineri xp̄i corpus qđ traxit de vtero ꝟgis: et silr sub specie vini sanguinem ipsius cōtineri: vt p ꝫ ex scripturis eoꝝ. Et qui aliter sentiūt/ reputantur heretici: vt ptz de ꝯse. di. ij ego berēgarius. Insup in testimonium hui⁹ veritatis pene infinita miracula facta sunt et fiunt in diuersis mundi partibus: sicut patet de illa sacra hostia que reseruatur Parisius in ecclesia sancti Ioā nis de grauia: quam ante annos ducentos percussit gladio quidā iude⁹: et continuo exiuit sanguis. Igit de veritate dicti sacramenti nō est dubitādum. ¶ Querit circa hoc quare xp̄s voluit occultari in hoc sacramēto sub speciebus panis ꝛ vini? Rn̄detur ad hoc ꝙ propter plures rōnes. Prima est ne abhorream⁹ cruoris ꝛ carnis crude ꝛ humane sumptionem: vt notatur de conse. dist. ij. c. forte. Itē. ca. panis est. Unde legitur de beato Hugone deuotissimo ad hoc sacramentū: ꝙ cū semel celebraret: sacra hostia cōuersa est in formā paruuli. Quem cū diu fuisset deuote contēplatus: tandem dixit illi puer: Hugo manduca me. At ille. Domine nullatenus te sumere possez in tali specie. Quo dicto: visio disparuit et hostia sub priori forma apparuit: quā ille deuote sumpsit. Secunda ratio est vt vitemus paganorum ꝛ infideliū derisionem. Dicerent eñ ridiculū esse ꝙ nos xp̄iani manducem⁹ carnes occisi hominis: aut cruorē ei⁹ bibam⁹: vt notat de conse. dist. ij. vtrū. Tertia rō est ne reputemur inhumanissimi ꝛ crudeles: quemadmodum reputātur Massagete: de q̄bus refert Hiero. cōtra Iouinianū c. xxxvi. dicens ꝙ parentes suos cum ad senectam veniūt: iugulant ꝛ deuorāt: dicentes esse rectius vt dicti parentes poti⁹ a se q̄ꝫ a vermibus comedātur. Quarta ratio est ne i nobis euacuetur fidei meritum: que est de inuisibilib⁹. Nam vt dī Grego. Homil. xxvi. Fides nō hꝫ meritum cui humana nō prebet experimentum. Hinc xp̄s Ioā. xx. ait beato thome. Thoma qꝛ vidisti me: credidisti. Beati q̄ non viderunt: ꝛ crediderūt. Quinta rō est fragilitas humani visus. Si eñ xp̄s passim ꝛ indifferenter appareret visibiliter in hoc sacramento: aut appareret in forma gloriosa: aut non gloriosa. Si primū: tunc non possent eum intueri fragiles oculi nostri ꝑ sui claritate. Si enim filij israel non potuerunt ferre claritatem vultus moysi cum descendit ad eos postq̄ꝫ locut⁹ est domino in monte: ita vt oportuerit eum velare faciem suam vt legitur Exo. xxxiiij. quanto minus possemus videre xp̄um gloriosum in sacramento altaris? Si ꝟo appareret in forma non gloriosa: tūc forsan non reputaremus eū assumpsisse corpus gloriosum in sua resurre-

ctione. Nec forsan speraremus corpora nostra post generalē resurrectionem induere claritatem eternam. Patet ergo quare xp̄s conuenienter voluit occultari in sacramento altaris sub speciebus panis & vini.

¶ Tertio principaliter probatur veritas sepedicti sacramenti altaris figura triplici.

¶ Prima est de Helia: de quo legitur. iij. Reg. xix. q cum fugeret a facie Hiesabel a qua fuerat iussus occidi sicut ceteri prophete dn̄i: ille pre magna lassitudine corporis obdormiuit sub arbore iuniperi. Et ecce angelus dn̄i excitauit illū a sōno: dicens. Surge comede: grādis tibi restat via. Qui excitatus respexit ad caput suum: & inuenit ibi subcinericium panē. Qui continuo surgens comedit & bibit: et ambulauit in fortitudine cibi illius. xl. diebus et. xl. noctibus vsq ad montē dei Oreb: ibique apparuit illi dn̄s. Spūaliter p Heliā q vno modo interpretatur robustus: designatur quilibet deuotus catholicus: qui dz esse robustus contra vitia. Qui etiā dz fugere mortem culpe q nitūtur oēs occidere mactare et perdere: Hic autem Helias iacet aliqn prostratus ex fragilitate sub aculeis vite presentis: qui bn̄ p vmbram iuniperi pungentis designātur. Qui si diu ibi moraretur: tandē occideretur. Monetur autem frequenter per diuinam inspirationem vt inde surgat. Quo excitato ostendit illi panem sacramentalem: quē si cum aqua lachrymarum assumat deuote: profecto ambulabit secure hanc viā grandē: et tandē perueniet vsq ad eterne btitudinis montē: in quo beneplacitum est deo habitare cū suis electis: & vbi etiā ipse celestis panis cunctos beatos reficit. iuxta illud Lu. xxij. Ego (inqt xp̄s) dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū: vt edatis et bibatis super &c. Et sic patz de prima figura.

¶ Scḋa figura huius venerabilis sacramenti est de phase: de quo legitur. iiii. Regum. xxiii. q Josias noluit q fieret Phase nisi prius tota Judea purgaret ab idololatria. Qua purgata cepit fieri phase. Erat aūt phase festum esus agni paschalis: et hoc in cōmemorationē exitus de egypto. Ad propositum dn̄s prius precipit animam purgari per confessionem ab omni terrena cupiditate que est idolorū seruitus: & postmodū celebrare phase. i. sumere agnū immaculatum. i. corpus dominicum cuius passione liberati sumus ab egypto. i. a tenebris inferni. Et sicut dictus agnus comedebatur cum lactucis agrestibus: sic et nos debemus dictum sacramentum cū amaritudine lachrymarum accipere: ad memoriā reuocantes dolores amarissimos quos pro nobis sustinuit verus agnus xp̄s: prout ipsemet nos hortatur Thren. iii. dicēs. Recordare transgressionis mee absynthii & fellis. Patz ḡ q purgare debemus conscientiam nostram ab operibus malis priusq sumamus xp̄i corpus.

¶ Tertia figura eiusdem sacramenti est de Jacob / de quo legitur Gen̄. xxvii. q cum venisset ad patrem suū Jsaac qui videre non poterat: dixissetq se esse

Esau: vnde et pellibus indutus
erat vt sic crederetur esse Esau:
q̄ pilosus erat: non est agnitus
ab ipso Isaac tactu: neq̃ visu:
neq̃ odoratu: neq̃ osculo: sed
solo auditu. Vñ Isaac pater eiꝰ
ait. Vox quidem vox Jacob est:
sed manus / manus sunt Esau.
Ad propositum: nos non perci=
pimus veritatem sacramenti
altaris visu / tactu / gustu / siue
odoratu. Nam circa hoc deci=
piuntur predicti sensus iudican
tes de ipsis accidentibus tanq̃
veraciter inhererent substan=
tie panis aut vini: cum tñ facta
consecratione neutrum ibi sit.
Solo ergo sensu auditus perci=
pimus predictam veritatem:
qđ fit cum audimus xp̄m dicen=
tem in euangelio. Hoc est corpꝰ
meũ. Nec certe in hoc decipitur
auditus: q̄ȝ sic est.

¶ Quarto principaliter proba=
tur veritas huius sanctissimi sa
cramenti triplici similitudine.

¶ Prima igitur similitudo est
de speculo in quo videmus re=
lucere substantiam siue corpus
aliquod: multo maius eo. Q̄ȝ si
natura hoc faciat: multo fortiꝰ
credendum est dei v̄tutem ꝛ po
tentiam posse facere vt sub par=
ua hostia panis contineatur ve=
raciter totũ xp̄i corpꝰ. Et idem
iudiciũ est de speciebus vini sub
quibus cõtinet̃ totꝰ sanguis xp̄i
quinimmo sub vtraq̃ specie totꝰ
xp̄s veraciter cõtinet̃: et simil̃r sub
q̄libet particula vtriusq̃ speciei.

¶ Secunda similitudo est de
eodẽ speculo: qđ si diuiditur in
duas aut plures partes: non p̄=
pterea diuiditur facies homi=
nis que prius ibi relucebat: sed
sub qualibet particula (dummo
do sit sufficientis quantitatis)
relucet tota hominis species.
Sic in proposito cum diuidun=
tur species sacramentales: non
propterea diuiditur Christi cor
pus aut sanguis. Nam hm̄õi di=
uisio solum cadit super species
sensibiles: et nullo modo super
contentum sub illis. Tum quia
hm̄õi species non sunt subiecti=
ue in christi corpore aut sangui
ne: sed per se existunt. Tum q̄a
dictum xp̄i corpus non est ibi
modo quantitatiuo / quãuis in
se sit quãtum: ꝛ habeat partem
extra partẽ in ordine ad seip̄m
sed non in ordine ad species.

¶ Tertia similitudo est de ope=
ribus nature ꝛ artis. Primo em̄
quantum ad opera nature vi=
demus naturaliter vnam spe=
ciem mutari in aliam: vtpote
herbã in granũ: aquã in vinum:
florem in fructum: terram in au
rum argentum et plumbum: vt
patet in mineralibus terre: et
hoc concurrente influentia so=
lis. Item natura conuertit par=
tem cibi in substantiam aliti: et
partem potus in sanguinem. Si
militer apes conuertunt flores
in mel et ceram. Et pene infi=
nita his similia operatur natu=
ra conuertendo sua occulta vir=
tute vnam speciem in aliam.
Secundo quantum ad opera
artis videmus qꝫ artificiose vi=
num conuertitur in aquam vi=
uam: cinis in vitrum: terra in
ferrum: et huiusmodi. Ex quo
ergo tam natura q̃ ars mutat
vnam speciem in aliam: quan=
to magis virtus diuina / cum sit
infinita / poterit mutare panem
et vinum ad prolationem debi=
te forme per sacerdotem in xp̄i

corpus et sanguinem? A domino ergo factum est istud: et est mirabile in oculis nostris.

¶ Quinto principaliter veritas venerabilis sacramenti altaris probatur triplici exemplo.

¶ Primum igitur exemplum est de iumentis que deferunt aliquando honorem huic tam ineffabili sacramento. Unde legitur de quodam equite quod cum transiret per quendam vicum/nec ullam reverentiam deferret sacro corpori dominico quod eo vidente deferebat sacerdos ad quendam infirmum: subito equus eius flexit genua: ita ut videretur adorare ipsum sanctissimum sacramentum. Quod ille videns penituit: et de equo descendens ipsum sacramentum devote et humiliter adorare cepit.

¶ Secundum exemplum est de apibus: que similiter quandoque inuente sunt suo modo honorasse ipsum dignissimum sacramentum. Unde legitur quod cum quidam sacrilegus rapuisset pyxidem argenteam cuiusdam ecclesie in qua reconditum erat venerabile Christi corpus: foras exiens stetit in loco campestri ad pedem cuiusdam rubi: ubi extracto de pyxide corpore dominico: et intra rubum proiecto abiit cum vase predicto. Et ecce non multo post ibi apparuit agmen apum que pro modulo suo intra rubum edificaverunt camerulam unam valde instruose: hincinde suo more volitantes. Cumque pastores de prope accedere vellent: repulsi sunt ab huiusmodi apibus. A longe tamen viderunt predictam camerulam. Cumque hec retulissent parentibus suis: et illi sacerdoti parochiali: dictus sacerdos processionaliter venit ad locum predictum: cui cesserunt apes. Ibique inuenit sacrum domini corpus et de prope panniculos quibus prius intra pyxidem involutum fuerat. Quod reverenter inde sumens: ipsum reportavit intra ecclesiam concomitantibus apibus usque ad fores ecclesie.

¶ Tertium exemplum est de demonibus. Testimonium enim adversariorum multum confirmat veritatem rei. Legitur ergo de quodam fratre ordinis predicatorum quod illi semel apparuit demon in specie beate virginis dicens. Ego sum virgo Maria cui devote servis omni die: et ideo volui tibi apparere. Recognosce ergo nunc me esse matrem dei: et coram me flecte genua. At ille ait. Expecta paulisper: statim enim ad te huc revertar. Qui abiens accessit ad sacrarium: et accepto inde sanctissimo altaris sacramento: istud sub cappa sua abscondit: et ad priorem locum rediit. Tunc ait illi qui illi apparebat. Si tu es mater Christi: ergo hic est filius tuus: demonstrata sacra hostia. Ipsum ergo adora: cum sit maior te/ et postea te adorabo. Ad quam vocem: et sacramenti presentiam expergefactus demon mox disparuit. Bene ergo scriptum est Iacobi secundo/ quod demones credunt et contremiscunt. Credunt quidem veritatem sacramenti altaris sed coacti evidentia scripturarum: et operatione miraculorum. Contremiscunt autem ad presentiam eiusdem sacramenti: cognoscentes sub speciebus sacramentalibus

veraciter adesse iudicem suum. Da exemplum de malefactore qui contremiscit ad presentiaz regis aut iudicis. Ex omnibus ergo p̄dictis patet mea sententia sufficienter esse probatā veritatem sanctissimi sacramenti altaris. De quo etiam scripsi i opere super epistolas quadragesimales: videlicet feria.v.q̄ in cena dn̄i nuncupatur. Item in die scto pasche. Qd̄ si nec hic nec ibi scripsi de tāto sacramento vt debui: ignosce benigne xp̄e tu ⁊ tui. Scripsi tn̄ cum timore de te vt potui: petens pro mercede teipsum misericorditer mihi donari: in presenti quidem per gratiā: ⁊ in futuro per gloriā. Quā omnibus nobis cōcedat qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat. Amen.

¶ Sermo primus in dedicatione ecclesie.

Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. psalmo.xlv. Hodie charissimi recolitur dedicatio huius ecclesie: quādo scilicet primum dedicata fuit visibiliter per episcopum: inuisibiliter autem per summum pontificem christum: de quo dicit thema sanctificauit tabernaculum suum: id est ecclesiam nomini suo deputatam: altissimus.

¶ Pro quo sciendum q̄ ecclesia materialis his modis appellatur: videlicet

Basilica
Templum
Domus dei
Ecclesia
Oratorium
Tabernaculum.

¶ Primo igit̄ ecclesia vocatur basilica: vt patet in decre. disti. xlj. non oportet in basilicis: vbi sic legit̄. Non oportet in basilicis seu in ecclesijs agapen facere: ⁊ intus mādūcare: vel accubitus sternere. Circa qd̄ notandū q̄ basilica est nomē grecum: qd̄ tantū valet sicut palatiū regis. Merito ergo ecclesia vocat̄ basilica: q̄ est palatium regis eterni. Quidā tn̄ restringunt nomen basilice ad eccl'ias cathedrales: eo q̄ reges ⁊ imperatores tales primitus fundauerūt ⁊ dotauerunt. Uel basilica dicit̄ a basileo grecorum rege: qui scd̄m Isidorum primo se fecit apud ecclesiā sepeliri.

¶ Secūdo ecclesia vocatur tēplum: quasi tenens amplū: vel quasi tectum amplum: eo q̄ ecclesia communiter habet tectū amplum: vt sic possit multos intra se recipere. Aliqui tn̄ dicūt tantū ecclesias maiores debere vocari templa. Uel templum dicitur a contēplando: eo q̄ ecclesia est locus valde cōgruus contemplationi.

¶ Tertio ecclesia vocatur domus dei: iuxta illud psalmiste. Domū tuā dn̄e decet sanctitudo. Ipse eñ elegit tale in locum vt habitet ibi quodā peculiari modo: scilicet sacramentaliter: presertim si sit ecclesia parochialis aut collegialis: ita vt merito dici possit de tali loco illud Gen̄.xxviij. Uere dn̄s est in loco isto. Unde de conse. dist. secunda capitulo presbyter. dicitur q̄ sacerdos parochialis debet semper habere eucharistiam paratam: vt quādo quis infirmatus fuerit: statim eum

communicet:ne sine communione moriatur.

¶Quarto ecclesia vocatur vsitato nomine ecclesia:que interpretatur collectio siue conuocatio: eo φ in ea conuocetur et colligatur populus ad multa: videlicet ad suscipiendum diuina: ad audiendum diuina: ad confitendum peccata. Nam ꝗ̃uis in casu quis possit suscipere diuina sacramenta extra ecclesiam: et similiter audire diuina: sicut patet de illis qui ex speciali indulto sedis apostolice possunt facere celebrare missam in domibus suis: dummodo locus sit honestus: et assit altare portatile: item aliquis potest confiteri in loco non sacro: nihilominus hec omnia et similia regulariter debent fieri in loco sacro: et hoc propter eorũ reuerentiam.

¶Quinto ecclesia vocatur oratorium: ab orando. Sic enim vocat eam Augustinus in regula de communi vita clericorum: ita dicens. In oratorio nemo aliquid agat nisi ad quod factum est: vnde et nomen accepit. Ac si aperte diceret φ in oratorio: id est in ecclesia non debemus aliud facere nisi orationem ad dominum et ad sanctos eius porrigere. Unde in decretis distinctione.xlii. capitulo oratorium: sic dicitur. Oratorium hoc sit quod dicitur: nec ibi quicꝗ̃ aliud geratur vel condatur: ꝗ̃ quod diuinis mysteriis conueniat. Item capitulo sequenti quod incipit in oratorio: sic dicitur. In oratorio preter orandi et psallendi cultum penitus nihil agatur: vt nomini huic et opera iugiter impensa concordent. Hec augustinus ibidem.

¶Sexto ecclesia vocatur tabernaculum. Est autem tabernaculum militare habitaculum. Et quia vita nostra est militia super terram: vt habetur Job septimo: ideo debemus recurrere ad ecclesiam que est locus sacer: vt possimus victoriã obtinere de inimicis nostris: qui sunt mundus / caro / demonia: quia in dicto tabernaculo prestatur maius et efficacius adiutorium ad preliandum contra predictos hostes nostros ꝗ̃ alibi: et hoc propter loci ⁊ diuinorum reuerentiam. Et de isto tabernaculo materiali loquitur psalmista in themate prefixum pto: dicens. Sãctificauit tabernaculum suum altissimus: scilicet deus. Que quidem sanctificatio fit in dedicatione ipsius tabernaculi: deo principaliter operante: ⁊ episcopo ecclesie ministro cooperante.

¶In presenti sermone intendo ostendere φ conuenienter celebramus festum dedicationis ecclesie. Istud autem probatur

Auctoritate
Ratione
Figura
Similitudine
Exemplo.

¶Primo igitur dicta conuenientia probat auctoritate triplicis legis: scilicet veteris / noue: ⁊ ecclesiastice.

¶Primo quidem auctoritate legis veteris. Unde Exod.xxiii. precepit dominus populo Israel dicens. Tribus vicibus in anno mihi festa celebrabitis. Nu

Ius modi autem festa dicebātur Pasche Pentecostes et Dedicatiōis. Tamē.ij. Paralip.viij. his nominibus appellātur. Primum quidem vocatur festum azymorū. Secūdū vero hebdomadarū. Tertium autē tabernaculorū. Horum aūt festorum quodlibet protendebatur septē diebus. Insuper dictum festum tabernaculorum siue dedicationis alio nomine dicebatur scenophegia: vt patz.iij. Esdre.v. vbi dicit ꝙ filij Israel egerunt scenophegiam ⁊ diem solēnem sicut preceptum est in lege: vcz Exod.xxiij. Item Leuit.xxiij. de hoc festo precepit dn̄s: dicēs ad Moysen. Loquere filijs israel. A quintodecimo die mensis huius septimi erūt ferie tabernaculorum septem diebus domino. Dies primus vocabitur celeberrimus atq̧ sanctissimus. Omne opus seruile non facietis in eo: ⁊ septē dieb⁹ offeretis holocausta dn̄o. Dies quoq̧ octauus erit celeberrimus atq̧ sanctissimus: offeretisq̧ holocaustū dn̄o. Ex q̄bus omnib⁹ patet vt veritas correspondeat figure / ꝙ festū dedicationis est festum precipuum habens octauas: quib⁹ durantibus debet populus frequētare ecclesiā / vt sit particeps indulgentiaꝝ q̄ largiuntur omnib⁹ illic cōfluentibus. Qd aūt dicitur ꝙ dies octau⁹ erit celeberrimus: per hoc designatur ꝙ in die octauarū dedicationis debet resumi totum officiuz quod cātatum fuerat in ipso die dedicationis: ⁊ hoc sub festo simplici secundum morem fratruz predicatorum.

¶ Secundo dicta conuenientia festi dedicationis probatur auctoritate legis noue siue legis euangelice. Nam Christus confirmans ritum Iudeorum quo ad obseruantiam predicti festi venit in tēplum in die festo dedicationis illius: vt patet Ioannis.x. vbi legitur ꝙ facta sunt encenia hierosolymis: et hyems erat.

¶ Circa quod notandū ꝙ non solum apud iudeos aut Christianos inoleuit ritus dedicandi loca sacra: verum etiam apud idolatras talis ritus olim inoleuit quo ad templa idolis suis consecrata. Nam vt refert August. lib.v. de ci. dei. c.xviij. Item Ualerius libro.v.c.vlti. ⁊ similiter Titus Liuius lib.ij. circa principiū. Puluillus consul romanus dedicauit edē Iouis olim in capitolio sitā. Quāto magis ergo debēt veri christiani hunc ritum obseruare circa edem vnius veri et omnipotentis dei.

¶ Tertio predicta conuenientia festi dedicationis probatur auctoritate legis eccl'iastice q̄ hoc p̄cipit: vt patet de cōsecra. distinc.j. solennitates. vbi dicitur ꝙ solennitates ecclesiasticarū dedicationum per singulos annos solenniter sunt celebrāde: ipso domino exemplum dante qui ad festum dedicationis templi venit.

¶ Moraliter circa dedicationē templi notandū ꝙ sicut predictum templū Salomonis ter dedicatū est: prio q̄dē tp̄e Salomonis: vt patet.iij. Regū.viij. secūdo vero post regressum de captiuitate Babylonica a Io-

robabel et Jesu sacerdote magno: scilicet tempore Esdre: vt patet.j.Esdre.viij.tertio autem a Juda Machabeo: vt patet.j. Machabeorum.iiij. vbi legitur ꝙ recuperata ciuitate Hierusalem quam prius inhabitauerant idolatre/ ipse Judas ⁊ qui cum eo erant / ascenderunt in templū renouare sctā. Et ex tūc festum dedicationis appellatū est encenia in plurali: id est noua festa: ita suo modo templum conscientie ter dedicatur a domino. Primo quidem in baptismo: vbi omnis spūalis immunditia tollitur quo ad culpam et penam de predicto templo: vt patet de consecratione distinctione.iiij.per baptismum. Sed quia post baptismum multi facti adulti inficiunt conscientias suas multis mortalibus peccatis: ideo opus est secunda dedicatione que fit per sacramentalem confessionem. Et de hac dedicatione potest intelligi illd Ezechielis.xxxvj. Effundam super vos aquam mūdam: ⁊ mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Insuper quia post penitentiam adhuc remanent frequenter multe reliquie peccatoꝝ: ⁊ forsan aliqua oblita aut venialia: ideo opus est tertia dedicatione templi conscientie que fit per susceptionem sacramenti extreme vnctionis: iuxta illud Jacobi.v. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesie: ⁊ orent super eum: vngentes eum oleo in nomine domini: et si in peccatis fuerit: remittent ei. Uel dic ꝙ prima dedicatio tēpli ꝯscientie refertur ad contritionem. Scda ad confessionem. Tertia ad satisfactionem. Et sic patet de primo principali.

¶ Secundo principaliter predicta conuenientia dedicationis ecclesiastice probatur triplici ratione.

¶ Prima igitur ratio vocatur diuine deputationis: et est talis. Quicquid deputatur specialiter deo: debet quadā peculiari sanctitate relucere. Sed sic est ꝙ ecclesia deputatur specialiter deo: adeo ꝙ vocatur domus eius: vt supra dictum est. igitur debet quadā singulari sanctitate siue sanctificatione pre ceteris locis gaudere.

¶ Circa quod notandū ꝙ quanuis oīa sint dei: ipse tamē multa nobis concedit: sic tamen ꝙ vult habere partem in talibus. Istud autem possumus inductione probare de hominibus: de rebus temporalibus: de tempore: de terra. Primo enim de hominibus olim voluit habere leuitas ad ministrandū ei in tabernaculo suo ⁊ templo. Siir in lege gratie vult habere in sortem suam clericos. Secundo de rebus olim ⁊ hucusque voluit hr̄e decimas omnium rerum. Tertio de tempore olim voluit habere diem sabbati. Nunc vero vult habere diem dominicam: ob reuerentiam sue iucundissime resurrectionis. Quarto de terra vult habere ecclesias ⁊ loca sacra. Bene ergo dictum est ꝙ ecclesia dz dedicari ratione diuine deputationis: maxime cum videamus vestes ecclesiasticas bn̄dici ab epō: etiam vsqꝫ ad zonas quibus cinguntur ministri eccl̄ie. Nec etiā campane

ecclesiarum vacant a benedictione. Non mirum ergo si ecclesie dedicantur.

¶ Secunda ratio vocatur angelice inhabitationis. Cum enim sancti dei angeli sint puri et sancti: libenter habitant in locis puris et sanctis. Et ideo vt libentius habitent in ecclesijs velut in palatijs regis sui: valde decens est vt dicte ecclesie dedicentur. Quod autem angeli libenter habitent in dictis ecclesijs: patet per illud psal. Preuenerunt: id est ante venerunt: principes: id est angeli: coniuncti psallentibus: supple in ecclesia: in medio iuuencularum tympanistriarum: id est animarum deuotarum: quarum corpora sunt arida per castitatem ad modum corij de quo fiunt tympana. Hoc igitur debent notare viri ecclesiastici qui habent soluere diuinum officium in ecclesia. Nam tales associant angeli dei inuisibiliter: sicut et inuisibiles sunt in semetipsis. Unde Chryso. homil. xv. super epistolam ad Hebre. dicit quod angeli astant suo regi in domo dei: et omnia plena sunt illis incorporeis virtutibus. Hec ille.

¶ Tertia ratio vocatur diabolice fugationis. Non enim demones habitant libenter in locis sacris: sed potius in locis immundis: vtpote in prostibulis tabernis dissolutis in foro: et huiusmodi. In cuius rei signum legitur Matth. viij. quod legio demonum quam eiecit xps ab obsesso: petijt mitti in porcos. Recte ergo in introitu misse dedicationis canit ecclesia illud quod scribitur Genesis. xxviij. dicens Terribilis est locus iste: id est ecclesia dedicata deo est terribilis diabolo: et hoc propter multa. Primo quidem propter loci sanctitatem. Secundo vero propter diuinorum presentiam. Tertio autem propter angelorum inhabitationem. Non enim est conuentio Christi ad belial: id est ad diabolum: neque lucis id est angeli sancti ad tenebras id est ad demones qui manent in tenebris culpe et pene. Bene ergo ad propositum facit illa collecta que legitur in ecclesia in fine completorij a sacerdote orante et dicente ad dominum. Uisita quesumus domine habitationem istam: id est ecclesiam presentem: et omnes insidias inimici ab ea longe repelle: et angeli tui sancti habitantes in ea nos in pace custodiant etc.

¶ Tertio principaliter congruitas dedicationis ecclesiastice probatur per figuram de templo Salomonis: quod ter dedicatum est: vt prius dictum est. Per quod prefigurabatur quod ecclesie apud christianos et in lege gratie debent dedicari domino: quia vt dicit Apost. j. ad Corinth. x. Omnia in figura contingebant illis. s. Judeis.

¶ Moraliter. Per trinam templi dedicationem significatur quod debemus frequentare sacramentum confessionis: per quod dedicantur anime nostre deo per gratiam: que prius pollute erant et quodammodo dedicate diabolo per culpam. Unde olim omnes christiani adulti ter in anno faciebant huiusmodi dedicationem que fit per sacramentalem confessionem. Quod sic patet. Nam de consecratione di

stinctio. ij. etsi non frequentius. precipiebatur omnibus christianis factis adultis ad minus ter in anno suscipere sacramentum altaris: videlicet in Paschate: pentecoste: et Natiuitate domini. Cum ergo sacramentalis confessio sit preuia ad susceptionem sacramenti altaris maxime cum dicat Apostolus .j. ad Cor. xj. Probet seipsum homo: consequens est dicere quod omnes tales ad minus ter in anno confitebantur. Hodie autem cessat hec consuetudo: quia diminuta est in cordibus fidelium ad altaris sacramentum deuotio: adeo quod multi libenter abstinerent per plures annos ab vtroque sacramento: scilicet confessionis et altaris: nisi obstaret humana confusio pariter et timor penarum ecclesiasticorum propter transgressionem illius decretalis: omnis vtriusque sexus. Rubrica de penitentijs et remissionibus.

¶ Quarto principaliter conuenientia siue congruitas dedicationis ecclesiarum probatur per similitudinem aule regie que frequenter mundatur, ne aliquid indecens ibi appareat, quod offendat oculos regis. Multo ergo fortius dedicari et mundari debet ecclesia ob reuerentiam regis regum Jesu christi qui ibi sacramentaliter residet: iuxta illud Gen. xxviij. Vere dominus est in loco isto: id est in ecclesia: non quidem modo communi quo est vbique per essentiam presentiam et potentiam: neque similiter modo speciali quo est cum iustis per gratiam: sed modo singularissimo: scilicet per sacramentalem presentiam: et hoc precipue si sit ecclesia parochialis aut collegialis: vt notatur de conse. dist. ij. presbyter.

¶ Moraliter. Notandum quod sicut domus dei exterior, que est ecclesia, mundatur et sanctificatur per dedicationem solennem: sic etiam domus eius interior: id est conscientia debet dedicari et mundari per spiritualem sanctificationem. Sed proh dolor multi faciunt de huiusmodi domo sicut fit de latrina que nunquam, aut rarissime mundatur. Et huius generis sunt illi peruersi christiani qui nunquam veraciter et ex corde confitentur: aut saltem raro istud faciunt. Alij faciunt de conscientia sua sicut fieri solet de palea lecti que forte semel in anno eijcitur: et noua apponitur vsque ad annum sequentem. Sic faciunt illi de conscientijs suis qui tantum semel in anno confitentur. Et talium maximus est numerus. Alij faciunt de conscientijs suis sicut fieri solet de stabulo porcorum aut pecudum: quod forte de mense in mensem purgatur. Et tales sunt nonnulle deuote matrone que omni die festo solenni confitentur. Huius etiam generis sunt multi prelati: canonici et curati non residentes super beneficia sua. Tales enim et similes pro magna parte non solent confiteri neque celebrare missam nisi festum fuerit solenne et precipuum: ne vilescat eorum officium: sed illis sufficit audire missam bassam: sub qua dicunt suum officium. Et tamen tales deberent pre ceteris frequentius celebrare: nisi forsan

alias sint legitime impediti. Equus enim cui plus ceteris datur pabulum : debet etiam plus ceteris laborare. Nouerit ergo tales ꝙ quanto plura aut pinguiora possident beneficia: tanto magis debent vacare diuinis vt dominum interpellent ꝓ ouibus sibi creditis : siue ꝓ fundatoribus suis. Alij faciunt de conscientijs suis sicut fieri solet de domo rusticorū que mundatur die dominico ⁊ festo. Sic etiam multi curati deseruientes in propria: et similiter vicarij non solent cōfiteri neqꝫ celebrare missam nisi in die dominico ⁊ festo: nisi forsan superuenerit lucrum : et tunc libenter celebrant etiam omni die: In quo facto aperte ostendunt se non tantum ex deuotione celebrare quantum ex cupiditate. Alij autem de conscientijs suis faciunt sicut fieri solet de camera alicuius nobilis aut potentis viri: que omni mane per ancillam mundatur. Sic ⁊ aliqui deuoti ecclesiastici atqꝫ religiosi ferme omni die confitentur et celebrant. Unde ⁊ apud patres Carthusienses certa hora diei pulsatur paucis ictibus campana ecclesie ad conuocandum fratres ad confessiones faciendas. Quibus sub paucis factis accedunt ad diuina. Sunt etiā multi deuoti laici qui per singulos dies captāt sibi tempus opportunum in quo seipsos recolligunt: recogitantes in amaritudine anime sue quicquid male gestum dictum aut cogitatum est per eos. Et tales secure viuunt. Et sic patet de quarto principali.

¶ Quinto principaliter conuenientia dedicationis ecclesiarū probatur tali exemplo. Refert enim Greg. in suo dialogo libro tertio ꝙ cum ipse in propria accessisset ad dedicandum quandam ecclesiam : illicqꝫ accurrisset maxima fidelium multitudo : ita vt pre angustia loci turbe se comprimerent: quidā inter suos pedes subito porcū huc illucqꝫ discurrentem senserunt. Qui tandem ianuam ecclesie petijt: ⁊ omnes per quos transibat in admiratione commouit: a nullo tamē videri potuit. Hoc autē (inquit ipse Gregorius) diuina pietas ostēdit: vt cūctis patesceret ꝙ de eodē loco immundus habitator exiret. Rursus magnus strepitus nocte sequenti in eiusdē ecclesie tectis fact⁹ est: acsi in eo aliquid errando discurreret. Iterum alia nocte sequenti grauior sonitus excreuit: ac si omnis illa ecclesia fuisset a fundamētis euersa. Quo facto immundus habitator de dicta ecclesia protinus recessit. Hec Grego. Ecce quantum prodest ecclesie dedicatio per quā fugatur demonis inhabitatio. Rationabilr ergo celebratur dedicationis dies quotiens cum anno reuoluitur. Nam qui ipsum diem cum puritate mentis obseruāt: acquirunt dei gratiam in presenti: et gloriam i futuro Quam nobis prestare dignetur qui in trinitate perfecta viuit ⁊ regnat. Amen.

¶ Sermo secundus in dedicatione ecclesie.

HOdie huic domui salus a deo facta est. Luce. xix. Notandum q triplex est domus dei: scz superior: interior: exterior. Et de qualibet rationabiliter potest dici illud psalmiste psal. xcii. Domū tuā dñe decet sanctitudo in longitudinem dierum.

¶Prima igitur domus dei est domus superior scilicet celum: quod dicitur domus dei. Tum primo quia ipsum creauit. Genesis primo. In principio creauit de⁹ celū et terram. Tū secūdo quia in eo special'r residet. videlicet tanq̄ glorificato. ps. Dominus in celo sedes eius. Tum tertio: qz ipsum sanctificauit in longitudinem dierum: id est in perpetuum. Hoc autē fuit quando inde eiecit luciferum cum complicibus suis: dicens illud psalmiste. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Nunc ergo predicta domus est tota pulchra: munda et decora: et ideo summe a nobis amanda et desideranda. Unde psalmista dicebat ad dominum de hac domo loquens. Domine dilexi decorē domus tue: ꝛ locū habitationis glorie tue. Si ergo desideramus peruenire ad hāc domū superiorē tā decoraz: necesse est vt simus decori per gratiā: ꝛ per omnis culpe carentiam: qz vt habetur Apocaly. xxi. Non intrabit in eā aliquid coinquinatum aut abominationē faciens. Unde cum psalmista petiuisset a dño: dicens. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo: mox respondit ei spiritus sanctus. Qui ingreditur sine macula: ꝛ operatur iustitiam: qui loquitur veritatē in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua ꝛc. talis supple habitabit in tabernaculo siue domo celesti. Videat ergo vnusquisq ꝛ apud se consideret si sit talis: et tunc facile cognoscet si finaliter habitabit in tabernaculo domini an non.

¶Secunda domus domini vocatur domus interior: ꝛ illa est humana conscientia / dummodo sit pura sancta et munda a peccato. et de hac domo loquēs Joannes Apocaly. xxi. ait. Ecce tabernaculū dei cum hominibus: ꝛ habitabit cū eis: supple per gratiā. Item Paulus. i. ad Corinth. iii. Templum dei sanctum est: quod estis vos: Unde hoc nomē cor / secundū tres ei⁹ literas idem valet sicut camera omnipotētis regis. Qualiter autem debeat hec domus depingi diuersis virtutū generibus: patet tali similitudine. Refert enim Augu. de quodam rege satis deformi: cuius tamē vxor valde pulchra erat et formosa: q fecit depingi in thalamo suo imagines elegantū iuuenū: vt per earū aspectū dicta vxor cōciperet pulchrā prolem. Ad propositū rex est ratio: cubiculū cōsciētia: vxor volūtas Si igit volum⁹ q dicta vxor afferat nobis ꝓlē bone operatiōis necesse est vt in cubiculo ꝯscientie nostre depingam⁹ pulchras imagines sctōꝝ virorū q nos p̄cesserūt: ad mēoriā reuocātes vitā ꝛ cōuersationē eoꝝ sanctā

iuxta illud. i. Macha.iiij. Me=
mentote qualiter olim salui fa=
cti sunt patres nri:et nunc cla=
memus in celum:⁊ miserebitur
nostri deꝰ noster. De hac itaqꝫ
domo dñi interiori possumꝰ re=
cte dicere illud verbum Psal.
Domum tuam dñe decet sancti
tudo.i.decet vt sit sancta domꝰ
conscientie in qua habitare vis
iuxta illud Prouerbi.viij.Deli=
cie mee esse cum filijs hominū.
Nec quidem solum ad diem de
bet esse sancta:sicut solent face=
re qui in die pasche abstinent a
peccato:et postmodum ad vo=
mitum redeunt:sed in longitu=
dinem dierum: id est semper et
omni tempore decet vt predicta
domus sit sancta munda et im
maculata.

¶ Tertia domus dñi vocatur
domꝰ exterior: et hec est eccle=
sia. De qua quidem domo lo=
quens christus Joan. ij. Item
Mat.xxi.ait: Domus mea do=
mus orationis vocabitur. In ea
oīs qui petit accipit: et qui que
rit inuenit: et pulsanti aperie=
tur. Et est sensus ꝙ quicūqꝫ in
ecclesia deuote orando petit a
deo peccatorū suorum remissio
nem: illam accipit. Item qui in
ea querit dei grām : eam ibi in:
uenit. Idē ibi pulsanti ad por=
tam celi per feruēs desiderium
tandē illi aperietur : atqꝫ ei di=
cetur illud Mat. xxv. Intra in
gaudiū dñi tui. Et hoc est quod
pmittit xp̄s deuote orantibus
sup. intra ecclesiā. Mat. vii. Pe=
tite ⁊ dabitur vobis. q̄rite ⁊ in=
uenietis:pulsate et aperiet vo=
bis. Cum ergo hec domus dei
exterior.i. aliqua eccl'ia deo de
dicatur per pontificem: pōt de
ea merito dici illud verbū the=
matis preassumpti:et quod ha=
betur in euāgelio dedicationis
ecclesie. Hodie huic domui sa=
lus a deo facta est.

¶ In presenti sermone duo prin
cipaliter tractabūtur: que sunt
hodierni euangelii declaratio
Sacri loci ecclesiastici vene=
ratio.

¶ Quantum ad primum scien=
dum ꝙ in presenti euangelio de
triplici personarum differentia
fit mentio:vꝫ

De Zacheo.
De Christo
De Judeis.

¶ Primo igitur fit mentio de za
cheo:de quo iterum plura tan=
guntur:que sunt.

Authoritas
Status
Desiderium
Obedientia
Liberalitas
Justitia.

¶ Primum igit̄ qđ tangitur in
pn̄ti euangelio de zacheo:est il=
lius authoritas:qꝛ erat priceps
publicanorū.i. illorū hominum
qui publica vectigalia exige=
bant siue recipiebant:⁊ q̄ mun=
di lucra sectabant̄ p fas et ne=
phas:qꝛ talia cōit ad pctm̄ im=
plicāt. Et iō maior dei mia ap=
paret in eius vocatione.

¶ Moraliter. Multi hodie sunt
siles zacheo in principādo ma=
lis ac peccatoribus guartiūcu=
lis:quorum vocant̄ capitanei.
Et de hoc historiam habemus
Judic.xi.de Jepte viro fortissi=
mo pugnatore: filio tamen mu=
lieris meretricis. Nam ad eum
congregati sunt viri inopes et
latrocinātes:qui cū quasi prin=

cipem sequebantur. Sil'r eius dem Judicū.ix. legitur de Abimelech q'cōduxit viros inopes et vagos: qui secuti sunt eum: supp.tanq̄ suum principez aut capitaneum. Sed q̄ malum sit sequi malos: patet ex verbis beati. Hiero. q̄.iii. parte epistolarū suarū: ep'la.lxxxv. dicit q̄ nihil tam nocet homini q̄ mala societas. Nam talis inquit efficitur hō qualiū societate fruitur. Nunq̄ cum agno lup⁹ habitat. Plusq̄ impossibile puto virum diutius in bonis pmanere operibus qui assidue mala conuersatione vtit: dicente psal. Cum peruerso peruerteris. Hec ille. Hāc itaq̄ malorum societatem prohibet dn̄s. Exo.xxiii. dicens Non sequeris turbam ad faciē dum malum.

¶ Scd̄m quod tāgitur in presenti euangelio de zacheo: est illius stat⁹: qr diues erat. Non aūt absq̄ causa de principe publicanoruz.i.illorū qui publica vectigalia sectabantur: subdit q̄ diues erat: qr communiter tales sunt diuites: tū pter fraudes quas suis dominis faciunt tum propter exactiones quas saltē subtiliter in populo adinueniūt. tum pter dona et munera que eis frequenter fiunt: siue vt prosint etiā qn̄q̄ contra equitatem: forsan in dānū dominorū suorū: siue vt nō obsint. Da similitudinem de illa muliere que cum obtulisset vnam candelam coram imagine bti Michaelis: aliam obtulit effigiei diaboli ad pedes predicte ymaginis dicens. Ideo offero candelam vnam btō Michaeli: vt mihi prosit et me adiuuet: diabolo vero vt saltē mihi non noceat. Q; autem hm̄ōi principes publicanorū sint diuites: palā videre est in maximis possessionibus quas acquirūt. In exquisitis et sumptuosis edificiis que construi faciunt. Item in dotibus ascēdentibus p milia auri et argenti quas filiab⁹ suis tradunt. Sed interdum tales/ cognita eorū fraude/ a suis officiis per principes turpiter deponunt etiam quandoq̄ cuz confiscatione corpor et bonorum suorum: sicut patuit de Aman superbissimo/ et primo post regē Assuerum in palatio eius. Hester.vii. Et de talibus loquitur psal. dicens. Deiecisti eos/ tu supple deus.i. deici permisisti per pricipes et maiores suos. Dum alleuarentur: sup. supra. se per supbiaz: Ecce quomodo facti sunt in desolationē: subito defecerūt: perierūt propter iniquitatē suā. Sic etiā de vnoquoq̄ tali recte prophetauit Esa. xxxiii: dicens. Ve qui predaris: nonne et ipse predaberis?

¶ Tertiū qd̄ tangit de zacheo est ipsi⁹ piū sanctū et iustū desideriū: qr q̄rebat videre Jesum quis esset. Multa eñ de eo audierat/ vtpote de doctrina et p̄dicatiōe sua. Item de potentia et miraculis ei⁹ Itē de sanctitate ipsius. Similiter de formositate et elegantia corporis ipsius q̄ scilicet esset speciosus forma pre filiis hominum: et sic de similibus. Eum tamen videre nō poterat p̄ turba: qr statura pusillus erat. glo. inteli. non malitia: sed fide. Utinā omnes simus paruuli malitia: prout nos admonet apost. i. ad Cor. xiii.

dicēs. Malitia paruuli estote/ nō sensu. Quia ergo dictus Zacheus statura pusillus erat: iō precurrens ascendit in arborez sycomorū vt videret illuz: quia inde erat transiturus.

¶ Moralr. Multi querūt videre siue cognoscere deū tā i presenti p studiū sacre scripture: q̄ʒ in futuro per apertā visionez diuine essentie. Sed impedit eos turba. i. sollicitudo p̄sentis vite: q̄ turbat frequēter hoies spūales: quos necesse est aliqñ descendere ab altitudine sancte contēplatiōis ad opera vite actiue. Et hoc innuit Christus cum dixit Marthe sorori Marie Magdalene. Martha inquit Martha sollicita es: et turbaris erga plurima.

¶ Ul' dic q̄ ista turba designat tentationes que sunt tam a demone q̄ʒ a mundo et a carne: q̄ omnia et singula impediūt hominem ne ad christuz accedat per gratiā. Jn cuius figurā legitur. Mar. y. q̄ turba impediuit paraclytum ne ante Christū veniret. Jtem legit' Joann. v. q̄ turba impediebat languidū prope piscinā stantē ne sanitatē reciperet. Quale igitur remedium? Certe ad vitādum huiusmodi turbam/ ꝛ ad deum vidēdum: debet homo ascendere in arborem sycomorū/ refugiendo ad arborē crucis: siue ad Christū in ea pēdentem per meditationē dominice passionis: exēplo apl'i Pauli dicentis ad Gal. vi. Mihi absit gl'iari nisi in cruce dñi n̄ri Jesu xp̄i: per quā mihi mūdus crucifixus ꝛc. Nō enim ex propria virtute aut merito potest hō deum videre qꝛ statura pusillus est. Necesse ergo habet ascendere in arborem sycomorū: recurrendo ad meritum dominice passionis. Qua quidem arbore mediante facile poterit tandem videre christum in celesti gloria.

¶ Et nota q̄ arbor Sycomori congrue designat dñicam crucem: qꝛ sicut sycomorus est arbor similis moro: ita vt sycomorus idē valeat sicut morus morus aūt affert fructum rubeuz. ita dñica crux attulit fructum rubeū: qꝛ in ea pependit sacruz dominicū corpus rubeū ꝛ sanguinolētū. Alij aūt dicūt q̄ sycomorus grece: ficus fatua latine dr. Et sil'r in hoc recte designat crucē dñicam: q̄ vt ficus dulciter pascit fideles i eā credentes. Fatua tn̄ ab infidelib⁹ q̄ eā derident appellat'. Et hoc est qd̄ loquit' Apl's. i. ad Cor. i. dicēs. Nos p̄dicam⁹ xp̄m crucifixū: Judeis quidē scādalum gētibus aūt stultitiā: ipsis aūtē vocatis Judeis atq̄ Grecis. i. christianis vocatis ex iudea et grecia: dei v̄tutē et dei sapiam.

¶ Quartum qd̄ tāgitur de Zacheo in p̄nti euangelio: est eius obediētia. Nam cū xp̄s vidisset eū i arbore stātē: dixissetq̄ illi: zachee festinās descende: quia hodie in domo tua opz me manere: ille festinās descendit: et excepit illū gaudens' in domuz suā. Jn q̄ apparet ipsi⁹ obediētia ad preceptū xp̄i. Que q̄dem obedientia habuit triplicē bonā circūstātiā siue cōditionem. P̄ria fuit prōptitudo: qꝛ Festinans. Scd̄a fuit humilitas: qꝛ Descendit. Tertia fuit hilaritas: qꝛ Excepit illū gaudens:

¶ Moraliter. Omnis perfecta obedientia debet habere tria predicta. Primo enim debet esse festina sine recalcitratione. Et talis fuit obediētia apostoli Pauli: de quo legitur Actuū ix. q cū prostrauisset eū dñs in terram dicēs illi: Saule Saule quid me psequeris? mox rñdit dicēs: Domine quid me vis facere? Item talis fuit obedientia Abrahe: de quo legit Geñ. xvij. q cum precepisset illi dominus vt circumcideret carnem preputij sui: sic illico fecit: quāuis illud opus esset graue. Similiter talis fuit obedientia Joseph: de quo legitur Gene. xxxvij. q cum pater ei9 Jacob dixisset illi: Ueni mittam te ad fratres tuos: mox respondit dicens: Presto sum. Talis denique fuit obediētia illorum discipulorum christi piscantium: qbus cum dixisset: Uenite post me: faciam vos fieri piscatores hominum: mox relictis retibus et naui, secuti sunt eum. Matthei. iiij. Hinc August. ad fratres in Eremo. sermo. xl. qui intitulatur de obseruātia clericorum: dicit q sicut obediēdū est libenter: sic hilariter: sic et velociter. Obedientia enim sine mora esse debet. Deide subdit dicēs. Nō placet deo morosa et disceptatrix obediētia: que cū precipitur: querit cur: quare: q̄obrem precipiatur. Hec ille. Secundo obedientia dz esse humilis et voluntaria. Et istud est ꝯtra multos qui obediūt quidē exterius sed superbiunt interius: murmurantes in cordibus suis. Et hoꝝ obedientia est similis obediētie demonum: qui inuite ad xp̄i imperium exibant de corporibus obsessorum: vt patet Luce. iiij. Item Matthei octauo. Tertio obediētia debet esse hilaris et iocūda: non cū tristitia. Nam vt dicit apo. j. ad Cor. ix. Hilarem datorem diligit deus.

¶ Moraliter. Etiam notandum iuxta illud xp̄i verbum: zachee festinans descende: quia hodie in domo tua &c. q si velimus recipere xp̄m hospitio in domibus conscientiarum nostrarū: debemus primum descendere per humilitatem, que preparat sibi locum. Cum enim ipse sit immensus: non potest recipi nisi in profundo humilitatis. Hic Augustinus de ascensione domini: sermo. ij. Uidete inquit fratres magnum miraculum. Altus est de9: erigis te: et fugit a te. Humilias te, et descendit ad te. Quare hoc? Certe qr excelsus est, et humilia respicit: et alta a longe cognoscit. Humilia inquam respicit vt attollat. Alta: id est superba corda a longe cognoscit: vt deprimat. Hec ille. Et quia virgo Maria valde descendit per humilitatem: ita vt diceret se humilem ancillam domini: ideo recepit filium dei hospitio: non solum quidem in conscientia per gratiam: verum etiam in vtero per carnis assumptionem: ita vt de ea loquens Hieronymus secunda parte epistolarum suarum, epistola. lv. dicat. Quid nobilius matre domini? Quid splēdidi9 ea quam elegit splendor paterne glorie? Quid castius ea que corpus domini sine contagione corporis sui generauit? Et tamen in ea solam humilita-

tam respexisse dñm fateṫ: que custos est ceterarum virtutum. Respexit (inquit ipsa in cantico suo) dñs humilitatem ancille sue. Hec ille. Descendamus ergo charissimi de arbore supbie si cupimus dominum descẽdere intra domum conscientie nostre.

¶Quintum qđ tangitur de zacheo in hodierno euãgelio: est ipsius liberalitas seu magnificentia: quam aperte insinuauit cum ait ad Christum: Ecce dimidium bonorum meorum dñe do pauperibus.

¶Moraliter. Notandum ꝙ hic instruuntur diuites et nobiles huius scl'i exercere opera pietatis erga pauperes Cui⁹ q̃dẽ pietatis plures bone ⁊ pulchre conditiones tanguntur ab ipso zacheo in ṽbis predictis. Prima igiṫ cõditio ipsius pietatis est vtilitas: que insinuatur per hoc aduerbium / ecce: qđ facit demonstrationem ad sensum. Et est sensus ꝙ opera pietatis debẽt fieri manifeste ⁊ aperte: nõ quidem ex affectu apparendi / sed ꝓximos edificandi: ꝓut insinuat xp̃s Matth. v. dicens: Sic luceat lux vestra corã hominibus vt videant opera vr̃a bona: et glorificent patrem vestrum q̃ in celis est. Scđa conditio pietatis est largitas siue q̃titas: q̄ dimidium. Thobie iiij. Si multũ tibi fuerit: abundanter tribue. Talem etiã largitatem cõsulit xp̃s (q̃uis non precipiat) Mat. xix. dicẽs: Uende oĩa q̃ habes: et da pauperibus. Tertia conditio est qualitas: q̄ bonoꝝ. Debet eñi eleemosyna fieri de bona substantia: et non de illa que iam deteriorata est: siue illa consistat in grano: siue in vino: aut esca. Cui⁹ tamen contrarium faciũt cupidi ⁊ auari: qui non solent de predictis facere eleemosynam nisi quando vident ꝙ non possunt vlteri⁹ facere ꝓfectum suum de talibus. Quarta cõditio est ꝓprietas: q̄ meoꝝ. Debet enim pietas fieri de proprio et, nõ de alieno: iuxta illud Prouer. iij. Honora dñm deũ tuum de tua substantia. Et istud est cõtra multos raptores: vsurarios: simoniacos ⁊ auaros clericos beneficiatos: qui etiam que christi sunt / nolunt ei dare. Quinta conditio est celeritas: q̄ do. Hoc eñi verbũ do / qđ est p̃ntis t̄pis / insinuat ꝙ de presenti aut saltem q̃tocyus commode fieri p̃ot / exerceanṫ pietatis opera. vñ Prouerb. iij. Ne dicas amico tuo: vade / et cras reuertere / et dabo tibi: cum statim possis dare. Itẽ Eccl'i. iiij. Cor inopis ne affixeris: et non protrahas datum angustianti. Sexta conditio pietatis vocaṫ discretio: quia pauperib⁹. Cui (inq̃t poeta) des: videto. Quemadmodum q̃ vitis magis fructificat in terra macilenta q̃ in terra pingui: ita etiam eleemosyna que datur pauperi / est melior quo ad deum / q̃ que datur diuiti ⁊ abundanti. Et in hoc se decipiunt multi prelati: q̃ bona ecclesie plerũq; abundãter largiũtur suis consanguineis habẽtib⁹ tamen sufficienter vnde aliũde viuãt ꝭm decẽtiam status sui. Et per hunc modum defraudantur veri pauperes.

¶Sextum qđ tangitur de za-

cheo in pñti euangelio: est iniustitia. Et hanc aperte se habere ostendit cũ dixit xp̄o. Dñe si quid aliquẽ defraudaui: reddo quadruplum. Notanter aũt dixit: si quid aliquem defraudaui qꝛ cõuenienter officiarij publici erariorũ/ fraudes cõmittunt: tã iniuste acquirendo seu recipien do: ꝗ̃ auare retinendo: ac superflue expendendo. Et nota ꝙ zacheus vsus est verbo pñtis temporis in materia restitutionis: dicens. Reddo. Et hoc est contra multos vsurarios: raptores: et iniquos erarioꝝ publicorum receptores: qui solent in confessione promittere se facturos restitutionem de iniuste ablatis aut receptis: siue retentis per eos: sed hoc sit totum: qꝛ de centum mille vix inuenitur vnus ꝗ restitutionem integram ꝛ condignam faciat. Sed quare promisit zache⁹ se velle reddere quadruplum casu quo aliquem defraudasset? Certe propter tria. Primo quidẽ propter legis edictum: que dicit Exod. xxij. ꝙ si quis furatus fuerit ouem: quatuor oues pro vna oue restituet. Hoc aũt statuerat lex vetus: ne hoies essent leues ad furandũ. Uñ etiam Prouerb. vj. lex precipiebat pro vna oue septẽ restitui: ꝛ hoc ideo qꝛ tẽpore Salomonis fures plus inualuerant ꝗ̃ tempore moysi. Modo scd̃m tempoꝝ ꝛ morum varietates varie dantur leges. Secundo Zacheus ita abundanter locutus est ad designandum animi sui perfectionem ꝛ propositum vite melioꝝ. Tertio ideo forsan ipse sic locutus est: ad designandum prioris vite detestationẽ: qꝛ scꝫ princeps publicanorum prius extiterat.

¶ Moraliter. Per factum viri huius qui tam perfectam restitutionem de fraude prius ꝯmissa fecit: vt quadruplum restituerit: insuper qui tam liberalis de propria substantia iuste acq̄sita extitit vt dimidium oim bonorum suorum ob reuerentiam aduentus xp̄i in domum suam/ pauperibus efficaciter dederit: cũ tamen non iudeus: sed gentilis esset ſm Bedam: ꝑ huiusmodi inquã factum reprobatur obstinatio et auaritia multoꝝ xp̄ianoꝝ ꝗ vix induci possunt ad restituendũ aliena etiã in simplum: sed querunt confessores qui cum eis cõponant: vel forsan recurrunt ad generales indulgentias: credentes absolui per minutas eleemosynas q̄s ibi conferunt: cum tñ Augustinus dicat ꝙ non dimittitur peccatum: nisi restituatur ablatum. Tales etiam non dimidium bonorum suorum dant pauperib⁹ sed vix centesimam partem. Et ideo zacheus surget in iudicio cum generatione ista: ꝛ condemnabit eam. s. ꝯparatione minoris mali: ꝛ maioris boni: quia forsan minus malum fecit ꝗ̃ multi xp̄iani raptores ꝛ auari quales forte sunt multi qui publica lucra ꝛ receptas talliarũ et tributorum regiorum sectantur. Insuper certum est ꝙ maius bonum fecit zacheus ꝗ̃ predicti. Nusꝗ̃ enim audiui de aliquo tali qui dimidium bonorũ suoꝝ dederit pauperibus: aut qui restitutionẽ in quadruplum fecerit. Tales ergo habent valde timere iudicium dei super se.

Et sic ptz diffuse de primo principali.

¶ Secundo principaliter in presenti euangelio fit mentio de Judeis. Hi enim erant pharisei et alij malignantes aduersus xp̄m: qui murmurabant aduersus eum: eo q ad hominem peccatorem .s. zacheum diuertisset. Quorum murmur erat valde irrationabile: qr nullus potest rationabiliter murmurare si medicus visitet egrotum ad ipsum sanandum: immo de hoc est laudandus.

¶ Moraliter. Per istos phariseos murmurantes aduersus xp̄m de bono opere / designantur multi inuidi qui suis oblocutionibus et detractionibus deprauant et subuertere atq extinguere satagunt opera bonorum et iustorum hominū: qr vt dicit Seneca scd̄a parte epistolarum suarum: epl'a .xi. Malus omnia in malum vertit.

¶ Tertio principaliter in presenti euangelio fit mentio de xp̄o qui insinuat q pharisei iniuste et irrationabil'r murmurabant aduersus eum: eo q ad hominem pctōrem diuertisset. Hoc enim fecerat ad magnam ipsius zachei vtilitatē spūalem: qd̄ declarat cum ait. Qr hodie salus huic domui facta est: eo q et ipse scz zacheus filius sit abrahe. Filius inquam abrahe: non genere: et hoc ƀm Bedam: qui dicit ipsum zacheum fuisse gentilem prout recitatur in gloss. ordiñ. super hoc passu: sed operum imitatione. Ipse enim imitatus est abraham in hospitalitate: quia sicut Abraham recepit angelos hospitio. Geñ. xviij. sic et zacheus xp̄m. Vñ propter hoc verbū: Hodie huic domui salus a deo facta est: legit presens euangelium in die dedicationis ecclesie. Deinde in fine euangelij xp̄s assignat gñalē rationē cur scz non solum cum zacheo principe publicanorum cōuersari voluerit: verum etiam interdum cum publicanis et peccatoribus manducare et bibere: vt scilicz eos saluos faceret. Et hoc est qd̄ de seipso loquens ait Uenit filius hominis querere et saluum facere quod perierat. Ideo enim appellatur Jesus: id est saluator. Unde Mat. j. Uocabis nomen eius Jesum: ait angelus ad Joseph. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

¶ Moral'r. Sicut xp̄us venit q̄rere et saluum facere qd̄ perierat: sic etiam debent facere eius vicarij: id est episcopi. Hoc enim est officiū eoꝝ: scz querere perditos et errantes: sicut pastor greges dissipatos: item saluum facere populum sibi creditum. Et ideo dicuntur episcopi .i. superintendentes. Sed profecto pauci querunt oues errantes: siue salutem subditoꝝ: quin potius querunt lanam et pecuniam eoꝝ. Et de talibus cōqueritur dñs Ezechiel. xxxiiij. Uide ibi multa ad propositum. Et sic patet de prima parte huius sermonis.

¶ Sequitur secunda pars presentis sermonis.

S Ecundo principal'r in pñti sermone videndū est de loci sacri veneratione. Et q̄uis de hoc multa dicta sint in p̄cedenti s̄mone: nihilomin⁹ adhuc de hoc in pñti duo principal'r videbunt. Primū qual'r devote se h̄ntes ad loca sacra/remunerati sunt. Secundū qualiter male se habentes ad dicta loca/divinitus puniti sunt. Primū iterum possumus dupl'r probare: vcʒ Per historias sacre scripture Per historias dignas fide.

¶ Primo igit̄ possumus ostendere qualiter religiose se habentes ad loca sacra / a deo remunerati sunt: ꝛ hoc per historias sacre scripture.

¶ Prima est de Abraham: qui edificauit altare dño: ꝛ ibi inuocauit nomen eius: vt ptʒ Gene. xij. De quo postea sequitur cap̄. xiiij. ꝙ magnificatus est Abraham: et dedit illi dñs oues ꝛ boues: argentum ꝛ aurū: seruos et ancillas: camelos et asinos: et huiusmodi.

¶ Circa quod notandum ꝙ ad honorē dei et cultū illius primo edificata sunt altaria: sicut per Noe. Geñ. viij. Item per Abraham: vt dictū est. Item per Jacob in Bethel vbi apparuerat illi dñs. Unde appellauit nomē loci illius / domus dei. Genesis xxxv. Et nota ꝙ p̄dicti sup predicta altaria obtulerunt sacrificium domino: vt patet intuenti textū. Per quod prefigurabatur ꝙ in lege gratie sup altare per episcopum consecratū offerendum erat sacrificium corporis ꝛ sanguinis domini: vt precipitur de consecratione distinc. j. altaria placuit. Secundo de mandato domini edificatum est tabernaculum: sicut patet Exod. xxv. et per plura capitula sequentia: in quibus legit̄ modus construendi ipsum tabernaculum prout locutus est dñs ad Moysen. Erat autem ipsum tabernaculū portatile: ꝛ transferebatur de loco ad locum per desertum: eo ꝙ tunc filij Israel non habebant mā̄sionē stabilē. Portabat̄ autē a filijs leui: per qđ prefigurabatur ꝙ solis clericis licet tangere sancta: vtpote calicem: vt notatur. xciij. distin. diaconi sunt. Item dictū tabernaculum erat quasi locus refugij. Unde legitur Nume. xvij. ꝙ cum orta esset seditio in populo aduersus moysen ꝛ aaron propter interfectionem chore: datan: et abyron: fugerunt ad tabernaculum federis. Sic ꝛ eccl'ia est hodie locus refugij ꝛ immunitatis vt notat̄. xvij. q. iiij. reum. Item xxiiij. q. v. reos. Et sil'r. xxxvj. q. j. de raptoribus. Itē. C. de his q̄ ad ecclesiā confugiunt. l. fideli. Preterea intra tabernaculum Moysi erat arca federis. Sic et intra eccl'iam est corpus dñi sacramentaliter: ibiq; etiā debent reponi reliq̄e sanctoꝝ. Ecce q̄liter in tribus tabernaculū prefigurauit eccl'iam. Tertio tp̄e salomonis postq̄. s. pp'ls israeliticus habitauit pacifice in terra Juda: ꝯstructū est tēplū de mandato dñi: ad quod pp'ls accedebat certis tp̄ibus: vbi immolabat̄ dño: ꝛ nō alibi. Per quod p̄sfigurabat̄ ꝙ missarum solennia non vbiq; sed in locis ab episcopo consecratis sunt celebranda vt habet̄ de cōse. dist. j. missarū.

Itē capitulo Nullus presbyter. Quarto tp̄e legis grē: et signanter postq̄ fides est sufficientissime dilatata: per mundum vniuersum cōstructe sunt pene infinite ecclesie ad diuinos vsus deputate. Primo quidem vt ibi dem deus laudetur: iuxta illud Psalmi. In ecclesiis benedicite domino. Item alibi. Laus eius in ecclesia sanctorum. Secūdo vt ibi preces ad dominum fundantur: iuxta illud Matth. xxi. item Luc. xix. Domus mea domus orationis vocabit̄. Tertio vt ibi ad clerum et populum predicetur. Esa. ii. Ascendam⁹ ad montem dn̄i: et docebit ibi nos vias suas. Quarto vt ibi sacramenta populo ministrentur iuxta illud Eze. xlvii. Aque gratiarum de sanctuario egredien tur. Quinto vt ibi missa celebretur: sicut supra patuit. Sexto vt ibi oblationes et vota dn̄o offerātur. Nam ibi fideles oblationes suas domino offerūt: sicut olim in tēplo: sicut patet Deutero. xii. vbi sic legitur. Ad locū quem elegerit dominus de⁹ vr̄ vt ibi ponat nomen suum / et habitet in eo: venietis / et offeretis in illo loco. Septio vt ibi suppliciter de⁹ adoretur: videlicet cū genuflexione siue prostratione et huiusmodi reuerentiis pertinentibus ad cultum latrie: iuxta illud Psalm̄. Adorabo ad templum sanctum tuum. Octauo vt ibi sancti debito honore venerētur. Unde et quelibet ecclesia semper in honorem alicuius sancti dedicatur. Ecce ad q̄ multiplices et varios vsus deputantur ecclesie.

¶ Secunda historia per quam pbatur q̄ religiose se habentes ad loca sacra / remunerantur a deo: est de salomone. De eo em̄ satis cōmune est q̄ edificauit templum domino: vt patet. iii. Regū. vi. De cuius remuneratione legitur in eodem libro cap̄. x. q̄ magnificatus est rex Salomon super om̄es reges terre diuitiis et gloria. Nec certe tales remunerantur tantum a deo in presenti temporaliter: verumetiam in futuro eternaliter: sicut multe docent historie.

¶ Tertia historia est de Dario rege Persarum: de quo legitur ii. Esdre. x. q̄ vouit se edificaturum templum dn̄i in hierusalem quod fuerat incensum: casu quo ad regnum Persarum perueniret. Facto igitur voto ad predictum regnum peruenit. Propterquod templum iussit magnifice propriis sumptibus reparari: consiliū sibi dante zorobabel viro Iudeo probatissimo. Pertrāseo etiam Iudam Machabeum qui reparauit templum domini: vt patz. i. Macha. iiii. Et exinde factus est in preliis victoriosissimus. Patet ergo ex historiis sacris qualiter olim remunerati sunt in p̄senti illi qui loca sacra debito honore venerati sunt.

¶ Secūdo hoc idem possumus persuadere per historias fide dignas que etiam multe sunt.

¶ Prima igitur historia est de Dagoberto Francorū rege. Hic enim edificauit sacram edem diui Dionysii in Frācia prope Parrhisius: etiam regia ambitione. Cum ergo venisset hora trāsitus sui: quidā vir solitari⁹ habitās in quadā insula regni

Sicilie vidit animam ei9 trahi a demonibus ad loca penaruz. sed adueniens beatus Dionysius eum liberauit. Facta ergo diligenti indagine: compertum est eadem hora dictum Dagobertum mortem obiisse qua hec ille vidit.

Secunda historia est de Karolo magno q̄ edificauit ecclesiā beati Jacobi in cōpostella. Post ergo eius mortē tā bona illi9 q̄s mala in statera sunt posita. Preponderabant tñ mala bonis. Sed tandem adueniens beatus Jacobus posuit ex parte illa statere in qua erant bona illius/omnia illa bona que exposuerant in edificatione sue ecclesie: ꝛ tūc preualuerunt bona. Sicqꜫ a demonibus eū liberauit. Que omnia fuerūt reuelata turpino Remēsi archiepō longe tamen posito. Postmodū autē cōpertum est ꝙ tandem hora qua dictus turpin9 predicta vidit Karolus magnus ab hac vita discessit.

Tertia historia est de Guillermo Normanoꝝ duce victoriosissimo: ꝛ q̄ Angliā vi armorū superauit. Hic enim edificauit solēne monasteriū ordinis beati bñ dicti iuxta muros oppidi Cadomēsis intra Normaniam: ꝛ hoc in honorem beati Stephani: vbi corpus eiusdem Guillermi quiescit. In hora ergo mortis sue erat in apulia q̄dam demoniacus per cuius os demon loquebatur: qui tamen tacuit ī hora mortꝫ dicti Guillermi: nec multo post iterum cepit loqui. Tūc ergo interrogatus demon quare siluisset certo tp̄e: rñdit ꝙ tunc non erat ibi: sed in morte Guillermi normanorū ducis. Addidit aūt ꝙ exigētibus pctis ipsius Guillermi aiam eius habuissent demones si nō beatus Stephanus in ei9 subsidiū attulisset illa q̄ in predicto monasterio exposuerat: sed ꝑpter talia eum ꝑdiderant. Cōpertū est aūt dictum ducem Guillermū illa hora ab hac vita trāsisse qua dictus demoniacus tacuerat. Patet ḡ ex duplici gñe historiarū: scꝫ sacrarū et nō sacrarū qualiter remunerātur a deo tā in p̄senti q̄s in futuro illi qui religiose se habēt ad loca sacra. Et sic patet primum quod erat probandum.

Secūdo videndū est opposito modo qualiter male se habētes ad huiusmodi loca sacra puniuntur a deo: etiam in p̄senti. Istud aūt possumus persuadere dupliciter: videlicet. Per historias sacre scripture Per historias dignas fide.

Primo igitur propositū predictum possumus probare per historias sacre scripture.

Prima est de Nabuchodonosor: ad cuius preceptum templū dñi quod Hierosolymis erat/incēsum est: vt patet. iiii. Regum. xxv. sed nō euasit iudicium dei. Nā septē annorū spatio mutatus est in naturā bouis: vt patꝫ Dan̄. iiii. Non quidē sic ꝙ esset realiter bos: sed tñ ꝰm suā estimationē. Nā versus in amētiā videbat̄ sibi ꝙ esset bos: ꝛ ꝙ fenū vt bos comederet: quotiens cibus regius sibi offerebatur.

Scd̄a historia est de Antiocho: q̄ tēplum dñi cōtaminauit: vt patet. i. Machab. i. Propter qd̄ horribili morte tandem in

terūt. Nā de eo legitur. ij. Machа. ix. q̄ de corpore eius vermes scaturiebant. Insuper carnes viuentes de corpore ipsius effluebāt. Ceterū fetore corporis sui totus exercitus ei⁹ grauabat: adeo q̄ nec ipse fetorem suum ferre poterat. Sicq̄ miserabiliter mortuus est.

¶ Tertia historia est de Heliodoro q̄ voluit spoliare tēplum: in cuius vltionē subito cōcidit in terrā: et iacebat mutus: omni spe salutis priuat⁹: vt patet. ij. Machabeorum. iij. Patet ergo ex p̄dictis historijs sacris q̄ mirabiliter puniunt a deo ij q̄ indebite se habēt ad loca sacra.

¶ Secundo restat hoc idē persuadere per historias fide dignas: que etiam multe sunt.

¶ Prima est de Pompeio Romanorum duce: de quo ferunt historie Romanorum q̄ fuit inter oēs mortales victoriosissimus. At vero postq̄ equos suos i tēplo stabulauit/semp fugatus et victus fuit. Tādē aūt a Ptolemeo rege Egypti iterfect⁹ est.

¶ Secūda historia est de quadā nobili muliere in Tuscia: de qua refert Greg. in suo dialogo li. j. dicēs q̄ quadā nocte voluptate carnis deuicta: a viri cōcubitu abstinere non potuit. Mane ḡ facto cū ad ecclesiam bti Stephani cuius dedicationis dies agebat/verrexisse cuz alijs: q̄ primū ecckiam ē ingressa/spūs malignus eam inuasit.

¶ Tertia historia est de q̄busdā viris q̄ circa annū dñi millesimū duodecimū in nocte dñi ce natiuitatꝫ choreas ducebāt in quadā eccłia diocesis Coloniēsis: suo etiā cantu nephario cantū eccl'ie impedientes. Qui cū fuissent per rectorez ecclesie pluries moniti: nec desistere vellēt a suis insolētijs: tādē dictus rector rogauit dñm vt sic p̄ annū starēt. Sicq̄ factum est: ita vt neq̄ per momētum t̄pis quiescere valerent. Tandem in fine anni quidaz ex ipsis subito mortui sunt: alij autē perpetuū tremorē membrorum suorum incurrerūt. Erāt aūt p̄dicti numero xviij. vcz. xv. viri: et tres femine. Ecce q̄ male et infeliciter succedit his q̄ sacra loca vilipendūt et inhonorāt. Non sic igitur charissimi nō sic agam⁹: ne diuina vltio in nos sicut et in predictos seuiat: sed potius dem⁹ honorē locis sacris p̄pter illuz qui eos inuisibiliter cōsecrauit atq̄ ibi specialit honorari voluit. Quod vbi fecerimus: indubie consequemur gratiam a domino in presenti: et gloriā in futuro. Quam nobis prestare dignetur qui in trinitate perfecta viuit et regnat. Amen.

¶ Sermo de communi apostolorum.

Principes populorū congregati sunt cū deo Abrahā: quoniam dij fortes terre vehementer eleuati sunt. Psalmo. xlvj. Regius propheta Dauid loquens de cetu apostolorum: tria tangit in verbis predictis: que sunt

Dignitas veneranda: q2 principes populorum.

Singularitas admirāda: quia cōgregati sunt cum deo Abraham.

Tyrānorum malignitas dete=

standa: qr dij fortes rc.

¶ Primo igitur Psalmista notat de apostolis dignitatem venerandam: qr vocat eos principes populorum. Non autē vocat eos principes terrarum seu regnorum siue prouinciarum: quinimmo hec temporalia contēpserunt / xp̄m pauperē paupe-res sequendo. Propter qđ Petrus in persona omnium apostolorum loquens christo Mat.xix. ait. Domine: ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Vocat ergo eos principes populorum: suop. fidelium: qui per eorum predicationem conuersi sunt ad xp̄um: non quidem ꝙ hoc factum sit per eorum virtutem principaliter: sed potius per virtutem interius operantem spiritussancti: qui mouebat corda eorum qui ipsos audiebant predicantes nomen xp̄i ad hoc ꝙ crederent his que dicebantur. Uel istud referendum est ad ipsum Christum: qui dabat voci apostolorum predicantiū fidem suam / vocem virtutis. Unde de tali virtute r efficacia quasi grās agentes merito dicere poterant illud psalm̄. Dn̄s supple noster Jesus xp̄s cuius serui sumus: excelsus: qr rex regum r dn̄s dn̄antium: terribilis contra obstinatos: rex: suos bene regens: magnus: quia super omnem terrā: qr vt inquit idem psal. Dn̄i est terra et plenitudo eius: orbis terrarꝫ: r vniuersi q̄ habitant in eo. Itē alibi. Meus est orbis terre: r plenitudo eius. Cuius etiam magnitudo r potestas in hoc aperte demonstrat ꝙ subiecit pplo̾s.i. Judeos: nobis: sup. apl̾is: q̄ sumus pauperes r abiecti. Hoc autem intelligitur de illis iudeis q̄ in ipsum xp̄m p apostolorum predicationē crediderunt. Quod autē subditur. Et gentes sub pedib⁹ nr̄is: intelligitur de populo gentili qui similiter in Christū credidit per eorundem apostolorū predicationem. Ecce quare psal. ipsos apl̾os principes populorꝫ vocat Et hoc est qđ canit de ipsis ecclesia dicens. Ecclesiarum principes: belli triumphales duces: celestes aule milites: r vera mundi lumina. Item in psalmo. Constitues eos principes: non quidem in vno tantum loco: prouincia: aut regno: sed sup oē m terram. Sed quid ibi facient? Certe memores erunt nominis tui domine: id est nomen tuum predicantes: r ipsum in memoria habentes: etiam ipsum aliis in memoriam adducent. In om̄i gn̄atione.s. Judeorum: r gn̄ationem: vcʒ gētiū: qr vtriꝙ pplo̾ p̄dicauerunt apl̾i. Propterea.i. qr ita nomē tuum apl̾i predicantes memorabunt: ppl̾i cōfitebunt̄ tibi: scʒ ꝯfessione laudis: ineternum r in seculū seculi id est quādiu durabit status ecclesie militantis.

¶ Patet ḡ ꝙ̄ bene r ꝙ̄ recte p̄s vocat xp̄i apl̾os principes populorum. Nam quilibet eorꝫ habuit principatum sibi decretum a deo magne prouincie vel regni. Quod etiam in particulari possumuʒ sic ostendere. Nam Jacobus maior fuit princeps populi Hispanie. propter quod vocatur ab ecclesia lux et decus Hispanie. Thomas fuit princeps populi indie. Joannes euangelista populi Asie.

Mattheus populi Ethiopie: Jacobus minor populi Judeorum vtpote tenens sedem suam hierosolymis: vbi primus fert missam celebrasse: Andreas populi Achaie et macedonie: Bartholomeus populi indie: que finem facit terre habitabilis: Philippus populi Hierapolis que est in Asia: Simon et Judas ppl'i Persidis: et signanter ciuitatis Babylonice: cum adiacenti prouincia. Paulus fuit princeps omnium illorum populoꝝ quos ad fidem traxit: siue predicando: siue per epistolas instruendo: vt patet in titulis varijs suarum epistolarum: vtpote ad hebreos: ad Romanos: ad Ephesios: ad Corinthios: ꝛ hmoi. Petrus vero fuit princeps non solum Antiochie: aut Romane ciuitatis: in qua tenuit sedem suam annis. xxv. sed vniuersaliter totius ecclesie: ꝛ hoc authoritate sibi tradita: non quidem ab apostolis aut a sacris consilijs: sed a domino Jesu Christo quando post suam resurrectionem dixit ei illd Joan. xx. Pasce oues meas pasce agnos meos. Unde de eo canit ecclesia dicens. Tu es pastor ouium: princeps apostolorum: tibi tradidit deus claues regni celorum. Patet ergo de dignitate venerandā apostoloꝝ: qꝛ principes populorum appellantur.

¶ Scdo psalmista in verbis predictis tangit de apostolis singularitatem admirandam: qꝛ congregati sunt cum deo Abraham: id est cum Christo: qui hoc dicitur deus Abrahā: eo ꝙ ipse Abraham ipsum venturum credidit: quando illi dictum est a domino. In te. i. in semine tuo quod est xp̄us: vt exponit Apostolus ad Hebre. xi. benedicentur vniuerse cognationes terre. Genesis. xij. Item ipsum passurum preuidit: quando audiuit dn̄m sibi precipientem et dicentem: Tolle filium tuum quem diligis Jsaac: et offeres eū in holocaustum super vnum montium quem monstrauero tibi. Gene. xxij. Ecce ergo quare psalmista vocat xp̄m deum Abraham. Cum isto ergo deo Abrahā congregati sunt principes populorum. i. xij. apostoli. Fuit ergo mirandum ꝛ singulare dei donum ꝙ ex tot milibus hominum qui tempore christi erant super terram: ipse solum elegerit predictos duodecim apostolos. Quibus etiam loquens Joā. xv. ait. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos.

¶ Notandum ergo ꝙ predicti principes populorum congregati sunt cum deo abraham: id est cū Christo multipliciter: siue ad multa.

¶ Primo quidē ad apostolatum vt. s. essent apostoli sui. Quorum figura precessit in. xij. patriarchis filijs. Jacob. Nam sicut a dictis. xij. patriarchis descendit totus populus fidelis veteris testamenti: ita a. xij. apostolis descendit spūal'r totus populus xp̄ianus. Fuerūt etiā prefigurati p. xij. lapides preciosos q̄bus decorabat vestimentum summi sacerdotis antique legis. Ubi per summū sacerdotē intelligitur xp̄s: de q̄ in p̄s. Tu es sacerdos in etnū ꝫm or. melc. Item ad Heb. ix. Xp̄s assistens pontifex futuroꝝ bonoꝝ. Duo-

decim sũt lapides pretiosi.xij. sũt apl'i. Hos itaq3.xij. lapides assumpsit summus põtifex xp̃s ad ornandũ sponsam suã eccle siã: ⁊ vt lucerẽt in ea tũ p vite sctitatẽ:tũ p fructuosam predi cationẽ:tum p sanctam doctrinã quam multi ex ipsis nobis scripto reliquerunt. Unde ⁊ in hymno de ipsis/ vocantur vera mundi lumina. Quibus etiam xp̃s ait Matt. v. Uos estis lux mundi. Insup fuerunt prefigurati p.xij.principes tribuũ isrl': qui cõducebant pplm p desertũ:q̃ etiã obtulerũt magna sacrificia in sctificatiõe tabernaculi:vt pt3 Nũe.vij. Sic ⁊ christi.xij.apl'i:tanq̃ belli triũphales duces aduersus tyrannos et hostes fidei suo sctõ exemplo qd nob3 reliqrũt post p̃tiosam eorũ mortẽ:nũc perducunt nos per desertũ hui⁹ mundi in terram pmissionis.i.in celũ. Sed quid est q̃ p̃dicti.xij.duces obtulerunt magna sacrificia: nisi q̃.xij.christi apostoli duces nostri obtulerũt seipsos morti ppter nomen christi ⁊ fidem ei⁹ defensandam? Ecce quomodo xij.xp̃i apostoli tripliciter p̃figurati sunt:⁊ quõ ꝯgregati sũt cũm deo abraham vt essent ei⁹ apl'i.in quo quidẽ facto collata est eis admirãda singularitas: et per consequens sunt valde a nobis honorãdi.Si enim honorantur in curijs principum illi pre ceteris qui sunt ipsis principibus proximiores et familiariores:sicut pt3 de Aman in curia regis Assueri: item de Joseph in curia regis Pharaonis:q̃to magis sunt a nobis honorandi xij.xp̃i apostoli:quos ipse etia3 in presenti tantum honorauit q̃ vocauit eos ad curiam suã: vt essent sibi proximiores?

¶ Scd̃o predicti principes populoꝝ congregati sunt cu3 deo Abraham.i.cum xp̃o ad predicãdum ⁊ miracula faciendum. Et de hoc scribit Matth.x.vbi sic legit: Cõuocatis Jesus.xij. discipulis suis/dedit illis potestatem spũum immundorũ: vt eijcerẽt eos:et curarẽt oẽm languorem; et oẽm infirmitatem. Et post pauca. Euntes (inquit xp̃s ad eos)predicate dicẽtes: q2 appropinquabit regnũ celorum. Ecce duplex cõmissio facta apl'is per xp̃m. Quã quidẽ cõmissionem plene cõpleuerunt post ipsi⁹ xp̃i ascẽsionem ⁊ spiritussancti missionẽ. Nam tunc illi profecti predicauerũt vbiq3 domino cooperante et sermonẽ confirmante sequentib⁹ signis: vt habetur Mar.xvi.in fi.

¶ Tertio predicti principes populoꝝ congregati sunt cu3 deo Abraham.i.cũ xp̃o ad cenandum ⁊ simul'cũ eo epulandum. Nam vt legit Mat.xxvi.Uespere facto discũbebat Jesus cum xij.discipulis suis:sc3 in vltima cena qñ comedit cũ eis agnum paschalẽ:pariter ⁊ instituit sacramẽtũ altaris sub vtraq3 specie. In illa aũt congregatione multa acta sunt. Nam tũc xp̃s pedes discipuloꝝ suoꝝ lauit. Dictos discipulos sacerdotes fecit;cũ ait illis: Hec q̃tienscunq3 feceritis ⁊c. Illis corp⁹ ⁊ sanguinem in cibũ et potum dedit. Multa futura predixit: vt pote Jude traditionem:discipuloꝝ ruinã: Petri negationem:suam imminẽtẽ mortem ⁊ passionem;

dicēs: Fili⁹ hois vadit sicut &c. Hmōi ꝙ congregatio ptim fuit iocūda ꝓpter sacramenti altaris institutionem: et partim lachrymosa atqꝫ pia ꝓpter predicta: ita vt de ea merito possit dici illud Prouer. xiiij. Risus dolore miscebitur.

¶ Quarto sepe dicti principes pploꝝ congregati sunt cuꝫ deo Abraham. i. cū xp̄o ad mortē tolerandum & patiēdū. Hoc est dictu ꝙ sicut xp̄s a iudeis iniuste est passus: ita et ipsi apostoli iniuste sunt post eū occisi a tyrānis: & nois ipsi⁹ ꝑsecutorib⁹. Nam petr⁹ inuersis pedib⁹ est crucifix⁹: sil'r et frater ejus Andreas. Bartholome⁹ excoriatus. Paulus capite truncatus. Mattheus gladio transfixus. Jacob⁹ maior capite truncat⁹. Jacob⁹ minor de pinna templi deiect⁹ / et pertica fullonis excerebrat⁹. Simon & Judas fratres irruētib⁹ idoloꝝ pōtificib⁹ occiduntur. Philippus syuthis predicās primū crucifix⁹: deinde de cruce depositus lapidat⁹ est. Thomas gladio transuerberatus. Mathias lapidatus: et securi percussus. Barnabas crudeliter a iudeis est ꝯbustus. Et sic patꝫ inductiue qualiter principes pploꝝ. i. apl'i congregati sunt cū xp̄o ad mortē tolerandū: nō qdē cū eo / sed ꝓpter eū: Excipit tñ btūs Joā. euāg. ꝗ etsi multa fuerit ꝓpter ipsum christum perpessus tormentoꝝ genera: tandem tamen a xp̄o vocat⁹: a dolore mortis extraneus migrauit ad celum

¶ Quinto dicti principes pploꝝ cōgregātur nunc cū deo Abraham xp̄o in celo ad simul cum eo gloriose regnādū & gaudendum. Sic eñ olim illis ꝓmiserat Mat. v. dicens: Gaudete in illa die et exultate: qm̄ merces vestra copiosa est in celis. Item Lu. x. Gaudete qꝛ noia vr̄a scripta sunt in celis. Merito ꝙ hodie pōt xp̄s dicere de suis discipl'is illō Lu. xi. Ostiū meū clausum est. i. introit⁹ paradisi: qui clausus est petōribus: et pueri mei. i. apl'i mecū sunt in cubili.

¶ Sexto sepe dicti principes populoꝝ congregabuntur cū deo Abraham. i. cū xp̄o in die iudicij. Sic eñ illis ꝓmisit cum adhuc esset in hoc mundo cuꝫ eis Mat. xix. dicens: Uos ꝗ secuti estis me in regeneratione: cum sederit fili⁹ hois in sede maiestatis sue: sedebitis & vos super sedes. xij. iudicātes. xij. tribus israel. Circa quod notandum ꝙ iudicare / pōt tripliciter accipi: videlicet principaliter siue auctoritatiue. et hoc modo tantum index dr̄ iudicare. Secundo assessorie. et hoc modo illi qui assistūt iudici: vt ꝓcurator regius & sil'r aduocatus / dicuntur iudicare. Tertio approbatiue. & hoc modo quotquot approbāt sententiam iudicis / dicūtur iudicare. Modo ad ꝓpositum solus xp̄us auctoritatiue iudicabit. xij. trib⁹ israel in die iudicij. i. oēm multitudinem iudicādoꝝ. Ipse enim est solus iudex viuorū et mortuorū. Apostoli aūt iudicabunt assessorie: vtpote in eminentiori loco assistentes iudici xp̄o. Ceteri vero electi iudicabunt reprobos approbatiue: id est approbando sentētiam iudicis Christi tanꝗ̄ iustam. Et sic patet qualiter

ꝑncipes populorum. i. apostoli intelligantur congregari cum deo Abraham.

¶ Moraliter. Per ꝑncipes populorum recte intelligi possunt epi et ceteri eccl'ie prelati: quorum multi incedunt cum multo apparatu ꝛ pompa: ita vt in fastu hui9 seculi frequenter excedãt ꝑncipes seculares. Insup multi talium non congregantur cũ deo Abraham per fidem ꝛ charitatem: sed potius cum regib9 et principibus: sequẽdo curias eorum. Interdum etiam famulantes eis in vilibus et mercenariis officiis. Mentior si non vidi quendam epm falconarium regis ludouici duodecimi. Hũc semel contigit grauissime egrotare: ita vt timeret mori. Quem cum visitasset confessor regis: quẽ optime noui: iurauit ei per sacros ordines ꝙ si posset ꝑstinam recuperare sanitatem: ex toto relinqueret curiam: et ad suas oues se conuerteret. Sed profecto adepta sanitate / plus implicat9 est negotijs curialibus ꝙ prius. Unde talem abusum considerãs pariter ꝛ irridens qdam vir generosus noie chabanus domini Martini: accessit ad regem frãcie Ludouicum vndecimũ. cui familiaris erat ꝛ dixit ei. Te prouidentissime rex exoro: vt mihi cõcedas ciuitatẽ Ebroycẽsem petere vbi de sacerdotib9 et clericis ordinandis atque ecclesie negotiis cũcta disponã. Eque enĩ lz mihi hoc agere ꝙtum licet domino Ballue cardinali et episcopo Ebroycen. de negotiis regni ꝛ de facto guerre atq militũ se intromittere. Rex autem verba chabani cũ risu accepit. Hec Guaguinus in chronica sua.

¶ Tertio principaliter psalmista in verbis ꝑdictis tãgit tyrãnorum malignitatem detestandam: cum subdit dicens. Quoniam dij fortes terre vehementer eleuati sunt. Ubi notãdum ꝙ dij terre i ꝓposito designant imperatores reges et principes illos qui in primitiua ecclesia vsq ad tẽpora cõstantini quasi assidue persecuti sunt ecclesiaz christianã: ꝛ similiter quotquot postea eam persecuti sunt. Et de talibus quatuor ꝑncipaliter tanguntur in verbis predictis. Primum est ꝙ vocantur dii: scilicet participatiue: iuxta illud psalmiste. Ego dixi dii estis. Uel forsan dicuntur dii abusiue siue vsurpatiue: quia nõnulli eorum voluerunt sibi vsurpare honorem diuinũ: sicut patet de Herode: de quo legitur Actuũ. xii. ꝙ quadam die vestitus est veste regia: et sedit pro tribunali: ꝛ concionabatur ad populum Populus autem acclamabat: Dei voces: et non hominis. Secundum est ꝙ vocantur fortes: et hoc per secularem potentiã. Uel fortes supple ad faciendũ malum seruis Jesu christi: sicut patuit in sanctis dei martyribus. Tertium est ꝙ vocantur dii terre: tum ad differentiam veri dei: qui est deus celi et terre. Tum quia faciunt se timeri et honorari super terram tanquam essent dii. Quartum est ꝙ tales tyranni fuerunt valde superbi et elati: quia vehementer eleuati sunt: supple persuperbiam. Uel vehementer

elevati sunt per iram et impatientiā: quando scʒ viderunt se nō posse superare humiles seruos christi. Propter qđ nōnulli eorū seipsos proprijs mucronibus necauerunt. Alij dentibus suis carnē suā dilaniauerunt. Alij in ignē aut fluuiū se precipitauerunt: relinquentes post se manifesta indicia persecutionis iniuste. Sed qꝛ nō est cōsilium neqꝫ potestas contra dñm qui pugnabat pro sanctis amicis suis contra dictos tyrānos: ideo non potuerūt delere seruos christi: neqꝫ fidē christianā extinguere prout optabant: quinimmo quanto plus opprimebāt eos: tanto magis multiplicabant numero: ꝛ crescebant merito: vt in figura dicitur. Exo. i. de filijs israel: quos multipliciter ꝛ grauiter opprimebat rex Pharao cum suis.

¶ Moraliter. Dij fortes terre sunt demones: qui sunt dij per participationem: vel quia faciunt se adorari ab infidelibus pro veris dijs. De quib9 in psalmo. Oēs dii gentium demonia. Item sunt fortes per naturalez virtutez. Unde de behemoth dicitur. Job. xli. qꝫ nō est potestas super terram que comparetur ei: qui factus est vt nullum timeret. Uocantur etiam ipsi demones dii terre: eo qꝫ ibi regnāt super malos. Hi ergo dii terre vehementer eleuantur per superbiam et malitiam aduersus principes populorum id est bonos prelatos. et quoscunque deuotos catholicos: qui in presenti congregantur cum deo Abraham per fidem et charitatem: et qui tandem cum eodem congregabuntur per gloriam eternam. Quam nobis cōcedat qui in Trinitate perfecta viuit et regnat. Amen.

¶ Sermo primus de cōmuni vnius martyris aut plurium.

Te martyrū candidatus laudat exercitus. Uerba hec sunt diui Augustini in hymno ecclesiastico. Legitur in principio sermonum diui Augustini / qualiter eum baptizauit in ecclesia Mediolanensi beatus pater Ambrosius. Et tunc ab vtroque editus est ille hymnus: Te deuz laudamus: vno dicente vnum versum / et alio respondente alium. In quo quidem hymno fit expressa mentio sanctissime trinitatis / pariter et diuine vnitatis: quam in celis laudant nouem angelorum ordines dicentes: Sanctus: Sanctus: Sanctus. Ecce trinitatis expressio: quis sensus est: Sanctus pater: Sāctus filius: Sāctus spūssanctus: Deinde cū subditur: Dominus de9 sabbaoth: insinuat vnitatē essentie et deitatis. Deinde sequit: Te gloriosus apostolorū chorus. Te prophetarum laudabilis numerus. Te martyrum candidatus laudat exercitus. Ubi post apostolos.

& prophetas enumerantur sancti dei martyres: ad insinuandũ q post apostolos et prophetas ipsi sublimius coronantur et regnant in celis.

¶ In quibus verbis tria de ipsis martyribus exprimuntur.

¶ Primum est q vocantur candidati. i. dealbati. Apocal. vii. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna: quã supp. passi sunt in presenti propter nomen & fidẽ xpi: & lauerũt stolas suas: id est animas: tum in baptismo: tum in penitentia: tum in sanguinis effusione: seu mortis propter christum perpessione. Et hoc est quod subditur. Et dealbauerunt eas: scilz animas: in sanguine agni: id est in fide xpi vel in merito passionis ipsius: vel in sanguine proprio effuso in martyrio propter agnũ christum. Nam huiusmodi sanguinis effusio per martyrium dealbat animas totalr: scz a culpa & pena: vt patz extra de diuortijs. ca. gaudemus. item de consecra. dist. iiii. per baptismum: Unde merito de talibus potest dici illud Apocaly. xiiii. Sine macula sunt ante thronũ dei. Beati sunt ergo qui lauãt stolas suas in sanguie agni vt habetur Apo. xxii.

¶ Secundum quod exprimitur vbi supra de sanctis martyrib⁹ est q laudãt deum. Apoca. vij. Clamãt voce magna dicẽtes. Salus deo nostro. i. deo patri: qui sedet sup thronũ: et agno: id est Jesu xpo: de quo Joan. i. Ecce agnus dei. Laudant ergo deum sancti martyres in celo: tum quia euaserunt in nomine ci⁹ penas huius seculi. Apocalyp. vij. Non esurient neqz sitiẽt amplius: neqz cadet super illos sol: neqz vllus estus: tum quia in celo habent premium speciale: quod est aureola martyrij: tum quia in signũ victorie post generalem resurrectionem habebunt palmas in manib⁹ suis vt habetur vbi supra. Unde in hymno de vno martyre sic canit ecclesia. Martyr dei qui vnicum patris sequens filium: victis triũphas hostibus victor fruens celestibus. Item in hymno de pluribus martyrib⁹. Que vox que poterit lingua retexere que tu martyribus munera preparas: tu supple. deus: rubrinam fluido sanguine: laureis ditantur bene fulgidis.

¶ Tertium qd exprimitur vbi supra de eisdem martyrib⁹: est eorum multitudo copiosa: quia exercitus. Exercitus enim est nomen collectiuum significans multitudinem ad militiam paratam. Et ideo multitudo sanctorum martyrum recte vocat exercit⁹: qr hi preliati sunt contra mundi tyrannos et ecclesie xpiane psecutores/ quos vicerunt sanguinẽ suũ fundendo & mortẽ patiẽter pro xpo sustinendo. Mirabile certe victorie genus: in quo qui occiduntur/ vincere dicũtur. Et vere sic est. Tyranni enim hoc solum intẽdebant q sancti dei martyres cultum vni⁹ veri dei relinquerẽt: & suis idolis immolarent. Hoc autem facere nequiuerũt. Ex quo ptz q victi sunt. Sed ad propositum redeuntes/ de multitudine huiusmodi exercitus loquẽs beatus Jo. apoca. vij. ait. Uidi turbam magnam quam dinume

rare nemo poterat: ex omnibus gentibus et tribubus: supp. Judeorum quantū ad eos qui conuersi sunt ad fidem catholicam in primitiua ecclesia: et qui passi sunt tandem martyrium. Sequitur: et populis et linguis id est ex omni natione que sub celo est: quia de qualibet natione aliqui fuerunt martyrizati propter fidem Christi. Sequitur. stantes ante thronum: scz ꝑ apertam dei visionem: ad quam directe introducit martyrium. In cuius rei signū legitur de beato Stephano ꝙ cū lapidaretur: suspiciens in celum vidit celos apertos: et Jesum stantem a dextris virtutis dei. Actuum. vii. Quod si quis querat quantus sit numerus exercitus candidatorum: id est dealbatoꝝ martyrū Christi: Respondetur ꝙ nobis eit incognitus: iuxta testimoniū diui Joan. dicentis ꝙ nemo. i. nullus homo dinumerare poterat turbam quam vidit. Ille tamen qui nouit multitudinem stellarum: et omnibus eis nomina vocat: ipsum numerū determinate nouit: iuxta illō dictum Gregorii in quadam collecta. Deus (inquit) cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus.

¶ Moraliter. Si cupimus laudare dominum in celis cum ꝑdicto exercitu cādidatoꝝ martyrū: necesse est vt et nos simus candidati: id est candidi facti per mētis nitorem: quia peccatores deus nō audit. Joan. ix. Et Ecclesiastici. xv. Non est speciosa laus in ore peccatoris. i. deo placita vt exponit glo. interli. Dicit etiā Chrysosto. sup Mattheum in opere imperfecto homil. xv. ꝙ q̄ orat et peccat: nō rogat deū: sed deludit. Laudemus ergo charissimi dominum cum candido corde: vt sic ab eo exanditi percipiamus eius gratiam in presenti: et gloriam in futuro. Quam nobis ꝑstare dignetur ille qui in trinitate perfecta viuit etc.

¶ Sermo secundus de cōmuni vni9 martyris aut pluriū

PRopẽ te mortificamur tota die. psal. xliii. Quāuis oēs sancti dei martyres sint a nobꝫ honorādi et venerādi ꝑ ceterꝫ tñ illi q̄ in territorio nr̄o passi sunt: aut quoꝝ corpora in toto vel in ꝑte apō nos requiescunt: siue quoꝝ meritis crebro apud nos miracula fiūt.

¶ Primum horū probatur per Ambro. ser. lxxviii. qui intitulatur de natali sanctorum octauū etc. ita dicentem. Cum oim sanctorū martyrū fratres deuotissime natalem celebrare debeamus: precipue tamen eorū solennitas tota nobis veneratione curanda est: q̄ in nostris domiciliis ꝓprium sanguinem profuderūt. Nam licet vniuersi sancti vbiq̃ sint / et omnibus prosint: specialiter tamen illi ꝓ nobis interueniunt: qui et supplicia ꝑtulere pro nobis. Martyr enim cum patitur: non sibi tm̄ patitur: sed et ciuibus suis: Sibi etiā patitur ad premium: ciuibus ad exēplum. Sibi patitur ad requiem: ciuibus ad salutem. Nam sanctorū martyrū exemplo didicimus deo crede-

re: didicimus cõtumelijs vitam eternã querere: didicimus mortem nõ timere. Beati igitur martyres nec sibi vixerunt/ nec sibi mortui sunt. Exemplum enim nobis reliquerũt conuersationis bñ viuendo/ et passiones fortiter tolerãdo. Nã ideo dñs per totum mũdũ diuersis in locis martyres pati voluit vt tanq̃ idonei testes nos pñti quodam fidei exemplo sue confessionis vrgerent: vt humana fragilitas que predicationi dominice auditu longiore vix credidit: vel pñti oculorum testimonio martyrio crederet beatorum. Hec Ambro. vbi. s. Ex quibus verbis patz aperte q illi sancti martyres q in territorio nño passi sunt / pre ceteris sunt a nobis colendi. quod erat primum probandum.

¶ Scdm pbãdũ est q illi martyres pre ceteris sunt a nobis colẽdi / quorum corpa in toto vel in parte apud nos requiescunt. Istud ptz per eũd Amb. vbi. s. sic dicentẽ: Cũcti martyres deuotissime pcolẽdi sunt: sed specialiter hi venerãdi sunt quorum reliquias possidemus. Ceteri enim martyres nos suis orationibus adiuuãt: sed isti etiam nos adiuuãt passione et exẽplo. Cuz his etiã nobis familiaritas est. Semper enim nobiscũ sunt et morãtur: atq̃ in corpore nos viuẽtes custodiũt: et de corpore recedentes excipiunt: hic quidem ne labes peccatorum absumat: ibi aũt ne inferni horror inuadat. Hec ille.

¶ Tertium pbandum est q illi sancti dei martyres quorum meritis crebro: id est frequenter apud nos miracula fiunt / sunt a nobis speciali honore venerandi / etiã pre ceteris: ceteris paribus. Ratio enim recta dictat q ille pre ceteris colendus est a nobis a quo plura suscipimus beneficia. Alias possemus iuste redargui de ingratitudine. Nõ pigeat ergo venerari et colere illũ quẽ deus colit et veneratur: scz per miraculorũ operationẽ vt inqt Aug. epla. ccv. ad Cyrillum Hierosolymitanũ epm: de obitu beati Hiero. scribens.

¶ Est tñ circa hoc notandum q aliquãdo sancti maioribus miraculis clarescunt vbi eorum corpa minime quiescunt q̃ vbi quiescũt: non quidem q̃si odio habentes / aut cõtennẽtes dicta loca: sz hoc fit ad tollẽdũ dubietatez infirmorum hoim: q forsan dubitare possent an ipsi sancti ad exaudiendum ibi pñtes sint: vbi constat q in suis corporibus presentes nõ sunt. Ibi ergo necesse est eos maiora signa ostendere vbi de ipsorum presentia potest mẽs humana dubitare. Hec Grego. in suo dialogo: libro secũdo in fine. Hi ergo sunt in quorum persona loquitur psal. in themate preassũpto / dicens: Propter te (supple deus) mortificamur tota die.

¶ In quibus quidẽ verbis de ipsis sctis dei martyribus tria pncipaliter tanguntur: et q̃ sunt de essentia martyrij. Hec sunt
Causa: quia propter te.
Pena: quia mortificamur.
Perseuerãtia: quia tota die.

¶ Primum igitur qd requiritur ad martyrij rõnẽ: est causa rõnabilis: q tangit cum dr: Propter te: scz dñe deus. Ut enim dicit Augu. de pluribus marty=

ribus.sermo.vi. Pena non facit aliquem martyrem: sed causa. Nam vt dicit idem Augustinus super psal. ps. xxxiiij. Sceleratus homo pōt habere martyris similem penam: sed tamen dissimilē cām. Tres erāt ī cruce: vnus saluator: alter saluādus: alter dānādus. Oim par pena sz impar causa. Deinde concludit dicens. Itaq martyres non facit pena: sed causa. Hec ille. Merito ergo quilibet martyr pōt dicere ad dominum illud psalm. Judica me deus et discerne cām meā de gēte nō sancta. Et nota q non dicit: discerne penam meā: sed causam meam. Notandum ergo q aliquis potest pati mortem propter multa: videlicet propter

Delicti punitionem.
Glorie adeptionem.
Perfidie obstinationem.
Dei dilectionem.

¶ Primo igitur propter delicti punitionem: sicut patet de malefactore q propter scelera sua suspenditur: siue capite plectit: aut ignibus crematur scdm delicti grauitatē: aut qualitatem. Talis ergo non est censendus martyr: qr non patitur propter te.i. propter dnm. Unde et latro cuz xpo crucifixus qmuis propter maximam contritionem quam in fine habuit / introierit paradisum: iuxta xpi promissionem dicētis: Hodie mecum eris rc. non tamen illic introiuit tanq martyr. Potest tamen saluari qui propter facinora sua iuste mortem patitur: dūmodo conteratur et confiteatur. Unde solet in prouerbio dici q plures volant ad celum de patibulo qz de prostibulo. Insup verecūdia et humana confusio quam patitur qui publice propter scelera sua moritur: diminuit aliquid de pena in foro dei debita: et auget premium in celo recipiendum: dummodo assit patientia cum gratia et charitate.

¶ Scdo quis potest pati mortem propter glie adeptionem: sicut sepe contingit in bello vbi multi q̄si tentantes deū / aggrediuntur ardua: etiam que interdum sunt supra humanam facultatem: et hoc solū vt reportent triūphum casu quo euaserint: aut vt relinquant post se nomen celebre. In hoc similes illi pagano qui dicebatur Curtius. De eo eni refert Aug. lib. iiij. de ciui. dei. c. xx. post Ualerium, libro. v. Item post Titum Liuium lib. vij. q cum anno ab vrbe Romana condita. cccxc. in medio fori ciuitatis terra se aperuisset: et specum horribilis pfunditatis fecisset: responsum est a vatibus q si Romani vellent rem suam publicam perpetuari: illud in quo plus possent et excellerent: illi hiatui deuouerent: et eo ipsum implerent. Oim aūt iudicio compertum est q miles Curtius esset ille qui ceteros excelleret. Quo audito ille armatus et equo insidens seipm in illud antrum vltro immisit: sicq hiatus ille ex tunc clausus est. Factum istud olim romani efferebāt vsq ad celū. Fides aūt catholica ipsum reprobat: nec talis miles ponendus est in catalogo militū xpi: eo q non est passus pter te.i. propter deum. Similiter siquis exponeret se morti militando

contra hostes fidei vt post illius mortem veneraretur ab ecclesia tanq̃ martyr: huic operi non tam premiũ q̃ eternum supliciũ deberet: vt dicit Hierõ. et notatur in decretis.j.q̃stio.j. vide.

¶ Tertio quis põt pati mortem propter perfidie obstinationẽ: sicut patet de hereticis qui interdum adeo obstinati sunt et excecati q̄ preeligunt ignibus cremari q̃ abrenunciare suam heresim. Tales ergo non sunt martyres xp̄i: q2 non patiuntur propter te: sed potius sunt martyres diaboli.

¶ Quarto quis potest pati mortem ꝑpter dei dilectionem: vtpote cum quis est tam ardens in dilectione dei q̄ exponit se mortis periculo pro defendenda fide catholica: et talis est ꝑprie censendus martyr: q2 propter te.i.ꝑpter xp̄um mortificatur et occidit. Martyr enim grece, testis latine dr̄. Nullus autẽ põt maius testimonium ferre de fide catholica q̃ dicere: volo mori si non ita sit sicut predico aut assero. Sic autẽ facit qui cunq̄ ꝑpter xp̄um occiditur. Et ideo talis merito martyr censet. Unñ Apo. ad Heb.xj. loquens de martyribus et de varijs cruciatib9 ⁊ penis quas passi sunt olim etiã in lege veteri propter fidei defensionem: dt sic. Alij distenti sunt.s.in equuleo: nõ suscipiẽtes redemptionem.i.a suis tormentis liberationem: vt meliorem inuenirent resurrectionem scz in futuro. Alij ludibria ⁊ verbera experti: insuper ⁊ vincula et carceres. Lapidati sunt: secti sunt: tẽtati sunt ꝓmissionib9: in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt: supple multa mundi loca tanq̃ exules et profugi in melotis et pellibus caprinis: id est in asperitate ⁊ vilitate vestium, egentes: pre defectu cibi ⁊ potus: angustiati: afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes: in montibus ⁊ in speluncis ⁊ in cauernis terre: supp. ad tempus se abscondẽtes. Uel hoc dicit apo. propter infirmos ⁊ imperfectos fideles qui se elongabant ne occiderentur ab hostib9 fidei tempore persecutionis illius. Deinde concludit de omnibus predictis ac similibus apostolus dicens. Et hi omnes testimonio fidei prelati inuenti sunt. Bene ergo dictum est q̄ martyr idem est q̄ testis. Predicti ergo ⁊ similes sunt ꝑprie martyres dei. Unde de vnoquoq̄ tali põt dici illud quod canit eccl'ia in hymno de vno martyre. Martyr dei qui vnicum patris sequendo filium, sequendo inquam ꝑ fidem et per violente mortis similitudinem: victis triumphas hostibus: victor fruens celestib9. Ecce premium cuiuslibet martyris xp̄i: scz frui celestibus. Unde de hoc premio canit ecclesia in hymno de pluribus martyribus dicens. Que vox que poterit lingua retexere que tu supple deus, martyribus munera preparas: rubri nam fluido sanguine: laureis ditantur bñ fulgidis. Et sic p3 de primo.

¶ Secundum principale quod ad martyrium requirit: est pena: non qualiscunq̄, sed illa que inducit mortem. Et hoc notatur cum dicitur in themate: mortis

ficamur. Qz si obijciat de beato Martino q non est passus mortem propter Christum: et tamen palmam martyrij non amisit prout de eo canit ecclia: Rndetur q duplex est palma martyrij: scz principalis siue essentialis: que consistit in dei visione et fruitione: que etiam correspondet bone volitioni. Et talem palmam habuit beatus Martinus similiter et quotquot habuerunt volitionem efficacem subeunde mortis propter xpm: sicut habuit beatus pater noster Dominicus: de quo sequit q sitiebat seruus xpi martyrium: sicut sitit ceruus ad aque fluuium.

Est alia palma martyrij minus principalis siue accidentalis que correspondet actui exteriori: imperato tn ab interiori. Et dr hec palma accidentalis: prima aut essentialis: eo q tantum differt ista ab illa sicut accidens a substantia. Et hanc palmam non habuit anima beati Martini.

¶ Moraliter. Notandum est circa hanc materia q preter martyriu corporale: quod consistit in pena corporis, est aliud multiplex martyrium spuale: qd consistit interius in anima siue in corde.

¶ Primum igitur spuale martyrium consistit in passionum sedatione. Nam vt dicit Augustinus in libello qui intitulatur de honestate mulierum. Iracundiam mitigare: libidinem fugare: iustitiam custodire: superbia humiliare: cupiditatem seu auaritiam contenere: pars magna est martyrij. Hec ille. Adde q quanto difficilius huiusmodi passiones et vitia corriguntur tanto hmoi spuale martyrium ceteris paribus est magis meritorium et laudabilius. Ite ad idem propositum loquens idem Augustinus ad fratres in eremo: sermo. lx. qui intitulatur de persecutione Christianorum. Non putemus inquit tantum in effusione sanguinis esse martyrium: semper enim est martyrium veris christianis et religiosis. Nam quocuqz se vertunt persecutio illis adest. Si viderint mulierem: statim oculus eorum eos psequitur: cupies interficere animas eoz. Si viderint diuitias, si aurum, si argentum, si possessiones, si pulchra vestimenta: qd cunqz viderint, illud statim persequitur animas eorum. Adolescentulum libido persequitur: et vult ipsa libido sanguinem effundere: et sic de alijs. Hec ille.

¶ Secundum spuale martyriu consistit in veritatis defensione. Unde idem Augustinus sermone de ebrietate: Nemo inquit dicat fratres charissimi q in istis temporibus martyres non sint. Quotidie nempe martyres sunt et fiunt. Martyr enim testis interpretat. Quicunqz g pro veritate testimoniu dederit: et oes causas cum iustitia iudicauerit: qcquid pro testimonio veritatis vel iustitie pertulerit: totum ei dns pro martyrio computabit. Hec ille.

¶ Tertium spirituale martyrium consistit in inimicoz dilectione. Nam vincere animum suum vt diligat odientem et nocente: illiqz benefaciat reddendo bonum pro malo: per diffici

se est. Et ideo hoc reputatur tanquam spirituale martyrium. Unde Gregorius homilia. xxxv. Martyres inquit esse possumus etiam si nullo ferro percutientium trucidemur. Nam ferre contumelias / et odientem diligere: martyrium est in occulta cogitatione.

¶ Quartum consistit in aduersorum equanimi toleratione. Unde idem Gregorius vbi supra. Sine inquit ferro martyres esse possumus: si patientiam in animo veraciter custodimus. Unde adducit ibi verbũ Christi dicentis ad Jacobũ et Joannem. Calicem inquit meum bibetis. Matthei vigesimo. Uterque inquit discipulus martyr fuit sed differenter. Jacobus quidẽ mente et corpore: Joannes vero mente tantum: in hoc supp. quod inter multa aduersa que passus est / semper patientiam in animo seruauit.

¶ Quintum consistit in Christianorum compassione. Qui enim compatitur necessitati vel infortunio proximi sui: est martyr in corde suo. Unde Gregorius homilia. xxxvij. exponens illud Luce decimoquarto. Qui non baiulat crucem suam: et venit post me / non potest meus esse discipulus / dicit sic. Crux a cruciatu dicitur. Duobus autem modis crucem domini portamus: cum aut per abstinentiam carnẽ afficimus: aut cũ per compassionem proximi / necessitatem illius nostram putamus. Qui enim dolorẽ exhibet in aliena necessitate crucem portat in mente. Hec ille.

¶ Sextum consistit in dominice passionis pia contemplatione. Qui enim deuote contemplatur Christi passionem: et ipsi Christo patienti ex corde compatitur: est quodammodo martyr in anima sua. Talis autem martyr fuit Paulus / qui de seipso loquens ad Galat. ii. ait: Christo cruci confixus sum: scilicet per compassionem. Unde et ad Gala. vj. dicebat. Ego stigmata domini Jesu in corpore meo porto. Patet ergo qualiter sex modis possamus esse spiritualiter martyres. Et sic patet de secundo principali.

¶ Tertium principale ad martyrium requisitum est finalis perseuerantia: que notatur in themate cum subditur: tota die. Multi enim multa tormenta propter Christum perpessi sunt: qui tamen non propterea martyres extiterunt: eo quod vi tormentorum fidem abnegauerunt: quam tamen neque corde neque ore negare licet: maxime cum dicat Apostolus ad Romanos decimo: quod ore confessio fit ad salutem. Ac si aperte diceret quod tempore et loco necesse est confiteri fidem catholicam: maxime cum impugnatur: et quis a tyranno de ea interrogatur. Uerus itaque martyr est ille qui non cedit tormentis: sed potius tormenta cedunt ei: quia inter illa perseuerat in confessione nominis Christi vsque ad mortem inclusiue. Modo ipse Christus promisit Matthei decimo / quod qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.

¶ Ubi notandum quod huiusmodi perseuerantia speciale dei donũ fuit. Alias quõo potuissent sancti

dei martyres in ipsis tormẽtis perseuerare in confessione no=minis christi: presertim tribus pensatis.

¶ Primũ est ipsorum tormentorum diuturnitas. Nã multi non vno die aut mẽse passi sunt: sed per mẽses ⁊ annos: vtpote car=cerali custodie in fame ⁊ siti: in frigore et nuditate mancipati: siue in exilium relegati.

¶ Secundum est ipsorum tor=mentorũ crudelitas ⁊ varietas. Nã aliqui ex ipsis fuerunt cru=cibus conclauati. Alij affixi fu=nibus: vt diutius in tormentis permanerẽt. Alii viui excoria=ti. Alii lapidibus more canum rabidorum obruti. Alij ignibus cõcremati. Alii bestiarum den=tibus dilaniati. Alii aquis sub=mersi. Alii pectinibus ferreis discerpti. Alij in equuleis suspẽ=si. Alii super carbones arden=tes exusti. Alii in aqua feruen=ti vel oleo bullienti siue plum=bo liquefacto i'mersi. Alii mem=bris sui corpis minutatim trũ=cati. Alij plumbatis cesi. Alii plagis acceptis aceto ⁊ sale cõ=fricati: ⁊ sic de multis alijs dif=ferentijs penarum quas passi sunt sancti dei martyres: nõ qui=dem propria virtute vt dictum est: sed potius virtute diuina: vt dicit in decret. distin. xv. sancta romana ecclesia.

¶ Tertium pensandum circa ipsos martyres est carnis tene=ritas. Plures enim ex ipsis fue=rant prius delicate nutriti: vt multi nobiles ⁊ potentes. Alij teneri erant: vt iuuenes: ⁊ signã=ter formose puelle/ quales erant Catharina/ Barbara/ Cecilia/ Agatha/ Agnes/ ⁊ similes. Un=de aliquando in collecta que in ecclesia legitur in festo alicu=ius virginis: sic oramus: dicen=tes. Deus qui inter cetera po=tentie tue miracula etiam in se=xu fragili martyrij victoriam contulisti ⁊c.

¶ Moraliter. Ex precedentibus instruimur perseuerare in bo=nis operibus non obstante diffi=cultate in eis consistente: qr vt dicitur Sapien. iij. Bonorum operum gloriosus est fructus: scz gaudium eternum: vt expo=nit gloss. interli. Un̄ ps. Qui se=minant in lachrymis. Ecce bo=num opus. In exultatione me=tẽt. Ecce gloriosus fruct⁹. Sed profecto multi cõsiderantes ar=duitatem et difficultatem que interdũ reperitur in bono ope=re: ipsum relinquunt: et sic fru=ctum gloriosum non percipiũt: cum tamen videamus cornicẽ totum studium ⁊ laborem im=pendere vt frangat testam nu=cis vt sic ꝑcipiat nucleũ ipsius. Econtra autẽ vulpes sentiens amaritudinem corticis ipsius nucis totum proijcit: ⁊ sic pri=uatur fructu illius. Hoc idem etiam operatur simia. Non sic agamus charissimi: sed perse=uerem⁹ in bonis ⁊ sanctis ope=ribus: exemplo sanctoꝝ marty=rum quibus reddidit deus la=borem suum: quod est eternum gaudium. Quod nobis conce=dat ille qui in trinitate perfe=cta viuit ⁊ regnat. Amen.

¶ Item habes aliũ sermo=nem de vno aut pluribus martyribus in magno ro=sario. Ser. xxviij. qui intitu=latur De rosa martyrij.

¶Sermo de communi vnius cōfessoris episcopi.

Ecce sacerdos magnus q̃ in diebus suis placuit deo. Ecclesiastici. l. Mater nostra ecclesia in honorē beati. N. cuius hodie festum colitur: assumit in epistola presentis solennitatis verba preassumpta dicens. Ecce sacerdos magnus q̃ ꝛc. Ecce igitur sanctus

Honorabilis propter adeptam dignitatem: quia sacerdos.
Admirabilis propter signoꝝ operationem: quia magnus
Imitabilis propter honestam cōuersationem: quia in diebus suis placuit deo.

¶Primo igit. ꝛc. Pro quo notandum ꝙ status sacerdotalis est valde honorabilis: et signanter propter tria: que sunt

Preceptum
Officium
Beneficium.

¶Primo quidem propter preceptum. Nam sub illo precepto Honora patrem tuum: includitur preceptum de honorandis sacerdotibus. Hi sunt enim patres spirituales illorum vniuersaliter quibus sacramēta ecclesiastica ministrauerūt. Ex quo concluditur ꝙ sunt honorandi. Hoc etiam visus est innuere christus de ipsis loquens Luce. x. cū ait. Qui vos audit me audit. Et qui vos spernit: me spernit.

¶Secundo sunt honorandi ꝑpter officium. Nam eorum officiū adeo magnū est ꝙ in multis excellunt sanctos dei angelos: etiam et beatam virginem cum patriarchis ac prophetis.

¶Primo quidem respectu corporis Christi veri. Hi enim ipsum conficiunt vtentes debita forma: ꝛ habita cōueniente materia. concurrente intētione recta. Predicti autē sancti etiam simul sumpti predictam consecrationē facere nequeunt. Unde ad propositum loquens deuotus Bernardus sermo. ij. in cena domini dicit sic. O preclara ꝛ reuerenda potestas vestra domini sacerdotes. Certe non est potestas post deum sicut potestas vestra. Forsitan scire vultis: ꝛ audire delectat apertius quenam sit ista tanta potestas cui nihil in celo vel in terra valeat comparari. Certe illa est posse cōsecrare corpus et sanguinem domini. Nam super tanta potestate vestra: ꝛ super tam insigni spectaculo: super tā solenni dignitatis vestre priuilegio stupet celum: miratur terra: contremiscit homo: reueretur plurimum angelica celsitudo. Deide post pauca subdit dicens. Non prouenit ista dignitas ex hoc nomine quod est sacerdos: sed ex virtute et sancta cōuersatione. Sed proh dolor plures sunt sacerdotes q̃ cruenta conscientia accedunt ad diuina sacrificia: comedentes sine timore et reuerentia carnes agni qui presidet in celis: sicut carnes que venduntur in foro. Non enim multi sicut sacerdotes assistunt in altario: sed sicut carnifices in macello. Graue igit est periculum huius honoris: nisi meritis illustretur dignitas vnctiōis nobilitate mo-

rum:exercitatione virtutum:et
instantia bonorum operum.
Hec Ber.
¶Secūdo sacerdotes excellūt
quoscūq alios respectu corpo=
ris xp̄i mystici:in hoc scilicet q
tenēt in suis manib⁹ claues pa
radisi.Non em̄ angelo aut ma=
tri sue dixit christus illud Mat
thei.xvj. Tibi dabo claues re=
gni celorum:sed soli Petro:⁊ in
eo suis successorib⁹.Beata nem
pe Maria ianua est paradisi:
iuxta illud quod de ea canit ec=
clesia:dicens.Aue maris stella
dei mater alma : atq semp vir=
go felix celi porta. Item alibi.
Paradisi porte p te nobis aper
te sunt : supple maria. Sed do=
mini sacerdotes potestatez ha=
bent claudendi indignis por=
tas paradisi.Ecce q̄ magna et
ingens est eorum potestas su=
pra corpus christi mysticum.
¶Tertio iidem sacerdotes ex=
cellunt quoscunq alios cuius=
cūq status dignitatis aut offi=
cij existant/ respectu eiusdem
corporis christi mystici : in hoc
q indulgentias largiūtur.Hoc
tamen non est commune omni=
bus sacerdotibus : sed tantum
qui episcopali aut superiori ful
gent dignitate: vt patet extra
de pe.⁊ re.c.cum ex eo.
¶Quarto stat⁹ sacerdotalis est
honorandus propter beneficiū.
Ab ipsis enim sacerdotib⁹ ha=
bet ⁊ recipit populus Christia=
nus multiplex beneficiū : vt su=
pra dictum est. Nā ab ipsis re=
gulariter recipit ecclesiastica
sacramenta:vt sunt baptismus
eucharistia / penitentia/vnctio
extrema/ordo/cōfirmatio/ ma=
trimonium. Unde Chryso.lib.
iij.dialogorum.Sacerdotes in=
quit sunt qui nos spirituali af=
fectione parturiunt : ⁊ genera=
tione baptismatis exequuntur.
Per ipsos enim Christū indui=
mus:⁊ per ipsos dei filio cōiun=
gimur : atq per ipsos membra
illius beati capitis efficimur.
Quomodo ergo nobis isti non
solum reuerendi magis q̄ aut
reges aut iudices:sed etiā ma=
gis erūt honorabiles q̄ paren=
tes?Illi em̄ nos ex sanguinis ⁊
carnis voluptate genuerunt hi
vero nobis sunt demū genera=
tionis auctores : qua reforma=
mur in adoptionē filiorum dei.
Hec ille. Patet ergo q domini
sacerdotes sunt honorādi pro=
pter tria:maxime autē vbi sunt
boni.Propter quod dt Aposto.
j.ad Tim.v.q qui bene presunt
duplici honore digni sunt:scili=
cet quo ad deum ⁊ quo ad ho=
mines.Nam hos debent reges
⁊ imperatores honorare : eo q
status sacerdotalis cōparatur
statui principum ⁊ regum sicut
sol comparatur lune. Possum⁹
enim dicere de papatu ⁊ impe=
rio:siue de potestate ecclesiasti
ca ⁊ laicali:q de⁹ fecit duo lu=
minaria magna super terram
scilz luminare maius:per qđ si=
gnificatur potestas ecclesiasti=
ca.Et istud luminare debet pre
esse diei:id est animabus et ne=
gotijs spiritualibus . Itē lumi=
nare minus:per quod significa=
tur potestas secularis.Et istud
luminare debet preesse nocti:id
est corporibus ⁊ negotijs tem=
poralibus.Et de istis duab⁹ po
testatibus habet in corpore iu=
ris canonici in pluribus passi=
bus:precipue autem distinctio.

xxvj.duo. Item.xxiij.questio.v. principes. vbi dicitur ꝙ potestas ecclesiastica est superior: et secularis siue temporalis inferior: que debet adminiculari prime. Dicit etiam Ambrosius lib.de dignitate sacerdotali.ca.ij.ꝙ honor ⁊ sublimitas episcopalis nullis potest comparationibus adequari. Si inquit eam regum fulgori compares: ⁊ principum diademati: longe erit inferius q̄z si metallum plumbi ad auri fulgorem compares: quippe cum videas regum ⁊ principum colla summitti genibus sacerdotum: et exosculas eorum dexteras: cum orationibus eorum credant se communiri. Nihil ergo est in hoc seculo excellentius sacerdotibus: nihil episcopis potest reperiri sublimius. Deinde subdit dicens. Non sit ergo honor sublimis et vita deformis: non sit gradus excelsus: ⁊ deformis excessus. Hec ille. Practica quomodo sanctus episcopus de quo agitur/peruenit ad sacerdotium et ad episcopatum. Patet ergo de primo pn̄cipali.

¶ Secundo principaliter ecce sanctus admirabilis propter signorum operationem: quia magnus. Magnus inquam non quantitate molis/ sed virtutis: vt patuit in ostensione signorum que per eum operatus est dominus: ita vt de eo merito possit dici illud psalm̄. Scitote quoniam dominus sanctum suū mirificauit. Ubi notandum ꝙ magnum est aliquem clarere miraculis post mortem. Sed maius est facere miracula in morte. Maximū aūt facere miracula in vita sua. Unde nusq̄ legit ꝙ beata virgo fecerit miracula in vita sua. Iste autem sanctus episcopus fecit miracula in predicto triplici statu. Recurre ad legendam. Et caue ne fingas falsa miracula: qꝛ sancti non egent nostro mendacio ad hoc ꝙ ostendantur esse magni.

¶ Uel dic ꝙ iste sanctus N.fuit magnus/maior/maximus.

¶ Primo q̄dē magnus: qꝛ sacerdos. Ubi nota ꝙ sacerdos dicitur quasi sacer dux: sacra dans: sacra docens. Beatus ergo iste N.fuit sacer dux: qꝛ p̄cessit populum suum verbo et exemplo. Item sacra dedit. Non eñ vendebat ecclesiastica sacramenta: neq̄ aliquid de rigore exigebat pro collatione beneficiorum: ordinū: bn̄dictionum: aut consecrationum: sed hec omnia mere gratis conferebat. Hodie. autem filius paupercule vidue non recipiet tonsuram aut sacros ordines: siue ad minus nō recipiet literam suam que facit fidem de ordine suscepto/ nisi primum soluerit iura domini episcopi. Scio ꝙ laudabiles consuetudines circa spiritualia sūt obseruande: sed tamen timendum est a labe et nota simonie que circa talia de facili et forsan frequenter incurritur. Item sacra docuit: populum sibi subditum verbo sancte predicationis instruendo: exemplo magistri sui Christi: de quo legitur Lu.iiij. ꝙ erat predicans in synagogis galilee. Item eiusdem viij. legitur de eodem ꝙ iter faciebat per ciuitates et castella p̄dicans ⁊ euangelizans regnū

dei. Sed quis est hodie episcopus ille qui ita faciat: et laudabimus eum? Practica quomodo maior pars modernorum prelatorum vacat ocio: nec est questio apud multos de salute ouium: sed tantum de lana earum. Sobrie tamen et cũ discretione de hoc loquendum est.

¶ Secundo iste sanctus N. fuit maior: quia eps. Status enim epõrum est multo altior statu sacerdotali. Ipsi em̃ in locum apostolorum surrexerunt: et tenent vices eorum: vt habetur in decretis dist. xxi. in nouo. Itẽ di. xxxv ecclesie. Item distin. lxviij. quorum vices. Curati autẽ tenent vices. lxxij. Christi discipulorũ insuper eorum preminentia super ceteros presbyteros patz in tribus. Primo quidem quia possunt sacros ordines tam maiores q̃ minores conferre. Secundo vero quia possunt confirmare. Tertio autẽ quia possunt indulgentias dare. Hec autẽ tria nequeunt facere ceteri pbri.

¶ Tertio iste sctũs N. fuit maximus: qr dilect⁹ deo et holbus. Hoc autẽ magnũ dei donũ est. Aliq̃ em̃ diligunt a deo q̃ tñ odiunt ab hoib⁹ malis et pctõribus Alij ecõtra diligunt ab hoib⁹ q̃ odiunt a deo: sicut pz de multis mundanis. Jaco. iiij. Quicunq͂ voluerit amic⁹ esse sc̃li hui⁹: inimicus dei cõstituit. Sed q͂ aliq̃ diligant a deo et hominibus: raro cõtingit. Sic aũt fuit de isto glĩoso sancto N. Et ideo mẽoria illius in benedictione est. Et sic patet de secundo p̃ncipali.

¶ Tertio principalr̃ ecce sanctus imitabilis propter honestam ↄuersationem: qr in diebus suis placuit deo. s. propter vite sanctitatẽ. Et nota q͂ non dixit in die suo placuit deo: sed in diebus suis. Per quod insinuatur longa pseuerantia in dono. Iste enim sanctus episcopus erat: et frequenter legerat illud Matt. x. Qui perseuerauerit vsq͂ in finem: hic saluus erit. Itẽ legerat in August. ad fratres in eremo: ser. viij. qui intitulatur de perseuerantia: q͂ non est magnũ inchoare bonũ: sed illđ cõsummare, hoc solũ perfectũ est. Deinde post pauca subdit dicens. Multorum incipere fuit: sed perseuerantiũ paruus est numer⁹. Judas enim bñ agere cepit: saul et salomon et multi alij: qui tñ male perseuerauerunt. Hec ille.

¶ Moraliter. Circa predictum verbum. In diebus suis placuit deo. Notandum q͂ aliqui adeo sunt mali et peruersi q͂ nunq̃ placent deo: nec dant illi vnum solũ diem toti⁹ vite sue: vt sunt infideles et obstinati atq͂ reprobi homines. Et tales in fine dierũ suorum vadunt directe ad mille demones. Unde Marci. xvj. Qui nõ crediderit condẽnabit. Alij in vltimis dieb⁹ vite sue student placere deo p verã pñiam et vite emendationẽ. De q̃busin ps. Cũ occideret eos: querebãt eũ: et reuertebant. Nota de bono latrone. Uñ Aug. vbi supra. Si obtulisti florem tue iuuentutis diabolo: saltem fecem tue senectutis immolare non differas christo. ipse enim est misericors et recipiet te libenter: et dabit tibi stolam candidã: et annulũ in manu tua: et calceamentum in pedibus tuis. Hec ille. Alij contra placent deo in diebus sue

iuuentutis:et eidem displicent in diebus sue senectutis. Et de hoc habem⁹ historiam.j. Reg. ix.de Saule de quo ibi dicit q non erat vir de filijs israel melior illo. Qui tamen tādem eiectus est a facie domini:atq miserabilit interijt:vt patet.j. Regum vlti. Unde talez mutationem de bono in malū improperauit illi samuel dicens. Nōne cum paruul⁹ esses in oculis tuis.i.humilis:caput in tribubus israel factus es? Deinde postq transgressus est preceptum dñi eo q reseruasset multa de pda amalech ad immolādū dño:ait illi idem samuel. Quare nō audisti vocē dñi:sed versus es ad predā:et fecisti malum in oculis domini?j.reg.xv. Ecce qmodo Saul placuit deo in diebus sue iuuentutis:qui tamen eidē displicuit in dieb⁹ sue senectutis. Et hec mutatio est op⁹ diaboli. Alia autem precedens et opposita est op⁹ dextere excelsi. Alij vero placent deo in diebus suis vniuersaliter:id est in iuuētute et senectute. De quorū numero extitit gloriosus iste episcopus. N. Cuius precibus nobis largiatur gratiā in presenti :et gloriam in futuro ille qui in trinitate perfecta viuit et regnat. Amen.

¶ Sermo de cōmuni vni⁹ confessoris non episcopi.

Hymnus omnib⁹ sanctis eius. Psalmo. cxlviij. Catholicon dicit q hymnus est laus dei cū cantico. Si ergo sit laus/et non sit dei:non est hymnus. Similiter si sit laus dei et non cantetur: non est hymnus. Tunc ergo est hymnus quando est in laudem dei et cantatur. Circa quod notandum q in sacra scriptura reperit multiplex hymnus. Primus dicitur hymnus orationis:de quo Salomon ad dominum loquens. iij. Regum.viij.ait. Audi domine hymnum et orationem quam seruus tuus orat coram te hodie. Secundus dicitur hymnus diuine laudis et confessionis:de quo legitur.ij. Machabeorum. x.q Machabei habita mirabili victoria de inimicis suis:que ibi diffuse describitur:in hymnis et confessionibus benedicebant dominum qui magna fecit in israel:et victoriam dedit illis dominus omnipotens.

¶ Tertius dicit hymnus beneficij et gratiarum actionis: de quo legitur Marci.xiiij.q post cenam vltimam hymno dicto exierūt christus et discipuli ei⁹ in montem oliuarum. Quartus dicitur hymnus gaudij et exultatiōis: de q in themate: Hymnus omnibus sanctis ei⁹. Et est sensus in proposito: q omnes scti dei digni sunt hymno gaudij et exultationis. Unde in honorem omnium cōfessorum dei cantatur in ecclesia ille hymnus qui incipit. Iste confessor domini etc. Bene ergo dictum est in eodem themate. Hymn⁹ scilicet Iste confessor/omnibus sanctis confessoribus.

¶ Pro quo notandum q in dicto hymno tāguntur principaliter quatuor de quolibet cōfessore domini:que sunt:

Mirifice celebritatis
Peculiaris conditionis
Miraculose operationis
Pie commendationis.

¶ Primum igitur qd tangitur in predicto hymno de quolibet confessore dñi: dicitur mirifice celebritatis. Hoc autē tangitur cum dicitur: Iste confessor dñi sacratus: festa plebs cuius celebrat per orbem. Et nota q ibi ponitur plurale pro singulari: cum dicitur festa.i.festum. Uel forsan ita dicitur propter illos confessores de quib⁹ per singulos annos fit duplex festū: scilz festū principale / et festū translationis: sicut de beato Martino: & de beato Nicolao. Uel forte ita canit ecclesia propter illos sancto confessores qui habēt octauas: sicut patet de beato Augustino: de beato Martino: de beato Dominico quo ad fratres predicatores: et huiusmodi. Silr cū addit: Plebs cui⁹ celebrat per orbē. Ibi ponitur pars pro toto: qr nullius sancti cōfessoris festū celebratur per vniuersum orbē preter festum Martini et Nicolai. Et nihilomin⁹ duo predicta festa non cōtinentur cū aliis q̄ precipiūtur obseruāda extra de feriis.c.conquestus. Sunt tamen ab oib⁹ obseruāda pp̄ter cōsuetudinem vniuersalis ecclesie. Est ḡ sensus q in aliqua parte orbis celebratur festum huius cōfessoris: & in alia festū illius. Et hoc forsan ex ordinatione epōꝝ dictoꝝ locoꝝ: qr vt habetur in predicta rubrica & capi. Singuli epī in suis diocesibus cum clero & populo possunt facere statutū de aliquo festo obseruādo. Istud autē cōiter practicatur de patronis ecclīarū. Similiter de aplīs diocesum. Uocantur autē aplī diocesum q̄ primitus ibi fidem catholicā attulerunt: et pro pontificibus sederunt: sicut obseruat̄ in hac diocesi Ebroycensi festum beati Taurini: quem de sacro fonte leuauerat beatus Dionysi⁹: cum baptizaretur Rome a beato Clemente papa.

¶ Queritur circa illud predictum verbum presentis hymni: Festa plebs cuius celebrāt per orbem: quare facimus festum de sanctis? Respōdetur q propter multas rationes: que sunt
Exemplaritatis.
Imitationis.
Necessitatis.
Honorationis.
Recompensationis.
Preceptionis.

¶ Prima igitur ratio vocatur exēplaritatis. Nam ad hoc faciēdum habet ecclīa militans exēplū ab ecclīa triūphante: in qua fit continuū festuz de ipsis sctis: de quoꝝ etiā solennitate gaudēt angeli & collaudant filium dei: vt canit ecclesia. Unde merito pōt dñs ad propositum dicere ipsi ecclesie militanti illud qd olim dixit ad Moysen Exodi.xxv. Inspice inquit / et fac secūdum exemplar quod tibi in monte: id est in ecclesia triumphante monstratum est. Uerum festum quod hodie colimus in honorem beati. N. lōge est a festo quod de eodē colitur in ecclesia triumphante. Tum quia istud tantum semel in anno obseruatur: illud vero continue & sine intermissio=

ne. Tum q2 iſtud colitur cum multa negligentia: etiã interdum cũ multa inſolentia: ſicut patet de choreis / ebrietatibus et multis diſſolutionibus que ſolẽt cõmitti in die feſto: et preſertim ſi fuerit feſtum patroni. Propter quod loquitur dominus Eſaie. i. dicẽs: Iniqui ſunt cetus veſtri. Hoc dicit ipſe dominus propter illas congregationes populorum que fiũt communiter in feſto patroni alicuius eccleſie: vbi multi conueniunt non cauſa deuotionis / ſed diſſolutionis. Ideo ſequitur in Eſaia: Calendas veſtras et ſolennitates veſtras odiuit anima mea. Facta ſunt mihi moleſta. Laboraui ſuſtinens. Unde Aug. dominica. x. poſt trinitatẽ ſermo. i. dicit q illi miſeri & infelices homines qui bellationes & ſaltationes ante ipſas baſilicas ſanctorum exercere nec metuunt nec erubeſcunt: etſi chriſtiani ad eccleſiam venerint / pagani tamen de eccleſia reuertuntur: quia iſta conſuetudo ballandi de paganorum obſeruatione remanſit apud Chriſtianos. Hec ille. De ipſis autẽ paganis refert idem Auguſti. lib. primo de ciuita. capi. xxxi. q poſtq̃ carthago fuit per Romanos euerſa: ipſi Romani dederunt ſe omni ſpurcitie. Unde inſtituerunt theatra: id eſt loca publica in medio ciuitatis: que ſic erant diſpoſita vt omnes in eis poſſent ſedere: et ludos ipſos conſpicere: qui dicebantur ſcenici. i. omni ſpurcitia & turpitudine pleni. Nam ibi erant mimi et hiſtriones laruati: ſaltantes et effigiantes motibus corporis multa turpia tã de diis q̃ de hominibus. Hec ex Aug. ſup quo dicit cõmẽtator q illi xp̃iani a gentilib⁹ vident̃ accepiſſe exẽplum: q̇ in dieb⁹ ſolẽnib⁹ ludis intẽdũt: quaſi hoc eẽt deo et ſanctis ei⁹ gratũ. Nõ ſic igit̃ chariſſimi agamus ſanctorum feſta: vacãtes hmõi diſſolutionibus: ſꝫ poti⁹ diuinis laudib⁹.

¶ Secũda ratio predicte celebritatis ſanctorũ vocatur imitationis. Nam cuꝫ occurrit aliquod feſtum celebre: ſolet fieri ſermo ad populum: in quo narrantur virtutes merita & laudes illius ſancti cuius feſtũ colitur. Hoc autẽ non ſolũ fit ad laudẽ ipſi⁹ ſancti: verũ etiã ad edificationem populi: quatenus vnuſquiſq; pro modulo ſuo ſtudeat imitari dictum ſanctum: ita vt mater noſtra eccleſia videatur nos hortari & admonere dicẽs illõ qđ oli dicebat Iudas Machabeus hortãs ſuos qui pauci erãt / ad p̄lium ↄ multos aduerſarios gentis iudeoꝝ: & dicẽs. Memẽtote qualr̃ ſalui facti ſunt pr̃es noſtri. i. Mac. iiii. Nã vt dt̃ Augu. de ciui. dei. lib. viij. c. xvij. Sũma ꝑfectio religionis eſt imitari quem colis. Econtra aũt vt dt̃ Grego. in ſuo paſtora. c. xxxiiii. Ualde peccamus / ſi aliena bñ geſta laudamus: & inqtũ poſſum⁹ non imitamur. Nã illi q̇ minime feſtinant imitari bona q̃ laudantes approbãt: ſi ſes ſunt ſtultis ſpectatorib⁹ ludicrarũ artiũ: q̇bus vanitas ipſa placet: nec tamen tales eſſe deſiderãt quales ſunt quos laudant. Hec ille.

¶ Tertia ratio predicte celebritatis ſanctoꝝ vocat̃

stitatis. Egemus enim ope et auxilio eorum: tam in vita quam in morte. Hinc de ipsis canit ecclesia in die omnium sanctorum: dicens. Adiuuent nos eorum merita quos propria impediunt scelera: excuset intercessio accusat quos actio: id est malum opus nostrum. Propterea rogamus ipsos sanctos singulatim dicentes. Sancta Maria ora pro nobis. Sancte Joannes baptista ora pro nobis. Sancte Petre &c.
Quemadmodum ergo magni domini habentes graues causas in altis curiis et parlamentis ad que non possunt de facili et dietim venire. habent ibi procuratores suos: ita et nos qui habemus grauissimas causas que ad instantiam diaboli ventilantur coram illo maximo preside Jesu Christo: necesse habemus ibi habere procuratores et aduocatos. i. sanctos qui intercedant ibi pro nobis apud dominum.

¶ Quarta ratio predicte celebritatis sanctorum vocatur honorationis. Nam cum facimus festum de aliquo sancto: honoramus ipsum deum qui sanctificauit eum: sicut qui recipit seruum regis et festiuat ipsum egregie: honorat ipsum regem in seruo. Hinc Psal. ait: Laudate dominum in sanctis eius. Debemus etiam ipsos sanctos honorare. Tum quia hoc meruerunt per bona opera que fecerunt in presenti. Tum quia deus ita vult. In cuius figuram legitur Hester. vi. quod Assuerus rex precepit Aman vt circundu ceret Mardocheum honorifice per ciuitatem/atque diceret. Sic honorabitur quemcunque rex voluerit honorare.

¶ Quinta ratio predicte festiuitatis dicitur recompensationis. Firmiter enim sperare debemus quod vbi debito honore coluerimus festa sanctorum: ipsi recompensabunt seruitium nostrum modicum in centuplo: pro nobis intercedendo apud dominum. Non enim sunt ingrati: sed liberales et magnifici erga sibi deuotos famulos: Si enim cum essent in vita orabant ex charitate pro suis inimicis et persecutoribus: prout precipitur Mat. v. quanto magis credendi sunt nunc orare pro sibi deuotis famulis.

¶ Sexta ratio sepe dicte celebritatis: dicitur preceptionis. Circa quod aduertendum quod sunt aliqua festa que generaliter precipiuntur obseruari a iure: vt festum Natiuitatis domini. Stephani: Joannis euangeliste: Innocentium: et multa alia que enumerantur extra de feriis. ca. conquestus. Aliqua vero sunt que precipiuntur obseruari ab homine: vt que precipiuntur ab episcopo quo ad sibi subditos. Et talia sunt obseruanda sicut et prima. Tum quia sic dicitur vbi. s. Tum quia christus Luce. x. de auctoritate prelatorum loquens: precipue vbi rationabiliter precipiunt/ait: Qui vos audit/me audit: et qui vos spernit/me spernit. Et sic patet quam bene in hymno de beato isto confessore. n. dicitur: Festa plebs cuius celebrat per orbem.

¶ Secundum principale quod tangitur in predicto hymno de beato. N. dicitur peculiaris conditionis: quia pius prudens &c. In quibus verbis tanguntur septem pulchre conditiones seu virtutes de isto glorioso sancto:

que sunt:
Pietas.
Prudentia.
Humilitas.
Pudicitia.
Sobrietas.
Castitas.
Quietudo.

¶ Prima igitur virtus sancti huius: dicitur Pietas: qz pius. Est aũt pietas fm Cice. lib. de natura deorum: iustitia circa deos. Dicit etiã Aug. lib. x. de ciui. dei. ca. iiij. q pietas aliqñ accipitur pro cultu diuino. Et in hoc cõcordat cum Cice. Unde pietas idem est qd religio siue latria. In aliquo tñ differũt. Nam pietas propie est cultus dei interior: qui pertinet ad tres virtutes theologicas. Religio po siue latria est cultus dei exterior vt in genuflexiõe. Aliqñ aũt et cõmuniter pietas accipitur pro actib⁹ misericordie q̃ fiunt indigentib⁹ propter deũ: vt trahitur ex beato Thoma. ij. ij. q. cj. articu. j. Practica quõ iste sanctus. N. habuit pietatem vtroqz modo acceptam: scilicet quo ad deum et quo ad proximum.

¶ Moraliter. Nos ad exẽplum sancti huius. N. debemus esse pij quo ad deum / debitum sibi cultum exhibẽdo. Silr que ad pxios indigẽtes / illis pro posse subueniendo: ⁊ presertim si fuerint nobis consanguinitate aut affinitate coniuncti. Unde dicit beatus Tho. ij. ij. q. lxxx. arti. j. q pietas est specialis virtus / que principaliter est ad parentes et consanguineos: item ad ciues et amicos patrie. Hec ille. Hinc Apl's. j. ad Timo. v. loquẽs ait: Si qs suorũ: et maxie domesticoꝝ curam non habet: fidem negauit: et est infideli deterior. Uere ergo pius erat sanct⁹ ille Thobias de quo legitur eiusdem. i. q tempore captiuitatis Babylonice: dũ ibi regnaret Sennacherib: et filios israel exosos haberet: ipse pgebat quotidie per oẽm cognationem suã / ⁊ consolabatur eos: Esurienties allebat: nudis vestimẽta prebebat: mortuos et occisos de nocte sepeliebat. Similr vere puis fuit Heliseus in hoc q mulieri vidue et obligate ad magna debita compassus: oleum ei⁹ mirabiliter suis precibus augmẽtauit. iiij. Regum iiij. Itẽ valde pia fuit illa sancta Hester: que compassa pplo iudeoꝝ quẽ perdere volebat Aman supbissimus: ipsa ad regem assuerum cõtra ipi⁹ edictum ingressa est: vt populum suum liberaret. Eiusdem v. Insuper vere pius fuit ipse fons pietatis xp̃s: quando populo eum sequenti et esurienti est compassus: dicens: ad Philippum. Unde emenus panes vt manducẽt hi? Si enim dimiserimus eos ieiunos: deficient in via: saltem hi qui de longe venerunt. Joannis. vj.

¶ Secunda virtus sancti huius. N. dicitur prudentia: quia prudens. Est autem prudentia scdm Aristotelem: libro sexto ethico. recta ratio agibilium. Uel scdm eundem lib. j. rhetorice. Prudentia est virtus mentis: qua de bonis ac malis que ad felicitatem pertinent / bene possumus consulere. Uel scdm Augustinum libro primo de libero arbitrio: Prudẽtia est ap-

petendarum ⁊ vitandarum rerũ scientia. Practica quõ sctũs iste .N. recte appellatur in presenti hymno prudens: in hoc scz ꝙ declinauit a malo / et fecit bonũ: vt sic tãdẽ posset peruenire ad felicitatem eternam.

¶ Moraliter. Debemus imitari sanctum dei virum. N. in prudentia: vt scz studeamus vitare peccata / et amplecti virtutes. Ubi notãdum ꝙ debemus habere prudentiam in trib⁹ locis: vcz in corde: in ore: in opere. Primo quidem in corde: vt cõsiderem⁹ quid agere debeamus / et quid vitare. Nam scdm beatum Tho. ij. ij. q. xlvij. artic. xiij. Uera ⁊ perfecta prudentia est qua consiliamur / iudicamus et precipimus ea que ad bonuz finem vite humane pertinent. Cuius quidem prudentie tres sunt partes: vcz memoria: intelligẽtia: prouidentia: de quibus meminit Augu. libro. lxxxiij. q. xxxi. dicens ꝙ memoria est per quam animus repetit illa que fuerũt. Intelligentia per quam respicit illa que sunt. Prouidentia per quam futurum aliquid videtur anteꝗ̃ factum est. Hec ille. Ad idem etiam propositum loquẽs Seneca. lib. de quatuor virtutibus dicit sic: Si prudẽs es: animus tuus dispẽsetur tribus tẽporibus. Presentia ordina: futura precaue: preteritoꝝ recordare. Qui nihil de preterito cogitat: vitam perdit. Qui nihil de futuro premeditatur: in oia incautus incidit. Hec ille. Sed profecto hodie potest multis improperari ⁊ dicit illud Deute. xxxij. Gens absqꝫ consilio ⁊ sine prudentia: vtinam saperent et intelligerent / ac nouissima prouiderent. Scdo debemus habere prudentiam in ore: vt scz ponderemus verba nostra: ita vt sint sale condita: qr vt habet Eccli. xxi. Uerba prudẽtũ statera põderabũtur: scz statera discretionis: ne qd nimis / vel quid minus / aut indecẽs aliqd dicatur: iuxta illud eiusdem Eccli. xxviij. Uerbis tuis facito staterã: vt scz nihil indiscretum loquaris: qr vt habetur Prouer. xvij. Qui moderatur sermones suos / doctus et prudẽs est. Tertio debem⁹ hr̃e prudẽtiam in ope: vt scilz nihil nisi qd decet / et qñ decet / et secundũ ꝙ decet agam⁹. Hinc est ꝙ Aristo. vt iam allegatum est dicit ꝙ prudentia est recta ratio agibilium. Et qr difficile est tantã nos hr̃e in agibilib⁹ prudẽtiam vt in nullo errem⁹: ideo valde expedit vt alioꝝ ⁊ maxime prudẽtũ ⁊ peritorũ consiliũ requiramus: qr vt dr Prouerb. xiij. Astutus oia agit cum cõsilio. Item eiusdẽ. xi. Salus vbi multa sunt consilia. Et istud est contra multos prelatos ⁊ iudices q̃ spernunt subditorũ consilium: sz volũt cũcta disponere ad fantasiã suã. Quo fit vt plerũqꝫ in multis errent: et a subditis contemptui habeantur.

¶ Tertia ꝟtus hui⁹ sancti. N. dr humilitas: qr hũilis. Est aũt humilitas ſm beatũ Berñ. de duodecim gradib⁹ hũilitatis; virtus qua verissima sui cognitione sibiipsi quilibet vilescit. Unde etiã importat contẽptuz ꝓprie excellẽtie. Practica quõ iste sanctus. N. seipm contẽpsit per humilitatem.

¶ Moraliter. Debemus in humilitate sequi nedū hunc sctm̄ dei virū.N.verū etiā magistrū eius et nostrū Jesum xp̄m::put ipsemet nos admonet Mat.xj. dicēs:Discite a me:q2 mitis sū et humilis corde.Et q2 ex abūdātia cordis os loquitur:vt dr Mat.xij.ideo ipse xp̄s ⱱbo expressit humilitatē quā in corde gerebat:i hoc scz q sepe in euāgelio de seipso loquēs nō vocat se filiū dei : q̄uis a pte rei esset talis : sz potius vocat se filium hois.i.virginis Marie. Insup ip̄e idem humilitatē suā facto et ope demonstrauit. Tum q2 i abiecto loco nasci voluit. Tū q2 regium fastum deuitauit:qn̄ scz iudei post multiplicationē quinq3 panū voluerūt eū facere regē:vt habet Joā.vj. Tum q2 simplices z pauperculos discipulos in suo comitatu hr̄e voluit. Tū q2 tādē eoꝝ pedes lauit. Tū q2 hūile mortis genus elegit:scilz crucis. Et breuiter vt dr in decretis dist.xciij.dn̄s noster. Oia a xp̄o cū hūilitate facta sunt : vt nobis hūilitatis preberet exēplū. Habeamus ergo charissimi instar xp̄i humilitatem in corde humillima de nobis sentiētes : in ore iactantiam vitātes : in ope dei gl'iam et non propriam querentes.

¶ Quarta ⱱtus hui9 sancti.N. dr pudicitia:q2 pudic9.Est autem pudicitia ꝺm beatum Augu.lib.xiiij.de ci.dei.virt9 animi qua q̄s verecundatur de illis actib9 de quib9 hoies solēt magi3 verecūdari:vt sunt actus venerei : ⱱbi gr̄a:tactus: oscula:z hmōi. Un̄ pudicitia a pudore deriuatur. Practica quomodo iste sanctus. N. habuit predictam virtutem.

¶ Moraliter. Debem9 oēs habere pudicitiā/etiaz duplicem: vcz aie et corporis. Pudicitia nēpe aie est virt9 que inclinat habentem potius ad tolerādū q̄cunq3 mala / q̄3 q alicui malo aut operi inhonesto cōsentiat: vt notatur. xxxij.q.v.ita ne. Et ibi adducitur exēplum de Lucretia. Pudicitia aūt corporis consistit in decenti z composito aspectu : in honesto colloquio/ et in moderato risu. Ubi autez inuenit dissolut9 aspectus/consequēs est dicere q ibi deest pudicitia interius.vn̄ Aug.in regula de cōi vita clericoꝝ. Nec inquit dicatis vos habere animos pudicos si habeati3 oclos impudicos:q2 impudic9 oculus impudici cordis est nuncius. Hec ille. Et silr recitatur vbi.s. vcz.xxxij.q.v.nec solo.

¶ Quinta virt9 hui9 sancti.N. dr sobrietas:q2 sobri9. Est aūt sobrietas temperatus siue moderatus:vsus ciborū et potuū. Unde ille ppzie sobrius dicitur q̄ in cibo et potu est tēperatus. Tn̄ vt aliqui volūt : sobrius dr quasi sine ebrietate. Practica qūo btūs iste sctūs. N. fuit sobrius ieiunādo z magnas abstinentias faciēdo:ita vt vix sumeret cibum z potum ad vite necessitatem.

¶ Moraliter. Instar sancti huius debem9 sobrie viuere/si cupim9 carnis cōcupiscentias refrenare. vn̄ Augu.dans nobis debitam sobrietatis formam: lib.x. confes.dicebat de seipso. Hoc me (inquit) docuisti dn̄e: vt quēadmodum medicamen-

ta: sic alimenta sumptur⁹ acce=dam. Ex q̄b⁹ v̄bis videtur in=nuere q̄ sicut medicamenta nō sumūtur nisi p̄pter necessitatē: ita neq̄ cibi et potus ob aliam causam sumi debent. Et q̄uis sobrietas deceat cunctos: pre=cipue tamen decet tria genera p̄sonaꝝ. Primo ad sobrietatem obligantur clerici: vt p̄z distin. xxxv. per totum. Et hoc p̄pter reuerētiam sacramenti altaris q̄d habēt tractare. Notum est enim q̄ ille sacerdos grauiter delinqueret in regē qui ipsum ore vinolento oscularet. A for=tiori in proposito. Propterea Aug. ad fratres in eremo: ser=mo. xxxvj. q̄ intitulatur ad cle=ricos: dicit q̄ non licet clerico extra horā bibere. Scd̄o ad so=brietatem obligantur speciali=ter religiosi. vñ Aug. in regula de cōi vita clericorum. Carnē (inquit) vestram domate ieiu=nijs ꝛ abstinentia esce ꝛ potus q̄tum valitudo p̄mittit. Ter=tio ad idē obligātur mulieres. Nam vt habet Eccli. xxvj. Mu=lier ebriosa: ira magna ꝛ cōtu=melia / et turpitudo illi⁹ non te=getur. Vñ p̄pter hanc causam olim apud Romanos vsus vini erat mulierib⁹ ignotus: ne scilz in aliq̄d dedecus plaberentur: p̄ut refert Valeri⁹ maxi. lib. ij. rub. de institutis antiquis.

¶ Sexta virtus hui⁹ sancti. N. d̄ castitas: q̄ castus: Est autē castitas virtus refrenās vene=rea. Vñ castitas virt⁹ dicta est a castigatione concupiscentie. Et nota q̄ castitas differt a cō=tinentia: in hoc scz q̄ castus d̄r quis ante experientiam actus venerei. Cōtinēs v̄o d̄r ille qui talem actum est expertus: sed tamen ab eo abstinet pro loco et tēpore. Silr castitas differt a pudicitia. Nam pudicitia est p̄cipue circa signa venereorū: vt sunt tactus impudici: oscu=la ꝛ similia / q̄ refrenantur per ipsam pudicitiam. Castitas v̄o est circa veneream commixtio=nem / ipsam refrenando: siue po=tius ab ea abstinendo. Practi=ca q̄uo beatus iste sctūs. N. ne=dum fuit pudicus vt prius di=ctum est / verū etiam castus.

¶ Moraliter. Practica quomō clerici ꝛ religiosi debent imita=ri hunc venerabilem confesso=rem in castitate: ita vt nunq̄ ha=beant experientiam venereo=rum: etiā solo desiderio volun=tatis: et hoc p̄pter tria. Primo quidem propter votum. Nam vtriq̄ vouent perpetuam casti=tatem: sed aliter et aliter. Cle=rici quidem per susceptionem sacrorū ordinum: presertim in ecclesia occidentali: vt fuit sta=tutum in concilio Niceno. De hoc etiā est expressus text⁹ di=stin. xxxj. aliter. Ibi eñ dicitur q̄ in orientali ecclesia sacerdo=tes / diaconi ꝛ subdiaconi pos=sunt licite vti m̄rimonio prius contracto. quāuis tamen dein=ceps non possint de nouo con=trahere. In occidentali, v̄o ec=clesia non licet predictis perso=nis vti matrimonio prius con=tracto: neq̄ deinceps contra=here. Ex quo patet q̄ castitas perpetua est annexa sacris or=dinibus quo ad ecclesiam oc=cidentalem. Ad idem etiam est illud decretum: cum in pre=terito. distinctione. lxxxiiij. Re=ligiosi autem vouent perpe=

suam castitatem per ingressum religionis approbate. Secundo clerici et religiosi debent caste viuere propter officium. Nam talium officiũ est diuinis se immiscere. Unde propter reuerentiam sacrorum que habent tractare: valde rationabile est: vt sint casti et pudici: dicente ps. in psona dñi. Ambulans in via immaculata: hic mihi ministrabat et Exod.xix. precipit dominus per moysen dicens. Sacerdotes q̃ accedunt ad dñm/ sanctificent:ne percutiat eos. Tertio predicti debent caste viuere propter exemplũ. Necesse est enim in omni arte aliquos esse peritos qui alios instruãt qualiter operari debeant. Ad animandum ergo laicos vt caste viuant dantur eis in exemplum clerici ⁊ religiosi: quibus ait dominus Matth.v. Uos estis lux mundi. Sed profecto istud exẽplar quo ad multos tam clericos q̃ religiosos est corruptum ⁊ viciosum: in damnationẽ animarum suarum.

¶ Septima virtus huius sancti dr̃ quietudo: q2 quietus. Est autem quietudo in proposito tranquillitas et sedatio animi ab impetu passionum/ire/ impatientie/perturbationis/⁊ hm̃oi. Quietudo etiam quandoq̃ significat pacificam conuersationẽ. Uñ quietus idem est q̃ quiete plenus. Sed siue hoc modo: siue illo capiatur quietudo: sanctus iste N. merito dicitur quietus. Practica.

¶ Moralr̃. Instar hu9 viri sancti N. debemus esse quieti. Primo in ordine ad nosmetipsos: sedando passiones nr̃as quantum expedit: et quantum patitur humana fragilitas. Nam p̃ talem quietudinem procuratur dei presentia: et inhabitatio illius per gratiam: maxime cum de eo scriptum sit in psalmo q̃ in pace factus est locus eius. Magni enim domini non libenter hospitantur in locis inquietudine plenis: sed querunt hospitia pacifica et tranquilla: ita in proposito. Secundo debemus esse quieti in ordine ad p̃ximos nostros: cum omnibus si possibile est quiete et pacifice conueniendo et conuersando: attendentes illud xp̃i verbum Matth.v. Beati pacifici quoniam filij dei vocabuntur. Et sic patent septem pulchre virtutes que tanguntur in hymno de communi confessorum: quas omnes habuit beatus N. et q̃s etiam instar illius habere debemus. Et sic patet de secundo principali.

¶ Tertiũ principale quod tangitur in dicto hymno de beato N. dicitur miraculose operationis: cum subditur. Ad sacrum cuius tumulum frequẽter membra languentum modo sanitati quolibet morbo ⁊c. Deus eñ ad ostendendum quanti meriti sint apud eum sancti eius amici cum eo in celo regnantes: frequenter operat̃ miracula multa et varia in locis in quib9 eorum corpora requiescunt aut inhumata fuerunt. Uñ de beato Nicolao canit ecclesia q̃ ex eius tũba sacrũ resudat oleum: quo liniti sanantur ceci: surdis auditus redditur: ⁊ debilis q̃sque sospes regreditur.

¶ Questio communis est cur

multi sancti in principio sue glorificationis aut canonizationis pluribus et maioribus clarebāt miraculis q̄ nunc. Respondetur q̄ triplici de causa. Prima est ingratitudo populi christiani: qui nō veneratur dictos sanctos debito honore. Multi eñi non seruiunt sanctis nec ad eos recurrunt nisi cum primum indigent ope eorum. Ex quo patz q̄ non seruiunt ipsis sanctis ad eorum honorē: sed ad suā vtilitatem. Et ideo non mirum si frequenter ab eis non exaudiantur. Secunda causa est q̄ modo eadē non subest causa sicut prius. Deus enim in principio volebat ostendere gloriam sanctorum suorum per operationē miraculorum. Ex quo ergo est dicta gloria sufficienter signis et portentis ostensa: nō est opus vlterius multiplicare miracula. Maxima enim est q̄ cessante causa cessat effectus. Tertia causa est vtilitas deuotorū catholicorum: qui magis merentur credere sanctitatem dei electorum absq̄ miraculis: q̄ cum miraculis. Nam ipsa miracula aliquo modo diminuunt de merito fidei. Unde ad propositum loquens Chrysostomus super Joan. homil. xxix. dicit sic. Sūt hac nr̄a etate qui querunt quare et nunc signa non fiunt. Sed si fidelis es vt oportet: si xp̄um diligis vt diligendus est: non indiges signis. Signa eñi incredulis dantur. Hec ille. Unde ad propositum Isid. de summo bono. lib. i. c. xxvij. dicit q̄ Paulus pro non credentium infidelitate patrem publiū de infirmitate febrium virtutibus curauit: infirmantem vero Timotheū fideliter non oratione: sed medicina liter temperauit: vt nouerimus miracula pro infidelib⁹ non pro fidelibus fieri. Hec ille. Et sic patet ad quesitū: et per ꝯñs de tertio principali.

¶ Quartum principale quod tangitur in predicto hymno de beato N. vocatur pie commendationis: cum subditur. Unde nūc noster chor⁹ in honore ipsi⁹ hymnum canit hunc libenter vt pijs eius meritis iuuemur omne per euum. Ecce pia commendatio quā facit hodie mater nostra ecclesia ad hunc venerabilem sanctum N. pro filijs suis: vt scilcz ipse dignetur eos suis pijs meritis semper iuuare apud dominum. Qui nobis meritis et precibus eiusdē beati N. largiri dignetur gratiam quidem in presenti: et gloriam in futuro. Amen.

¶ Sermo de communi vnius virginis.



Adducētur regi ꝟgines post eā. ps. xliiij. Phus. ix. meta. dicit q̄ in vno quoq̄ genere est vnū qđ est metrum et mensura ceterorum. Da exemplum de primo celo in ordine ad alios celos. Item de sole in ordine ad ceteros planetas. Item de duce belli in ordine ad totum exercitum. Ad propositum igitur descendentes dicimus q̄ beata virgo Maria inter ceteras ꝟgines se hz vt metrum et mensura totius puritatis et munditie: ad cuius exemplum cetere ꝟgines suā dño de-

dicauerunt pudicitiam et vir-
ginitatem. Unde et virgo virgi
num appellatur. Bene ergo de
ea prophetauit psalmista: di-
cens. Adducentur regi: id est
Christo: virgines post eam: scili
cet Mariam: et hoc per multi-
plicem viam per quã ipsa virgo
Maria peruenit ad Christũ re-
gem in celo gloriose regnantẽ:
videlicet per viam

Puritatis
Uirginitatis
Humilitatis
Charitatis
Pietatis
Pudoris
Contemptibilitatis
Perseuerantie finalis.

¶ Primo igitur virgo Maria
peruenit ad regẽ celi per viam
puritatis. Ipsa enĩ fuit purissi-
ma: vtpote que nunq̃ pecca-
uit. Cañ. iiij. Tota pulchra es
amica mea: et macula nõ est in
te. Et Ansel. Decuit vt ea puri-
tate niteret qua maior sub deo
nequit intelligi. Item Ber. epl̃a
clxxiij. ad canonicos Lugdu-
nenses de ea scribẽs ait. Decuit
nimirũ reginã virginum singu-
lari priuilegio sanctitatis absq̃
omni peccato vitã ducere: que
dum peccati mortisq̃ pareret
peremptorem / munus vite iu-
stitieq̃ oĩbus obtineret. Hec il-
le. Ecce quomodo virgo Maria
peruenit ad celum per viam pu
ritatis. Per hanc autem viam
post predictam mariam addu-
cta est ad celum virgo hec N.
Practica eius legendam. No-
lo tamen asserere q̃ hec virgo
seu quecũq̃ alia habuerit tan-
tam puritatem quantam ha-
buit dei genitrix virgo. Non enĩ
tantum distat ortus ab occiden
te: quantum hec ab illa.

¶ Moraliter. Si cupimus ad
duci ad Christũ post ipsius ma
trem ⁊ hanc virginẽ N. necesse
est vt simus puri ⁊ immunes ab
omni peccato: maxime cum di-
catur Apoca. xxj. q̃ nõ intrabit
in ciuitatẽ celestem aliquid co-
inquinatũ aut abominationem
faciens. Unde cũ p̃s. interrogas-
set dominum: dicẽs. Dñe quis
habitabit in tabernaculo tuo:
mox respõsum est illi ab ipso do
mino dicẽte: Qui ingreditur si-
ne macula: sup. intrabit i taber-
naculum meum. Et hoc est q̃d
promisit Christus Matt. v. di-
cens. Beati mundo corde: quo-
niam ipsi deum videbunt.

¶ Scd̃o virgo maria p̃uenit ad
regẽ celi p̃ viã ṽginitatis. Nam
de ei⁹ virginitate nullus catho
licus dubitat: maxime cum di-
cat Luc. j. q̃ missus est angelus
gabriel ad virginẽ. Quinimmo
ipsa est q̃ prima se voto astrin-
xit ad perpetuã virginitatẽ ser-
uandã propter deum. Quanuis
enĩ ante eam multe filie serua-
uerint virginitatẽ: sicut patet
de decẽ sibyllis: quibus propter
amorẽ virginitatis quã seruа
re voluerunt: dedit dñs donum
prophetie: s̃m August. lib. xviij.
de ciuit. dei. nulla tñ ante Ma-
riam ad hoc voto se obligauit
propter dñm. Item ille virgi-
nes que apud iudeos in tẽplo
nutriebantur: dũ ad annos nu-
biles perueniebant: remitteban
tur ad parentũ domos vt viris
in coniugium darentur. Sed de
beata Maria dicit glo. super il-
lud Luce primo. Aue gratia
plena: q̃ ipsa fuit prima que

inter feminas gloriosum virginitatis munus deo obtulit. Ecce ergo quomodo Christi mater peruenit post filium suum ad celum per viam virginitatis. Et per hanc viam adducta est ad christum exemplo eiusdem beata virgo hec. N. practica eius legendam.

¶ Moraliter. Ex predictis instruimur q̄ optima via veniendi in celū post predictas duas virgines est seruare illibatam virginitatem propter deū. In cuius rei testimonium legitur Apocalypsis. xiiij. q̄ postq̄ ipse Joannes premisit de magna multitudine saluandorum: dicens. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt: mox subiungit dicens. Sequuntur agnum id est christum: quocunq̄ ierit. Dicit etiam Hieroñ. prima parte epistolarum suarum: epistola. v. q̄ nuptie replent terram: v̄ginitas paradisum. O q̄ gloriosum ergo est et valde christo acceptum seruare virginitatē propter ipsum. Nam vt habetur Ecclesiastici. xxvj. Nō est ponderatio digna continentis anime. In cuius rei signum virginitati debetur fructus centesimus ſm Hiero. vbi supra.

¶ Tertio virgo Maria peruenit ad regem celi per viam humilitatis. Fuit eñ humilis corde/ore/opere. Primo quidem corde/ de se humilia sentiendo. Et quia ex abundantia cordis os loquitur: vt habetur Matt. xij. Ideo ipsa humilitatem in corde suo latētem expressit verbo: cum se ancillam domini appellauit: cuius tamen mater eligebatur. Secundo fuit humilis ore. In cuius rei signum loquitur in suo cantico: dicēs. Respexit: supple: dñs humilitatē ancille sue. Luce. j. Tertio fuit humilis opere. In cuius rei signū mox concepto dei filio abijt in montana Judee cum festinatione: et intrauit domum Zacharie: et salutauit Elizabeth: cui obsequium exhibuit mensibus tribus: scilicet vsque ad natiuitatem diui Joannis baptiste. Luce. j. Practica quomodo hec virgo. N. habuit triplicem predictaȝ humilitatem: scilicet cordis: oris: operis.

¶ Moraliter. Nos instar harū duarum virginū debemus habere triplicem predictam humilitatem. Primo quidem cordis: nos reputando viles homines ⁊ miseros peccatores. Michee. vj. Humiliatio tua in medio tui: id est in corde tuo. Vel in medio tui: id est ex consideratione eoruȝ que intra te sunt tam in corde q̄ in corpore. Secundo debemus habere humilitatē oris. Illa eñ facit ascendere orationes nostras vsq̄ ad deum. Ecclesiastici. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Tertio debemus habere humilitatem operis: scilicet in signo ⁊ facto: instar publicani qui ex humilitate nolebat oculos in celum leuare: sed percutiebat pectus suum: dicēs. Deꝰ propitius ⁊c. Luc. xviij. In quibus etiam verbis ipse idē ostēdebat se habere predictam triplicem humilitatem. Primo quidem cordis: quia percutiebat pectus suum: in signum q̄ recognoscebat se peccatorē in

terius. Et istud est contra illos hypocritas qui se dicunt pauperes peccatores: cũ tamen interius sui estimatiõe sint diuites iusti. Contra quos loquitur August. de verbis apostoli: sermo. xxix. et similiter recitatur xxij. questi. ij. cum humilitatis causa. Cum inquit humilitatis causa mentiris: si nõ eras peccator anteq̃ mentireris: mentiendo efficeris quod euitaueras. Secundo habuit humilitatem oris: fatendo se peccatorez cũ ait. Deus propitius esto mihi ꝛc. Tertio habuit humilitatem operis: quia nolebat oculos ad celum leuare: reputans se indignum illud respicere. Et ideo propter hanc triplicẽ humilitatem quã habuit/ descendit iustificatus in domũ suam: vt concluditur vbi supra.

¶ Quarto virgo maria peruenit ad regẽ celi per viam charitatꝫ. Et de hoc quasi deo gratias agens Canti. ij. ait. Ordinauit in me charitatem: vt scilicet deũ super omnia diligerẽ deinde proximũ sicut meipsam. De charitate nempe illius ad deũ nullꝰ dubitat. Sed de charitate eiusdem ad proximũ audiamus quid de ea referat deuotus Bernardus in sermone de eadẽ: qui incipit: signum apparuit in celo. Maria inquit oĩbus oĩa facta est: sapientibus ꝛ insipiẽtibꝰ copiosissima charitate debitricem se fecit: omnibus misericordie sinum aperit: vt de plenitudine eius accipiãt vniuersi: captiuus redemptionem: eger curationem: tristis cõsolationem: peccator veniam: iustus gratiam: angelus letitiam; deniq̃ tota trinitas gloriã: atq̃ filij persona carnis humane substantiã: ita vt non sit: q̃ se abscondat a calore eiꝰ: id est a sua charitate. Ecce q̃liter virgo maria peruenit ad regem seculorum per viam charitatis. Et per hanc viã adducta est ad eundem regem post ipsam virginem virginum: virgo hec. N. Practica eius legendam: ostendendo qualiter ob amorem spõsi sui xp̄i nulli viro mortali quantũcunq̃ pulchro diuiti aut nobili voluit nubere Qđ si eadem virgo fuerit martyr: tunc declara quõ durissimos cruciatus sustinere voluit: potius q̃ abnegare fidem sponsi sui xp̄i: aut q̃ ab eo separari per peccatum ꝛc.

¶ Moraliter. Hic instruimur ad charitatem habendã si cupimus has duas virgines seq̃ in celum. Sic enim nobis precipitur Deut. vj. item Matthei xxij. cũ dicitur. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo ꝛc. ꝛ proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet ꝛ ꝓphete. Sed sicut arguit beatꝰ Joãnes in sua canonica prima: capitulo quarto. Qui non diligit fratrem suum quem videt: quomodo deum quem non videt potest diligere?

¶ Quinto virgo maria peruenit ad regem celi per viam pietatis. De pietate nempe eiꝰ legitur Joannis secundo/ ꝙ cum esset in nuptijs cũ filio suo: ꝛ intellexisset vinũ defecisse: commota sũt viscera eiꝰ: ita vt pre compassione diceret ad filium suum. Uinum nõ habent. Ecce

diue Marie pietas. Et per hanc viam pietatis adducta est ad regem celi post predictam dei matrem virgo hec venerabilis N. Practica quomodo fuit pia ad pauperes propter Christum sponsum suum.

¶ Moraliter. Instar harũ duarum virginũ debent abundantes in seculo: et quicunqꝫ obtinẽt diuitias: exercere pietatis opera circa pauperes xp̄i. ipse enim illis de hoc regratiabitur in die iudicij: dicẽs. Quod vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Hinc psal. ait. Qui miseretur et cõmodat: supple pauperi propter deuz: disponit sermones suos in iudicio: quia in eternum non commouebitur.

¶ Sexto virgo maria peruenit ad regem celi per viam pudoris. Ut enĩ legitur Luce. j. Cum audisset angelicã salutationem turbata est. Et hoc ideo: quia angelus in specie viri illi apparuit: et ad eam solam in oratorio suo stantem intrauit: et ideo primo aspectu turbata est. Super quo dicit glo. ordi. ꝙ virginum trepidare est: et ad omnes viri ingressus pauere: atqꝫ omnes viri affatus siue locutiões vereri. Per predictã igit̃ viam pudoris adducta est, ad regem christuz post beatam virginem Mariam: eiusdem christi sponsa. N. Erat enim pudore plena et verecundia ornata. Practica eius legendam.

¶ Moraliter. Ex precedẽtibus habent mulieres: et signanter puelle et virgines exemplũ honeste verecundie et pudoris: ita vt nunqꝫ loquãtur sole cum solis viris extraneis. Qd si interdum cõtingat eas cum aliquibus loqui: hoc faciant in publico siue in presentia personaruz honestarum: seqꝫ expediant ab eis quantocyus. Sepe enim nimia familiaritas parit confusionem.


¶ Septimo beata virgo maria peruenit ad regẽ celi per viam contẽptibilitatis. ipsa enĩ contempsit mundũ istum cũ oblectationibus suis: ita vt pene nihil cõmune haberet cum mundo isto. Similiter per eandem viã contẽptibilitatis adducta est ad xp̄m post eandem ipsius matrem beata virgo. N. Nam ipsa vt christũ lucrifaceret, cõtempsit mundum: id est bona temporalia: patriam et parentes: tanqꝫ audiret dominum dicentẽ sibi illud psalmiste. Obliuiscere populum tuum: et domum patris tui: et concupiscet rex: supple Christus: decorem tuum. Merito ergo dicere potuit illud quod canit ecclesia in persona cuiuslibet virginis. Regnum mundi: et omnem ornatum seculi contempsi propter amorẽ domini mei Jesu Christi: quẽ vidi: scilicet oculo cordis et fidei: quẽ amaui: in quem credidi: quem dilexi.

¶ Moraliter. Instar christifere marie ac virginis huius. N. cuius hodie solẽnia agim⁹: debemus contẽnere mundum: et ea que in eo sunt: si cupim⁹ animas nostras desponsari a christo per fidem et charitatem. In cuius figuram dictum est abrahe a dño Genes. xij. Egredere de terra tua: et de cognatione tua: et veni in terram quã monstrauero tibi. Ecce mundi con=

tentus cum elongatione ab eo.
Sed proh dolor potius homi=
nes mundani volunt sequi mun
dum decipientem et deficien=
tem: q̄ deū eterna pollicentem.
Unde ad propositum loquens
Augu.lib.soliloquiorum.c.xiij.di=
cit sic. Mundꝰ clamat deficio:
tu dn̄e clamas reficio: ⁊ miseria
mea praua magis sequitur de=
ficientē q̄ reficientē. Plane in=
firmitas mea hec est. Hec ille.
¶ Octauo dei genitrix v̄go per=
uenit ad regem celi per viam
pseuerantie finalis. Ipsa em̄ bn̄
cepit agere: etiam cito: ita vt in
etate trium annorū in templo a
parentibꝰ presentaretur: vt di=
cit Hieron̄. Melius cōtinuauit:
qr vsq₃ in finem vite in om̄i san=
ctitate et vite ꝑfectione perse=
uerauit. Silr̄ per eandem viam
perseuerantie finalis adducta
est ad regem celi post beatā vir
ginem Mariam virgo hec N.
ipsa enim perseuerauit in bono
virginitatis/ charitatis/ longa=
nimitatis/ patientie/ fidei/ spei/
fortitudinis ⁊ hm̄oi: vsq₃ i finē.
¶ Q₃ si virgo de qua habendus
est s̄mo/ fuerit martyr: practi=
ca quō perseuerauit in confes
sione nominis xp̄i vsq₃ ad vite
terminum: nō obstātibus mul=
tis eā ab hoc sanctꝰ proposito
reuocantibus. He aūt fuerunt
blanditie huius seculi: duri cru
ciatꝰ: pauor mortis: et similia.
Et qr virtutum premia meren=
tibus tribui cōuenit: vt hr̄. C. de
statutis.l.fina.q̄ incipit: ⁊ virtu=
tum. ideo tandem audiuit dn̄m
dicentē ei. Ueni sponsa mea: ac=
cipe coronam quam tibi p̄para=
ui in eternum. Coronā inquam
eterne glorie. Quam meritis et
precibus huius sacre virgis no
bis post eā largiat̄ spōsus suus
dn̄s noster Jesus xp̄us. Qui cū
patre et spū sancto viuit et regn̄t
per immortalia secula. Amen.

¶ Expliciunt sermones de san=
ctis: item de festis mobilibus:
item de communi sanctorum:
intitulati de imitatione sancto=
rum/ ⁊ hoc propter moralitates
in eis contentas/ editi per fra=
trem Guillelmum Pepin/ sacre
theologie professorem Parisien
sem: atq₃ reformati conuentus
sancti Ludouici Ebroycen̄. or=
dinis fratrū predicatorū alum=
nū et incolā Impressi Parisijs
Anno dn̄i. M.cccccxlj.

erv
esi
gub
oms
cem
⁊ em
rias
tur d
ꝙ un
bis f


15
Caso 6
165


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm